PETRI MARTYRIS VERMILII

Opuſcula Theologica

omnia partim noua, partim prius quoque edita.

TOMVS TERTIVS.

In quo reliqua omnia eius Opuſcula, tam edita quam anteà non edita continentur.

CVM INDICE COPIOSISSIMO



BASILEAE.
AD PERNEAM LECYTHVM.
M. D. XXCII.

Digitized by Google

Digitized by Google

ORATIO
DE VITA ET OBITV
CLARISSIMI VIRI ET PRAESTANTISSIMI THEOLOGI D. PETRI MARTYRIS VERMILII,
diuinarum literarum profeſſoris in ſchola Tigurina, habita ibidem à IOSIA SIMLERO Tigurino.

AD

REVERENDVM IN CHRISTO PATREM AC DOMINVM D. IOANNEM IVELLVM Anglum, Dei gratia Sariſburienſem Epiſcopum, Dominum ſuum Colendiſſimum.

CVM proximè in obitu ſanctiſsimi viri, & grauiſsimi Theologi Petri Martyris Vermilij, orationem publicè in ſchola noſtra habuiſſem, qua hiſtoriam vitæ illius breuiter complexus ſum, petierunt à me complures mei pariter & Martyris amici, vt eam recognoſcerem, & ſi poſſem, augerem: atq; ita ederem. quibus id non modò ob eorum in me amorem, ſed alias quoq; graues ob cauſas denegare non potui. Etſi enim mea oratio non ita ornata & compoſita eſt, vt Martyrem dignis laudibus euehere queat, arbitror tamen eam ob rerum ipſarum veram & ſimplicem commemorationem, multis qui Martyrem amarunt non omninò ingratam fore. Nihil enim à me narratur, niſi quod vel ipſe vidi, vel à teſtibus fide dignis didici. Nam hac in re diligenter elaboraui, vt omnem vitæ illius hiſtoriam exactè quantum fieri poterat, ab ijs qui cum illo verſati ſunt, cognoſcerem. Qua in re cum alij mihi auxilio fuerunt, tum maximè omnium Iulius Terentianus, qui & in Italia Martyris diſcipulus fuit, & in exilio omnibusq; peregrinationibus ad obitum vſque illius nunquàm ab eo diuelli potuit. Non pauca etiam cognoui ex Martyris varijs ſcriptis, & ex literis item ipſius ad amicos, ac viciſsim amicorũ ad ipſum, quas diligenter inſpexi, voluntate & iuſſu hæredum eaſdem in ordinem colligens. Hanc igitur qualemcunq; orationem (nam mea omnia quàm exilia & ieiuna ſint, noui optimè & libenter fateor) ad te mittere, Reuerende pater, & ſub tui ornatiſsimi nominis auſpicio in publicũ exire volui. Nam cùm Martyrem quo ad vixit amaris & colueris non dubito eius memoriam tibi gratam & iucundam eſſe, atq; dolorẽ tuum, quem te incredibilem ex eius obitu percepiſſe arbitror, nulla re magis exhauriri poſſe exiſtimo, quàm frequenti memoria & cogitatione diuinarum, quæ in illo eluxerunt, virtutum. Et quia tibi Martyris vita intimè perſpecta & cognita fuit, poteris etiam optime de veritate narrationis meę iudicare. Vixiſti in Anglia cum eo ſub felicis & ſanctę memorię Rege Edoardo: mutatis verò tẽporibus, cũ imminentibus periculis & ſæuiente iam perſecutione, multi viri boni è patria excederent, rurſus ad Martyrem, quaſi in portum quendam ſtudiorum tuorum in exilio tuo appuliſti, & ita cum eo vixiſti, cum Argentinæ primũ, tum poſt apud nos Tiguri, vt perpetuus ſtudiorum & laborum illius, qui maximi fuerunt, ſocius & adiutor fueris. Poſteaquam verò ſingulari Dei beneficio, ſtudio verò & voluntate ac diligentia ſereniſsimę Reginæ Elizabethæ vera religio apud uos in integrum reſtitui cœpit, & tu cum multis alijs viris bonis & doctis patriæ reſtitutus es, & honoribus ampliſsimis, prout tuæ excellentes virtutes merebantur, auctus, abſens literis aſsiduis & omni officiorum genere priſtinam amicitiam ſemper ſtudioſe & diligenter coluiſti. Tu enim illum patris loco habuiſti, & ille viciſsim te ætate ſibi filium, dignitate patrem eſſe libentiſsimè prędicabat. Quare cum domeſtica familiaritate & diuturna conſuetudine Martyris ingenium, eruditionem, pietatem, modeſti-

Digitized by Google

am, humanitatem moreſq; ſuauiſsimos perſpexeris: multa etiam de vita illius ex ipſo audieris (ſolebat enim quandoq; amicis petentibus ea commemorare, magna ipſorũ delectatione, quæ ſibi cum in Italia tum alijs in locis accidiſſent) optimè omnium de veritate huius narrationis iudicabis. Et niſi fallor, multa quæ ad eius laudes pertinebant, vel à me omiſſa, vel oratione mea depreſſa eſſe infra rei dignitatem, potius iudicabis, quam vt ſtatuas me quicquam falſę laudis illi affinxiſſe. Fortaſſe etiam idem iudicabunt cum hæc noſtra viderint qui apud vos ſunt Martyris amici, cum generoſi & nobiles viri tum etiam Reuerendi epiſcopi atque alij complures viri celebres, qui aliquando Martyrem nouerunt & a[illegible]tũr, ſi modò aliqui eorum noſtram hanc orationem ſibi legendam exiſtimabunt: quòd nonnullos tamen facturos puto, quorum animis altius impreſſa infixaq; hæret Martyris etiam mortui memoria. Horum verò iudicijs refragari non auſim, quin potius culpam fateor ante iudicium, & pœnam deprecor: partim quòd iuſtum arbitrer veniam me mereri, ſi ego vnus non ſatis inſtructus ingenij & eloquentiæ viribus, & graui præterea mœrore ac dolore impeditus, eius viri laudes omnes oratione complecti non potui, cuius vnius virtutes aliquot ſeculis plures cum quibus conferantur pares non habuerint: partim quod exiſtimem in me nõ modò ſucceſſum, ſed conſilium & voluntatem ſuſcipiendi operis ſpectari debere. Nam ideò potiſsimum quæ ab amicis didiceram, & mediocri ſtudio collegeram publicare volui, vt magni ac eloquẽtes viri, ſtudioſi & amãtes Martyris, quales multos eſſe noui, cum Italos & Anglos, tum etiam Germanos & Gallos, excitati meo exemplo, quod ego multis de cauſis non potui, ipſi quibus hoc facile erit, præſtẽt, vt Martyris laudes ſplendida, elegãti, ornataq; oratione celebrent. Et hoc quidem munus mortuo Martyri à te præſtari multi viri boni optant, qui & quid in dicendo poſsis norunt, & quantum amaris Martyrem perſpectum habent: & huiuſmodi orationes à veſtro munere & dignitate non alienas eſſe exiſtimant: quandoquidem & Naziãzenus Baſilium ac Athanaſium, & Ambroſius Valentinianum ac Theodoſium, atq; fratrem ſuum Satyrum, & alij epiſcopi alios præſtantes viros orationibus funebribus honorarunt: ne tamen hoc à te petant, Reuerende pater, ea ratione mouentur, quod tibi non voluntatem ſed ocium & tempus deeſſe exiſtimant. Quantos enim labores perferas in regno Chriſti propagando, & quanto ſtudio & aſsiduitate veri Epiſcopi munus exequaris, nos quoque quamuis longe diſſiti non ignoramus. Interea tamen ſi hac mea oratione te ad Martyris laudes ac vitam deſcribendam prouocare potuero, ſicuti ſæpe optimi citharœdi ineptis aliorum cantionibus prouocantur, vt quadam ex indignatione qui antea noluerant, quam optimè deinde canant, ſatis magnũ fructum ex meo labore percepero. Sin verò tibi tempus, alijs voluntas hoc exequendi defuerit, cupio ſaltem meam hanc orationem extare, non in memoriam illius quam ille proprijs ſcriptis & laboribus ſempiternam ſibi comparauit: ſed vt nominis eius ſtudioſi, ſaltem hanc vitæ illius hiſtoriam qualemcunq; habeant: in qua cernere poterunt ſtudiorum eius initia & progreſſus: & multarum ac magnarum virtutum exempla hinc petere. A te verò peto, Reuerende pater, vt hanc meæ in te obſeruantiæ ſignificationem æquo animo accipias, & non tam me, quàm Martyrem ipſum de quo tota eſt narratio, in hac oratione cognoſcenda ſpectes. Poſtulabat quidem tuus erga me amor, vt maius aliquod & luculentius meæ in te obſeruantiæ teſtimoniũ darem, verùm cum vires deſint, tu R. pater voluntatem potius meam ſpectato, & me, vti ſoles, amare & commendatum habere quæſo pergito. Vale Pater Reuerende. Datum Tiguri primaria Heluetiorum vrbe, IIII. Calen. Ian. 1562.

ORATIO DE VITA ET OBITV VIRI OPTIMI, PRAESTANTISSIMI THEOLOGI, D. PETRI MARTYRIS VERMILIJ, Sacrarum literarum in ſchola Tigurina profeſſoris.

VELLEM Deo viſum eſſe, Patres honorandi atq; Auditores ſtudioſi, vt ſæpe multumq; adhuc de hoc loco dicentem virum optimum, Theologum grauiſſimum, communem noſtrum præceptorem, Petrum Martyrem audire potuiſſemus. Sed quia Deo patriq; omni optimè gubernanti viſum eſt eum nobis (indignis fortè tanti viri præſentia) adimere, & in veram patriam euocare, quoniam illum vti optabamus audire iam non poſſumus, de illo ſaltem ego, quod præſens tempus & officij mei ratio poſtulat, ad vos verba faciam. Non tamen ignoro orationem meam non poſſe parem eſſe Petri Martyris virtutibus, quibus ille ſic omnes alios antecelluit, vt ſummi oratoris voce vix ſatis pro dignitate celebrari poſſit. In me autem ingenium minus etiam quàm mediocre eſt, exercitatio dicendi penè nulla, dolor autem tantus, qui etiam ſummi oratoris ingenium poſſit infringere. Doleo enim Auditores meo, doleo ipſius, doleo ſcholæ veſtrumq; qui Martyrem amaſtis & coluiſtis omnium nomine: Meo, quod amiſi officio quidem collegam, reipſa præceptorem fideliſſimum, ætate atq; amore patrem chariſſimum, qui me vnicè diligebat, idq; eò tempore quo minimè omnium putabā. Ipſius non tam quòd mortuus ſit (iamdiu enim ſemper optauit diſſolui et eſſe cum Chriſto) & cū illo quis negarit benè actū eſſe, quod à morbis, à laboribus, à curis & doloribus quoi ingentes ex piorum calamitatibus & eccleſiæ dilaceratione capiebat, liberatus eſt, ac vrbiū direptiones, aut funeſta prælia, captiuitates & cædes bonorū virorum, quæ omnia quotidie audimus et metuimus, non audit, nō videt, nō nouit, ſed felix cœleſtibus gaudijs fruitur: illud autē doleo ipſum multa et præclara opera, multorū annorum labores, multarum noctium vigilias, cum iam propè ad finem perduxiſſet, non tamen potuiſſe penitus abſoluere & in lucem edere, & hoc gaudium & hunc quaſi fructum ſuorum laborum percipere. Doleo ſcholæ nomine, quæ eum Doctorē amiſit, cui par nō poteſt ſubſtitui: quemcunq; enim patres Martyri noſtro ſubſtitueritis, alterū Martyrem nō habebitis: neq; enim vnus fuit è vulgo Theologorum, & ex gregario doctorum numero. ſed tanto fuit ingenio, tam excellēti doctrina, ea præterea pietate, modeſtia, morumq; facilitate, vt non modo ijs quibus cum vixit gratus, charus, reuerendus fuerit, ſed ab hoſtibus quoq; & aduerſarijs inter ſummos numeratus ſit, & admirationi illis fuerit. Hæc cum & dolorem meum augeant, & præterea vos quoq; cernam demiſſo vultu, triſti facie, humentibus oculis dolorem & ingentem animi moleſtiam oſtendere, vincor magnitudine doloris, & quod principiū, quem exitū orationis meæ inueniā non video. Veruntamen ne officio meo deſim, comprimā dolorem, & non committā vt in hoc meo munere obeundo, tantū in me poſſit luctus, vt ab officio impediat, & me ingratum erga præceptorem meū efficiat. Quoniā verò Martyris laudes ſunt ampliſſimæ, ob excellentes & diuinas eius virtutes, in me autem exigua eſt dicendi facultas, eaq; magno & vehementi dolore conſtringitur ne conabor quidē ſplendidis & magnificis amplificationibus ſingula eius facta illuſtrare, ne fortè oratione mea plus illis decedat quàm accedat dignitatis, ſed tantū vitam atq; obitū illius hiſtorico more vobis exponam. Et contendam, ſi modo aſſequi potuero, vt ea quæ ſparſim, quæ diuerſis temporibus de viro optimo & præſtantiſſimo Theologo vel vidiſtis ipſi, vel audiſtis, omnia in ordinem collecta & diſpoſita ſimul cognoſcere poſſitis. Quo ex his rebus quilibet veſtrum præclara omnium virtutū exempla capere poſſit, cum ad aliorū eruditionem, tum ad ſuæ vitæ vſum. Sequar autē rationem & ordinē vſitatum illis, qui aliorū vitas literis commendant, ac primum patriam, parentes, & educationem eius exponam: deinde, his quaſi initijs & fundamētis poſitis reliqua illius vita, quæ maximarū & ampliſſimarū virtutū exemplis abundat, narrationē aggrediar. Etenim vt in ſegetibus non tantùm meſſis copioſa et frugū vbertas nos delectat, verùm ſimul quoq; cognoſcere iuuat, in quo ſolo ſeges facta ſit, qua ratione agri ſint culti, quo tēpore ſati, qua agricolæ induſtria adiuti ad tantā fertilitatē peruenerint, ſic in hominibus non tantùm virtutis quaſi bonæ frugis contēplatio, ſed

parentum quoq; educationiſq; notitia nos multùm iuuat et delectat. Natus eſt igitur Petrus Martyr Florentiæ, vrbe (vt omnes nouiſtis) non modò Hetruriæ ſed totius Italiæ longè florentiſſima, & quæ diutiſſimè antiquam ſuam libertatē retinuit & defendit. Annus tum agebatur à parta ſalute M. D. qui maximè celebris eſt Caroli V. Imperatoris potentiſſimi natiuitate. Dies autem erat ſextus Iduum Septembris, quo die veteres memoriæ tradiderunt deiparam virginem natam eſſe, & vrbem Hieroſolymorum à Tito Veſpaſiani filio captam eſſe & euerſam, ſicuti Chriſtus ſeruator quadraginta annis antea prædixerat. Parentes habuit Stephanum Vermilium & Mariam Fumantinam ambos vetuſtæ honeſtæq; familiæ, & quorum maiores pleroſq; in vrbe magiſtratus geſſerunt. Ab his puero nomen impoſitum eſt Petri Martyris ex voto quodam, quod pro more et conſuetudine illorū temporum fecerant Petro Martyri Mediolanenſi, qui quondam, vt ferunt, ob defenſionem veræ fidei ab Arrianis illius temporis occiſus eſt: cuius etiam fanum nō longè à paternis ædibus abfuit. Cum verò parentes ipſius vnicum hunc haberēt filiū, nam quos alioqui plures ſuſceperant liberos, omnes ipſo excepto & ipſius ſorore Gemina Felicitate, in pueritia mortē obierunt. Opes autē illis eſſent ſatis honeſtæ & ampla, filium quem optimè erudiri cupiebant, fideliſſimis præceptoribus cōmendarunt, & præterea domi ſua ſingulari diligentia ipſum erudierunt. Mater præſertim quæ Latinæ linguæ perita in eadē filiū ſuum à prima pueritia inſtituit, & teneris adhuc annis optimi Latinæ linguæ auctoris, Pub. Terentij comœdias illi interpretata eſt. Neq; verò hæc muliebris diſciplina contemnenda eſt, quandoquidē apud veteres auctores & principes huius linguæ, ſummi oratores Gracchi, Lælij, Catuli, Iulij, Curiones linguæ latinæ puritatē, et pronunciandi ſuauitatē à matribus acceptā, ab hac muliebri & domeſtica diſciplina in forū attulerunt. Et noſtra ætate clariſſimæ fœminæ Iana Suffolcia Angla, & Olympia Morata Itala, vt de viuentibus taceā, ſuo exemplo docuerūt, quid muliebre ſtudium in eloquentia poſsit efficere, ſi eò animum appellat. Ab hac domeſtica diſciplina deductus eſt ad Marcellum Vergilium, virum doctum, & celebrem tranſlato nuper Dioſcoride & commentarijs illuſtrato: Is eo tempore reipublicæ Florētinæ ab epiſtolis operam præſtabat, quod munus antea Aretini, Poggijq; fuerat, & præterea nobilem iuuentutem Latinas literas de pulpito magna cum laude docebat. In hoc primo ſtudiorum curſu ſocios & amicos habuit nobiles & patricios adoleſcentes Franciſcum Medicēū, Alexandrum Caponium, Franciſcū et Raphaelem Riccios, Angelum quoq; & Pandulphum Stuphas, & Petrum Victorium, cuius ſingularis & excellens eruditio omnibus nota eſt, ob vetuſtos auctores Græcos & Latinos, aut cōmentarijs illuſtratos, aut alioquin ſuæ integritati reſtitutos. In hoc autem primo ſtudiorū curſu, cùm vix dum è metis progreſſus eſſet, initiò ſtatim egregia quædam & præclara indoles apparuit, quæ parentibus & præceptoribus ſummæ eruditionis ſummæq; virtutis non dubiam ſpem afferebat. Erat enim in eo primū magna in percipiendo & cognoſcēdo ingenij celeritas, in retinendo tanta vis memoriæ, vt quiduis comprehendere & cuſtodire poſſet Studiū deinde diſcendi adeò ardens, vt nulla vnquam moleſtia, nullū audiendi & legendi faſtidiū in eo appareret. Pudor præterea qui illam ætatē maximè ornat, mirificus in eo ſemper fuit. itaq; & ſenes inſtar parentum reuerebatur, & æquales ſuos quāuis pleroſq; ingenio excelleret, ita tamē amabat, ita modeſtia ſua ſibi deuinciebat, vt nulla inter eos penitus orireturæmulatio: quin eos quos puerilis conſuetudo & familiaritas ſibi coniunxit, quādiu in patria & in Italia vixit amiciſſimos ſemper habuit. Quia verò in ætate lubrica, à voluptatum illecebris quas vrbs opulenta & abundans ſuppeditat, nō modò in præſens ſibi tēperare ſtatuerat, verùm eadem in poſterum cauere, decreuit omnibus delitijs ſpretis ſeſe vitæ monaſticæ quæ tū ſola ſancta habebatur, addicere. Quia verò ea ætate per Italiam maximè celebris erat familia Canonicorum Regulariū D. Auguſtini, quòd cæteris Monachis ſeueriore diſciplina vterentur, & diligentius etiā ſtudia literarum excolerent, ſtatuit ſe huic familiæ adiungere. Itaq; anno ætatis decimo ſexto in collegium Feſulanū, quod in antiquæ Feſularū vrbis ruinis extructum, vnū à Florentia lapidem diſtat, cooptatus eſt, magno conſenſu & gratulatione ſociorū eius collegij, quibus præclara ingenij eius indoles nota erat. Fratris cōſiliū ſoror quoq; Felicitas imitata eſt, ac ſocia facta eſt earum virginum quæ monaſterium D. Petri Martyris incolunt. Fuit hoc vtriuſq; factū patri ingratū & moleſtum, vel quod voluiſſet familiam Vermiliam, in qua præter ipſos nemo alius ſuperſtes erat, à filio vxore ducta propagari, vel quod vulgi ſuperſtitionem, et monachorū fictam ſanctimoniā, vir grauis improbaret. Etenim Florentiæ

iam olim

iam olim Dãtes & Petrarcha multos abuſus in Eccleſia reprehenderunt, & ante paucos annos idem factũ fuerat ab Hieronymo Sauonarola, cuius cõciones haud dubiè Vermilius ſenior audierat. Certè non omninò illi probatam fuiſſe vitã monaſticam, ex eo colligimus, quòd teſtamẽto ſuo id quod in numerato argẽto habuit, vxori legauit, quàm ſecundam poſt Fumãtinæ obitũ duxerat: reliqua verò bonorũ Xenodochio cedere voluit in vſum pauperũ, hac cõditione vt filio, quoad viueret, ſoluerentur aurei 50. quotannis, quos à ſigno ſcutatos nominamus. Cumq; liberi eius in cœnobÿs vitam agerent, maluit tamẽ ſua bona pauperũ vſui cedere, quàm ab ignauis monachis conſumi, qui ſcilicet preces quaſdam nõ intellectas pro eo demurmurarent. Quæcunq; tamen eius hac in re fuerit ſententia, vicit voluntatem patris ardens in filio diuini, vt putabatur, obſequÿ ſtudiũ. Credo equidem multos eſſe qui hoc eius conſilium ineundæ vitæ monaſticæ reprehendendum eſſe exiſtiment, atq; hi non tantum me, verumetiã hunc ipſum qui id ſecutus eſt, ſibi conſentientem habebunt. Neq; enim cuiquam hoc factũ vehementius diſplicuit quàm ipſi, qui quàm primùm errorem ſuum agnouit, eundem etiam emendauit. Quanquam ſi temporum conditionem ſpectemus iudicium quidẽ reprehendi poteſt, voluntas verò laudẽ meretur. Nam in illa monachorum vita ſuperſtitioſa & inerti, fuerunt tamen olim multa quæ animum pietatis & literarum ſtudioſum ad eam allicerent: magna primùm nomina ſanctiſſimorum virorũ qui monachi fuiſſe dicerentur, Baſilÿ, Nazanzeni, Chryſoſtomi, Epiphanÿ, Hieronymi, Auguſtini, & aliorũ, quorum vitam imitari et veſtigÿs ingredi quis nõ cuperet? deinde nomẽ religiõis, et apud omnes peruulgata ſanctitatis opinio: falſa quidem, fateor, ſed quis hoc tum vidiſſet in tantis tenebris? quis etiam ſi vidiſſet, auſus fuiſſet omnibus diſſentientibus mendacÿ arguere, præſertim adoleſcens, cui ætati alioqui inbecillitas conſilÿ propria eſt? Adde huc ea quæ vel maximè Martyrẽ ad hoc genus vitæ pertraxerunt, ocium non ignauũ ſed dicatum ſtudÿs, optimorumq; librorum magnam copiam. Nam cum pleraq; collegia huius familiæ inſignes Bibliothecas habent, tum vel maximè Feſulanũ. Hoc enim Medicei veteres, qui maximo ſumptu optimos libros non modò ex Italia, verumetia ex Græcia, Aſia & Aegypto collegerunt, extruxerant & celebri bibliotheca ornarũt. Qua librorum copia cùm quodammodo ad monaſticã vitam illectus ſit Martyr noſter, accedente præterea opinione diuini cultus, cõdonemus iudicÿ errorem illis tẽporibus, voluntatẽ verò laudemus, quòd ſcilicet religiosè, quòd ſanctè, quòd in bonarum literarum ſtudÿs ſtatim à pueritia ætatem ſuam tranſigere voluit. Vixit in hoc collegio triennium, ſic vt ſocÿ collegÿ eius modeſtiam probarent, morũ facilitatem & concordiæ ſtudium amarent, ingenium verò laudarent & mirarentur. Exercuit ſe illo tempore non modò in artium dicendi præceptis, quæ iunioribus ſocÿs in hac familia diligenter tradebantur, verumetiã in ſacrarum literarũ lectione. Laudabilis namq; mos fuit huius familiæ, vt adoleſcentes qui memoria valerẽt, aſſueſierent quo quàm plurima ex ſacris literis memoriæ mandarent. itaq; alÿ integras Pauli epiſtolas, alÿ librũ Prouerbiorum Salomonis, nõnulli hiſtoriam Tobiæ, aut aliquẽ alium ex libris ſacris memoriter recitabant. Sub hac diſciplina cũ triennium abſoluiſſet Martyr, ita & ingeniũ & diligentiã ſuam approbauit ſocÿs eius collegÿ, vt omnes dignũ iudicarent qui ad præſtantiores doctores mitteretur. Quare Patauium miſſus eſt, vt in celeberrima eius vrbis Academia ampliorẽ ingenÿ cultum caperet. Eſt autem in ea vrbe euſdem familiæ cœnobium S. Ioannis de Verdara, in quo annis fermè octo vixit, cum Alberto Abbate homine non indocto, & qui aliorũ ſtudia libenter iuuaret. Illo igitur tempore totum ſeſe Philoſophicis ſtudÿs addixit, et dies noctesq; in omniũ artium meditatione verſatus eſt: itaq; ſæpe referre ſolebat, ſeſe quicquid in philoſophia, & illis literis quas humaniores nominãt, ſciret, quod ipſe quidẽ parum eſſe dicebat, ego verò cũ alÿs multu magnũ ſemper iudicabam, id ſe magna ex parte acceptũ referre Patauinis ſtudÿs. Abundabat enim tũ ocio quod omne in literis conſumebat, habebat quos audiret Philoſophos inſignes, docebãt enim tũ in illa Academia celeberrimi Philoſophi, Brãda, Genua, Cõfalonerius. erat præterea in ipſo ingeniũ excellens & ſingularis diligentia. Nã quotidie ſeſe exercebat, legendo, meditando, ſcribendo, & potiſſimum diſputando: qua in re eius diligentiã & acumen illi ipſi quos modo nominaui doctiſſimi Philoſophi ſummoperè approbarũt: ſic vt in publicis cõgreſſibus ſæpenumero Branda Florentinũ ſuum, ſic enim Martyrẽ nominabat, ad diſputandum prouocaret. Tradebatur tum temporis in Academÿs omnibus Philoſophia Ariſtotelea, hanc non tantũ quod ſola floreret eſt amplexus, ſed vti in ſuis cõmentarÿs teſtatur

Digitized by Google

quot in moralem Ariſtotelis philoſophiam conſcribere aliquando cœperat, Ariſtoteleam Philoſophiam maximè amauit & coluit ob methodum, & quod minus errorum haberet quàm reliquæ philoſophorū ſecta. Quia verò Ariſtotelis libri Latini quidē habebantur, ſed tamen ita tranſlati vt non vbiq; ſatis commodè Ariſtotelis ſenſum mentemq; exprimerent: quamuis enim doctiſſimi viri in Ariſtotele transferendo laborarint, pauci tamen Ariſtoteleā breuitatem & limatiſſimum orationis genus imitari & exprimere per omnia potuerunt: quia ergo Latini libri non vbiq; fideliter & perſpicuè Ariſtotelis ſententiā exprimebant, ſtatuit Græcā linguam addiſcere, vt Ariſtotelem aliquando ſua lingua loquentē audiret: & in hac re multum ſtudij operæq; poſuit. Carebat enim præceptoribus idoneis, qui perſpicuè ac diligēter, rationē & vſum linguæ docerēt, itaq; priuato ſtudio & aſſiduitate magna difficultates omnes illi ſuperandæ fuerunt. Audiui ex eius familiaribus, eū ſæpe integras ferè noctes in Bibliotheca, quæ in illo cœnobio locupletiſſima fuit, vigilaſſe cum Benedicto Cuſano qui illi omnium ſtudiorū ſocius fuit, ita vt alter alteri mutatis vicibus Græcū aliquem auctorē interpretaretur. Hac autē diligentia tantū profecit, vt nō modo Græcos oratores & philoſophos, ſed poëtas quoq; omnes, quorū tamen aliud dicendi genus eſt, abſq; vllo interprete exactè intelligeret. Debebā hoc loco Theologica quoq; illius ſtudia cōmemorare: tres enim Patauij Theologos audiuit, Heremitanū vnum & duos Dominicani ordinis: verùm quia poſtea aliud & exactius genus Theologiæ ſecutus eſt, facilè patiemini me hanc verè Scholaſtica Theologiam ſilentio præterire & ad alia atq; maiora progredi. Cùm ad annū ætatis peruenisſet vigeſimū & ſextum, viſum eſt ſocijs collegij illi publicè concionādi munus demandare, quo ſtudia ſua quæ intra ſcholam & in cœtu collegij hactenus delituerant, in lucem tandē & in publicum eccleſiæ vſum proferret, & ordini ſeruiret ſibi verò auctoritatē ac nomen compararet. Nā in Italia non vti apud Germanos presbyteri concionantur, ſed munus hoc vniuerſum ad monachos relegatum eſt, è quorū numero Dominicanæ familiæ ſocij ſingulis dominicis concionari ſolent: vnde etiam Prædicatorum nomen acceperunt. qui verò ex alijs ſunt familijs, hi plerunq; tātum in Aduentu & in Quadrageſima (vt ipſorū nominibus vtamur) concionantur ad populū. Quo autē rariores ſunt conciones, eo maior & frequentior eſt concurſus populi, præſertim in magnis & populoſis vrbibus. Deliguntur itaq; ex omnibus familijs monachorū ad hoc munus, qui maximè doctrina & eloquentia videntur excellere. Qui ſi approbarint ſe populo, magna eſt eorum gloria, & celebre nomen ſortiuntur. Ad hac Canonicorū D. Auguſtini familia peculiaribus priuilegijs à Romanis pontificibus ornata eſt, vt omnes ex hac familia qui aliquando publicū hoc cōcionandi munus executi ſunt, fruantur honoribus, titulis, dignitatibus, priuilegijs quæ dantur illis quos Academiæ ſolēni more doctores pronunciarunt. His autem titulis quos alij iam ſeneſcentes vix merentur, Martyr anno, vt diximus ætatis ſuæ vigeſimo ſexto ornatus eſt: & ita ornatus, vt nō inane nomē haberet ſicuti multi, ſed doctrinā magnā & amplam ſtudio indeſatigabili comparatā: et munus ac laborē publicè docendi cum ipſo nomine doctoris coniunxit. Cœpit autē primùm docere Brixiæ in templo D. Afræ, & deinde in celeberrimis Italiæ & Galliæ Ciſalpinæ vrbibus docuit, Romæ Bononiæ, Firmi, Piſis, Venetijs, Mantuæ, Bergomi, Montferrati. Quodcunq; vero à concionandi munere ocium nactus erat, id omne in ſacrarum literarū & Philoſophiæ ſtudijs ponebat: ac non tantum publicè concionabatur, ſed in collegijs ſuæ familiæ philoſophiā & ſacras literas interpretatus eſt: Patauij, Rauennæ, Bononiæ, Vercellis, qua in vrbe, vt ea quæ in Græcis literis didicerat docendo confirmaret, Homerum interpretatus eſt, petente hoc ab eo obnixè Benedicto Cuſano Vercellenſi, quem ſupra diximus omnium eius ſtudiorum ſocium fuiſſe. Eodem tempore frequenti exercitio concionandi excitatus, qui pro ſcholarum conſuetudine hactenus ſe potiſſimū in Scholaſticis Theologis, Thoma præſertim et Ariminenſi exercuerat, & interea quoq; patrum ſcripta cognouerat, diligentius quàm antehac ipſos fontes Theologiæ, ſacras literas vtriusq; teſtamenti perſcrutari cœpit. Quia verò experiebatur ad id ſibi neceſſarium eſſe Hebrææ linguæ cognitionem, ad hanc animū adiecit. & Bononiæ in qua vrbe vicarius erat Prioris (ita enim collegiorū præſides ab ipſis nominātur) illi operā dedit, nactus præceptorē Iſaac quendam Hebræum Medicum. Quantò autem labore plerunq; hæc lingua ab Hebræis addiſcatur, norunt qui huiuſmodi præceptoribus vſi ſunt. nam plerunq; eorū in tradendo fides, methodus verò deeſt omnibus: itaq; cum ordine recto progredi non poſſint, et ſuæ linguæ cognitionē noſtris hominibus inuideant, nō niſi magno labore et ſumptu (quic-

quid

Digitized by Google

quid enim boni tradunt ſpe mercedis faciunt) lingua ſacra ab illis diſcitur. Attamen omnes has moleſtias Martyr ſingulari patientia & indefatigabili ſtudio ſuperauit: tantus in eo ardor erat cognoſcendi ſacras literas. Quem cum conſidero, nō poſſum ſatis admirari progreſſum & ordinem, quo viſum eſt cœleſti patri ipſum ad agnitionem cœleſtis veritatis perducere. Primū enim ab ineunte ætate voluntatē eius excitauit, vt pro viribus conaretur Deo placere & ſeruire, quamuis interea paſſus ſit eum aberrare in ratione diuini cultus: deinde ita animū eius informauit, vt innocētiæ vitæ & iuſtitiæ ſtuderet, qua etſi Deū promereri nō potuit, corā tamen hominibus ſe irreprehenſibilē præſtitit: poſtremo ipſum incredibili amore ſacrarum literarum inflammauit & accendit: quarum dum literam aliquandiu ſectatur, tandem patefaciente ſpiritu Dei, abdita & ſpiritualia myſteria ſalutariter cognouit. Poſſem hac in re ipſum iure D. Paulo gentium doctori comparare, in cuius vita ante conuerſionem fuit ſtudium diuini cultus, & iuſtitia quæ eſt ſecundum legem, in qua irreprehenſibilis fuit, & præterea lectio legis, ſed adhuc velo obtecta: verùm breuitatis ſtudiū me ad alias narrationes his omiſſis reuocat. Probabant principes familiæ ipſius in concionando & docendo diligentiā. erat iam nomen eius celebre in maximis Italiæ vrbibus, quare ſtatuerunt eum pro vt ipſius excellentes virtutes merebantur, ad ampliorē dignitatem prouehere. itaq; eum communi conſenſu fecerunt Abbatem Spoletanū. Quod munus adminiſtrandū cum ſuſcepiſſet, ita præclarè ſe geſſit, vt cuncti mirarentur, hominē hactenus duntaxat in literis verſatum, tanta pollere in omnibus rebus adminiſtrādis prudentia & dexteritate. Nam vt alia taceam, duabus in rebus quas nulli ante eum Abbates conficere valuerūt, ſingularis eius virtus enituit. Fuere Spoleti duo collegia virginum, & tertium in quo ipſe agebat Canonicorū Auguſtinianæ illius regularis, vt nominant, familiæ. horum omniū diſciplina ſuperiorum Abbatum negligentia ſic collapſa erat, vt ob eorū luxum & turpitudinē vitæ, vniuerſa familia huius inſtituti magno odio apud omnes eſſet. Id cū Martyr videret, pro authoritate & officio ſuo docendo, monendo, hortando, & ſeuerius etiam caſtigando ita omnes in ordinem redegit, vt hinc non tantum ſibi maximam laudem, verumetiam vniuerſæ familiæ ſummam gratiam conciliarit. Atq; hoc quidem ordinis & inſtituti eius propriū & quaſi debitum officium fuit, illud autē alterū quod iam cōmemorabo longè præſtantius, & vniuerſæ Reipub. collatū eſt. Spoletana Reſpublica, ſicut & multæ aliæ in Italia, certas in factiones erat diuiſa, inter quas perpetuæ erant contentiones, quæ ſæpe ad pugnas & cædes vſq; progrediebantur: & quamuis hoc ſæpè conati eſſent ſuperiores Abbates, nunquam tamen partes componere & ciuitatem in concordiam redigere potuerunt. Id cum non ignoraret Martyr, ſecum autem cogitaret, nihil magis officio ſuo conuenire, quàm diſſidentes in concordiā reuocare, & mutua charitate, quam toties Chriſtus commendauit, inter ſe coniungere, exiſtimauit vitam potius ſibi ponendā eſſe, quàm vt vlterius aſpiceret ciuitatē ita miſerè proprio diſſidio perire. Itaq; non ante deſtitit omnes publicè & priuatim ad concordiā hortari, officia Chriſtiani hominis docere, patriæ calamitatem & priuata ſingulorum pericula ante oculos ponere, quouſq; id quod contendebat efficeret. Tantū enim valuit eius auctoritas, prudentia, eloquentia, vt deinceps omni illo tēpore quo in ea vrbe vixit, non modo cædes & pugnæ nullæ committerentur: verū etiā nulla veſtigia factionū apparerent: tantū vnius viri excellens virtus & induſtria potuit. Habent in hoc viro Abbates omnes exemplū, quod ſi imitarentur, poſſemus forte aliquam ab illis eccleſiæ emendationem ſperare, nunc verò quando neq; manifeſtiſſimos abuſus corrigūt, perpetuò autē cædes & bella ſpirant, quid quæſo boni nobis de illis polliceri poſſumus? Fuit Martyr Spoleti triennium, ac tum in publico conuentu patrū totius familiæ præfectus eſt collegio Neapolitano S. Petri ad aram, quod ſacerdotium ob loci amœnitatem, & amplos prouentus magnæ dignitatis eſt. In hac vrbe gratia diuina illuminationis illuſtrius ac clarius illi affulgere cœpit. Nam quum hactenus in ſcholaſtica Theologia, in patribus etiā multum diuq; verſatus eſſet, & tandē ad ipſos fontes ſe totum contuliſſet, magis magiſq; quotidie à ſpiritu illuſtratus, errores, & abuſus in eccleſia cœpit agnoſcere. Itaq; quod multis religioni eſt, animum adycere cœpit ad percipienda noſtrorū quoq; hominū ſcripta. atq; nactus Bucceri cōmentaria in Euangeliſtas, & annotationes in Pſalmos, quas ille ſub Aretij Felini nomine ediderat, diligenter euoluit. Zuinglij quoq; librum de vera et falſa religione, & alterum eiuſdē de prouidentia Dei, nōnulla etiā Eraſmi, & legit, & ſe horū omniū lectione multum profeciſſe ſæpe ingenuè confeſſus eſt. Interea quotidie penè cum amicis qui pura religio-

Digitized by Google

nis ſtudioſi erant aliquid ex ſacris literis cõmentabatur, ſic vt huiuſmodi colloquijs multum vtrinq; in vera religione ædificarentur. inter hos verò quibus cum de religione conferebat præcipui fuere Benedictus Cuſanus, cuius ſupra quoq; mentionem fecimus, M. Antonius Flaminius, & Iohannes Valdeſius Hiſpanus. Fuit hic poſtremus nobili genere natus in Hiſpania, & dignitate equeſtri ornatus à Carolo Cæſare: qui poſteaquam à Deo veræ religionis agnitione donatus eſt, vitam ſuam in Italia, & præcipue Neapoli, egit, quo loco doctrina & ſanctiſſimo vitæ exemplo quamplurimos, præſertim nobiles, Chriſto lucrifecit, ac fuit eo tẽpore non ſpernenda eccleſia piorum hominum in vrbe Neapolitana: nã in illo cœtu multi viri erant nobiles & docti, multa etiã excellenti virtute fœminæ, inter quas vt alias illuſtres ac verè heroinas omittam, ſilentio tamen præterire non debeo nobiliſſimã heroinam Iſabellam Manricham, quæ nunc Chriſti nomine à patria exulat. In hoc cœtu piorũ fuit ibidẽ Chriſti nomine exul Galeazzius Caracciolus Marchio Vici, et alij magni viri nunc exules, quos omnes nominare non neceſſe eſt, &c. Quamuis autẽ huius eccleſiæ prima laus debeatur Valdeſio, nihilominus tamen Martyris quoq; virtus commemorãda eſt qui poſteaquã à Domino ampliori luce diuinæ veritatis donatus fuit, & ſe cœtui piorum adiunxit, eam quã veram doctrinam eſſe norat ſtatim alijs quoq; prædicare voluit. Etenim epiſtolã D. Pauli ad Corinthios priorẽ publicè interpretari cœpit, idq; magno cum fructu: namq; illũ non tantum eius collegij ſocij audiebãt, verumetiã aliqui Epiſcopi, & multi nobiles. na vt noſtis ea vrbs ſemper nobilium & clarorum virorum domicilium fuit. Verũ poſteaquam verba Pauli quæ tertio eius epiſtolæ capite habẽtur, Vniuscuiusq; opus quale ſit ignis probabit. Si cuius opus manſerit, quod ſuperſtruxit mercedem accipiet: ſi cuius opus exuſtũ fuerit, damnũ patietur, ipſe verò ſeruabitur, ſed ſic tanquam per ignẽ: Hæc inquam verba, cũ contra receptã opinionem interpretatus eſſet, multos ſibi aduerſarios & hoſtes concitauit. Vulgò enim perſuaſum eſt, his verbis à Paulo ſtatui & confirmari ignẽ illum Purgatoriũ, quo vix aliquid fructuoſius habent Papiſtarũ ſacrificuli. Martyr vero etſi nondum apertè oppugnabat illud Purgatoriũ quaſi carcerem à monachis extructum, oſtendit tamen, idq; ex antiquis patribus, Paulũ hîc neutiquam de igne Purgatorio agere, quandoquidem ignẽ talem conſtituit quem pariter boni & mali ædificatores experiantur, ſed eum hoc potius dicere, eos qui non rectè ædificauerint, poſſe quidẽ ſeruari, ſed quaſi per ignem. vt enim is qui euadit per incendia vix nudus exilit, ita hi doctrina ſua confutata & dãnata agnoſcunt ſe luſiſſe operã, atq; ita iudicio Dei retecto eorum peccato, pœnitentia dolorem & magnã triſticiã ſentiunt. Sanã hãc & orthodoxam huius loci interpretationẽ quædam Papæ ſimul & ventris proprij mancipia nõ poterant ferre. videbãt enim ſi hoc fundamentum Purgatoria ipſorum officina conuelleretur, etiamſi eã nemo deinde impelleret, tamẽ ipſam ſua infirmitate ſponte collapſuram. norant præterea caſum Purgatorij neceſſariò conſequi interitũ parentaliũ ſacrorũ, & indulgẽtiarum ex quibus quæſtũ hactenus feciſſent vberrimũ. Quare cum ſtatuerent hæc nõ eſſe ferenda, Martyrẽ, quem harũ rerum auctorẽ fore metuebant, accuſarunt, atq; tandẽ effecerũt vt illi lectione interdiceretur. Sed Martyr huic interdicto obtemperare noluit, vt iniquo & iniuſto, & cauſæ bonitate fretus Romã ad Pontificem prouocauit, & illic amicorũ ope aduerſarios ſuperauit. Habuit enim tum in vrbe amicos potentes & gratioſos, Herculem Gonzagam Cardinalem Mantuanũ, Caſparem Contarenũ, Reginaldũ Polum, Petrũ Bembum, Fridericum Fregoſium, omnes & doctos & apud Pontificẽ gratioſos, & qui tum viderentur aliquam reformationem eccleſiæ deſiderare. Horũ gratia & opibus ſubnixus facilè obtinuit, vt interdictum illud aduerſariorũ tolleretur, & ſibi concederetur priſtina docendi libertas: qua tamen non diu frui potuit. Nondũ enim integrum trienniũ Neapoli egerat, cum in grauem & lethalem morbũ incidit, vnà cum perpetuo ſtudiorũ ſocio & integerrimo amico Benedicto Cuſano, quo hic quidem obijt, Martyr verò ſingulari Dei beneficio, & diligenti optimorum medicorum cura difficulter euaſit. Quamobrẽ vt eius valetudini conſulerent principes familiæ, cum viderent ipſum nõ poſſe ferre aerem Neapolitanum, in publico conuentu declararunt ipſum generalẽ viſitatorẽ totius ordinis. In hoc munere ita ſe geſſit, vt boni eius integritatem & conſtantiam ac grauitatem plurimùm laudarent, reliqui eũ metuerent, & quamuis eũ odiſſent, id tamen diſſimularent. Erant tũ multi qui in ordine tyrannidẽ quandam exercebant, & cum luxu & impuritate vitæ maximã vniuerſæ familiæ inuidiã conciliarent, nullis rationibus & admonitionibus hactenus ad ſanitatem reuocari potuerant.

Hoc in

Digitized by Google

Hos in ordinem redigendos eſſe Martyr exiſtimans, re cum Mantuano Cardinali, qui totius familiæ protector erat, communicata, eius auxilio nõnullos ſuis dignitatibus priuauit, et generalẽ rectorẽ totius familiæ cũ aliquot ſocijs in Diomedea inſula ad perpetuos carceres dãnauit. Vt autem hac diſciplinæ ſeueritate gratiam vniuerſo ordini & ſibi ipſi magnã gloriam comparauit, ita eodẽ facto multorum odia & inimicitias ſibi conciliauit. Itaq; Mantuæ celebrato conuentu procerum familiæ Prior S. Fridiani Lucæ deſignatus eſt: quæ quidẽ etſi ampla eſt dignitas in hac familia (nã epiſcopalia iura in mediã vrbis partem obtinet Prior S. Fridiani) pauci tamen honoris cauſa Martyrem huc promouerũt, plerię; verò quòd eum odiſſent, vel illi inuiderent, & exiſtimarent eum ob patriam omnibus inuiſum fore. Lucenſes enim magnum & inueteratum quoddam in Florentinos odiũ habent, propterea quòd eos libertati ſuæ inſidiari exiſtimant. Verùm Martyr ita excellenti ſua eruditione & virtute Lucenſium animos ſibi deuinxit, vt contra aduerſariorum & inuidorum ſpem et opinionẽ ipſe homo Florẽtinus ciuibus nõ minus gratus atq; charus fuerit, quàm ſi Lucenſis ciuis fuiſſet: ita vt poſtea legatione ad proceres familiæ miſſa enixè petierint, ne Martyr ſibi auferatur. Cũ itaq; Lucæ ageret Martyr, et in collegio ſuo haberet plures viros doctos, multos etiã optimæ indolis adoleſcentes, talẽ diſciplinã inſtituit, quæ bonos mores, religionẽ et literarũ ſtudia quàm maximè poſſet promoueret. Nã primũ hoc curauit vt in tribus linguis adoleſcentes erudirentur quàmdiligentiſſimè, & Latinã quidem docebat Paulus Lacıſius Veronenſis: Græcã Celſus ex illuſtri Comitum Martinengorum familia: Hebræam, Emanuel Tremellius. Ipſe verò Martyr quo iuniores ſimul et Græcam linguam & religionem addiſcerent, quotidie epiſtolas Pauli illis interpretabatur, & rurſus ab ijs lectionẽ exigebat. Publicè verò ante cœnam Pſalmum aliquem Dauidicum explicare ſolebat. confluebant autẽ ad eum audiendum è tota ciuitate viri complures nobiles & docti, patricij Lucenſes. Quò autẽ in vniuerſa republica verã religionẽ plantaret, ſingulis diebus dominicis ad populum cõcionatus eſt, et in quadrageſima quidẽ atq; in aduentu vſitato more Euangelia iam olim his temporibus adſcripta expoſuit, reliquis autẽ anni partibus Pauli epiſtolas. Quantũ verò docẽdo profecerit ego commemorare nolo, vos autẽ ipſi facilè hinc colligere poteſtis, quod poſt eius ex Italia diſceſſum, intra vnius anni ſpatiũ decem & octo ſocij collegium deſeruerũt, & relicto Papatu profecti ſunt ad eccleſias in quibus publicè pura Euangelij doctrina prædicatur. inter quos fuere vir nobiliſſimus Celſus Martinẽgus, qui Geneuæ eccleſiæ Italicæ magna cũ laude præfuit, et D. Hieronymus Zanchus qui nunc ſacras literas in celebri Argentinenſi ſchola docet. Emanuel itẽ Tremellius celeberrimus Hebrææ linguæ interpres. Teſtatur magnus numerus patriciorũ Lucenſium qui pro Chriſti nomine ſponte exiliũ ſubierunt, Martyris cõciones fructu non caruiſſe. Dum ita Martyr Lucæ ageret, conuenẽre in ea vrbe Carolus Cæſar & Paulus III. Põtifex, venit etiã illuc è Germanica legatione rediens Caſpar Cõtarenus Cardinalis, qui pro veteri amicitia apud Martyrẽ diuertit, vnà cũ Thoma Badia Mutinenſe Magiſtro ſacri palatij & legationis ſuæ ſocio. Fuère illis diebus quotidiana Martyris & Contareni de religione colloquia, vti inter amicos homines doctos & religionis ſtudioſos. Redierat tũ primùm Contarenus ex Germania, audierat noſtrorũ hominum fidei confeſſionẽ, rationes et argumenta eorum cognouerat, & vt plerię; iudicant, non omninò male de noſtris hominibus exiſtimabat. Credendum quoq; eſt & Martyrem multa ex illo de noſtris hominibus & doctoribus audiuiſſe, quæ eum in ſententia confirmarent: & viciſſim quoq; in multis Contarenũ iuuiſſe, vt oculos aperire ac veritatẽ clarius agnoſcere inciperet. Exiſtimabant nonnulli ob aduentũ Pontificis, Martyrem in aliquo periculo fore, quòd homines inuidi et malitioſi, qui ſemper veræ virtutis hoſtes ſunt, apud ſuſpitioſum ſenẽ facilè aliquã calumniã confingere poſſent, vnde illi periculũ crearetur. Quia verò propria auctoritate et eruditione firmus erat, et præterea pollebat populi gratia et amicorũ præſidijs, tũ quidẽ nihil contra eum mouerunt, ſed re in aliud tempus dilata ipſum ex inſidijs adoriri ſtatuerunt. Quare vt primũ patientiã Lucenſis populi explorarent, quendã Eremitanum Auguſtinianæ familiæ à confeſſionibus, iuſſu Romani Pontificis in carcerẽ conijciũt, & in eũ de religione violata accuſationem inſtituunt: quam rem indignè ferentes nobiles aliquot Lucenſes, qui hominis pietatẽ & innocẽtiã nouerant, ipſum effractis carceribus ex vrbe eductũ fuga ſibi conſulere iuſſerunt: in qua cum fortè lapſu crus fregiſſet, denuò captus et Romam abductus eſt. Poſteaquam igitur prima hæc quaſi impreſſio illis ex voto ſucceſſit,

Digitized by Google

ſtatuerunt deinceps Martyrē aggredi. itaq; omnibus in locis inſidias illi ponūt. Romæ clàm in eum accuſationem inſtituūt. in ſingulis collegijs eius familiæ veteres eius inimicos excitant. tempus adeſſe oſtendunt quo ſuam licentiam quam ipſi libertatem appellabāt, recuperare, & de Martyre pœnas ſumere poſſint. hortantur ne occaſioni deſint. Breui itaq; horum ſtudio & opera Genuam coēunt, nō pro more principes tantùm familiæ, verùm illi maximè qui Martyrem odiſſent, aut illi inuiderent, qui omnem licentiam vitæ ſibi reſtitui cuperent, quorum religio in ſuperſtitioſis ceremonijs, ſanctimonia in hypocriſi poſita erat. Euocatur ab his Martyr vt ſe Genuæ primo quoq; tempore ſiſtat: verùm cum inſidias inimicorum non ignoraret, quas odio excæcati celare non poterant: & præterea amici veteres eum monerent, ſibi caueret, multos eſſe qui vitæ eius inſidias ſtruerent, re ſecum diligenter deliberata ſtatuit conuentum hunc omnino euitare, ac ſe aliò conferre, vbi ab aduerſariorum vi & inſidijs tutus eſſe queat. Itaq; primùm ſuæ Bibliothecæ partem aliquam (hæc enim erant ipſius κειμήλια) Chriſtophoro Trenta patricio Lucēſi, homini pio, veræ religionis ſtudioſo committit. qui eam poſtea in Germaniam ad illum peruehi curauit: reliquam partem legauit collegio. deinde rebus collegij ordine quantum poterat compoſitis, & cura eius vicario ſuo commiſſa, clàm è collegio & ex vrbe diſceſſit, cum tribus tantum comitibus: Paulo Laciſio Veronenſe, qui poſtea Argentinæ factus Græcarum literarum profeſſor, in ea vrbe mortem obijt: Theodoſio Trebellio, & Iulio Terentiano, quem omnes noſti Martyri conſtanter & fideliter ad obitum vſq; adhæſiſſe. Luca diſcedens, cum ſtatuiſſet patriam primum adire, Piſas venit, & in ea vrbe cum aliquot nobilibus Cœnam Domini Chriſtiano ritu celebrauit. Nactus illic fidos homines literas de diſceſſu ſuo conſcripſit ad Reginaldum Polum, & alteras ad ſuos Lucenſes, quæ poſt menſem à diſceſſu ſuo illis redderentur. In his oſtendit qui & quàm graues errores & abuſus ſint in omni pontificiorum religione, & ſeparatim etiam in vita monaſtica, quibus communicare ſalua conſcientia vlterius non potuerit. expoſuit etiam alias ſui diſceſſus cauſas, odia ſcilicet & inſidias inimicorum ſuorum. commemorabat ſuam in illis erudiendis & moderandis fidem & religionem, & ſibi dolere teſtabatur, quòd non potuerit eos clarius & apertius in vera fide inſtituere. annulum quem inſigne dignitatis geſtare ſolebat, illis remiſit, quo declararet ſe nihil bonorum collegij in priuatos vſus voluiſſe conuertere. Et certè quod eius innocentiæ indicium eſt, exiguum peculium ſecum in Germaniam attulit, quod ſcilicet paucis annis quibus iam exilium meditabatur, ex proprio patrimonio collegerat. Poſteaquam verò ſicuti deſtinauerat in patriā peruenit, reperit ibi virū optimū & doctiſſimum Bernardinum Ochinum, qui Romam euocatus eò pergebat, ſed poſteaquā ab amicis de periculo admonitus cum Martyre ſua conſilia contulit, ambo tandem communi conſilio ſtatuerunt deſerta Italia & relicto patrio ſolo Germaniam petere. Et prior quidem Bernardinus inde diſcedens ſe Geneuam primùm, & poſteà Auguſtam Rheticam contulit: Biduò poſt Martyr ipſum ſecutus eſt, & Bononiam primùm, deinde Ferrariam, mox Veronam profectus, vbiq; humaniter exceptus ab amicis veteribus, tandem per alpes Rheticas in Heluetiam peruenit. In hoc itinere cum Tigurum veniſſet, humaniter exceptus à Bullingero, Pellicano, Gualtero, & cæteris eccleſiæ atq; ſcholæ noſtræ miniſtris: ſuam illis operam obtulit, ſi ea vti placeret: verùm quia nullus locus in ſchola eo tempore vacabat, oſtenderunt ſe quod maximè vellent, hoc tempore eius opera vti non poſſe, attamen voluntatis eius ſe grato animo memores fore. Referebat aliquando, ſi huius profectionis mentio facta fuiſſet, ſe cum primùm Tigurum veniſſet, multum & tum et deinceps ſemper eam vrbem amaſſe, ac optaſſe hanc eſſe certum & firmum exilij ſui hoſpitium: cuius voti pòſt compos factus eſt, quamuis prius diuinæ prouidentiæ viſum fuerit, eum tanquam legatum Ieſu Chriſti ad varias vrbes & gentes mittere, vt tandem Deo ita procurante Tigurum rediret, & in ea vrbe non longè ab Italiæ finibus, poſt longas & difficiles peregrinationes conquieſceret. Tiguro igitur tum diſcedens Baſileam venit, & cum illic menſe vno fuiſſet, Argentinam vnà cum Paulo Laciſio vocatus eſt, id procurante viro optimo & doctiſſimo Martino Bucero. atq; ipſi quidem ſacrarum literarum, Laciſio autem Græcæ linguæ profeſſio demandata eſt. Suſcepto igitur docendi munere illis quinq; annis, quibus Argentinæ ante diſceſſum in Angliam, docuit, plurimos libros ſacros interpretatus eſt. Nam primum Ieremiæ prophetæ Lamentationem, deinde duodecim prophetarum, qui Minores nominantur, librum enarrauit. Poſteà ab initio Bibliorum volumen incipiens, Geneſim, Exodum, & bonam partem Leuitici explicauit.

explicauit. Quanta autem eruditione fide & diligentia hoc fecerit, teſtabuntur aliquando ipſius in hos libros commentarij ſi in publicum prodierint. Nam quamuis eos in priuatum vſum conſcripſerit, & morte præuentus non potuerit recognoſcere, digni tamen ſunt qui in manus ſtudioſorum veniant. Præterea quantũ iam tum in docendo excelluerit, nõ modo ex his quæ ipſi audiuiſtis & vidiſtis conijcere ſed hinc quoq; cognoſcere poteſtis, quòd cùm haberet collegam Martinũ Bucerũ ſummum Theologũ, qui vt à viro quodã docto verè de illo ſcriptum eſt, præter reconditã eruditionẽ copioſamq; multarum rerum ſcientiã, præter ingenij perſpicaciam, multam lectionem, aliasq; multas ac varias virtutes, hanc ſibi propriam laudem habuit, quòd vix alius hac memoria exactiore diligentia in ſcripturæ interpretatione verſatus eſt: hunc inquam talem ac tantum virum cum in docendo collegam haberet, nunquam tamen eo inferior eſſe viſus eſt. Nam primum quod propter trium linguarum exactam peritiam feliciſſimè præſtare poterat, ipſa verba ſacrarum literarum ſenſumq; genuinum diligenter explicabat: deinde inueſtigabat & retegebat rationes & argumenta, quæ ſub verbis alioquin ſimplicibus & contractis deliteſcunt: & ſimplicius dicta alijs locis confirmabat, obſcura cum apertis conferebat, oſtendebat quæ nam aduerſari viderentur verbis propoſitis, & rationem ea conciliandi demonſtrabat. quid item patres ſenſiſſent ſingulari felicitate memoriæ ordine exponebat, & acri iudicio quod pondus et robur ſingulorum interpretationes haberent, examinabat: controuerſias verò incidentes ita dextrè & dilucide explicabat, vt nemo alius. In vniuerſa autem tractatione duo præterea afferebat quæ cùm maximè in docendo neceſſaria ſint, methodus exacta, deinde oratio pura & dulcida, ſic in his excellebat, vt Bucerum non modò æquare verumetiam omnium iudicio ſuperare videretur. Nam ille methodi alioqui obſeruantiſſimus, nonnunquam tamen multarum rerum ſcientia aliò abductus, longius ab ordine inſtituto diuertebat: aut infinitis occupationibus diſtractus partitionis propoſita non ſemper memor erat: adhac fuit illi (ſicuti agnouit & ſæpe faſſus eſt) peculiaris obſcuritas orationis, vt non niſi ab attento auditore intelligi poſſet. Martyr autem omnia quæ tractanda erant cum aptè in certas partes diuidebat, tum neq; vllius earum in quantumuis prolixa tractatione obliuiſcebatur, neq; nouam aliquam in media tractatione inſerebat, neq; ordinem quem initiò propoſuerat inuertebat: ſed eum quem ſemel propoſuiſſet partium numerum & ordinem conſtanter ad finem vſq; perſequebatur. In dicendo verbis vtebatur puris, proprijs, Latinis: compoſitione præterea tali, quæ neq; contractione orationis aut verborum ambiguitate obſcuritatem pareret, vel rurſus orationis longitudine ſententiã ſuſpenderet, & intellectum ac memoriam auditoris turbaret. Itaq; non modò rerum ipſarum grauitate, verùm orationis quoq; ſuauitate & elegantia animos auditorum demulcebat, & ſumma præterea grauitate in ipſis lectionibus nunc ad piam vitam cohortabatur, nunc ad pœnitentiam grauiori increpatione commouebat, vt omnibus his rebus quaſi condita eius lectiones, ſummam eruditionem & eloquentiam cum ſingulari pietate coniunctam oſtendentes, magnam illi gloriam omnium iudicio compararent. Nunquam tamen doctior erat & magis admirandus, quàm in publicis diſputationibus. Siue enim moderandi eſſent cõcertantes alij, tã ſe æquum iudicem præbebat, ac rationibus tantum quæ ad perſuadendum valerent mouebatur, vt nemo vnquam ſuſpicaretur partibus eum ſtudere: non aduerſariorum argumenta ſolida deprimebat: non conniuebat ad amicorum errores & falſas rationes: ſi extra fines diſputationis euagari vellent, eos manſuetè ad rem propoſitam reuocabat: ſi verò res ad rixas vergeret, ſua authoritate eas ſopiebat. Ita autem finiebat eos congreſſus, vt & ſemper primùm maximè neceſſaria repeteret, & tum demum de integra cauſa pronunciaret, quo & veritas victrix foret, & inde non exigua ad auditores redundaret vtilitas. Quod ſi ipſi diſſerendum eſſet, tam in proponendo quàm in reſpõdendo, ita ſe ſemper gerebat, vt nulla eſſet ſuſpicio cupiditatis, vel rixandi vel reportandæ victoriæ de proſtrato aduerſario: ſed animo ab affectibus libero, quid verum eſſet docebat potius quam vt cum vllo de verbis rixaretur. Itaq; cum poſtea ſæpe cum acerrimis Pontificiæ religionis propugnatoribus congreſſus ſit, neq; ipſorum conuitijs ad iram vnquam impulſus eſt, neq; noſtrorum hominum laudibus & acclamationibus gloriola tali elatior factus eſt: ſed eandem modeſtiam & animi æquabilitatem perpetuò tenuit. Quâ verò perſpicuitate dicendi in publicis prælectionibus vſus eſt, eam multo ſtudioſius in diſſerendo conſectabatur: iudicabat enim o-

β

rationis obſcuritatem & ambiguitatem verborum plurimarum contentionum cauſam eſſe. Atque huius rei apertum teſtimonium ſcripta illius præbent. nam cùm multa de iuſtificatione hominis, de prædeſtinatione diuina non pauca, plurima verò ſcripſerit de Cœna Domini, in cuius explicatione cōplures viri docti affectata quadam obſcuritate vtuntur, nihil niſi proprium, ſimplex, dilucidum in eius ſcriptis legitur. Quin etiam cum Bucerus, quem coluit & admiratus eſt, ſæpe illum hortaretur, vt in cauſa cœnæ Dominicæ obſcuris quibuſdā & ambiguis dicendi formulis vteretur, quibus ipſe ideo vtebatur, quòd vir bonus ſibi perſuaſiſſet, poſſe hac ratione tolli grauē quæ eſt de hac cauſa controuerſia, et ita eccleſiæ pacem diu deſideratā reſtitui. paruit tandē illi & eiſdem cum eo loquendi formis vſus eſt: ſed mox periculo huius rei animaduerſo, ſententiā mutauit. Vidit enim hac ratione non poſſe illis ſatisfieri, qui craſſam & carnalē præſentiā corporis Chriſti in Cœna ſtatuunt, niſi etiā craſſæ eorū locutiones cum plena craſſaq; interpretatione recipiantur. rurſus etiā expertus eſt fratres infirmiores hac orationis ambiguitate partim grauiter offendi, partim ita implicari & perturbari, vt vix norint quid ſibi in hac cauſa ſentiendū ſit. Quare Bucero ſuas locutiones cōcedens, ipſe eandē quā in alijs rebus in hoc quoq; dogmate perſpicuitatē ſecutus eſt, manſitq; nihilominus inter eos firma cōſtansq; amicitia: nā neq; Martyris ſententiā Bucerus improbabat, neq; Buceri ſenſum, quantūuis ambiguis locutionib. vteretur, Martyr ignorabat. Itaq; etſi diuerſa eorū in hac cauſa eſſet docendi ratio, fuit tamē ſummus eorū conſenſus in omni doctrina religionis, et perpetua amicitia vitaq; cōiunctio: quā ſi explicare vellē, & omnia eorū officia quibus mutuū amorē declararūt cōmemorare, verba me citius quàm res ipſa deficerent. Quare his omiſſis ad priuata et ad domeſticam illius vitam enarrandam me conuertam. Argentinæ enim primùm domum & familiam habere cœpit. Vixit autē primùm abſq; vxore in eiſdē ædibus cum amicis qui cum ex Italia ſecuti ſunt, ſtipendio modico aut potius exiguo contentus, quod tamē illi poſtea auctum fuit. cum enim patriā & opes ampliſſimas ſummosq; honores Chriſti nomine reliquiſſet, exiſtimabat ſibi nō cōuenire illis moleſtum eſſe de augendo ſtipendio: præſertim cùm vita ita eſſet frugalis, vt hoc quod haberet nō modò ſibi ſufficeret, ſed aliquid etiā ſupereſſet ad amicos iuuandos. Cùm verò vitā cælibem grauibus de cauſis improbaret, amicorū conſilio ſibi deſpondit honeſtā & nobilem virginem Catharinā Dampmartinā, quæ cum Metis ageret, & veram religionem amaret, à pijs viris Argentinam euocata & Martyri poſtea deſponſata fuit. Obijt hæc poſtea in Anglia abſq; vlla prole, cum annos octo cum marito vixiſſet. Huic quicunq; eam nouerunt cuncti hanc laudē tribuunt quæ optimæ & præſtantiſſimæ matronæ debetur. fuit enim imprimis Deū timens, mariti amans, in re domeſtica adminiſtranda prudens et induſtria, munifica erga egenos, et quæ nō modò ſuis facultatibus, verumetiā conſilio & omni ope eos iuuaret. præterea in omni vita pia, modeſta, ſobria. Ferunt plebeios homines Oxonij, illā non tantū vt beneficiā ac matrem quodammodo egenorū amaſſe, verumetiā quaſi ſacro numine præditā admiratos eſſe, propterea quod in morbis, & præſertim in partu vxores eorum illius conſilio & auxilio certam plerunq; ſalutem conſequerentur. Huius defunctæ corpus Polus Cardinalis effodi & in ſterquilinium abijci iuſſit. & cùm aliud vt iure agere videretur accuſare non poſſet, hāc cauſam adſcripſit, quod iuxta corpus ſanctæ Frideſuidæ humata eſſet, & hæretici vxor fuiſſet. Etenim Cardinalis hic qui aliquando præcipuus Martyris amicus fuerat, poſt eius diſceſſum ex Italia nō modò ac ipſius amicitia diſceſſerat, verumetiā ſtudiū veræ religionis, quod ad tēpus ſimulauerat, penitus abiecit, et acerrimus noſtrorū hominū hoſtis & perſecutor factus eſt. Itaq; cum Martyrē, quòd optabat & maiore voluptate aſpexiſſet, flammis abſumere non poſſet, in mortuū cadauer, quod vxoris eius fuerat, ſæuijt. Poſteaquam verò Anglia ſub ſereniſſima regina Elizabetha priſtinam Euangelij lucem recepit, ad hanc infamiæ notā eluendam corpus iuſſu Epiſcoporū rurſus è fimo & ſtercore erutum & frequenti populo in honorificentiſſimo templi loco ſolenniter ſepultum eſt. Et ne quid ſimile in poſterum Papiſtæ tentare poſſent, oſſa eius cum Frideſuida (quam olim religioſe illi coluerūt) oſſibus permixta ſunt.

Quamobrē quòd ſanctiſſimæ fœminæ corpus turpiter et cōtumelioſe abiectum eſt, illuſtre eſt monimentū Romanæ tyrannidis, quæ neq; viuis neq; mortuis fidelibus parcit: quòd verò honorificentiſſimè reſtitutū eſt veteri ſepulchro, Anglorū erga ſuū præceptorē, cuius ea nuper vxor fuerat, pietatē & gratitudinē teſtatur. Et quia huius rei occaſione in mentionē rerum Anglicarū deuenimus, ac ſatis vt videtur dictū eſt de ijs quæ Argentinæ fecit & docuit, ex-

ponam

ponam deinceps quare in Angliã profectus ſit & quid in ea effecerit. Mortuo Heinrico rege
Angliæ Edoardus eius filius de conſilio tutorũ, et maximè Edoardi ducis Somerſetenſis auũ-
culi ſui, ac Thomæ Cranmeri archiepiſcopi Cantuarienſis et totius Angliæ primatis, pontifi-
cia religionẽ abolere, & eccleſias iuxta verbum Dei reformare ſtatuit. Et quia ex Acade-
mijs miniſtri eccleſiarũ prodeunt, qui per vniuerſum regnũ verbũ Dei annuntient, eas cum
primis diligẽter reformãdas eſſe ſtatuit, quo deinde ex his purus ſuccus ſanæ doctrinæ in ſin-
gulas regni partes deriuetur. Quia vero Petus Martyr doctorũ virorũ iudicio, ob ſingularẽ
eruditionẽ & incredibilem multarũ rerum peritiam, vnus omnium ad hoc munus maximè
idoneus videbatur, ab Archiepiſcopo Cantuarienſi de voluntate regis vocatus eſt. Itaq; ſub
exitũ Nouembris anni 1547. permiſſu ſenatus, Argentina vbi iam quinquẽnium docuerat
in Angliam diſceßit, comitante eum Bernardino Ochino, qui et ipſe quoq; ab eodem Archie-
piſcopo vocatus fuerat. Cum autem aliquandiu eos Archiepiſcopus ſecum detinuiſſet, & o-
mnibus humanitatis officijs proſecutus eſſet, Martyr iuſſu regis ſacris literis interpretandis
Oxonij præfectus eſt. In ea Academia primũ enarrauit epiſtola D. Pauli ad Corinthios prio-
rem, eo quòd in ea tractentur varia & multiplicia capita, quæ ad noſtrorũ temporum con-
trouerſias faciunt, ſic vt huius epiſtolæ doctrina, ſi commode dextreq; adhibita fuerit, omni-
bus vitijs quibus Eccleſiæ ſynceritas corrupta eſt, mederi poßit: & omnes abuſus atq; ſuperſti-
tiones Papiſticas cõuincere. Pontificij quorũ adhuc Oxonij magnus erat numerus, initiò qui-
dem vtcunq; patienter ferebant Martyrẽ docentem, & quidã etiam lectiones eius frequen-
tabãt: & ſe illius eruditionem admirari præ ſe ferebant: alij verò ac præcipuè collegiorũ præ-
ſides, ſuos arcebant à lectionibus, nihil tamen mouebant vlterius. Verùm poſteaquã damna-
tis iam ante ipſorum votis, deinceps occaſione verborum Apoſtoli de Cœna Domini tractare
incœpit, exiſtimarunt ſibi non vlterius eſſe quieſcendum. Etenim cum maiores ipſorum ob-
ſcurata primùm, deinde deprauata doctrina huius dogmatis, in eccleſiam hac ianua erroris
patefacta omnem ſuperſtitionẽ & idololatriam inuexerint, non poterant ferre Martyrẽ, qui
mirifico ſtudio veritatẽ Euchariſtiæ ab eorum erroribus & corruptelis vindicabat. Quò ve-
rò non modò inuidiam, ſed graue etiam periculum illi crearent, eum apud vulgus primùm
vſitatis criminationibus traducebant, quòd maiorum doctrinã impugnaret, ceremonias o-
ptimè cõſtitutas conuelleret, ſacroſanctũ altaris ſacramentũ prophanaret, & tantũ non pe-
dibus conculcaret. Deinde omnibus rebus compoſitis, ipſo ignorante, omnibus templis ſchedas
Anglico ſermone cõſcriptas aſſi[g]unt, poſtridie publicè diſputandũ eſſe cõtra præſentiã Chri-
ſti in ſacra Cœna. Die ergo ſeq[ue]nti hi auditoriũ occupant, operas ſuas idoneis locis diſponũt,
eaſq; ad clamores & tumultũ, & ad pugnã præterea, ſi vſus poſtulet, paratas eſſe iubent. Cõ-
currunt præterea audiendi cauſa, non tantùm ſtudioſi ex omnibus collegijs, verumetiã pars
nõ exigua cõcitati populi, partim vt euentũ rei ſpectarent, partim etiã vt alterutri parti ad
eſſent, ſi fortè tumultus aliquis exoriretur. Martyr interea horũ omnium ignarus ſeſe domi
parabat, vt hora conſtituta more ſolito lectionem faceret, cum interea amici permoti inſolita
concurſatione populi, domum ad eum veniunt, ac illi omnẽ rem exponũt, hortanturq; vt ſe
domi contineat, neq; aliquod periculũ ſibi concilret, quandoquidẽ aduerſarij ita parati ſint,
vt potius videantur armis quã argumentis concertare velle. Reſpõdet ille, ſe nõ poſſe officio
ſuo deeſſe, & munus à rege demãdatũ ſibi, negligere, ſe nullius tumultus auctorẽ vnquã fu-
iſſe, cuius rei ipſi optimi teſtes eſſe poßint: nũc quoq; ſe nolle aduerſarijs tumultuandi occaſio-
nẽ dare, ſe[d] more ſolito legere velle: eſſe haud dubiè multos in hoc cœtu qui lectiones conſue-
tas expetant, quos nõ poßit negligere. Pergebat iã ad auditoriũ comitãtibus illũ amicorũ fide
lißimis, cùm illi in via obuius fit puer Smithei, qui in hac tragœdia primas partes agebat, ac
literas ei porrigit quibus ipſum herus ſuus ad diſputandum prouocabat. Ibi tum amici rur-
ſus monere, rogare, hortari vt domum redeat, commemorare pericula quæ ipſum maneant.
perſtat tamen ille in ſententia, pergit in auditorium ac prouocantes aduerſarios modeſta o-
ratione compeſcens quantum poterat, reſpondet, ſe diſputationem nõ recuſare, ſed nunc non
diſputandi ſed legẽdi cauſa huc veniſſe, atq; ita illis cõcedendibus lectionẽ more ſolito habet,
magna omniũ admiratione. Quippè qui antè ſingularẽ doctrinã & eloquentiã admirati,
nunc quoq; incredibilẽ conſtantiã & fortitudinem in ipſo ſuſpicerent. In tanto enim mur-
mure populi & fremitu aduerſariorũ, ita lectionẽ abſoluit, vt nulla mutatio vultus et colo-
ris in eo eſſet, nõ haſitatio aliqua vocis, nõ linguæ titubatio, nõ deniq; tremor membrorũ, aut
pallor aliquam opinionem timoris præbuit. Finita lectione acrius inſtant aduerſarij, & eum

magnis clamoribus ad diſputandum prouocant, neq; modeſtiſſimam eius excuſationem recipiunt, quod ſe diceret diſputaturum eſſe, ſed alio tempore, nunc ſe nõ eſſe paratũ, cùm propoſitiones diſputandas ita ſtudioſe occultarint, neq; more ſolito publicè propoſuerint, vt eas ad hunc uſq; diem ignorẽt: aiebant enim eum qui nuper cauſam Cœnæ Domini, tã multis lectionibus tractaſſet, nõ poſſe imparatũ eſſe, quæcunq; tandẽ in hac materia quæſtiones proponerentur. Tũ ille cùm eum vrgere perſeuerarent, denuò reſpondit, ſe primum nolle inconſulta Regia maieſtate tantã rẽ aggredi, præſertim cùm res ad ſeditionẽ ſpectare videatur. Deinde ad legitimam diſputationem requiri, vt proponantur certæ quæſtiones, conſtituãtur iudices & moderatores, quorũ iudicio atq; arbitrio tota res gubernetur: deniq; requiri notarios qui vtriuſq; partis argumenta & orationes bona fide iuſtaq; diligentia conſcribant: cùm autem horũ nihil nunc paratũ & conſtitutũ ſit, ſe nec velle nec poſſe diſputare, præſertim cum non ſatis temporis ſuperſit, die iam in meridiem vergente, ad tantã rem excutiendã. Poſteaquam verò his rationibus quamuis æquiſſimis aduerſarijs non ſatis fiebat, & iam res ad pugnã & conflictũ ſpectare videretur, interponit ſe Vniuerſitatis Oxonienſis Vicecancellarius (liceat enim mihi vſitata nomina retinere) & his conditionibus pugnã dirimit, vt vterq; Martyr & Smythæus cũ aliquot focijs in ipſius ædibus conueniant, propoſitiones diſputãdas, tempus, ordinẽ & modum diſputandi communi conſilio conſtituant. Iubet deinde apparitores ſuos, Bedellos nominant, turbam ſummouere, & ipſe ad ſuggeſtũ accedens Martyrẽ manu illi porrecta è turba populi abducit, & domum vſq; comitatur, ac pro ſua auctoritate tumultuantes cõpeſcit. Martyr liberatus ex hoc præſenti periculo, ne ideò quod cauſæ diffideret diſputationẽ renuiſſe videretur, hora cõſtituta ad domũ Vicecancellarij venit, comitantibus ipſum cum alijs amicis, tũ præſertim Sidallo & Curtopo, qui illo tempore eximij veritatis defenſores erant, poſtea tamen Marianis temporibus eandẽ conſtantiã non retinuerunt. Facit idem aduerſarius, & ſecũ adducit Colum, Oglethropũ, & tres alios Theologiæ doctores. Diu inter eos de diſputatione conſtituenda diſceptatum eſt. Martyr enim æquũ eſſe aiebat, ipſos in confutando eum ſeruare ordinẽ quẽ ipſe tenuiſſet in docendo, idq; tãdem obtinuit. Abhorrebat præterea à vocibus peregrinis, barbaris & ambiguis, quæ tamẽ in ſcholis receptæ ſunt. itaq; duabus tantũ vſus, eſt carnaliter & corporaliter: quoniam ſcriptura in Cœna deſcribenda tantũ carnis & corporis, nõ rei et ſubſtantiæ meminit. attamẽ ne ambiguitate aliqua ludere ipſum exiſtimarẽt, ſe illas accipere dixit, atq; ſi dictũ eſſet realiter & ſubſtantialiter. Fuerũt etiã alijs de rebus diſſenſiones aliquæ inter ipſos: attamen cũ demùm de vniuerſa ratione diſputandi inter ipſos cõueniſſet, omnia quæ tũ conſtituta fuerunt, partium conſenſu ad Regiæ Maieſtatis conſiliarios relata ſunt, vt illi de tota controuerſia cognoſcerent. ab his diſputationis dies conſtitutus eſt quarto Nonas Maij, ad quẽ diem affuturi ſint legati Regij, qui diſputationi præſint. Verùm Smythæus cõſcius ſibi tumultus excitati, nõ expectata die cõſtituta, fuga ſe ſubducit, et in Scotiã primùm, deinde Louaniũ in Brabantiam abijt. Poſteaquam verò præſcripta dies adfuit, venerunt Oxonium Regij legati, R. D. Henricus Epiſcopus Lincolnienſis, D. Richardus Coxus Vniuerſitatis Oxonienſis Cancellarius. D. Simon Haydes Decanus Oxonienſis. M. Richardus Moriſinus Armiger, D. Chriſtophorus Neuynſonus Iu. C. doctor. His præſentibus diſputauit Martyr per quatriduum cum tribus Pontificiæ religionis Theologis, Treshamo & Cheadzeo Doctoribus, et Morgano artium Magiſtro. Quanta autem eruditione hos confutarit nõ neceſſe eſt à me commemorari, quandoquidem acta huius diſputationis in omnium manibus habentur. Nam Martyr quia aduerſarij multa falſa & conficta de hac diſputatione in vulgus ſpargebant, eorum improbitate, & præterea amicorum precibus, qui hoc aſſiduè flagitabant, coactus, diſputationẽ hanc in publicum edidit: qua autẽ fide ac diligentia hoc fecerit, oſtendit teſtimonium Regiorum legatorum libro ab ipſis additum. Non multo tempore poſt hanc diſputationem ruſtici per Denoniam & in Oxonienſi agro tumultũ excitarunt, in quo cùm multi nominatim Martyri necẽ minarentur, cùm non modò docere ſed ne tutò quidẽ verſari in vrbe poſſet, amicorum præſidio incolumis Londinum deductus eſt, nõ abſq; ſingulari regis gaudio, qui illum Richemondã venientẽ ex arce proſpiciens læto animo ſalutabat, eiuſq; incolumitati gratulabatur. Vxorẽ quoq; et familiam, quoniam domi tutò eſſe non poterant, amici occuluerunt, donec furioſa multitudo ſeditioſæ plebis, vrbe excederet. Nam à proceribus regni conſcriptis duobus exercitibus, ſeditio breui compreſſa eſt, præcipuis eius auctoribus capitali ſupplicio affectis. Ac tum Martyr rurſus Oxonium ad ſolitos legendi & diſputandi labores redijt: quo tempore cùm Papiſtæ ſe diſputando

dudũ victos noſſent, & armis palàm congredi nõ auderẽt, noctu ſæpè tumultus aliquos ante ædes Martyris commouerunt, ac lapidibus nunc oſtium impugnarunt, modò feneſtrarũ ſpecularia perfregerũt. Quamobrem Regia maieſtas, vt eius ſecuritati & quieti conſuleret, fecit eum Canonicum collegij Eccleſiæ Chriſti, & in illud collegium migrare iuſsit aſsignatis illi ſplendidis ædibus vnà cũ amænisſimo horto. Fuit in hoc collegio Decanus (facit enim veſtra in me audiendo benignitas, vt hæc quoq; minutiora perſequar) ac huius officij ratione et diſputationib. præerat. & præterea Doctores Theologiæ publico Academiarum more promouebat. Ipſe quoq;, cùm ante Pontificijs priuilegijs doctoris gradũ haberet, denuò Oxonij ſolenniter doctor Theologiæ renunciatus eſt. Habuit Martyr Oxonij amicos, vt breuiter dicam, omnes eos qui puram ac veram doctrinã amabant, & ob eruditionem alicuius nominis erãt in illa Aacademia. Præterea Reuerendi Epiſcopi, Hugo Latimerus, Nicolaus Ridleus, Ioannes Ponetus, Ioannes Hoperus. ex aula etiam generoſi ac magnifici viri Antonius Cokus, Ioannes Checus, Richardus Moriſinus, atq; alij complures quos nominare non neceſſe eſt, Martyrem non tantũ diligebant verumetiam amabant. Inter omnes tamẽ Reuerendiſsimus Thomas Cranmerus Cantuarienſis Archiepiſcopus & Angliæ primas ſingulari amore Martyrẽ noſtrum complexus eſt. Qui cùm ipſe doctiſsimus eſſet, Martyri tamen tantum tribuit, vt in rebus quibusq; grauiſsimis eius conſilio vteretur. Itaq; quotieſcunq; vacationem aliquã à publicis docendi laboribus Martyr haberet, eum ad ſe vocabat, & ſua de rebus grauiſsimis conſilia cum illo conferebat. Ac poſteaquàm à rege cura conſcribendi leges eccleſiaſticas primùm XXXII. deinde XVI. viris commiſſa fuit, effecit vt Martyr in horum numero vnus eſſet. ac tandem etiam cum munus hoc vniuerſum vni Cantuarienſi à rege fuiſſet commiſſum, tribus tantũ ad id deſumptis ſocijs, Gualtero Haddono & Rolando Taylero I. C. tertiũ voluit eſſe Martyrem. Horũ opera adiutus eas leges Eccleſiæ Anglicanæ præſcripſit, quæ magnam etiam nũc laudem habẽt apud omnes pios et doctos. Fruebatur iam vniuerſa Anglia pace et tranquillitate, & felix erat religione, & legibus optimè inſtitutis. in tanta quoq; totius regni felicitate Martyr non poterat non etiam felix & beatus videri, qui vteretur optimorum virorum, ſanctiſsimorumq; Epiſcoporum amicitia. verùm omnia hæc ſubito Mariani regni tempeſtate mutata & euerſa fuerunt. Pura enim religio è templis eſt eiecta, ſancta Eccleſiæ politia deleta, legesq; illius abrogatæ ſunt, optimi quiq; in carceres coniecti. In tanta rerum omnium mutatione Martyri docendi munere interdicitur, & denunciatur præterea ne iniuſſu magiſtratus pedẽ moueat, neue quid inde rerum ſuarũ aſportet, graui denunciato periculo, ſi id faceret. Paruit ille edicto, verùm cùm moram interponi videret, de ſuo ſtatu regni cõſiliarijs perſcribit. petit ſi quid admiſerit accuſatorẽ ſibi ſiſti & cauſam cognoſci. Qui cùm nihil in eum ſtatuere poſſent, diſcedendi poteſtatem illi faciunt. Quamobrẽ rectà Londinum proficiſcitur, et illic Cãtuarienſem inueniens eum plurimùm ſuo aduẽtu recreauit. Venerat hic tum temporis Londinũ, vt quæ aduerſarij de ipſo falsò in vulgus ſparſerãt, refelleret. Nã quia ſumma eius apud omnes erat auctoritas, per cõcionatores ſuos Pontificij apud plebẽ inuulgarunt, Cantuariæ ipſius mandato Miſſam reſtitutã eſſe: ipſum quoq; pollicitũ eſſe reginæ ſe Miſſam dicturũ in funere regis: ſimul etiam de futura diſputatione quædam iactabãt. Hoc vbi reſciuit ille, edito ſcripto ſeſe purgat: teſtatur quoq; ſe paratũ eſſe religionis formã ab Edoardo rege inſtitutam publica diſputatione defendere. Si, inquit, nobis libertatẽ det maieſtas Reginæ, ego cũ Petro Martyre, atq; alijs quatuor aut quinq;, quos mihi delegero, fauente Deo confido nos omnibus approbaturos, non ſolum preces communes eccleſiaſticas, et adminiſtrationem ſacram, cum cæteris ritibus & ceremonijs: verùm doctrinam quoq; vniuerſam, ac religionis ordinem conſtitutum à ſupremo noſtro Domino rege Edoardo ſexto, puriora hæc eſſe, & verbo Dei magis conſentanea, quàm quicquid mille retrò annis in Anglia vſurpatũ nouimus. tantùm vt iudicentur omnia per verbũ Dei. Proteſtationẽ hanc & conſilium ſuum cùm Martyri expoſuiſſet, probauit ille, & oſtendit ſe paratum eſſe diſputationi, neq; vllũ periculũ nomine religionis velle defugere. Verùm dum in hac diſputationis expectatione ſunt, Cãtuarienſis & Eboracenſis Archiepiſcopi, Londinenſis præterea & Vuigornienſis Epiſcopi, in carcerẽ abducuntur: his enim rationib. aduerſarij cum illis diſputare ſtatuerãt. Verſabatur tũ Martyr in magno periculo, cũ ob eandẽ religionẽ, tum etiã ob familiaritatẽ et amicitiam horũ virorũ. neq; hoc ipſe ignorabat, verùm fretus ſua innocentia, et quòd in leges regni nihil commiſiſſet, non diſcedendũ putauit, niſi miſsione impetrata. Quare cauſam denuò proponit Conſiliarijs regni, ac ſe non priuata voluntate veniſſe in Angliam demonſtrat: ſed vo-

catum à Seren. rege Edoardo, & miſſum ab ampliſsimo magiſtratu reipublicæ Argentinenſis, ac vtriuſq; diplomata proferebat: cùm verò nunc ſua opera vſui eſſe nõ poſsit, ſe dimitti poſtulabat. Quod poſtquam obtinuit, vix tamẽ credebant amici, etiã acceptu à regina literu, eũ tutò poſſe diſcedere. Dicebant enim eius aduerſarij, tantũ Pontificiæ religionis hoſtem non eſſe è manibus dimittendũ: ſed vel ex ipſa naui in carcerẽ & ad ſupplicium retrahendum eſſe: monebatur quoq; vt ſibi caueret ab inſidijs, quæ ſi Oceanũ trajceret, illi in Flandria & Brabantia parata eſſent. Verùm Dei beneficio cũcta hæc pericula, & certiſsimas inſidias, admiranda ratione euaſit. Cùm enim peregrinorum alij in Friſiam, nonnulli verò in Daniam diſcederent, nactus eſt ipſe gubernatorẽ nauis, hominẽ pium et metuentẽ Deum, qui eum in Anglico littore clàm domi ſuæ detinuit integris quatuordecim diebus, ac iam omnes tã amici quàm inimici eum cum cæteris peregrinis abnauigaſſe credebant; cùm ipſe demum ex Anglia ſoluit, & gubernatore ſuo Antuerpiã noctu ſui cauſa appellente, ab eo ad amicos eſt deductus, & ab illis ante lucẽ curruι impoſitus, per regiones ſibi infeſtiſsimas incolumis Argentinam peruenit, omneſq; aduerſariorum inſidias, Dei primũ beneficio, deinde ſua celeritate euitauit. Excepère eũ Argentinæ veteres amici viri optimi atq; doctiſsimi Sturmius, Sleidanus, Zanchius, Herlinus, Daſypodius, Sapidus, Hubertus & reliqui, magna lætitia. Quo enim in maiori periculo ipſum verſari nouerãt, eo ſalus ipſius, et inopinatus aduentus, maius gaudiũ illis adferebat. Senatus quoq; cùm eius virtutẽ et doctrinã optimè noſſet, iuſsit illi quamprimum reddi priſtinum locum, quem ante diſceſſum in Angliã habuerat. Interea verò nonnulli, qui illi malè vellent, de eo ſiniſtros rumores ſpargebant, quòd in doctrina de Cœna Domini à ſententia Auguſtanæ confeſsionis diſceſsiſſet, ideoq; timendũ eſſe, ne aliquas in eccleſia turbas excitaret. Admonitus ergo huius rei ab amicis, Senatui ſcripto oblato ſeſe purgat, et docet, confeſsionem Auguſtanam et alias quæ ab ea non diſcrepent: ſi rectè atq; cõmodè intelligantur ſe libenter amplecti, profiteri, ac ſi opus fuerit velle pro viribus tueri. Promittit deinde per ſe nullas lites aut contentiones excitatũ iri. Imò ſi locus aliquis pertractandus ſit in ſcripturis, aut quæpiã alia neceſsitas requiſiuerit; vt circa huiuſmodi quæſtionẽ ſuã ſententiã explicet, id ſe facturũ cum omni modeſtia, & citra cuiuſquam amarã inſectationẽ. Quæ verò ſua ſit ſententia, ex libellis, inquit à ſe iam editis facilè poſſe cognoſci: quibus hoc ſcripto ſeu promiſſo nil detractũ ſeu immutatũ velit, quod ad per ſcripturas diuinas edoctus aliter eſſe cognouerit. Et quia præter Auguſtanã confeſsionẽ, à quibuſdã proferebatur concordia inita inter D. Bucerum & D. Lutherum eorumq; ſymmiſtas, reſpondit ſe huic non ſubſcripſiſſe, quòd per verbũ Dei & cõſcientiã dare nequeat, deſtitutos vera fide, percipiendo ſacramẽta, corpus Chriſti ſumere. Addebat autẽ nõ debere hoc illis mirũ videri quod aſſentiri nollet, cùm ipſemet D. Bucerus in Argentinenſi ſchola ſecus docuerit, dum Acta Apoſtolorũ explicaret. Idemq; cum eſſet in Anglia (quod ex quibuſdam eius articulis oſtendi poſsit) longè aliter ſcripſerit: & quidem rectè. Nam cũ fides vnicum ſit inſtrumentũ quo à nobis Chriſtus ipſe, corpus & ſanguis eius percipiuntur, ea ſubmota os corporis nil niſi ſacramentũ corporis & ſanguinis percipere, panem inquam & vinum inſtituto domini conſecrata. Quemadmodum etiam ætatis adultæ homo ſi abſq; fide ad baptiſmũ acceſſerit, nihil dicitur præter ſacramentum, hoc eſt aquã & eccleſiæ preces habere. Siquidem nullus dum non credit gratiam regenerationis adipiſcitur: ita etiam citra fidem neminem ad communionẽ corporis & ſanguinis Chriſti aditum habere. Vt enim dicit Auguſtinus, mãducare & bibere nihil aliud eſt quàm credere. Poſtremò addebat, ſe vereri ne cõcordia huic ad ſe allata ſubſcribendo videatur eccleſias Tigurinã, Bernatẽ, Baſilienſem, Geneuenſem, Lauſanenſem & Anglicanã, omneſq; per Italiã & Galliam diſperſos fratres damnare: quòd ſanè per verbũ Dei & charitatẽ erga eos ſibi non liceret. Proinde vt Saxonicas eccleſias omneſq; illis conſentientes veneretur & ſuſpiciat, ſic & alias quas commemorauerit ſe amplecti in domino ac vehementer diligere. Non enim hanc quæſtionẽ tanti eſſe, vt inter fideles communionẽ et charitatem ſoluere debeat. Hoc eius ſeu ſcripto ſeu promiſſo Senatus Argentinenſis, qui Martyrẽ mirificè amabat, contentus fuit, reiectis aliorum clancularijs accuſationibus. Reſtitutus itaq; priſtino muneri Iudicum librũ interpretatus eſt. Et quia tum idoneo philoſophiæ profeſſore ſchola deſtituebatur, decretũ fuit, vt duo Theologi ſicut ſacras literas, ita quoq; Ariſtotelis philoſophiã alternis ſeptimanis docerent: itaq; Martyr laborẽ hunc nõ defugiens Ariſtotelis libros de moribus ad Nicomachum interpretari cœpit, & in eorum explicatione in tertiũ uſq; librum progreſſus eſt. Collega verò eius, is autem erat D. Hieronymus Zanchius, Martyri amiciſsimus &

mus,et qui illum ex Italia,vt diximus,ſecutus eſt,libros Ariſtotelis de Natura ſibi interpretandos deſumpſit. At verò aduerſarij illius et maleuoli,de quibus ſupra diximus,etſi palàm ſeſe illi nō opponerent,quotidie tamē clàm & quaſi per cuniculos eū oppugnare nō ceſſebāt. Nam & per literas,& in lectionibus atq; concionibus ſuis eū ita apertè perſtringebant,vt iuſtæ accuſationi nihil niſi Martyris nomen deeſſet. Quin et è ſtudioſis quidam publicè in ſchola orationem de euchariſtia habuit,in hoc compoſitam,vt Martyrē & doctrina illius ex profeſſo dānaret. Quare cùm animaduerteret aduerſarios quotidie apertius bellū contra ſe gerere,& ſe nominatim libellis perſtringere,vt etiam Sleidanus in ſua hiſtoria commemorat, de diſceſſu ſecū deliberare cœpit,cū ſubitò diuinitus occaſio opportuniſſima illi oblata eſt. Nā cùm apud nos mortuus eo tēpore eſſet vir optimus & ſanctiſſimus Conradus Pellicanus,ampliſſimus Tigurinæ reipublicæ Senatus, de voluntate miniſtrorum eccleſiæ illi Petrū Martyrē ſubſtituit,& ea de re cum ad ipſum,tum etiam ad ampliſſimū Senatū Argentinenſem literas dedit,quib. ipſum Tigurū mitti poſtulabat. Fuit hæc vocatio Martyri gratiſſima. quāuis enim Argent. Remp. amaret,& ei ſe multa debere agnoſceret,quia tamē controuerſiam hanc Sacramētariam quotidie maiori animorum acerbitate agitari videbat, gaudebat ſibi occaſionem datā eſſe,qua ſe poſſet turbis eximere. Itaq; cùm à Magnifico Illuſtriq; Senatu de ſua voluntate rogatus eſſet,nihil diſſimulans,oſtendit miſſionē ſibi fore gratiſſimam, ac prolixè teſtatus de ſuo in Remp. animo:quo minus cū ipſis manere poſſet, ideò fieri inquit,quòd videat ſe hoc tempore nō poſſe apud ipſos habere eam quā cupiat docendi,diſputandi,& ſcribendi libertatem. Vt autem hanc appetat ſe primùm ſua vocatione vrgeri,et minis etiā atq; comminationibus percelli. Deinde ſe vereri iudicia grauiſſimorum virorum qui ſua ſcripta legerint & ſe docentē audiuerint,ſi veritatem aliàs uſq; ad capitis periculū defenſam,nunc multiplicibus & varijs modis clàm & palàm oppugnatam, ſuo ſilentio non tantum deſerere ſed quaſi prodere videatur. Ab his enim quorum aliqui ob hanc eandē cauſam vel ignibus cremari voluerunt,vel adhuc ſuperſtites magna cū vtilitate eccleſijs Chriſti præſunt,ſe nō poſſe niſi grauiter coargui,vt vel qui à ſententia vera defecerit, quòd incōſtantiæ crimē in homine Chriſtiano minimè ferendū ſit,vel qui tacitus velit præterire quæ ad ſalutē conducere & neceſſaria eſſe non ignoret. Cum itaq; Deus velit vt ſuam doctrinā vniuerſam,et fide amplectamur & profiteamur:ſe hāc conditionē in qua nunc verſetur nō poſſe ſalua cōſcientia retinere,niſi ſibi quæ ſcripto petierit concedantur:neq; hoc iniquū eſſe, vt tantū ſibi liceat,quantū alij ſui ordinis cū in concionibus tū in ſcholis liberū ſibi volunt. Proinde cùm munus ſuū neceſſariò libertatē in docendo poſtulet,quā tamen ipſi certis de cauſis, quas non dubitet grauiſſimas eſſe,hoc tempore concedere nolint aut non poſſint,rogare ſe vt bona ipſorū venia ſibi eò quò vocetur concedere liceat. Oſtendit præterea nullā ſpem cōciliationis per colloquiū aut aliā viam ſibi affulgere,ſi quid tamen inſtituatur, ſe etiāſi alibi agat non defuturū ſuo officio. Senatus qui Martyrē amabat,et eū certis conditionibus retinere voluiſſet, cū videret ipſum in hac ſententia perſiſtere,ſibi verò non integrū eſſe hoc tēpore hanc quam petebat docendi,diſputandi,et ſcribendi libertatē illi concedere,inuito animo eū dimiſit. Diſceſſit itaq; Argētina tertio Idus Iulij,anno partæ ſalutis M. D. L VI. magno cū dolore & gemitu bonorū omnium,quibus gratus,charus & reuerendus fuit, cum ob eximias virtutes, ſummum ingenium,& doctrinam ſingularem, tum etiam ob morum facilitatē ſummamq; concordiā,quam cum omnibus bonis & doctis perpetuo coluit. Tigurū cùm veniſſet vnà cū Cl. viro Ioanne Iuello Anglo,qui nunc Dei gratia eſt Sariſburienſis Epiſcopus: magna gratulatione exceptus eſt à Senatu,à ſchola,ab eccleſiæ miniſtris,deniq; à bonis omnibus. Cum autem ad Bullingerū veterem ſuum amicum diuertiſſet,donec familia, hoc eſt Iulius cum vxore ſua & filiolo ipſum ſequeretur,ita vterq; alterū ab eo tempore cōplexus eſt,vt quamuis antea ſumma inter eos fuiſſet cōiunctio,ea tamē ex hac familiaritate acceſſione magna aucta ſit,& ita confirmata,vt eam ad obitū vſq; abſq; vlla vel minima alicuius offenſionis ſuſpicione conſeruarint & auxerint. Sunt autē hæ amicitiæ firmiſſimæ,quas virtutū & ſtudiorū ſimilitudo cōiungit: quæ cùm ſumma fuerit inter ambos, ac talis vt vterq; alterū nō modò amaret verumetiā obſeruaret,non mirū eſt arctiſſimam quoq; eorum coniunctionem fuiſſe. Quòd verò amarit concionatores & collegas cæteros, atq; fratrū quaſi loco habuerit, quod item iuniores filiorū loco ſemper complexus fuerit,cùm omnibus notum ſit,non neceſſe eſt vt in hac re explicanda tempus terā. Et qui hæc minus perſpexerunt,quanta in eo fuerit ſuauitas in conciliandis ſibi hominū animis vel hinc coniiciant,quòd eū non tantū colle-

ga in ſchola & eccleſiarũ miniſtri, ac cæteri qui ipſum quotidie docentẽ audierunt, amarũt: ſed etiam in ſenatu & in plebe optimus quiſq;, cùm neq; docentẽ audire, neq; loquentẽ intelligere poſſent, ſic tamẽ eum coluerunt, vt vix alium è præcipuis in republica viris: id quod teſtata eſt omniũ ordinum frequentia, quã heri in illius funere vidiſtis. Declarauit etiã ſuam in eum voluntatem ampliſſimus Senatus, quando eum vnanimi conſenſu honoris ergò ciuitate donauit. Quamuis enim lege lata cautum eſſet, ob immenſum ciuiũ numerum, ne quiſquã eo anno & proximo in ciuitatẽ reciperetur, eam tamen in tanto viro ſeruare noluerũt, quòd rectè exiſtimarent, non legi ſed potius vrbi noſtræ fieri iniuriã, ſi talis vir nobiſcũ quaſi peregrinus & hoſpes maneret, & nõ inter ciues cenſeretur. Erat eo tẽpore Martyr quo Tigurum venit adhuc cælebs, ſed tandem ab amicis perſuaſus, cùm ipſe ſingulari liberorũ deſiderio tẽeretur, eoq; magis quod ipſe ſolus ex florente quondã Vermiliorũ familia ſuperſtes eſſet, vxorẽ alterã ducere ſtatuit, ſexto anno poſt primæ vxoris mortẽ. Erat in eccleſia Italica Geneuæ virgo Brixienſis honeſto genere nata Catharina Merẽda, quæ illuc religionis nomine venerat. hanc Martyr optimorum virorum & totius Eccleſiæ teſtimonio commẽdatam, vxorem ſibi coniunxit. Suſcepit ex hac Eliperium filiolũ, et altero partu filiam Gerodoram, qui tamen ambo in prima infantia mortui ſunt. Eandem reliquit grauidam, quæ vtinã volente Domino filiũ poſthumũ pariat, qui ſuperſtes aliquãdo patrem nobis eruditione et pietate referat.

Mariam poſthumam peperit mater.

Quantum autem amarit & quanti fecerit hanc Rempublicam & Eccleſiam, ex eo colligere poteſtis, quod cùm ſciret ſe vxorem relinquere grauidã, teſtamento cauit, vt partus poſthumus, ſi modò vitalis ſit, nuſquam alibi quàm apud nos educetur. Eandem eius voluntatem & amorem ex eo quoq; quod iam cõmemorabo coniicere poteſtis. Altero poſtquã ad nos venerat anno, Geneuæ mortem obijt vir Clariſſimus Maximilianus Celſus Martinenghi Comes, qui Italicæ eccleſiæ in ea vrbe præfuerat. Sunt autem in illa eccleſia multi et præclari viri, qui deſerta Italia Geneuam, tanquam in aſylum & tutiſſimum portum piorũ hominũ ſeſe contulerũt. atq; inter hos multi ſunt Lucenſes, viri primarij ex ea republica, quorum plerię; Martyris in Italia diſcipuli fuerunt, & ipſo doctore ad agnitionẽ Chriſti peruenerunt. Quamobrem cum alius in locũ Maximiliani demortui ſubſtituendus eſſet, ſumma omniũ voluntate & conſenſu, ardentiſſimiſq; ſtudijs Martyr electus fuit, ac ſeniores Eccleſiæ datis ad ipſum hac de re literis, eum non tantum, rogabant verumetiã obteſtabãtur, vt hanc vocationẽ ratam haberet. idem agebant Angli veteres illius amici, ex quibus multi præclari viri tum Geneuæ exulabant religionis nomine: idẽ quoq; modeſtè ab eo petebat Ioannes Caluinus, non Geneuenſis tantum ſed vniuerſæ eccleſiæ ornamentũ. Dicebant eſſe in ea vrbe & eccleſia optimam Italiæ partem, plurimos item ipſius diſcipulos qui eius aduentũ expectent, plures etiam in eius aduentũ ad viam ſeſe parare. Cõmemorabant electionis pulcherrimam formã, pulcherrimas inquam χειροτονίας toties à Spiritu ſancto approbatas, diſpoſitiſſimas item ſuffragiorum diſtributiones, in quibus omnia ſummo ordine optimoq; cõſilio facta ſint. His addebãt tantũ eſſe tamq; ardens totius eccleſiæ deſideriũ, vt hunc ducẽ, paſtorẽ, præceptorẽ adipiſcantur, vt niſi votis potiatur, dolore eam debilitari quodãmodo neceſſe ſit. At Martyr etſi paratiſſimus erat ſuæ gentis hominibus inſeruire, nihil tamen ſuo arbitrio ſtatuendũ eſſe exiſtimauit, ſed rem integrã ad Senatũ noſtrũ et eccleſiæ miniſtros retulit. et quia illi vocationem hanc ratam non habebant: quòd viderent, ſe quidem Martyrem hoc tempore abſq; ſingulari detrimento ſcholæ & eccleſiæ non poſſe dimittere, fratres autẽ Geneuæ in eccleſia Italica habere multos et bonos et doctos viros, quos optimè in locũ ſanctiſſimæ memoriæ Maximiliani Celſi poſſint ſubſtituere: ipſe quoq; huic eorũ voluntati et iudicio ſuã voluntatem libẽter accõmodauit. Quin etiã cum poſtea annis aliquot interpoſitis, veteres amici oblatis ampliſſimis conditionibus ipſum in Angliã reuocarent, & adderent, Reginam modò de eius voluntate certa fiat, paratam eſſe miſſo ad id legato ipſum in Angliã euocare. rurſus vt ante eccleſiæ & reipublicæ noſtræ moderatorum iudicio acquieuit. Quis hic non amplecteretur eius amorem erga noſtrã eccleſiam et rempublicam: reuerentiã erga magiſtratum: conſtantiam in retinendo ſemel ſuſcepto munere. quis non videat animum ab ambitione & auaritia alieniſſimum: cum alibi docere poſſet maiore hominũ concurſu, ampliori gloria, ſtipendio vberiore: hiis rebus nõ magis motus eſt, quàm ſi nihil omninò ad eum attinerent. Rurſus verò quàm promptus fuerit ad inſeruiendũ alijs eccleſijs, quã nulla pericula metuerit, ſatis declarat profectio in Galliã, quã anno ſuperiori iuſſu et voluntate magiſtratus ſuſcepit: de qua ſi pauca dixero quæſo eandẽ in me audiẽdo beneuolentiam retinete, neq; enim diutius pati-

entia veſtra abutar. Cũ ad xiij. Calẽdas Auguſti epiſcopi eccleſiæ Gallicanæ à rege Poiſſiaci conuenire iuſſi fuiſſent, & comitia quoq; principũ Galliæ in idem tempus fuiſſent indicta, noſtris hominibus in Gallia ſpes facta eſt, poſſe aliquod de religione colloquium inſtitui, è quo magna ad eccleſiã vtilitas redundaret. Quamobrẽ ab eccleſijs delecti ſunt certi homines, qui in conuentu omnium ordinũ libertatem religionis promouerent, & doctores quoq; plurimi delecti, qui cum aduerſarijs diſputare et conferre poſſent. Et quia Martyris ſingularis et excellens eruditio, et incõparabilis diſputãdi facultas illis nota erant, hunc vnũ ex omnibus peregrinis nominatim euocandum putarunt. Quamobrẽ à Chriſtianis eccleſijs, et ab illis principibus qui earum tutelã ſuſceperant, Tigurũ miſſus eſt vir nobilis Cl. Bradella, ac vnà cum illo venit etiã vir doctiſſimus Theodorus Beza, cuius in omnibus his actionibus primæ partes fuerunt. quærebant hi quæ nam Senatus, quæ miniſtrorum eccleſiæ, quæ ipſius Martyris voluntas eſſet, ſi aliquod colloquium inſtitueretur, & ad id ipſe nominatim à Rege euocaretur. et cùm cognoſcerent neminem pro ſua parte tam ſancto inſtituto defuturũ, hic quidem Geneuam, alter verò rectà in Galliam redijt. Non ita multis interpoſitis ſeptimanis, Beza ad colloquium euocatus per celeres equos illuc profectus eſt, & Bradella Tigurum redijt ſecum afferens literas à Regina matre, Rege Nauarreno, & Condaeo atq; Admirallio principibus, quibus à Senatu Martyrem ſibi mitti poſtulabant: et ſimul mittebat tabulas publicæ ſecuritatis, ſeu ſalui conductus, vt noſtri viderent nihil periculi ſubeſſe. Quare cum res videretur non neglegẽda, Senatus vocationi aſſenſit, & Martyrẽ ſe itineri accingere iuſſit. Redibat fortè eodem tempore in aulam vir clariſſimus Matthæus Cognetius regiæ maieſtatis apud Heluetios legatus, qui Martyrẽ in ſuũ comitatum recepit, & ſaluum Lutetiam Pariſiorũ deduxit. Inde ad aulã profectus à fratribus humaniſſimè exceptus eſt, & ſalutatis Sereniſſimo rege Nauarræ, & illuſtriſſimis principibus Condaeo & Admirallio, ad Sereniſſimam Reginam Galliæ vocatus eſt. quam poſtquam conſueta reuerentia ſalutaſſet, & de ſuo aduentu verba feciſſet, hortatus deinde eſt eam ad promouendam puram religionẽ. Docebat enim pia reformatione eccleſiæ ipſam non ſolũ regno Galliæ conſulturã eſſe, ſed toti Europæ, quòd omnes in regnũ Galliæ oculos coniecissent. Imminere quidẽ et offerre ſe grauia pericula, ſed non timẽdum eſſe, quòd ſemper Deus adfuerit principibus huic rei ſtudẽtibus. Aſam, Ioſaphatũ, Ezechiã et Ioſiam iuuiſſe, qui correxerunt populũ cùm idololatria prorſus corruptus eſſet. Conſtantiũ cùm haberet collegas imò ſuperiores Diocletianũ & Maximianũ, auſum eſſe Chriſtũ amplecti. Conſtantinũ in grauiſſimis periculis pacem dediſſe eccleſiæ, qui collegam fortitus erat Licinium Chriſtianis inimicũ. Quod ſi Deus iſtos iuuit, eum non fore ſui diſſimilẽ, verùm eundẽ qui prius fuerit. Addebat reges potiſſimum in hoc Deo ſeruire oportere, vt eorum opera pro illius, non pro hominis voluntate colatur. Nunc verò id vnum maximè ſtudendum vt religio & ſacer cultus ad prima initia reuocetur, et ſuperſtitiones inducta remoueantur. Deum quidem potuiſſe abſq; principum opera id facere, & aliquando feciſſe, verùm ordinaria via ita principes decreuiſſe illuſtrare. Quare illos decere nõ obliuiſci ſe poſitos non minus prioris quàm poſterioris tabulæ cuſtodes, ideoq; non licere eis curã diuini cultus prætermittere. Subijciebat præterea eos nõ eſſe audiendos, qui affirmant ad principes hoc non attinere, cùm in Deuteronomio longè aliter ſtatuatur, & Paulus velit magiſtratũ eſſe promotorẽ bonorum operum, inter quæ diuinus cultus primum locũ tenet. Regina ſe veritatis ſtudioſam eſſe teſtabatur, atq; ideò etiam pro ipſo miſiſſe vt conſiliũ daret, quomodo poſſet iniri concordia, ita vt abſq; aduerſariorum offenſione pax habeatur. nunc enim tot eſſe diſcordias et ſeditiones in regno cauſa religionis, vt admodum turbetur. Ad id Martyr liberè reſpondit, etſi nihil boni ſibi de aduerſariorum voluntate poſsit promittere, ſe tamẽ non negare benignè ac dulciter cum illis agendũ eſſe, modò nihil de veritate imminuatur aut decidatur. Non mirũ autem eſſe diſcordias aliquas oriri, quandoquidem Chriſtus talia euẽtura prædixerit in Euangelij prædicatione, profeſſusq; ſit ſe veniſſe vt gladium non pacem immitteret, ac ignem accendiſſe: neq; aliud velle niſi vt ardeat. Neq; poſſe religionem puram ac veram inſtaurari ac retineri citra crucẽ: ideò illum aiebat oportere forti animo eſſe, ac ſyncerè iſtam prouinciã aggredi, & Deũ iuxta ſua promiſſa non defuturũ, qui leniat mala & patientiã largiatur. Præterea aliquoties interrogatus à Regina quodnã conſiliũ haberet de rerũ compoſitione, reſpondit, ſibi non aliud occurrere, niſi vt liberè ſineret Euãgelicos ad ſacros cœtus conuenire, dando eis tẽpla in quibus haberentur ſacræ conciones. Nã ſi hoc efficeret, veritatẽ ſeſe vltrò patefacturã, nec opus fore colloquijs aut diſputationibus. Poſtremò cũ rogaretur, quid

de Auguſtana confeſſione iudicaret, reſpõdit, ſibi videri nobis debere ſufficere verbũ Dei, quòd ibi omnia luculenter contineantur quæ ad ſalutem faciant. Neque enim ſi ea confeſſio reciperetur conciliationẽ ſecuturã cum Romanenſibus, cùm illam vt hæreticã proſcripſerint. In eandẽ ſententiã Regi Nauarreno & alijs magnis in aula viris reſpõdit, qui eiſdem de rebus ipſius ſententiã quærebant. Secuta deinde eſt actio publica, ad quam Cardinales et Epiſcopi Martyrẽ non admittendũ eſſe cenſebant. Regina tamen venire voluit. Habuit in hac actione orationem Cardinalis Lotharingus, quam etiam poſtea in publicũ edidit. in hac multa de ſua eccleſia dixit, vt quæ haberet ſucceſſionẽ continuatã, manuũ impoſitionem & coleret Chriſtũ ſine idolatria. Negauit Dei eccleſiam tantũmodo ex electis conſtare, quod alioqui eſſet futura inuiſibilis, & homines de illa ſemper fore incertos. Præterea ſubiecit concilia errare non poſſe, neq; doctrina, neq; moribus: ſed multa immutare pro temporũ varietate. Et eccleſia ipſam affirmauit ante ſcripturas eſſe, atq; illarũ interpretationẽ ab eccleſia petendã. Diuertit poſthac ad rem ſacramentariã, et de tranſubſtantiatione atq; Miſſa nihil dixit. affirmauit autẽ corpus Chriſti præſens adeſſe, non quidẽ localiter nec circũſcriptiuè, ſed cœleſti modo, & vt loquebatur, ſuperſubſtantialiter. Cũq; perorasſet, conuertit ſe ad Reginã matrẽ & Regẽ, eosq; genibus flexis orauit vt in ea fide permanerent in qua nati et baptizati eſſent, atq; ſimul obtulit cum ſuis Epiſcopis omnia officia, obſequia, & obedientiam. Interpoſitis deinde aliquot diebus Beza pro ſua ſingulari eruditione Cardinalis Lotharingi orationẽ publicè grauiter cõfutauit: Cardinalis vero ſe illi oppoſuit atq; petijt, vt noſtri aut confeſſioni Auguſtanæ ſubſcribat, aut breuẽ propoſitionem de Cœna Domini à ſe allatã reciperent: niſi enim hac in re cõuenirẽt, ſe nolle vlterius agere et colloqui: quærebat enim ſtudiosè cauſas abrumpẽdi colloquij. Siluit in hac actione Martyr, quòd omnia Gallicè agerentur: verùm cùm denuò cõueniſſent, admonitus à fratribus, permiſſu quoq; Reginæ etiã ipſe Italica lingua multis cõtra Lotharingũ egit. Qui tamẽ cõgreſſum detrectare videbatur, et cauſabatur Martyrẽ Italicè locutũ eſſe, quaſi nõ intellexiſſet, dicebatq; ſe malle agere cũ homine ſuæ linguæ, attamen ad quædã ab eo allata conatus eſt reſpondere. Quin et quidã Hiſpanus magiſter ordinis Ieſuitarũ, Italicè orationẽ contra noſtros habuit, cui paucis Beza reſpõdit. Martyr verò rurſus de Cœna aduerſus Cardinalẽ diſſerere cœpit, ſed quia nox imminebat & præterea actio turbulẽta erat, ita vt nec ipſe Cardinalis clamoribus abſtineret, eo die nihil vlterius actũ eſt. Poſteaquam verò aduerſarij fruſtra reluctantibus noſtris, obtinuerũt, vt colloquiũ inciperetur ab articulo de Cœna Domini: electi ſunt ab vtraq; parte quinq; collocutores, aduerſariorũ quidẽ Valentinus et Sagenſis Epiſcopi, Botillerus, Saligniacus, et Depenſius doctores: ex noſtris autẽ Beza, Marloratus, Spina, Dominus de Sola & noſter Martyr. Egerunt hi ſoli abſq; vllis iudicibus, adhibitis tantũ duobus notarijs: ac primùm diligenter petebant, vt aliqua formula proponeretur, qua de præſentia corporis Chriſti in Euchariſtia inter partes poſſet conueniri, cumq; multa vltrò citroq; fuiſſent allata, Martyr quoq; interrogatus breue chirographũ ſuæ ſententiæ propoſuit, quæ tamen epiſcopis non ſatisfecit, quod nimis ieiunam eſſe dicerent: noſtrarum verò partiũ collocutores Martyri adhæſerunt. Diſceptatum deinde eſt inter eos de hac quæſtione per aliquot dies, & tandẽ noua formula conſcripta eſt in qua poſſet vtraq; pars conuenire de præſentia corporis Chriſti in Cœna, atq; huic vtriusq; partis collocutores aſſenſerũt & ſubſcripſerunt. Martyr verò cùm videret ibi quædã eſſe ambigua, teſtatus primùm ſe non recedere à ſenſu prioris chirographi, quod illis tradidiſſet: ipſe vnà cũ Beza & reliquis noſtrarũ partiũ collocutoribus, poſteriori formulæ breuẽ declarationẽ adiecit, vt remota ambiguitate aduerſarij viderent, quis noſtrorũ ſenſus eſſet. Cardinales verò & Epiſcopi poſteaquam illis relatũ eſt collocutores de hoc articulo conueniſſe, improbarũt ea quæ à ſuis collocutoribus geſta erant, imò ipſos hæreſeos inſimularũt, itaq; eorũ opera colloquiũ ad aliquot dies ſuſpenſum eſt: iam enim cum ſua voluntate, tum etiã inſtigatione legati Pontificij decreuerãt colloquiũ obrumpere. Interea verò Epiſcopi canones aliquot conſcripſerunt, & tandẽ 19. Octobris Cardinales Guiſiaci & complures quoq; Epiſcopi ex aula diſceſſerũt: è noſtris etiã collocutoribus, cũ nulla aut exigua ſpes eſſet colloquij reſtaurandi, plerìq; ad ſuas eccleſias redierunt. Edebantur interea decreta quibus noſtri iuſſi ſunt templa reddere, illis tamen libera facultas prædicandi conceſſa eſt, et loca aſſignata in quibus cõuenirent, certo tamen numero præſcripto. Arma deinde vtriq; parti ablata ſunt, et edictũ ne quis alteri religionis nomine cõuitietur. Quamobrẽ cùm Martyr videret ſe hic nihil amplius agere poſſe, præſertim cũ Gallica lingua exiguũ vſum haberet, miſ-

ſionem

ſionem petere ſtatuit, eoq́; nomine Condenſem principem acceſſit, & ab ipſo deinde ad Reginam ductus eſt, apud quam verba faciens, primũ inquit nos oportere Deo reddere, quæ ſunt Dei & principibus quæ ſunt eorũ. his de cauſis ſe huc veniſſe, vt quoad Deũ, religionem promoueret: deinde vt obſequeretur Regiæ eius Maieſtati: quòd tamen eo libentius fecerit, quod inſignita ſit præclariſſimis virtutibus, de quibus omnes honorificè loquãtur. præterea quod regnũ ſit præſtantiſſimũ, & ſibi ac illi ſit communis patria: & maximè omniũ vt magiſtratui Tigurino pareret, qui optimè animatus ſit aduerſus Regem & Reginã. Id autẽ non eſſe contemnendũ, cum ſit inter Heluetios non paruæ authoritatis & potentiæ. Deinde adijciebat ſe in negotio colloquij nihil intermiſiſſe quod putaret ad rem facere, egiſſe placide vt iuſſerit. Quòd autem res nõ ſit vlterius producta, per ſe non ſtetiſſe, non tamẽ defuturũ fructum ſuo tempore, quãuis iam non habeatur. Nunc autẽ quando nihil agatur ſe petere miſſionẽ, quòd ſit ſenex, iam autẽ inſtet hyems, quo tempore iter ſit futurũ incommodum ob pluuias, niues, & dies contractiores. Præterea quòd audyſſet ſe delatũ eius maieſtati, quaſi huc venerit peregrinus, nec aliud ſpectaru quàm ſeditiones in regno excitare, quod his malis gauderet, rogabat ne facilè talia de ſe crederet, eò quòd ſit homo ab ijs flagitijs prorſus alienus. Fuiſſe enim ſe Argentinæ, deinde in Anglia, ac rurſus Argentinæ, et denią; in Heluetia, inde illa poſſe inſtrui, ſi fides ſibi non habeatur, ſe ſemper quæſiuiſſe pacem & concordiam quantũ per verbum Dei fieri poſſet. Oſtendebat præterea nihil fuiſſe quod eũ ad hoc faciendũ poſſet inuitare: nam quod ad regnũ ſe illi à maioribus ſuis vehementer fuiſſe addictũ: quoad Reginã multo minus, cùm ſit ex ſua patria et tanquam lumen & ſplendor eius, vnde ſe erga illam ſic eſſe affectum, vt vitam pro eius dignitate ac ſalute libenter poſiturus ſit, ſi res id exigat. Et inter cætera quæ deſideret inter prima eſſe, vt ſalua ſit cum filijs eius et regno Galliæ. Id cùm ita ſit, petebat vt ſe non in mala ſed in bona gratia dimitteret. Ad hac Regina benignè et clementer illi reſpondit, gratias illi egit quod veniſſet, & miſſionem tutam ac ſecuram promiſit, idq́; intra biduũ. Rogabat præterea ſi rurſus opera eius peteretur ob hanc eandem cauſam, ne detrectaret ſubire iter denuò. Se quidem non ignorare magnum eſſe laborem, ſed reputare illum & vtilem & neceſſariũ. Quoad aliorũ criminationes, ſe quidẽ multa audire inquit, varijs de rebus, ſed reſeruare ſemper ſibi iudicium: ac teſtabatur ſe omninò benè de ipſo exiſtimare. Martyr adhæc illi vt par erat gratias agẽs, ſimul quoq; pro afflictis eccleſijs rogabat, excuſans quod contra regis voluntatem templa occupaſſent: nam cũ audiuiſſent regẽ velle ea reſtitui illi paruiſſe: addebat etiam ſi quid interdum committatur à rudibus & infirmioribus, id doctrinæ non imputandum eſſe. Poſtquam à Regina dimiſſus fuiſſet, Regina quoq; Nauarræ atq; Rex humaniſſimè illi valedixerunt. idem fecerunt Condæus princeps atq; Admirallius: præterea Regina mater & omnes iam nominati principes literis ad Senatum Tigurinum datis, illi quòd Martyrem ad colloquiũ miſiſſet, prout petijſſent ab eo, gratias egerũt, & ſimul Martyrem meritis laudibus ornarunt. Adiunxerunt quoq; Condæus & Admirallius Martyri diſcedenti duos ex ſuis familijs nobiles & militares homines, qui eum incolumem Tigurũ reduxerunt. Poſſem hoc loco Auditores recitare literas principum et doctorum, quibus ampliſſimas laudes religionis, doctrinæ, fidei, & induſtriæ in illum congeſſerunt, ſed me & temporis et inſtituti mei ratio his immorari non patitur. Itaq; quoniã hactenus expoſui quibus in locis docendo atq; diſputando eccleſiæ Dei inſeruierit, deinceps exponã quandũ eidem ſcriptis ſuis contulerit. Primùm itaq; poſteaquã Italiam deſeruit, edidit patria lingua expoſitionem Symboli Apoſtolici, vt omnibus fidei ſuæ rationem redderet. Deinde cũ in Angliam veniſſet, & in explicatione vndecimi capitis prioris Epiſtolæ ad Corinthios, multa diſſeruiſſet de Cœna Domini, tandem ſub finem capitis quæſtionem hanc ex profeſſo tractauit. Atq; primũ refutauit eam coniunctionem qua panis & vinũ vulgò dicuntur tranſſubſtantiari in corpus & ſanguinem Chriſti, quæ videtur ſumma copulatio cum rebus ſacramẽti. Deinde excuſſit aliorum ſententiã quæ ſtatuit panem & vinũ quoad ſuas integras & veras naturas in ſacramento retineri, & ita retineri vt ſibi adiunctũ (vt loquuntur) naturaliter, corporaliter & realiter, verum corpus Chriſti et ſanguinẽ habeant. Tertio loco eorũ ſententiã expendit qui dicunt, iſta minimè inter ſe coniungi alia ratione quàm ſacramentali, id eſt per ſignificationẽ et repræſentationẽ. Poſtremò indicauit quomodo ex opinionibus pertinẽtib. ad ſecundã et tertiã ſententiam eliciatur quod magis videatur ad pietatem facere in hoc ſacramentali negotio. Tractationem hanc vna cum diſputatione, quam eum publicè hac de controuerſia

Digitized by Google

habuiſſe ſupra oſtendimus, in Anglia primùm in lucem edidit. Eodemq́ tempore commentaria in primam Pauli epiſtolam ad Corinthios, Tiguri apud nos excudi voluit, opus certè ob multarũ abſtruſarum & difficilium quæſtionum perſpicuam explicationem lectu digniſſimum. Poſtquam verò ex Anglia Argentoratũ rediit, & poſtea Tigurum vocatus eſt, nactus apud nos non tantùm aliquid ocii, ſed etiam adeptus eam quam expetebat ſcribendi libertatem, multa quæ ante vel conſcripſerat vel inchoauerat, recognouit, abſoluit, & in publicũ edidit. Ac primùm commentaria in epiſtolam D. Pauli ad Romanos, quam antea Oxonij publicè interpretatus fuerat. de quo libro hoc tantùm dicã, eũ magna eruditione & diligentia hoc conſecutũ eſſe, vt omnes fateantur poſt tot doctiſſimos interpretes, veteres & recentiores qui in hanc epiſtolã ſcripſerunt, nihilominus librũ hunc cum magno & peculiari fructu legi poſſe. Eodem tempore ab ipſo edita eſt Defenſio doctrinæ veteris et Apoſtolicæ de ſacroſancto Euchariſtiæ ſacramẽto aduerſus Stephani Gardineri librũ. Nam ille ante annos complures librũ virulentũ & peſtiferum de Euchariſtia ſub nomine M. Antonij Conſtantij ediderat. in quo meris ſophiſmatis et contortiſſimis fallacijs conatus eſt labefactare veram & orthodoxã doctrinam, quam à Chriſto & Apoſtolis atq́ antiquiſſimis eccleſiæ patribus acceptam hodiè ſequimur & profitemur. Atq́ ad hunc librum conſcribendum complurimi Papiſtarũ ſuas operas contulerunt, & Gardinero omnia ſua argumenta tradiderunt, vt ille ex aceruo deligeret quicquid vellet: & de hoc libro triumphabant, & gloriabantur, neminem eſſe qui cum hoc ſuo Goliatho auderet congredi. Quibus rebus commotus doctiſſimus iuxta ac ſanctiſſimus vir D. Thomas Cramnerus Archiepiſcopus Cantuarienſis, qui antea ſæpè cũ Vintonienſi congreſſus cum victoria & ſumma cum laude diſceſſerat, hanc prouinciam in ſe ſuſcepit. Verùm cùm in carcere arctiſſima cuſtodia obſeruaretur, & non modò librorum copia, ſed ne charta quidem illi ad ſcribendum ſuppeteret, & poſtremò morte ſæuiſſima quam in veræ fidei confeſſione conſtanter tulit ſublatus eſſet, opus quod tam habebat præ manibus, coactus eſt inchoatum relinquere. Quamobrẽ multi ex Anglis pij & veræ religionis amantes viri, Martyrem ſæpè corã & per literas hortati ſunt, vt illi in hac prouincia ſuccederet, neq́ pateretur contagione venenati huius libri ſimpliciorũ animos infici, & pontificios adeò impudenter & arroganter noſtris inſultare. Itaq́ amicorum precibus & rei ipſius æquitate incitatus, opus hoc aggreſſus eſt, & ſuperatis varijs ac multiplicibus impedimentis Tiguri abſoluit, & typographis excudendum commiſit. Defendit autem primùm in hoc libro rationes noſtrorum hominum vndecunq́ à Gardinero collectas & confutatas. Deinde etiam regulas, quas ipſe in ſua Tractatione de Euchariſtia ediderat, contra eiuſdem calumnias tuetur. Tertiò eas reſponſiones propugnat quibus aduerſariorum argumenta in hac diſputatione dilui ſolent. Poſtremò aſſerit iuſtas veraſq́ interpretationes certorum locorum, quos ex Patribus Gardinerus cum ſuis pro ſe attulit. In vniuerſo autem opere quicquid de tota Euchariſtiæ cauſa cùm in ſacris literis, tum in antiquorum Patrum Conciliorumq́ monumentis proditum eſt, tam copioſè & diligenter complexus eſt, & ſingula tam accuratè & ſubtiliter excuſſit, vt hoc opus etiam non mediocriter doctis admirationi ſit. Secuta deinde eſt hanc contra Gardinerum defenſionem alia Defenſio contra Richardi Smythæi Angli, olim Theologiæ profeſſoris Oxonienſis, libros duos de Cælibatu ſacerdotum, & votis monaſticis. Nam cùm Martyr Oxonij priorem epiſtolam ad Corinthios interpretaretur, & in 7. cap. vbi Apoſtolus de virginitate atq́ matrimonio permulta ſcribit, de votis quoq́ copioſè diſputaſſet, Smythæus cui ipſe iuſſu regis ad profitendas ſacras literas ſurrogatus fuerat, aderat aſſiduè, & ea quæ à Martyre dicebantur non tantum attentè audiebat, ſed etiam diligenter literis conſignabat, ac deinde Louanium profectus, duos ineptos attamen venenatos libellos, de cælibatu ſacerdotum & votis monaſticis contra Martyrem edidit. Huic in commentarijs epiſtolæ ad Corinth. Martyr non potuit reſpondere: nam vrgentibus amicis & flagitantibus eius libri editionem differre non licebat, attamen reſponſionem hanc in ſeptimi capitis fine pollicitus eſt, ac breui pòſt otium nactus illi reſpõdit: ſed certis de cauſis grauibus & magni momenti, demum poſt aliquot annos, cùm Tiguri eſſet, hanc reſponſionem in publicum edidit. Refutat autẽ non tãtùm Smythæi rationes, ſed omnia ferè quæ in hac cauſa dici poſſunt, diligenter & accuratè excuſſit, quod teſtari poterunt omnes qui hunc librum non obiter euoluerint. Præterea Argentinæ poſtquam eò ex Anglia reuerſus fuiſſet, Iudicum librum interpretatus eſt, & commentaria in eundem apud nos, vt noſtis, edidit, in quibus quæ-

ſtiones

Digitized by Google

ſtiones Theologicas non vbiq; obuias quàm plurimas explicauit, & librum verè aureum, quem tamen multi propter difficultatem & obſcuritatẽ ſingularem refugiebant, allato interpretationis lumine, plurimum illuſtrauit. Poſtremùm cùm Ioannes Brentius libellum edidiſſet de Perſonali vnione duarũ naturarum in Chriſto, in quo ille ad aſſerendã carnalẽ et corporalem atq; realem præſentiam corporis & ſanguinis Chriſti in ſacra Cœna, nouã & portentoſam doctrinam de Vbiquitate corporis Chriſti defendendam ſuſcepit. Martyr rogatus ab amicis dialogo edito libellum eius confutauit. Et quia agnoſcebat Brentium alijs ſcriptis non omninò malè de Eccleſia meritum eſſe, nomen eius apponere et eum nominatim infamare & traducere noluit, præſertim cum hoc nihil ad cauſam faceret, ſed argumenta eius ne imperitis fucum facerent, copioſè diluit. deinde id quod caput cauſa erat, Chriſti humanitatem nõ eſſe vbiq; firmiſſimis ſacra ſcriptura & vetuſtiſſimorum Patrum teſtimonijs comprobauit. Excitatus hoc ſcripto Brentius, edito libro vehementi & aculeato, Martyrem ſimul & Bullingerum vno impetu proſternere conatus eſt. Quem librum cum vidiſſet Martyr noſter, homo alioqui natura placidiſſima nonnihil tamen indignabatur, Brentium cauſam non bonam fide etiam adeò non bona agere, vt non dubitet & ſe & noſtros omnes accuſare, quòd impugnent gloriam & maieſtatem Chriſti, negent Dei omnipotentiã, cùm tamen omnibus notum ſit, ita vt ne Brentius quidem ignorare poſſit, his contraria noſtros docere. Dolebat illi plurimum hominem alioqui magnum, & qui Eccleſiæ poſſet eſſe vtilis, tam pertinaciter tueri dogma, abſurdum, portentoſum & planè nouum, quod nullis euidentibus ſcripturarũ teſtimonijs, nulla Patrum ac veteris Eccleſia auctoritate nitatur, & quod neq; Papiſta, qui multa confinxerunt ad tuendam carnalem craſſamq; præſentiam corporis Chriſti in Cœna ſacra, vnquam auſi fuerunt approbare. Nam, vti referebat, cùm in Galliam, quando colloquium habebatur, Brentiani quidam libelli allati fuiſſent, praecipui Pontificiorum Theologorum apertè dixêre, hoc Brentij dogma nouum & inauditum & planè hæreticum eſſe. Quamobrem ſeſe iam accinxerat vt criminationibus Brentianis, quæ multa & graues erant, atq; argumentis eius non ita multis, diligenter & accuratè reſponderet: verum proh dolor inopinata morbi vi nobis ereptus, quod ſtatuerat efficere non potuit. Qui tamen caſus vtcunq; ferri poſſet, quod et Bullingerus noſtra eccleſia paſtor, qui cum illo reſpondendi laborem partitus fuerat, ſuo ſtudio & labore, & præſtanti præterea doctrina vtriuſq; laborem fortiter ſuſtinebit, & ſolus ſatis erit ad vtrunq; defendendum: & præterea argumenta Martyris, quæ ille plurima in ſuo dialogo protulit, ſtant adhuc firma, & hac impreſſione Brentiana non labefactari, nedum proſternі potuerunt. Illud potius dolendum eſt, non potuiſſe Martyrẽ abſoluere alia et præſtantiora opera, quæ magnam vtilitatem vniuerſæ Eccleſiæ poterant afferre. Iam enim ab annis aliquot interpretatus eſt, vt noſtis, duos Samuelis libros, et nunc Regum primo libro abſoluto in ſecundo verſabatur, atq; ea quidẽ quæ legit, etſi non omnia ab ipſo recognita ſunt, talia tamen ſunt, vt cùm edita fuerint, quod breui futurum erit, volente Domino, vix quiſquam extremam eius manum in his deſiderare poſſit: ea autẽ quæ in ſecũdo Regũ libro deſunt quis perficiet? quis hãc quaſi Venerem Apellis manu inchoatam abſoluet? Quis commentaria in Geneſim, in Exodum, in Leuiticum, in Prophetas minores, in Ieremiæ lamentationes, ita recognoſcet, vt eam dignitatem, eum ſplendorem habeant ac ſi ab ipſo emendata, recognita, et edita fuiſſent? Quid dicam de grauiſſimis maximarum rerũ diſputationibus, quid de cõmentarijs Ariſtoteleis, & alijs quæ ille inchoata & imperfecta reliquit. Antequã enim hæc non dico recognoſcere poſſet, verumetiam penè antequam mandare poſſet quid de his vellet fieri, grauis & inopinati morbi vi oppreſſus & nobis ereptus eſt. Nã cùm huius menſis quinta die ægrotare cœpiſſet, duodecima eiuſdem ex hac vita migrauit. Fuit iã antè valetudine tenui et infirma cùm ob affectam iam ætatem, tũ quòd curæ & ſollicitudines variæ, et præſertim magni dolores quos ex afflicto ſtatu Eccleſiæ Gallicæ accipiebat, vires eius ſenſim conſumerent: quare cum eum inuaſiſſet morbus epidemicus, quem multi veſtrum experti ſunt, facile naturam ante exhauſtam ſuperauit. Nos tamẽ quia hactenus morbus hic nemini lethalis fuerat, de Martyre quoq; primis diebus nihil metuebamus. Spem etiam noſtrã ipſe confirmauit, nam tertio & quarto die poſtquam eum morbus inuaſerat, rurſus ad ſua ſtudia redijt, & ſtatuit poſtera die cùm eius vices eſſent publicè docere, quamuis ego repugnarem eumq; monerem vt valetudini parceret, me enim eius vice lecturũ, neq; dubitare auditores habita ratione valetu-

dinis illius hoc facile paſſuros: ille tamen contrà ſeſe ſatis firmum exiſtimabat, & niſi quid aliud accideret, poſtridie docere velle inquit. Verùm ea ipſa nocte febris rediit, eumq; grauius quàm antè inuaſit, catharri quoq; interea augebantur, & ſimul tuſſis illi permoleſta erat. itaq; quamuis amici iuberēt eum bene ſperare de valetudine, & medici etiam aliquam ſpem facerent, ipſe tamen mortem inſtare præſagiebat, ac hac de cauſa teſtamentum pridiè antequam obiret condidit, & vocato vicino ſuo viro ornatiſſimo D. Bernhardo Sprunglio quæſtore, quem vxori grauidæ tutorem dederat, me id in eius præſentia recitare voluit, & ab eo petiit, vt operam daret, quo Senatus illud ſua auctoritate confirmaret. Nocte deinceps quæ eum diem conſequuta eſt, ſatis benè quieuit, & morbus aliquantulū remiſiſſe nobis videbatur, ſed reuera vis naturæ à morbo ſuperata illi nō amplius reluctabatur. Interea verò quotidie amici eum inuiſebant, cum quibus ille antequam difficultas ſpirandi impediret, nō minus iucunde varijs de rebus colloquebatur, quā ſi nullo planè morbo infeſtaretur. Nam & de morbi vi & natura ex medicorum arte, in qua nō indiligenter verſatus fuerat, cum ipſis medicis qui amicitiæ & officij cauſa quotidie illum inuiſebant, diſſerebat. Et quia plerumq; noctibus non inſuauiter dormierat, beneficiū hoc Dei amicis prædicabat, & ex Phyſicorum præceptis commemorabat ſomni naturam, & efficaciā in toto corpore ſuauiter quaſi irrigando. Sæpè etiā de tuſſi querebatur, quæ totum corpus, maximè tamen caput & pectus læderet, ac aliquoties teſtabatur, ſe quoad corpus quidem malè habere, optimè autem quoad animum. Atq; tū ſi cœpiſſet vel fidei ſuæ rationem exponere, vel commemorare quibusnam conſolationibus animum ſuum erigeret, planè in hac re diuinus erat. Pridiè verò antequā moreretur, cùm illi noctu adeſſemus amici aliquot, & inter hos Bullingerus præcipuè, iacebat aliquandiu ſecum meditabundus, tum ad nos conuerſus, voce ſatis clara teſtabatur, ſe vitā & ſalutem in vno Chriſto agnoſcere, qui ſolus à patre ſeruator humano generi datus ſit: atq; hanc ſuam ſententiam rationibus & verbis ſcripturarum explicabat & confirmabat, addens poſtremò, Hæc eſt fides mea, in hac ego moriar, eos autē qui ſecus docent & homines aliò auocant, Deus perdet. Atq; his dictis manum ſeparatim ſingulis porrigens, Valete, inquit, fratres et amici chariſſimi. Alio item die cùm Bullingerus inter alia conſolationis cauſa è Paulo dixiſſet, noſtram politiam in cœlo eſſe, agnoſco inquit ille, ſed non in cœlo Brentij, quod nuſquam eſt. Et huic quidem ſe libenter & ex animo ignoſcere dicebat, optaſſe tamen ſi ita Deo viſum fuiſſet, illi reſpondere, cùm infirmiorum cauſa, tum vt falſiſſimas contra ſe calumnias refutaret. Et vt ſummatim dicam, cum toto morbi tempore erant eius ſermones reliquæ vitæ anteactæ ſimiles, pleni nempè religione, fide, pietate humanitate, tum maximè quo magis properabat diſſolui & coniungi cum Chriſto, eò magis diuinum quid, opus & energia ſcilicet ſancti Spiritus, in eo relucebat. Verumtamē eo die quo obiit ob vehementiam defluxionum magnam ſentiebat difficultatē reſpirandi, & cum moleſtia loquebatur, quamuis voce vteretur ſubmiſſa, vix vt poſſet intelligi, itaq; eo die non ita multa locutus eſt. Erat tamen hora fortè diei decima, cùm ab eo diſceſſerant medici, redituri poſt meridiem, cùm ille ſe è lecto tolli, & more ſolito indui iuſſit, ac aliquantulum pranſus, ſedens quieſcebat: ſic tamen vt in aliquem amicorum aſtantium caput reclinaret, quòd non poſſet id commodè ob vim morbi erigere: deinde vti erat veſtitus in lectum reponi & quieſcere voluit. Acceſſerunt interea eum medici, aderant illi frequentes amici, cùm alij tum paſtor et ſeniores Eccleſiæ Italicæ, cum quibus pauca locutus, rurſus è lecto ſe tolli, et in eandem ſedē reponi petiit. Diſceſſerant iam ab eo plerique ex amicis, vt commodius quieſceret, medici quoq; abierant, quorum aliqui noua quædam remedia, quæ illi adhiberēt parabant: cùm ille ita ſedens veſtitus vti quotidiè ſolebat, tenui voce Deo ſpiritum ſuum commendans animā agere cœpit: aderat adhuc illi Conradus Geſnerus, & præter vxorem duo adoleſcentes illi familiares, à quibus ſtatim Bullingerus & reliqui amici qui viciniores erant vocati ſunt. his præſentibus extremum ſpiritum exhalauit, tanta quidem tranquillitate, vt non animam agere ſed obdormiſcere videretur, & vt non mortuum ſed viuentem adhuc eum nobis aſſidere, cernere nos arbitraremur. Oculos morienti cōpreſſit Bullingerus, eumq; ſepulchrali veſte induit, & amicus homini amiciſſimo vltimum hoc pietatis officiū magno interea & incredibili dolore perculſus præſtitit. Atq; hic quidem, Auditores, exitus vitæ fuit Præceptoris noſtri, viri omnium quos ego nouerim optimi & ſapientiſſimi atq; iuſtiſſimi: verè enim hoc de illo dicere poſſum, quod de Socrate ſuo Plato ſcriptum reliquit. Expoſita eſt vobis vita eius:

obitus

obitus etiam qualis fuerit audiuiſtis: ſupereſt extremum illud quod fortè à me expectatis, vt dolorem quem ex morte eius percepiſtis verbis lenire coner: verùm ego qui hoc poſſim, qui præ cæteris ſingulari mærore conficior? Sed hic illius virtus ſumenda vobis eſt, qua ille polluit plurimum & fortiter ſuperanda aduerſa omnia, & quod tempus efficeret, id ipſum efficiat in vobis ratio bonis artibus informata, et quod ſummum eſt diuinis literis inſtructa, vt dolori & mærori modus aliquis ſtatuatur. Et quoniam in vera firmaq; fide ita piè & Chriſtianè deceſsit è vita, vt nefas ſit dubitare illum ſummas calamitates & miſerias huius vitæ, cum cæleſti & ſempiterna beatitudine & felicitate commutaſſe. noſtrum eſt qui eum amamus magis lætari ſummo illius bono, quàm vllo noſtro commoueri incommodo: præſertim cum habeatis ingenij pietatis & doctrinæ eius tam præclara monimenta, vt eorum aſsidua lectione non modò dolorem lenire, verùm ipſum quoq; optima ſui parte præſentem ſemper habere poſsitis. Atq; equidem ſi ex his quæ ſæpè ex eo viuente audiuimus, quis eius poſt mortem ſenſus ſit colligere poſſumus, nihil neq; corã Deo ſanctius, neq; ipſi acceptius facere poteſtis, quàm ſi eã quam ab ipſo didiciſtis doctrinã, puram & inuiolatã firmiter retineatis. Vos verò auditores, iuniores præſertim, quorũ oculos perſtringit nominis illius gloria, eiſdem veſtigijs illuc contendite, quo ipſum perueniſſe admiramini. Vigilijs, laboribus, ſtudio, diligentia, aſsiduitate eadem ornamenta doctrinæ & eruditionis vobis comparate: coniungite ſtudijs veſtris religionem, pietatem, fidem, modeſtiam, temperantiam aliasq; virtutes, quibus ille excelluit. Quas ſi ego non omnes oratione complexus ſum, vos tamen qui eas noſtis, animo illas complectimini: & vt præclarum imitationis exemplar nunquam ab oculis animoq; recedere patiamini. Quoniam verò clarorum & virtute præſtantium virorum obitus, non ſolùm ipſorum amiſsione, verumetiam ominis ratione Reipub. periculoſus eſt: vt tale omen ab Eccleſia tua auertas te æterne ac cæleſtis pater ſupplex precor. Reſpice quæſo puſillum tuum gregem, & eum ſicuti promiſiſti regito, & aduerſus lupos defendito: da illi non mercenarios ſed fidos paſtores, qui ad ſalubria paſcua et fontes aquæ viuæ oues tuas ducant, & animam ſi opus ſit pro illis ponant. Nobis quoq; ò Pater optime, ſi non alterum Martyrem, quandoquidem id vix petere audemus, aliquem ſaltem dato doctorẽ, qui tuo ſpiritu afflatus quàm proximè ad incomparabilem eius doctrinam, & diuinas atq; immortales virtutes accedat. Quodq; ego nunc precor, id ipſum Auditores, vos et nunc in fine orationis huius, & poſthac indeſinenter ardentibus votis ſupplices à Deo Patre Domini noſtri Ieſu Chriſti petitote,

A M E N.

REVERENDO IN CHRISTO PATRI AC DOMINO D. IOANNI PARKHVRSTO ANGLO, DEI GRATIA NORDuicenſi Epiſcopo, Domino ſuo colendiſs. IOSIAS SIMLERVS S. D.

SI QVIS vnus ex omnibus reuerende Pater, controuerſiam quæ eſt inter ſummos Theologos, de Chriſti ſeruatoris noſtri præſentia in ſacra Cœna, diligenter & exactè cognouit atq; tractauit, hunc ego Petrum Martyrem fuiſſe exiſtimo. Nam primùm in ea tempora incidit, quando multis iam libris editis tota hæc cauſa diligenter excuſſa & quaſi ventilata fuit. Deinde tanta diligentia & induſtria in hac cauſa verſatus eſt, vt omnia omnium hac de re ſcripta quæcunq; habere potuit, diligentiſſimè legerit. Attulit præterea ad cauſæ cognitionem ſingularem eruditionem & excellens ingenij acumen, memoriam verò incredibilẽ & propemodum infinitam, itaq; promptiſſimè ſemper & acutiſſimè ſingulas rationes perſpicere & ponderare conſueuerat: & ea quæ ſemel cognouerat nunquam ex animo & memoria ſua effluere patiebatur. Acceſsit his omnibus aſſidua & penè quotidiana docendi atque diſputandi conſuetudo. Nam & Argentorati, & poſtea etiam in Anglia, ſæpè multumque de

Digitized by Google

hac cauſa familiariter cum D. Martino Bucero Theologo longè acutiſſimo contulit. Præterea cum in Anglia veſtra, tum etiã nuper in Gallia, de hac ipſa controuerſia, cum præcipuis Romanarum partium Theologis diſputauit: Quæ cùm ita ſint, nemo puto negabit eius ſcriptis in hoc genere plurimum tribuendũ eſſe. Ex quibus cùm alia maioris operis ſcripta iam olim euulgata ſint, hæc parua opuſcula quaſi appendicula maiorum operum, nunc primùm in lucem prodeunt. Cùm enim multis deſit tempus & ocium euoluendi prolixiora volumina, & illis etiam qui ocio abundant, vtile ſit breuem aliquã ſummam habere certorum capitum, ad quæ omnia argumenta, quæ alioqui certo numero comprehẽdi non poſſunt, reducant: exiſtimaui hæc ſcripta, quæ & totam controuerſiam ſacramentariã perſpicuè & breuiter explicant, & argumentorum omnium fontes & certa indicant, ſtudioſis hominibus grata & accepta fore. Quamuis autem à Martyre nõ in hunc finem ſcripta ſint, vt in publicum edantur, ſunt tamen nihilominus talia, quæ multum iuuare poſſint etiam mediocriter eruditorum ſtudia. etſi enim fortè non ita polita ſunt, vt illa quæ ipſe edidit, facilè tamen apparet hæc ex eadẽ officina profecta eſſe. Mitto autem illa ad te reuerende Pater, non quod ſtudia tua his ſcriptis iuuari poſſe exiſtimem, cùm tantam habeas huius controuerſiæ peritiam, quantam vix in paucis quibuſdam reperias: ſed vt habeas à me hæc quaſi λείψανα quędam Martyris noſtri, quæ tibi leniant dolorem, vel potius mœrorẽ, quem opinione omnium maiorem te ex optimi atq; amiciſsimi hominis obitu accepiſſe non dubito. Solent alij amicorum quos amiſerunt veſtes, arma, annulos, pocula atq; ipſa etiam mortuorum oſſa conſeruare: nonnulli deſiderium ſuum ſolantur aureis, aut argenteis, aut etiam pictis amicorum imaginibus. ego verò ſi modo rectè animum tuũ perſpexi, arbitror te inprimis affici ingenij reliquijs & effigie animi, quam ſcripta authoris multo verius & exactius exprimunt, quàm vlla pictorum aut ſculptorum ars. Addidi præterea his de Euchariſtia ſcriptis Carmina aliquot, quæ V. Cl. Conradus Geſnerus, Vuolfgangus Muſculus, Rodolphus Gualtherus, & reliqui quorum nomina carminibus addita ſunt, homines tibi noti & tui amantes in obitum Martyris conſcripſerunt. Exiſtimo enim te ſi quid ocij habueris à ſtudijs atq; occupationib grauiſſimis, quib. perpetuo diſtineris, hæc quoq, nõ illibenter lecturum. Præſertim cum in iuuentute tua Muſas poeticas ſtudioſè & feliciter colueris, id quod ingenij tui præclara monimenta reſtantur. Cupio autem hac quaſi publica teſtificatione declarare meã in te obſeruantiã, qua te non tantum ob eruditionem ſingularẽ, & ampliſsimam dignitatem colo & reuereor, ſed etiam ob amorem & beneuolentiam ſummam qua me hactenus complexus es. Te autem reuerende Pater rogo, vt hoc meæ in te voluntatis teſtimoniũ, impar fateor, magnitudini amoris & meritorum in me tuorum, nõ aſperneris. hæc enim ſcripta etſi exigua ſunt, ſunt tamen ſcripta ab hominibus tibi amiciſſimis, & mittũtur tibi ab homine tui amãtiſſimo, atq; ſtudioſiſſimo qui te omnibus rebus ornatum eſſe & florere ex animo cupit. Deus te incolumem quàm diutiſſimè Eccleſiæ ſuæ conſeruet. Datum Tiguri pridie nonas Ianuarij. 1563.

Analyſim iſtam, in quam Simlerus præfatus eſt, inuenies à nobis excuſam in ſecundo tomo Locorum communium.

CONFES-

CONFESSIO SEV SENTENTIA D. PETRI MARTYRIS VERMILII DE COENA DOMINI, EXHIBITA AMPLISSIMO *Senatui Argentinenſi, cùm vocaretur Tigurum, Anno M. D. LVI.*

De Perſona Chriſti & duabus Naturis.

SERVATOR noſter Ieſus Chriſtus duabus naturis conſtat, in vna eademq; perſona ſeu hypoſtaſi coniunctis, nec his quidem vel confuſis aut permixtis, ſed proprietatibus & conditionib. vtriusq; ſaluis & integris. Idcoque Chriſti diuinitati quæ infinita eſt, & nullis menſuris aut terminis circumſcribitur, vt ſit vbiq;, citra controuerſiam conceditur. Humanitati verò ex ipſius nstura & veritate, ita circūſcriptio, termini & fines debentur, vt nec vbiq;, neq; absq; certo aliquo loco eſſe poſsit: non ſanè imbecillitate diuinæ potentiæ, ſed naturæ humanæ perpetua immutabiliq; conditione.

Contra vbiquitatē.

Simile.

Sicut enim fieri non poteſt, vt vel numerus ternsriua ſit ſenarius, vel vt res heri geſta ſit infecta, ſic non eſt poſsibile, vt, quod eſt humanū corpus, non ſit humanum corpus, cuius definitio neceſſariò magnitudinem, partes diſtinctas, & membra comprehendit. Quamobrem quicunq; illud fundunt, & tam latè patere volunt, quàm diuinum verbum, & ob id, vel vbique, vel in multis locis eſſe, id quod eſt humanum corpus, non eſſe bumanum corpus affirmant: & quod eſt creatum, id dicunt non eſſe creaturam. Quia nulli creaturæ conuenit, cùm ſit finita, eodem tempore in multis locis eſſe. Chriſtum verò, quò ad naturam humsnsm Eccleſia creaturam eſſe ex verbo Dei nunqusm dubitauit. Chriſtus igitur, quà homo eſt, mundum reliquit, à nobis corpore præſens non habetur: cum eo enim aſcendit in Cœlum, quod eum continere ſeu accipere oportet, vſq; ad tēpora reſtitutionis omnium, vt Petrus in Actis Apoſtolicis cap. 3. docuit.

Sacramentum Eucha riſtiæ.

Sacramentum Euchariſtiæ ſic inſtitutum à Chriſto ſeruatore noſtro fateor, vt verbis eius adhibitis, quæ cōmunionem verā fideliū cum eo pollicentur, & ſymbolis interpoſitis panis & vini, quæ Spiritus ſancti, dum ſacra Cœna peragitur, quò ad fideles, aſſicacia inſtrumenta ſunt, fides in nobis excitetur, qua verè, non fictè animo spprehendamus, & corpus & ſanguinem eius, vt pro nobis in mortem & crucem tradita ſunt, in remiſsionem peccatorum.

Perceptio.

Quæ ſanè perceptio, licet rerum abſentium ſit & animo fiat nō tsmē ipſi animo tantùm prodeſt, verùm & ad corpos ſumentium redundat, ita vt vi qnadam ſanctificationis, coniunctionisque ſpiritualis cspax fiat beatæ reſurrrectionis, & æternæ vitæ. Quare neq; in ſymbolis, neq; in ipſis communicantibus, realem aut ſubſtantialem, eorporalemùe corporis Chriſti præſentiam admitto, neque poſſum agnoſcere, cùm tamen communionem & participationem, corporis & ſsnguinis eius communicantibus dari ſpiritualem non dubitem, ſed affirmem, quæ nihilominus & ante ſacramenti manducationē hsbeatur, fidei verò exercitio in commedendo myſterio creſcat. Quia niſi ante ſumptionē Euchariſtię carni & ſanguini Chriſti communicaremus, ab eo eſſemus alieni, fide careremus, & indignè ad menſam ſpiritualis eius conuiuij adiremus.

Etiam ante ſumptionē Eucha riſtiæ, Carni & ſanguini Chriſti communicamus.

Qui fide vera in Chriſtum ſunt deſtituti, qusmuis ad ſymbola percipienda, psnē inquā & vinum, accedunt, tamen corporis eius & ſanguinis minimè psrticipes fiunt, niſi quatenus illa ſigna corporis & ſanguinis Domini appellatione donantur. Ea enim connexio eſt inter ſigna ſacra & res, quæ ſignificantur, vt diuinæ literæ nomina eorum facilè permutent. Nam & caro Chriſti panis dicitur, vt Ioannis 6. appsret, & panis in ſacra Cœna corpus Chriſti vocatur. Ita etiam dominus & Iudæi ſe aiebant comedere Paſcha, cum ipſum agnum ederent, quo Paſcha, id eſt tranſitus, denotabatur. Poſſem itaq; dare, impios corpus Domini ſumere, quia ſigna eius accipiunt. Et quemadmodum in deſerto murmuratores mans edebant, & aquam de petra bibebant, qui tamen cum expectato Chriſto nullam communionē habebant: ſic è diuerſo ſancti & pij Hebræi, dum vnà cum illis edebsnt & bibebant, ſpiritualis cibi & potus nobiſcum erant psrticipes. Et ne dubitemus, quis ille cibus potusúe fuerit, quem communem nobiſcū habuerunt, Paulus 1. ad Corinth. 10. cap. id explicat, dicens: Bibebant de ſpirituali conſequente eos petra: petra autem erat Chriſtus. Proinde impij, qui eo deſtituuntur inſtrumento, quo corpus & ſanguis Domini ſumuntur, nimirum fide, idcircò non res ipſas quæ ſignificantur, verum ſymbola tantum earum accipiunt. Qui verò fide ſunt inſtructi, vt corporis ore ſigna edunt & bibunt, ita fide atq; ore mentis corpus & ſaguinem Chriſti verè apprehendunt.

Infideles Sacramenta percipiunt, non rē Sacramenti.

Connexio ſigni & rei ſignatæ.

Tropus in verbis Cœnæ: Hoc eſt corpus meum.

Verba illa, Hoc eſt corpus meum, à Domino omninò tropicè dicta ſunt. Cum enim panem in manus acceperit, illumq; oſtenderit diſcumbentibus Apoſtolis, de eo, ſi panis eſſe non deſinat, quod ſuum corpus fuerit, affirmare non potuit. Quis enim proprio ſermone panem dicat eſſe humsnum corpus? profectò, nemo, qui ſapiat. Sunt enim eæ formæ naturæq; omninò diſtinctæ ac ſeparatæ, ita vt vna eſſe altera minimè queat. Quamobrem cùm ſit adhibendus tropus, is deligatur oportet qui ſacramētis msgis conueniat. Sacramentorum autem definitio recepta eſt, vt ſint ſacrarum rerum ſigna. Proinde ſicut victima Hebræorum paſcha dicebatur, quod paſcba, id eſt tranſitum ſignifica-

Diſparatæ ſpecies de ſe inuicem propriè nō prædicātur

Panis & Corpus Chriſti ſunt diſparatæ ſpecies.

ret, & Circumciſio Dei fœdus, qood illius eſſet ſignum, neq; petra, de qua veteres bibebant, alia ratione dicta ſit Chriſtus: ita panis Euchriſtiæ appellatur corpus Domini, quòd illud ſignificet, nō ſaoè vulgari, ſcenica, vel theatrali ſignificatione, ſed efficaci: quandoquidem ſpiritus ſanctus eo inſtrumento vtitur ad fidem in nobis excitandam, qua corporis Domini communionem promiſſam apprebendamus. Darê etiam, panê ipſum corpus Chriſti ſuo quodam modo eſſe, ac dici, nempè, quòd eius ſit ſacramentum. Nam & ſcripturæ & patres de Sacramentis non raró ita loqonotur. Illi autem, qui contrariam ſenteotiam defendont, & ipſi fortè

Cum pane datur corpus Chriſti.

in verbis allatis tropum concedent, imò neceſſitate coacti locutionem illam ſic explicant, Hoc eſt corpus meuio, id eſt, cum hoc, nimirū paoe, datur corpus meum. Quam ego quoq; in-

Panis ſignificat Corpus Chriſti.

terpretationem recipere non grauarer, ſi dari corpus Chriſti abſq; ſubſtantiali vel corporali præſentia intelligerent. Qiod quia nolunt admittere, ideò ad ambiguitatem caueodam, illo tropi genere abſtinen, & communi ac recepto Significationis, quo & patres antiquitus vtebantur, ſum contentus.

Status

An corpus Chriſti verè poſſit communicari, ſi corporalitvr non ſit præſens.

In eo controuerſiæ noſtræ ſtatus eſt, quod à multis nō ex.ſtimatur, corpus Chriſti verè poſſe communicari, niſi realiter & corporaliter, vt ita loquar, præſens fuerit. Verùm ij meo iudicio vim fidei oon ſatis perceptam habent. Non enim animadoertunt, per eam præſentia nobis fieri, quæ alioqui longiſsimè diſtant. Veteres

Vis fidei abſentes res præſentes facit.

quoq; quotquot pij erant, vt Paulus atteſtatur, eundem cibum potomq; ſpiritualē nobiſcum perceperunt, id eſt corpus & ſanguinem Domini, vt ad Corinthios dicitur. Neq; ſpirituali veræq; communioni harum rerū obſtabat magna temporum diſtantia, in qua Chriſto iam nato hæc eſſe cœperunt. Fide quippè illis præſentia reddebantur. Quid igitur impedient modò locorum ſpatia, quæ inter cœlū vbi Chriſtus degit, & nos intercedunt, quò minus corpore illius ac ſanguine verè fruamur, & eis viuificemur? Nihil planè, ſi fides adſit, qua noſtri animi verbo Dei & ſacramentis adioti ſubuahantur in cœlum, ibiq; ſpiritusli cibo & potu corporis atq; ſanguinis Chriſti reficiantur, & ad vitam æternam inſtaurentur. Dumq; Cœlū ſubinde nomino, metaphora nulla vtor, ſed reuera ipſos cœleſtes orbes intelligo, in quos Chriſtus cùm à nobis aſcendit, receptus eſt, vt ſancta ſcriptura pethibet.

Cœlum verum: non metaphoricum.

Quisq; fidelium, cùm ſit Chriſti membrom, vbicunq; fuerit, habet illum pro capite, & ei verè atq; arctiſsimè coniungitur, ita vt inde vitam atq; ſpiritū hauriat, quæ ſic à dioinitate fluunt, vt per carnem & ſanguinem Domini tradita in mortem, ad oos deriuentur. Niſi enim Deos cœleſtium donorum communicat mortalibos, niſi per vnum mediatorem Dei & hominum, hominem Ieſum Chriſtum, vt Paulos ad Timotheum ait. Qui fit vt oſſa noſtra, & carnes noſtræ, qua cœleſtem rrgenerationem, & æternā vitā participant, ſint ex carnibus eius, & ex oſſibos eius, vt Epheſieos idem Apoſtolus docuit. Niſi enim ab illis penderent, & ſpiritnaliter illis cohærereot, neq; regenerationem, neq; vitam æternam, neq; ſpiritum per illa ex Deo ad ſe traherent. Vnde quamuis inter nos & Chriſti corpus magna locorum ſpatia interponantur, ab eo tamen pendemus, & illi mirabiliter adiongimur: comq; ſpiritualis, arcana & diuina ſit iſta coniunctio, ſubſtantialis & corporalis præſentia corporis & ſanguinis eius non requiritur, nosque illam idcircò non ponimus, quia veritati humanæ naturæ Domini repognat, & à ſcripturæ teſtimonijs clarè diſcrepat.

Simile Maritus peregrè profectus vnà cum vxore caro eſt.

Io rebus humanis, cùm vir in longinquam regionem ob aliquos occurrentes caſus proficiſcitur, vxore ad tempus domi relicta, non deſinit propterea cum illa, vt ſcripturæ loquuntur, vna eſſe caro. Manet igitor ſalua eorum vera, propria & legitima coniūctio, licet vnus ab altero longiſsimè abſit. Quāto magis Chriſtus, qui Eccleſiæ, vt Apoſtolus ait, vir eſt, omnibus ſuis membris coniunctus manet, licet in cœlū abierit, & corporaliter diſceſſerit?

Contactu phyſica non eſt opus, ad noſtri cum Chriſto vnionem.

Ad iſtam igitur vnionem, quam com Domino, id eſt, corpore, ſanguine atq; oſsibns eius habemos, non eſt opus contactu phyſico, neq; locis coniunctis, continuis aut contigois, Spiritus tantum & fides adhibenda ſunt, quibus toti Chriſto ſponſo & ſeruatori noſtro quàm arctiſsimè copulamor. Qui autem oegant veram iſtam coniunctionem cum carne Chriſti fieri, & haberi abſq; ſubſtantiali corporalique ipſius præſentia, videntur potentię Dei parum tribuere, cùm interea nos perpetuò moneant ad illam reſpiciendam, quando iodicamus, corpus Chriſti non poſſe neq; vbiq;, neq; multis in locis eſſe ſimul. Eo ipſi remedio qnod alijs porrigunt: vtantur, & illam Dei potentiā coocedant, quam veritas, & noſtra pia ſeotentia requirit. Eaq; data nihil detrahetur de humaoitate Domini, ſalua manebit ſacramenti natura, & oraculis diuinarum literarum vnà conſeotiemus.

In confeſsione Auguſtans, qoantom ipſe video, nihil eſt hac de re, quod cum ſententia iam expoſita non poſsit conuenire. Sed quia ἐν τῷ ῥητῷ ϗ διανοίᾳ, vt manifeſtè apparet, minimè inter nos conuenimus, ideò quud ex verbo Dei credo atq; intelligo, explicare volui, ne vlli poſtea verba ſibi data eſſe iuſtè conqueri poſsint. Et hæc cōplexus ſum paucisſimis, de quibus docendo, diſputando & ſcribendo non poſſum diutius tacere, ſalua & integra conſcientia.

Ideò oro, vt de illa ſubſtantiali corporalique præſentia corporis & ſanguinis Chriſti in Cœna, & de cæteris, qoæ iam commemoraoi, mihi liberom ſit, clarè ac dilucidè, quemadmodum ſentio, tractare dicto & ſcripto, cùm opportunum fuerit. Qnod ſi non videatur concedendum, bona gratia & venia veſtrarum ampliſsimarum dominationum, peto, vt miſſus ſiam.

SENTEN-

SENTENTIA D. PETRI *MARTYRIS VERMILII DE PRÆSENTIA CORPORIS CHRISTI IN EVCHARISTIA,*

propoſita ab ipſo in colloquio Poiſsiaci habito.

REVERENDI Antiſtites, ac doctiſsimi viri, cùm videretur initus propemodùm cõſenſus de corporis Chriſti præſentia in vſu Cœnæ, vobis heri ſum profeſſus quæ mea de illo dogmate fides ac ſententia eſſet, quàm vt tum verbis expreſsi, ſic in præſentia de ſcripto recitare ſtatui, quo certiorem ac magis perſpicuam illam vobis faciam. Sentio itaque, corpus Chriſti reale atq; ſubſtantiale tantum in cœlis eſſe, fideles tamen communicando verum eius corpus, & verum ſanguinem quæ pro nobis tradita ſunt in crucem, ſpiritualiter & per fidem verè percipere. Quare in pane & vino Cœnæ trãſubſtantiationem & conſubſtantiationem minimè probo. Deinde affirmo noſtræ coniunctioni cum corpore ac ſanguine Chriſti locorum diſtantiam non obſtare, quoniam Cœna Domini res eſt cœleſtis, & licet ore corporis accipiamus in terris panem & vinum, ſacramenta corporis & ſanguinis Domini, fide tamen, & ope Spiritus ſancti animi noſtri, quorum inprimis eſt hic ſpiritualis & diuinus cibus, ad cœlum euecti, præſenti corpore ac ſanguine Chriſti fruũtur. Et ideò aſſero non opus eſſe ſtatuere corpus Chriſti verè ſubſtantialiter & corporaliter adeſſe vel nobis, vel ſymbolis præſentia non locali. Res adhæc ſignificatas aio, non aliter coniungi ſymbolis externis, quàm ſacramentaliter, quòd ab eis non prophane ac leuiter, ſed ex inſtituto Domini efficaciter ſignifi entur. Hæc eſt ſumma fidei meæ quam in hoc dogmate ſequor, & idcirco allatas formulas conſenſus ea ratione admitto, qua referuntur, vel accommodari poſſunt ad ſenſum iam explicatum: contra quem ſi quis illas vel rapiat, vel interpretetur, ab eo me profiteor diſsidere. Cumque in his formulis fiat mentio ſubſtantię corporis Chriſti, per illud nomen, ſeu vocabulum, nil aliud intelligo, quàm verùm Chriſti corpus. Nun enim fides noſtra in rem fictã, aut phantaſma dirigitur, ſed in corpus humanum, verum & naturale, quod verbum Dei ex beata virgine aſſumpſit, & in crucem pro nobis dedit. Vnde non eſt, quòd ex ea voce credamur exiſtimare, præſentiam eius realem alibi, quàm in cœlis eſſe. Ego Petrus Martyr Vermilius Florentinus hæc manu mea ſcripſi, & ore proprio ſum proteſtatus coràm Reuerendis Dominis colocutoribus.

Tranſubſt. Conſubſt.

Vnio [illegible] ratione ſignificationis.

Subſtantia Corporis id eſt verum corpus.

CARMINA DOCTORVM
ALIQVOT VIRORVM IN OBITVM D. PETRI MARTYRIS VERMIlij conſcripta.

ΕΙΣ ΠΕΤΡΟΝ ΜΑΡΤΥΡΑ ΒΕΡμίλιον θεόλογον τὴν πάνυ Ἐξόδιον.

Οὐκ ἰτὸς, ἀλλ' ἐπεὸς γε φερώνυμον οὔνομα Πέτρ⊙-
Μάρτυρος, ἐξ ἱεροῦ ὕδατος ἀρχεγόνου
Εἶχες· ἐπεὶ σοι τοῦτο πεπρωμένον ἔσκεν ὀιω,
Θετικελον ἀμφοτέρου. κρεῖττον ἰδ' ἀνθρώπων.
Μαρτυρίη γάρ σοι Χριστοῦ Διὸς παντὸς ἐτύχθη
Ὃ σκοπὸς ἠδὲ τέλ⊙- ῥητοῦ ⊙- ἠδὲ βίου.
Ἐν πρώτῃ Πέτρου δὲ δίαιτῃ, μέχρι γήραο⊙- ὑδοῦ
Καὶ πολίων ἀιδοῦ, ὀρθοδόξως ἔβιως.
Τοῦτο δ' Εὐρώπη πᾶσ' οἶδεν ἀνευρυνοῦσα,
Αὐσονία πρῶτον, σοὶ γαῖ' ἐγένετο πάτρα.
Εἶτα δὲ Τεύτονες αἶα, πολυκλειτῶν τε Βρεττανῶν,
Καὶ τέλ⊙- Ἐλβετικῶν ἔθν⊙- αἰεὶ φίλον.
Ὧν σὺ ἀγχίλεη πόλει πάντ' ἠελίοισι
Ἐξαγγελλόμεν⊙- τὰς ἱερὰς σελίδας,
Κυρίου ἐν χριστῷ ἔτει ἄλφα ἐπὶ τριακοσίῳ,
Οἰκοδομεῖν θείαν γλυκερόν⊙- διδαχήν,
Ἤλυθες εἰς Κελτάς, βασιλεῖ δ' ἐκάλεσσε Ναβάῤῥων
Καὶ βασιλεὺς Κελτῶν χαρμοσύνη τότε.
Νοσήσας δὲ πάλιν εἰς ὀλβιστικὸν τὸ Τίγουρον,
Κυρίῳ ἀνθρώποισι ποιῶν ἅπαντας ὅσα,
Οὐ πλήρεις μετὰ νόσον ἐπιπλομένου ἐνιαυτοῦ.
Σῶμα μὲν οὖν ὅ δ' ἐοὶ μητρὸς ἔχει κατέχει.
Νῦν δ' ὑπερουράνιῃ ἐν πατρίδι, μυελοὺς ἐστὶ
Σὺν πολλοῖς ἁγίοις, ζῇ βίον ἀθάνατον.

Κονρᾶδος Γεσνῆρος, ὁ ζῶντί τε φιλήτας αὐτὸν καὶ ἀγαπώμεν⊙- ἐπιπλεῖστον, καὶ τῇ ἀυτεβεστάτῃ αὐτοῦ ἐξόδῳ παραγενόμεν⊙- ἐμελέτα.

ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΥΤΟΝ

Ἐπιτάφιον, ἐξ αὐτοῦ.

Ἐν τῷδε Πέτρ⊙- Μάρτυρ ἔγκειται τάφῳ
Θείων διδάσκαλ⊙- λόγων:
Οὗ καὶ ἀπὸ γλώττης νέκταρ ἐκβλυζον ῥέε.
Ἐ τοι ἀπὸ χρυσογόνους,
Ὅ, δ' ἰσοσὸν αὐτοῦ εἴση ἀριθμοῖς οὔνομα,
Τοῦ μιᾶ ἀφελὼν, δὶς τρία δὲ προσθείς.

Idem Latinè.

Hoc tumulo Πέτρος*, tum re, tum nomine,* Μάρτυρ
Conditus eſt, Chriſti teſtis amorq́; ſui.
Annum ſi libeat Domini cognoſcere, μιᾷ *ἐν*
Abijce de Græcis, bis tria & adde, notis.

In tumulum imcomparabilis viri, D. Petri Martyris Vermilij, Florentini, RODOLPHVS GVALTHERVS Tigurinus.

Martyra me diues genuit Florentia, ſed me,
Ampla licet, totum claudere non potuit.
Mox etenim ſummum duce te ſuper æthera ſcandens,
CHRISTE*, tui didici iuſſa colenda patris.*
Nec didici tantùm, diuo ſed numine ductus
Illorum toto teſtis in orbe fui.
Martyra me vidit, quà quà patet, Itala tellus,
Quæ tota eſt ſtudijs irradiata meis.
Martyra me fortis vidit Germania, quæ me
Eiectum patrio fouit amica ſolo.
Martyra me vidit generoſa Britannia & huius
Immemor haud vnquam nominis eſſe poteſt.
Martyra non ficto vidit me Gallia vultu,
Gallia martyrijs nobilitata ſuis.
Sed procul Italia ne tardæ in fine ſenectæ
Languerem, Heluetios iuſſit adire Deus.
Nobile vicinas Tigurum quà reſpicit Alpes,
Et CHRISTI *toto ſpargit in orbe ſonum.*
Hoc quoq; conſtantem Chriſti me Martyra vidit,
Et ſtudij ſeruat pignora grata mei.
Hoc me confectum ſtudijs multoq; labore,
Fouit, & optato nunc tegit oſſa ſinu.
O mihi, ô cunctis Tigurum dilectius oris,
O vrbs præ patria ſemper amata, Vale.
Oſſa tuis lachrymis Tigurum tu noſtra rigaſti,
Dum mea mens ſummi gaudet in arce poli.
Nec tamen oſſa modò, noſtri monumenta, reſeruas:
Ingenij ſed habes & monumenta, libros.
Vtq; hi perpetua vulgati luce fruentur,
Perpetuus Chriſti ſic ego Martyr ero.

ALIVD eiuſdem.

Deſinite à lachrymis, quia non ſum morte peremptus,
Parte ſed in viuo nunc meliore mei.
Vt cælo fruerer, terris iactatus & alto
Pro Chriſti ſubij mille pericla fide.
Nunc igitur cœlum inueni ſedesq́; beatas,
Moxq́; ſuam inueniet Brentius Vtopiam.

VVOLFGANGI MVSCVLI Decaſtichum.

Gratulor ipſe tibi cùm mundum conſpicor iſtum
Martyr, quod ſaluum te Deus eripuit.
Rurſum vbi doctrinæ Chriſti conſydero ſortem,
Ad gemitum & luctum me tua fata vocant.
Quicquid id eſt, pro te ſit ſemper gloria Chriſto,
Namq; vt ſis Martyr & Petrus ipſe dedit.
Vt Martyr de Chriſto es teſtificatus apertè,
Et probat eſſe Petrum te tua firma fides.
Ingreſſus ſedem cæli es non ἐν πηλῷ*, ſed*
Sanctorum quæ ſit commoda ſpiritibus.

RODOLPHI COLLINI SENIORIS.

Ergo ego chare ſenex nobis te propter ademptum
Cogor in æterna viuere triſtitia?
Ergo ego vicinus fruſtra tibi factus, vt acri
Pro lætis ſtudijs carpar amaritie?
Vidi ego camplures doctos, vago flumina mittunt
Qua ſua Ticinus, Sequana Danubius.

Digitized by Google

Vidi ego, ſed nullum, te præter, (parcite docti)
Quem verè potui dicere Doctiloquum.
Tu mihi ſolus eras, in ſummo limine vitæ,
(Nam binis annis te fueram ſenior)
Cuius honorandæ voces oracla fuêre,
Certa pij & docti pectoris indicia.
Nunc quibus orbato mihi ſpes hæc vnica reſtat,
Mox ſimul in cælis me fore, te ſocio.
Illic cum Domino IESV *licet eſſe beatis*
Semper, & æterna viuere lætitia.

IOANNIS KESLERI
Sangallenſis.

P	*Petro illi nomen, firmo quia robore Chriſtum*	M
E	*Edocuit, ſtabilis qui ſolet eſſe petra.*	A
T	*Teſtis erat viuus, ſed nūc monumēta loquūtur*	R
R	*Relligio veræ quid pietatis habet.*	T
V	*Vrna viri cineres tenet hæc, colit ætheris ārcē*	Y
S	*Spiritus, illuſtris viuet in orbe labor.*	R

IOANNIS HALLERI

Quàm bene Naſonis cecinit doctiſſima Muſa
Conueniunt fatis nomina ſæpe ſuis.
Sic ego dum Martyr dicor, me Chriſtus Ieſus
Æterni verbi Martyra conſtituit.
Italus audiuit, Gallus, Germanus & Anglus,
Martyrium ſanctum quod tibi Chriſte dedi.
Illud & abſolui Tigurina doctor in vrbe,
Hic mea membra iacent, Spiritus aſtra tenet.

VVOLFGANGI HALleri Διαλογισμός.

Μαρτυρόφιλος Martyri.

Cur moreris Martyr? cur nos ò chare relinquis?
Cur filum reſecat pallida Parca tibi?
Quis ſubitò morbus te nobis eripit, aut quæ
Tempore tam celeri vis inimica rapit?
Profueras multum, ſed quid nunc proderis orbi,
In gelidam felix corpore verſus humum?
Quos etiam fœtus iam poſt tua fata relinquis,
Vtilis vt ſemper tu quibus eſſe queas?
Quoue etiam vadis? quæ nunc tibi manſio, ſors te
Libera quæ curis carne iacente manet?
Tu quoq; quo medio luctus ſolabere noſtros?
Et quid commendas, dum pie Martyr abis?

MARTYR Μαρτυρόφιλῳ.

Quod breuibus mærens, ac dulcis amice rogabas,
Dicam, quò te ſter ſpemq; fidemq; meam.
Morte mihi vitam conſcindi conijcis atra,
Sed ne fallaris, cautius iſta tene.
Non morior, ſoluor. cum Chriſto viuere lucrum
Eſt mihi, qui vita me meliore beat.
Nec vos ac nunquam rediturus porrò relinquo,
Sed certò in mundi fine redire volo.
Cum rediens Chriſtus, renouata carne, fideles
Corporibus claris ad ſua regna vehet.
Nec reſecat filum fatalis Parca repente,
Sed fixa à Domino meta ſalutis adeſt.
His etenim ſolus mortis vitæq; magiſter,
Conſilio æterno tempora noſtra regit.
Non adeò propere fatalibus exuor annis,
Diſſolui dudum ſæpius ante petens.
Bis ſex nam luſtris, ac binis inſuper annis
Vixi: Sat multum temporis illud erat.
Nec ſubitò morbus me vobis abſtulit acer,
Perpetuus morbus cum fiet iſte mihi.
Quo nunquàm carui, pia mens confecta dolore,
Pro grege diſperſo, maxime Chriſte, tuo:
Quem tibi (proh) laniat rabies veſana luporum,
Atq; impoſtorum dogmata falſa premunt.
Pro quibus ad Dominum diuina voce vocandis,
Sum nactus dudum, debile corpus ego.
Namq; per exilia atq; enſes, per tela, per ignes,
Per mare, per terras, actus ab hoſte fui.
Perq; venenatas, infando crimine, menſas
Inſidiatorum, ſæpè petitus eram.
Nec minus immodici talem fecêre labores,
Quos nunc cum fructu maximus orbis habet.
Debilis acceſſit, morbus per ſe ipſa, ſenectus.
Quid me igitur mirum claudere fata fuit?
Sic voluit Dominus, nam vitæ terminus hic eſt,
Quem Deus æterno fixerat ipſe mihi.
Profueram fateor, dum me prodeſſe volebat,
Frugi qui dederat pluribus eſſe ſimul.
Non tamen hoc laudat laruatæ Curia Romæ
Nec qui ſectarum dogmata falſa tenent.
At valeant, aut (quod magis his optemus amici)
Emendent ſubita turpia facta ſua.
Doctrinam falſam, ſceleratam deniq; vitam,
Ne meritis tandem præmia digna ferant.
Sed nunc me dempto noſtrorum ſigna laborum,
Noſtri quot mundo Spiritus ipſe libri
Inſignes fœtus peperit, cunctiſq; reliquit,
Qui de doctrina, ſpeq; fideq; mea
Teſtari poſſint, ſemper ſupereſſe legiq;
Debent, quò proſint: quod precor ipſe Deum.
Huc vos qui cupitis me porrò audire relego,
Vtilis his ſemper, dum manet orbis, ero.
Quò vadam rogatis? ſit quæ mihi manſio, ſorſq;
In qua defunctus gaudia multa petam?
In cælum vado, loca, lucida, clara, beata,
Spiritibus ſanctis commoda, certa, bona.
Chriſtus vbi noſter, mediator, ſtigma ſalutis,
Perpetuum noſtri pignus amoris habet.
Rex, Dominus, domitor, vindex, protector & vltor,
At dextram ſummi conſidet vſq; patris.
In ſolio ac regno, cum vero corpore verè
Verus homo, æternus nec minus ipſe Deus:
Corpore nequaquam vero diffuſus vbique,
Dogmatis Vtopij finxit vt ille pater.
Et ſic in cælis, in certa ſede beatus,
Ipſa re video fallere dogma nouum.
Hic etenim in cælis cæleſtia gaudia preuſe
Quæ Deus æternùm præparat ipſe ſuis.
His fruar in Domino, donec compleuerit annos
Mundus, quos Dominus fixerat ipſe ſuos.
Corpore tunc etiam, purgata carne, reſumpto
Æternùm gaudens perpete pace fruar.
Interea precibus luctus diſpellite veſtros,
Atq; Dei verbo credite: ſpeq; bona
Dum Dominus dederit ſupereſſe & viuere, quæuis
Sufferte, & ſortem vos quoq; ferte meam.

Sic expectando Dominum implorate ſubinde.
O Ieſu venias paxq́; ſalusq́; citò.
Hæc tibi ſufficiant, claudendo lumina, namq́;
Vitam depono, ſpiritus aſtra petit.

BLASII MARCVARDI.

Extincto nuper Tigurina Academia claro
Martyre, lugubri talia voce refert.
Sæpè mihi luctus mors inuida cauſa fuiſti,
Merſiſti teneras ſæpius imbre genas.
Sæpe ſuos fleuit Reſpub. noſtra parentes,
Hoſtili quondam qui cecidere nece.
At vix vlla fuit tam iuſti cauſa doloris
Atq́; mihi, quæ ſim Martyre nuda meo.
Martyre nuda meo, ſacrum qui myſtica vatum &
Ardua diſcuſſit tot monumenta patrum.
Chriſtiq́; infeſtos vt murus aheneus hoſtet,
Voce ſacri latè fudit Euangelij.
Teſtis erit Latium, & florens Germania teſtis,
Anglia teſtis erit, Gallia teſtis erit.

Sed iuuat immodicos nil quidquam fundere fletus,
Fata velut cunctis non ſubeunda forent.
Maiores laudem factis peperêre perennem,
Hic peperit ſcriptis nomina digna ſuis.
Illi Chriſtigenam teſtati ſanguine mentem,
Ipſe tibi Martyr dogmate martyr erit.
Vna dies nequijt Heroas tollere cunctos,
Non omnes doctos abſtulit vna dies.

IOANNIS CONRADI Fabricij.

Martyra mors Petrum noſtris ſubduxit ocellis
Clauſit & exiguo membra ſepulta loco.
Quo ſe grex ouium tanto paſtore perempto
Vertet, & vnde ſibi pabula nota petet?
Quis doctos vltra ſimili ſermone docebit?
An cuiquam eſt tantis mens cumulata bonis?
Non dubitanda loquor, percellimur omine tanto,
Et vereor mæſtos vrbis adeſſe dies.
Summe Deus paſtorq́; gregis ſubmitte labori
Paſtores, templi commiſerere tui.

EPIGRAMMATA.

IN EVNDEM.

In D. Petri Martyris Vermilij Florentini imaginem, Ioannis Parkhurſti Angli Tetraſtichon.

Florida quem genuit Florentia, Martyris iſta
Effigiem Petri picta tabella refert.
Doctrinam, ingenium, dotes animiq́; ſtupendas,
Non poſſet Cicero pingere pro meritis.

RODOLPHVS Gualterus in nuptias D. PETRI MARTYRIS Vermilij & Catharinæ Merendæ.

Quòd Chriſtum vita ſemper teſtaris & ore,
Martyris haud fruſtra nobile nomen habes.
At Catharina ſimul ſociali fœdere iuncta,
Indicat à Chriſto præmia parta tibi.
Ille ſuos proprio mundatos ſanguine teſtet
Et ſponſæ & proprij corporis inſtar habet.
Accipite hæc igitur ſaluantis ſymbola Chriſti,
Et læti optato viuite coniugio.
Hic precor optata faciat vos prole parentes,
Quæ matrem referat, patris & ingenium.
9. Maij 1559.

Regula Zuinglia Gualtheri vxor cùm pro Eliperin Vermilio D. Petri Martyris F. fidem ſuam in baptiſmo obſtringeret.

Parue puer, docti ſpes exoptata parentis
Exiguum magni pignus amoris habe.
Hoc te Gualtheri donauit Regula, corpus
Cùm ſacra baptiſmi tingeret vnda tuum.
Viue puer, tantiq́; tene veſtigia patris,
Altera Vermiliæ ſpesq́; decusq́; domus.
Sancta Spei coniuncta Fides tibi cuncta ſecundent,
Flagret & æthereo pectus Amore Dei.

Vnica mortalis ſit CHRISTVS *regula vitæ,*
Ancora qui pariter certa ſalutis erit.
3. Martij Anno 1560.

IN LIBROS D. P. MARTYRIS IOANNIS FABRICII MONTANI.

Libri loquuntur.

Si præſens animi latentis index
Eſt oratio, ſicut eruditus
Rerum nos docuit magiſter vſus.
Si morum documenta ſunt libelli,
Noſtro nil melius probatiusue,
Dum vixit, potuit parente fingi
Nil diſertius, eruditiusue,
Nobis nam genitis parente tanto,
(Verum dicere ſiquidem licebit)
Nil ſyncerius eſt probatiusq́;,
Nil politius, elegantiusq́;,
Nil illuſtrius explicatiusq́;.
I nunc liuor edax tuumq́; rode
Et cor, & digitos, & omne quicquid
Infelix rabies vorare ſuadet.
Mirum ni tibi plaudis & triumphas,
Inuictus quia miles iſte Chriſti
Nunc victus iacet, & iacet ſepultus.
Imponis tibi turpiter ſceleſte,
Saltem reddidit id quod ante fato
Se debere ſciebat, & ſepulchro:
Et hoc ſponte quidem volensq́; fecit,
Iam vitæ ſatur, & ſatur laborum.
Sed qua parte ſui perire neſcit,
Immortale modò perennat æuum.
Lætus cælicolum beatus oris
Plusquam gaudia Brentiana carpens,
Cui cælum nihili ſuum libenter
Linquit Martyr, & vſque linquet vni,

Quod

Quod nemo reperire dum, videre
Nemo dum potuit bonus, nec vnquam
Quiſquam poſt alijs videbit annis.
Nec nos interea decus parentis,
Nec famam celebrare deſinemus.
Dum conuexa poli ſuos tenebunt
Curſus, in ſtatione dum manebunt
Sol & Luna, dies〈q〉 nox〈q〉: donec
Alto flumina ſe mari recondent:
Toto nos etiam legemur orbe.

IN FILIAM D. PETRI MARtyris Vermilij Poſthumam, Rodolphus Gualtherus Tigurinus.

Maria Vermilia Posthvma

Dum nitidam mundi lucem, dum cætera miror,
Atq; oculis luſtro non mihi viſa prius.
Quæro patrem: Nuſquam eſt: Sed cœlos ipſe petiuit.
Quid faciam? Deus ah tu meus eſto pater.

6. Martij. Anno 1563.

IN IMAGINEM VIRI CLARISSIMI Domini Petri Martyris Vermilij, Florentini.

Hunc genuit Florentia, nunc peregrinus oberrat,
Quo ſtabilis fiat ciuis apud ſuperos.
Illius effigies hæc: mentem ſcripta recondunt:
Integritas, pietas, pingier arte nequit.

Digitized by Google

D. PETRI MARTYRIS
LOCORVM COMMVNIVM
TOMVS III.
DE LIBERO ARBITRIO
LOCVS.

LIBERI arbitrij vox in diui
nis literis, quod ſciã, nõ re
peritur: non tamen propte
rea ſignificata res eſt cõte-
mnẽda: nã de ea vbiq; diſpu
tatur, & magna eſt hodie
cõtrouerſia, fuit'q; ſemper
inter Doctores & Theolo-
gos. Quamuis & ipſi Philoſophi de Anima lo-
quentes eius mentionem nunquam fecerunt.
ſed progreſsin eius loco tradunt. In mente enim
ponunt tantùm intelligentiam & voluntatem,
additur à nonnullis memoria. Cicero quoque
optimus author Latinæ linguæ, nunquam di-
xit liberum arbitrium: ſed in libro de Fato, di-
xit ſemel & iterum, liberam voluntatem, quod
perinde eſt. Græci dixerunt *αὐτεξούσιον* voce com-
poſita ex *αὐτὸς* & *ἐξουσία* & nihil aliud ſignificat,
quàm quod eſt ſui iuris, & in ſua poteſtate, nec
poteſt cogi, & hoc pacto liberum arbitrium po
teſt Deo tribui, qui non poteſt cogi, quoniam
non habet vertibilem voluntatem. Angeli quo
que boni, qui neq; poſſunt peccare, neq; auerti
à Deo, quem habent ob oculos, hoc pacto di-
cuntur habere liberum arbitrium. Quin & Dia
boli quoque. Neq; vox *αὐτεξούσιος* quod ego ſci-
am, in diuinis literis habetur. Latinum vocabu
lum arbitrij, conſtat duabus vocibus, Arbitrio
& libero. Arbitrari eſt æſtimare, ſentire, opina-
ri, iudicare. Liberum autem iam diximus, quod
eſt ſui iuris. Quamobrem videtur eſſe liberum
arbitrium, quando apertius in id fertur vltrò,
quòd intelligentia vel vis cognoſcens oſtẽde-
rit. Eſt quidem in voluntate, ſed radices agit in
intelligentia: quia oportet rem prius iudicari
& æſtimari: deinde ſequitur aut fuga aut perſe-
quutio. Auguſt. ſæpe dixit eſſe facultatem & ra
tionis & voluntatis. Damaſcenus etiam dixit,
liberũ arbitrium & iudicare & capere. Iudici-
um pertinet ad partem intelligentem: deſideriũ
vero eſt voluntatis. Ratio ſeu intelligentia ha-
bet conſolentis locum, voluntas autem appe-
tit, ſuſcipit aut repudiat.

Poſſumus igitur ſic definire liberum Arbi-
trium, quod ſit facultas quædã voluntatis, quæ
dum ſequitur partem cognoſcentem, aliquid
repudiat aut expetit vltrò. Cum dico facultatẽ,
nihil aliud intelligo, quã poteſtatẽ, ne quis cre-
dat me hîc ſignificare qualitatem aliquã, quaſi
ſit habitus additus. Quãuis Bernhardus dixerit,
liberum arbitrium eſſe habitũ animi liberum
ſui Eſt itaq; facultas voluntatis, non vt volun
tas eſt ſimpliciter, prout de eo nũc diſputatur.
Nam volumus etiam felicitatem, nec poſſumus
aliter: ſed dicitur eſſe volũtatis facultas, prout
ex ea *προαίρεσις* aut electio prouenit. Quę eligi-
mus, eligimus propter aliud, nõ per ſeſe: ſed cõ-
ſilio quodã præeũte. Nũ enim eligimus niſi quę
fuerint diſcreta: diſcretionẽ verò hãc oportet fi
eri per partẽ intelligẽtẽ. Hęc eſt cauſę definitio,
quę ſi non ſatis fecerit, adferemus alteram, quæ
eſt Magiſtri ſentent. in diſtinct. 25. lib. 2. Seotẽt.
Is dicit, liberũ arbitriũ eſſe facultatem rationis
& voluntatis, qua deligitur bonũ aſsiſtẽte gra-
tia Dei, aut malum deſiſtente gratia. Voluit ad
miſcere Magiſter gratiam, ne videretur conſen
B tire cũ Pelagianis, ſed tamen gratiã nõ appellat
iuſtificantem, ſed præuenientẽ, quæ pulſet ani-
mum, & vtrumque extimulet: tunc ſi aſſentia-
mur verbo Dei, ſequitur regeneratio. Hæc ſatis
eſſe arbitror ad naturã liberæ volũtatis cogno-
ſcendã. Sed res, id eſt obiecta, diſtinguẽda ſunt,
in quæ fertur hoc arbitrium. Ea ſunt duplicis
generis. Nonnulla humiliora, quæ ſubiacẽt ſen
ſibus, & rationi humanæ, nec excedũt captum
noſtrum, nec opus habẽt lumine ſupernaturali:
C vt eſt quod ego nunc doceam vel non doceam,
maneã aut non maneã, bellũ ſuſcipiatur aut nõ
ſuſcipiatur, iſta ſenſibus noſtris ſubiacent, & ra-
tione de iſtis rebus poſſumus in vtramque par-
tem diſcernere. Alia ſublimiora ſunt de quibus
ne ſomniare quidem poſſumus, vt credere in Ie
ſum Chriſtũ, obedire mandatis Dei, ſperare in
illũ, diligere Deum toto corde, tota anima & to
tis viribus, bonis motib. & impulſu ſpiritus Dei
obedire legi. Hæc ſublimia ſunt, ita vt Paulus
D dixerit: *Animalis homo non percipit ea, quæ ſunt ſpiri
tus Dei.* Item: *Quæ oculus non vidit, & auris non au-
diuit, & in cor hominis non aſcenderunt, quæ præpara-
uit Deus diligentibus ſe, &c.*

Hac poſita diſtinctione, ſequitur alia, quæ
pertinet ad ſtatum & cõditionem hominum.
Adamus habuit ſuum ſtatum priuſquam pec-
caret: hunc ſubſequuta eſt miſera corruptio,
priuſquam homines regenerarentur, cũ dege-
rent adhuc in mediis tenebris. Tertius ſtatus
E eſt in ipſa regeneratione. Quartus eſt ſtatus
poſt regenerationem, cum iam homines rena-
ti ſunt & ſuffulti gratia. Quintus eſt de beatis,
qui iam ſunt in patria. De iſtis omnibus non
oportet me diſputare, nam de conditione pri-
mi hominis pauca habemus ex diuinis literis,
tãtùm ſcimus Deum feciſſe hominem, rectum,
& ſuo arbitrio illum libero cecidiſſe. Nec de
poſtremo eſt, quod in præſentia dicam, quòd
non multum faciat ad rem noſtram. Superſunt
F ergo tres ſtatus conſiderandi, antequam rege-
neretur, & quomodo ſe habet in regeneratio-
tione, tertiò cum regeneratus eſt. Dauid, cum
hæc quæ dixi, ei à Gado Propheta proponerẽ-
tur, erat in tertio illo ſtatu: erat iã regeneratus,
redierat etiam in gratiam. Sed tamẽ vt tota res

Digitized by Google

fiat dilucidior, oportet me etiã de alijs dicere.

Regenerationis ſtatus

Dico igitur homines nondum regeneratos, quoad illa bona, quæ ſubiacent ſenſibus, & nõ ſuperant captum humanum, liberum arbitriũ partim habere, quia experiẽtia docet, me poſſe ſtare vel ſedere, hinc abire vel manere. Nam Phyſicè ſic agitur in nobis, cogitationibus mouentur nerui, & muſculi, & membra. fiunt magni impetus, ſed in voluntate ſeu ratione poteſtas quædã eſt coercendi. Hypocritæ ſæpiſsime hoc faciunt, habent & ipſi prauos motus, ſed appetitu gloriæ docti, ratione coercent eos: nã iudicant illa via cõmuniũ affectuũ, ſe non poſſe gloriã Dei conſequi. At non ſemper id poteſt fieri, ideo dixi partim non habere, quia tãta vehementis eſt motus & affectuũ, vt nõ ſit penes rationem eos coercere. Et annotãdum eſt hoc loco, cogitationes illas primas, vel impetus primos non eſſe in noſtra poteſtate, cum incitantur, cumq; primùm erumpunt, quin moueantur: nec etiam ratio ipſa coercẽs ſemper eſt in noſtra poteſtate. Vnde Ambroſius, vt ſæpe allegatur ab Auguſtino, dixit: *Cor noſtrum non eſt in poteſtate noſtra*. Hoc intelligo ſemper: Quia quãdoque eſt in noſtra poteſtate, & poteſt eſſe tanta perturbatio timoris, vt qui decreuerint in bello cõſiſtere, cõuertãtur in fugã, cũ ratio non ſit coercẽdo. Accidit hoc ſub Ioſua Chananæis, qui cum vellent perdere Iſraelitas, nõ potuerũt ſtare à facie Ioſuæ: quia Deus incutiebat illis terrorem iuxta ſuas promiſsiones. Partim ergo eſt libertas in iſtis, partim non eſt. Neque in omni ætate eſt: pueri enim & moriones, potius mouentur, vt bruta, quàm moueant.

Si quæratur, An iſta libertate partim conceſſa, queant homines facere ea, quæ congruant cũ lege Dei? Dico nos poſſe aliquo modo vti eo ſermone, ſed ſanè intellecto, quia ſcriptura ſic loquitur. Paulus ad Rom. dicit, *Gentes naturaliter, ea quæ legis ſunt faciũt*. Nõ eſt. n. vlla natio tam inſana, aut barbara, quæ nõ tãgatur aliquo ſenſu recti, iuſti & honeſti. Alioquin ſi lex Dei accipiatur propriè & verè, in iſta libertate, homines non poſſunt facere, quæ congruant cum lege. Lex enim non requirit à nobis externa tantummodo, imò illud minimum quoque erit: ſed requirit maximè bonos motus interiores, vt toto corde, tota anima, & totis viribus Deum amemus. Atque illud præceptum eſt anima quodammodo & ſpiritus aliorum præceptorũ, ita, vt qui voluerit obedire alijs p̃ceptis, oporteat eum id facere ex toto corde, tota anima, & omnib. viribus quibus proſequatur Deũ, & eo animo abſtinere, à furtis, ſcortationibus, & alijs huiuſmodi, propter Deum, quem amet toto corde. Potius diceremus iſta libertate, poſſe opera noſtra congruere legi ciuili vel Oeconomicæ, quæ ea, quæ aguntur exterius conſiderat, nec eſt ſollicita de voluntate.

Cũ autẽ Paulus dicit, legẽ impoſitã eſſe ſceleratis, impijs, & parricidis, nõ inde inferendũ eſt, nos poſſe legẽ facere. Nã et ſi quis dicat iuſtis nõ eſſe poſitã legẽ (quia ſũt regenerati, & extra aleam dãnationis, nõ habẽt legẽ, quæ ſe accuſet & A dãnet niſi quatenus perfectè adhuc nõ ſunt regenerati) nõ tamẽ inde poteſt concludi, homines iſta ſua libertate, de qua loquimur, poſſe facere legẽ. Nã lex illa ſic poſita, poteſt habere multos alios fines quàm vt fiat, nempè vt agnoſcant homines peccata ſua, & infirmitatẽ ſuarũ viriũ, vt videãt quid faciẽdũ fuiſſet, & extimulentur ad meliora, veniantq; ad Chriſtũ: eo organo vtitur Deus ad reducẽdũ eos in viã. Auguſtinus in libro de Gratia & libero arbitrio cap. 2. videtur B hoc docere, ex ipſis pręceptis cõſequi noſtrũ liberũ Arbitriũ: alioquin præcepta eſſent inutilia. Dico ad iſta, legẽ ſic poſitã, inferre liberũ arbitrium, quoad hominẽ cõditũ primo ſtatu naturæ integræ, nec nõ quoad regeneratos, vt poſsit inchoata obediẽtia parere ſed non perfecta. Quod verò ex mandatis concluditur de hominibus nondum renatis. Minimè poſſunt probari inde vires aut facultates hominis, ſed quod habeant voluntatem, quæ ſi per gratiam C moueatur aliquam habebunt facultatem parendi vel obediendi, cum ei non repugnet renouari, vt quæ talis ſit naturæ, vt poſsit à Deo regenerari & inchoata ſaltem obedientia ei parere. Deinde ſi res externę cogitẽtur, habẽt aliquid libertatis, ſed huc nõ eſt facere legẽ, quę in primis motus ipſos interiores exigit, qui proueniunt ex fide & afflatu ſpiritus ſãcti. Cõcedo itaq; aliqualẽ huiuſmodi libertatẽ, quòd experientia talẽ doceat. Nõ quòd cogar illo argumẽto, ſi nõ ex libero D arbitrio poſſet ſeruari lex, fruſtra magiſtratus puniet ſontes, & fruſtra leges ponerẽtur. Nã ſi hoc argumentum eſſet firmum, concluderetur inde, nos dum nõ ſumus regenerati, habere quoque liberum arbitrium ad illa ſupernaturalia, cum etiam non renatis de illis dederit Deus leges, & propter illa puniat, niſi illa habeant. Concedo itaque quoad externa, nos habere partim hãc libertatem. Sed illis argumẽtis niſi aliud eſſet nõ mouerer. Nã magiſtratus ipſe, ſi E adducatur latro, aut fur, modò ſciẽtes fecerint, ac volẽtes facinus, puniet eos. Nõ requiret magiſtratus tũc, an liberã habuerint voluntatem, aut an perturbati fuerint affectu, ita vt ratio nõ potuerit reſiſtere. Quin & homines nõ renati adhuc, qui carent fide, ſpe, charitate, ſi morerentur, puniret Deus eos, neque reſpiceret an potuerint in eo ſtatu habere, vel non habere. Et Deus ipſe punit peccatum originis: Neque quęrit cum naſcimur, an eo poſsimus carere F vel non carere. Auguſtinus in libro Cõfeſsionũ dicit: Infãtibus quoque in illa ætate ineſſe ſua vitia & peccata. Laborant enim inuidia. Et peccata ſunt cũ tamẽ aliter non poſsint: Neque habent rationẽ quę poſſet reſiſtere ijs motibus.

Ex lege ac mandatis Dei, non ſunt colligendæ liberi arbitrij vires. Fateor quidem cum aliquid præcipitur liberum arbitrium conueniri: nam ſi paremus, aut ſi renuamus, id voluntate agimus. Non enim aſſentimur, vel G diſſentimus naribus, digitis, aut alijs membris corporis, ſed arbitrio. At inde non conficitur, nos tãtum poſſe, quãtum nobis mãdatur. Proinde licet hac ratione ad affirmãdã hãc liberta-

tem

tem nō moueat, attamē eá do, motus experien-
tia, nō qualibet, ſed ea quę teſtimoniū habeat ex
diuinis literis, quę nō fallunt. Ad Romanos pri-
mo capite de illis agitur qui non renati erant,
qui dicūtur ex creaturis cognouiſſe inuiſibilia
Dei, diuinitatem inquam & æternitatem, quod
idem affirmat Dauid. *Cœli enarrāt gloriam Dei* & c.
Et in eadem Epiſtola *Gentes quæ legem non habēt,*
naturaliter ea quæ legis ſunt, faciunt. Et quo ad agē-
da, tradūtur noticiá rectitudinis habuiſſe, ná cū
iuſtitiá Dei cognouiſsēt, & quod qui talia faciūt
digni ſunt morte, nō ſolū ea faciūt, verū etiá cō-
ſentiunt facientibus & ita redduntur inexcuſa-
biles. nō enim poſſūt ignorátiam prætexere: no
uerūt enim, & illud parum quod aſſecuti ſunt,
non fecerunt. Nec rectè poſſunt excuſare debili
tatem virium, cum ipſi ei aditum patefecerint,
per Adami peccatū, in quo omnes peccauerūt.
Dixit item Chriſtus, *ſi tantū dilexeritis eos, qui vos*
diligunt, publicani et meretrices hoc faciūt Nemo au-
tem dubitat in genere mores probandos eſſe, ac
rectum, colere amicitiá: ná illi vituperantur, qui
amicos aut produnt, aut lędunt. Dicebat itē Do
minus: *Si vos cū mali ſitis, noſtis bona dona dare filijs*
veſtris, &c. Nec dubitandū arbitror στοργὴν paren
tum erga liberos, qua bene afficiuntur erga e-
os, rectam eſſe. Nam qui liberos negligunt, aut
crudelitar tractant, admodum vituperātur. Ad-
hæc Paulus, cū adhuc inimicus Dei eſſet, & per
ſequeretur Eccleſiam, profecit externa iuſtitia
ſuper plurimos æquales: Vt ad Galat. teſtatur.
Ad Philip. aūt ponit, ſe iuxta legis iuſtitiá vixiſ-
ſe ἄμεμπτον, inculpabilē. Hiſtoriæ quoq; Ethni-
corū multa perhibent, Scipionē, Pōp. Cæſ. Cat.
& Cicer. egregia dixiſſe, ſanxiſſe, ac feciſſe, pro
patriæ cōmodis, & boni publici gratia, cū tamē
a Chriſto eſsēt alieni, inde apparet, tá ex ſacris,
quá ex Ethnicis literis, aliquid huic libertati eſſe
dandū, quāuis in ea cōſtituendi ſint gradus: nō
enim omnibus ex ęquo videtur concedi. Varie-
tas poteſt eſſe penes tēperamenta corporis, pe-
nes inſtitutionem, ſeu educationem, penes loca
ſeu patriam, exercitia, & conſimilia. Nec tacen-
dum egregia illa facta, quæ in hiſtorijs comemo
rantur de infidelibus, contigiſſe aliquo motu, &
impulſu Dei peculiari, qui talia exempla volu-
erit extare, quo Reſpublicæ ac regna conſerua-
rentur, nec omnia ſuſque deque abirent, opor-
tuit eſſe aliquos egregijs moribus ornatos, qui
cæteris prodeſſent, cōtinēdo eos in officio. Vn-
de ſicut cōcedimus à Deo concedi ſpiritū pro-
phetandi, & alia chariſmata huius generis, non-
nunquam hominibus impijs, ita etiā citra iuſtifi
cantē gratiā dari potuerunt diuinitus, præter
communem influentiam, ſpiritus aliqui forti-
tudinis, aut caſtitatis, & ſeueritatis & cōſimiliū.
Hæc itaq; libertas eſt, quá iudico eſſe dādá cum
qua tamen mirabiles infirmitates & ſeruitutes,
cō ūctę ſunt. Primū in intellectu ſunt magnę ca
ligines & tenebrę, vt vix quandoque intelligat
quid ſit agendum: in volūtate autem magna in-
firmitas, vt reſiſtat cupiditatibus. Adhæc cum
ſit duellū perpetuum inter partem ſuperiorem
& inferiorem, fieri non poteſt, quin quandoque

A ſuccūbatur, & qui ſic pugnāt, vulnera nequeūt
euadere, ſæpenumero læthalia. Adiungit ſe vnà
infirmitas corporis quod & corrūpitur, & ag-
grauat animum, ac ſæpius ſtat per ipſum, quo
minus poſsimus ea efficere, quę facienda iudica
nimus. Cum vera ſunt quæ Paulus de renatis
dixit, quod ſentiát aliam legem in membris ſu-
is, repugnantem legi mentis, quæ captiuos illos
abducat, quo non vellent, & ſi caro in eis ita con
cupiſcit aduerſus ſpiritum, & ſpiritus aduerſus
B carnem, vt non faciant ea, quæ velint, & ſi nō fa-
ciunt bonum, quod cupiunt, ſed malum quod
oderunt, quid euenire putamus in non renatis?
Certè multò grauiora. Spectemus adhęc natu-
ralem finē, quem Philoſophi conſtituerunt, vt
homines ex ratione viuerent, ſecondum opti-
mam virtutē, & videamus quá paucis obtigerit,
ac inde infirmitatē humanarum virium depre-
hendamus, etiā in ijs rebus, que captum huma-
næ rationis non ſuperant. Alia præterea cōſide-
C retur neceſsitas, cui homines in hoc ſtatu ſubij-
ciuntur: ea eſt peccati. Nam quæcunque faci-
unt extra gratiam Dei, & fidem, neceſſe eſt vt
ſint peccata. Sunt enim filij iræ, & cum non cre-
dūt in Chriſtum, ira Dei manet ſuper eos. Qua-
re nihil boni, quod placeat Deo, poſſunt agere,
prius enim Deus reſpicit ad homines, quàm ad
eorum munera. Sunt arbores malæ, ideo non
poſſunt ferre fructum, niſi malum. Et Paulus il-
la ſua bona opera Iudaiſmi, non tantum vocat
D ſtercora, ſed damna, quod ſibi fuerint noxia. de-
inde quod eſt ex carne, nō poteſt eſſe niſi caro.
Carnem autem eſſe homines non renatos non
eget probatione. Quin & in libro Geneſeos
ſexto capite & octauo habetur, cogitationes ho
minum, quas ipſi fingunt, malas eſſe, idque à pri
me ætate. Porrò quæ fiunt à renatis debita fine
carent: quia in Deum non referuntur. Quare
non poſſunt Deum diligere ſuper omnia: quod
vtique nihil aliud eſt, quam in illum omnia re-
E ferre. Corrupta ſunt itaq; omnia illorum operá
& ideo peccata, cum fide careant. Etenim omne
quod non eſt ex fide, peccatum eſt. Quæ Deus
præcepit nobis, ſi ad illum ſtatum, de quo agi-
mus, comparentur, impoſsibilia ſunt: quamuis
à renatis inchoata quadam obedientia præſtari
queant. Auguſtinus hanc neceſsitatem peccan-
di agnouit in libro de natura & Gratia capite ſe
xageſimo ſexto, vbi ſcripſit ex vitijs naturę, non
ex conditione naturæ, quandam eſſe peccandi
F neceſsitatem. Vnde clamatur ad Dominum: *De*
neceſſitatibus Domine educ me. Et ibidem, capite ſe
xageſimo ſeptimo docet quædam neceſſe facta
eſſe improbanda, vbi vult homo rectè facere, &
non poteſt. Sed iſta vult eſſe, non tantùm pecca-
ta ſed peccati pœnas. Diſputatione autem ſe-
cunda contra Fortunatum Manichæum ſcri-
bit, primum hominem libera voluntate non
ſtetiſſe: nos autem inde pręcipitatos in neceſſi-
tatem. Et in libro de Natura & gratia capite quá
G drageſimo ſexto ait: Non omnem neceſsitatem
pugnare cum voluntate, quia fœlicitatem volu-
mus, nec aliter fieri poteſt. Quin & ipſe Deus Iu
ſtitiæ non habet magis voluntatem quàm ne-

ceſsitatem.Idem autor in tertio de libero Arbi- A
trio,cap.decimooctauo, qood etiam attiogitur
in prima Retractationum cap.oono. In lib. de
Natura & Gratia, capite ſexageſimo ſexto, in-
quit de homine,qui non ſit renatus: *Malus eſt,
nec poteſt eſſe bonus,vel quod non videat,quid ſit agen-
dum,vel ſi viderit,non poſsit facere, quod nouit ſe debe-
re facere vt ſit bonus.* Et ſanè illud receptúm eſt,
primum hominem potuiſſe non mori,potuiſ-
ſe non peccare:& cum erimus in patria, futurũ
eſſe,vt non poſsimus peccare, & non poſsimua B
mori:dum verò hîc ſumus, non poſſe non mo-
ri.& non poſſe non peccare.Scripſit etiam idem
pater de ſpiritu & Litera. Liberum arbitrium
nõ valere,niſi ad peccandum,quod ad hunc ſta-
tum hominum referendum eſt.Et in Concilio
Mileuitano,damnati ſunt illi,qui dicebant,gra
riam Iuſtificationis dari, vt quod requirebatur
per liberũ arbitrium,facilius pręſtaretur, qua-
ſi liberum arbitriũ per ſe quidem poſſet id præ-
ſtare, ſed diffitilius.Iſtam quoque neceſsitatem C
ſacræ literæ oſtendunt. Nam ſcribitur ad Roma
oos, *Prudentia vel ſenſus carnis,inimicitia eſt aduer-
ſus Deum, & legi Dei non ſubijcitur,nec enim poteſt.*
Et ibidem, *quod impoſsibile erat legi, quatenus infir-
mabatur per carnem.* &c. Sunt itaque non renati
ſub iſta neceſsitate peccandi,quod tamen intel-
ligendum eſt generatim,nõ de ſingularibus pec
catis,non enim eſt neceſſe,vt potius hoc,quam
illud admittant. Eſt & alia quædam oeceſsitas,
quę reſpicit Dei prouidentiam,& prædictiones D
vaticiniorum. Adhęc non eſt ſimplex neceſsitas,
ſed ex hypotheſi.vel quam appellant,conſequẽ-
tiæ:at de illa poſtea dicã,cũ ad prædeſtinationẽ
vẽtum fuerit, nunc vero vlterius nõ attingam.

Eſt etiam attendendum, io varietate huma-
narum voluntatum, affectuum eſſe alternatio-
nem,vt vnus alterum vincat,idque fieri alternis
vicibus,& illos eſſe ſuperiores, qui vehemẽtio-
res fuerint. Sunt porrò affectus diſtincti,ita vt
aliqui ſint ſpecioſiores, aliqui turpiores,& in eo E
voluotas aliquam libertatem habet, quod mo-
do iſtis,modo illis ſucumbat. Neque id negligẽ-
dum eſt,vt cogitemus voluntatem ipſam,natu-
ra ſua cæcam eſſe, nec aliud ſequi quam quod à
mente ſeu iotelligentia proponatur. Notitiæ ve
rò ita partiendæ ſunt,vt vel ad ſenſum vel ad ra-
tionem vel ad fidem pertineant. Voluntaſque
notitijs aſſentietur, prout vehementiores fue-
rint, ac in manu eius non eſt, vt magis ab iſtis,
quam ab illis pulſetur. Aiunt nonnulli hoc eſ- F
ſe in eius poteſtate,vt mentem ſeu rationẽ ad-
igat & melioribus concilijs, & rationibus in-
cumbat,nec ſinat ſe ab illis deijci. Cæterum
hoc bonum,eſſe voluntas ex ſe minimè nouit,
niſi quantum ratio eam docuit. Quamobrem
ego nullum ſcio præſentius remedium, qoàm
Deum inuocare,vt ſuo ſpiritu efficiat illam co-
gitationem & conſiliũm in voluotate potentio
rem, quæ magis ad ſalutem noſtram & eius
gloriam pertineat. Eius eſt illam vehementi- G
us accendere ac illuſtrare, quo noſtra voluntas
præ cæteris moueatur. Omnes quippe ſci-
mus voluotatem imperare, ac iubere humanas

A actiooes, verum cum ſit inter notitias & affe-
ctus, diſputamus an ſit io eius manu poſitum,
à quibus vehementius commoueatur. Cer-
tè eum ſuperatur à peccatis, eorum ſerua effici-
tur: nam Pet. Epiſt. 2. cap. 2. dicit. Vnum-
quemque ſeruom eius fieri à quo ſuperatur.
Et ad Rom. ſcribitur: *Nos eius fieri ſeruos cui nos ad
obediendũ tradimus:* oec non, *cum ſerui eſsetis peccati
liberi eſtis iuſtitiæ.* Chriſtus quoque dixit: *Si
Chriſtus vos liberauerit tunc liberi eritis.* Vnde ſe-
B quitur,falſo liberos eſſe hominea,quando non-
dum ſunt renati. Adhæc omnia, diaboli ty-
rannis accedit, qui homines antequam Chriſti
ſint, captiuos detinet. Chriſtus enim dixit, For
tem armatum cuſtodire atrium ſuum in pace,
& ſpolia detinere captiua, quoad fortior vene
rit, qui ea diripiat. Et in Epiſt. ad Timothe-
um 2. habetur, *Contradicentes veritati detineri ca-
ptiuos à ſatana ad eius voluntatem.* Et ſatis eſt vul-
gata ſententia, quæ ait: voluntatem inſtar equi
C eſſe, quæ modo habeat ſeſſorem ſpiritum Dei
& gratiam, modò verò diabolum, & nunc ab
eo agitari, nunc verò à gratia regi. Eſt igitur li-
bertas eius multiplici ſeruitute acciſa, & mirum
eſt, cùm tam parua ſit eius libertas in hoc præ-
ſertim ſtatu, eam potius appellari liberam, quã
ſeruam. Hæc Lutherus conſiderans, arbitrium
potius dixit ſeruum, quàm liberum. Si quis eſ-
ſet in carcere cõpedib. & manicis conſtrictus,
ao rectè diceret ſe liberum, quia poſſet caput
D mouere, aut oculoa attollere? Poteſt ſanè vo-
luntas noſtra liberè ſpiritualia dona repudiare,
cum in hoc ſtatu verſatur: poteſt etiam oppoſi-
ta eis deligere, at ea ipſa non valet ſibi vendica-
re aut expetere. Cumque ſit adeò debilis, vt
tantum exteroa quædam, & humiliora præſta-
re queat, ooo defuerunt, qui ei meritũ de Con-
gruo iſta conditione tribueriot, nempè vt ſi
faceret, quod in ſe eſt, gratiam vtcunque me-
reretur, & ſi nõ de Condigno, vt loquuntur, ſal-
E tẽ de Congruo. Valeant hæc figmenta: Gratia
ſi ex operibus daretur, iam noo eſſet gratia.
Hæc tamen ita dico, vt non laxem fræna vitijs
aut ſceleribus: nam ipſi etiam non renati, ſi
hæc externa quæ poſſunt, nõ præſtiterint, lon-
gè grauius puoiẽtur. Quod ſi qois conqueratur
hoc pacto liberum arbitrium oimium exteouari,
dicam non ita eſſe: ſed dum, quemadmodum
ſe habet, deijcitur, multa inde commoda repor-
tari. Primum, qui hæc nouerint non, efferri, ne-
F que ſuperbire de ſuis viribus, & vehementius
accendi ad auxilium diuinũ poſcendum, cùm
ita ſe debiles viderint, & cum poſtea renati fue-
rint, & intellexerint é quantis malis ſint erea-
pti, vehementioa impelli ad gratias agendas
ſuo liberatori. Hæc Pelagiani minimè cuſtodi-
erunt, qui ante regenerationẽ putabãt, ſe poſſe
ſuis virib. mereri gratiã, & ideo ſeſe efferẽdo plus
æquo, ſeſe perdiderunt, & Eccleſiam turbarunt.

Poſſet alia ſubiectio addi, qood animia noſtris
G Deus taoquam inſtrumentis vtatur. *Cor enim
regis in manu Dei, quocunque voluerit illud inclinat.*
Sed Nabuchadnæſar cum eſſet in biuio, ambi-
gebat quò eſſet moturus, & fortaſsis aggreſſus
eſſet

Digitized by Google

eſſet Moabitas vel Ammonitas, conſuloit ſortes, & Deus illas temperauit, eumq́; direxit ad Hieroſolymitanos, qui erāt pro meritis puniēdi, vt apud Ezech. habetur. Et in alijs prophetis dicitur, iſtos monarchas in manu Dei eſſe in ſtar ſecuris & lignorum: ſed quia iſte vſus Dei non infert animis noſtris vim, ideo non tollitor prorſus libertas qualis qualis erga hæc de quibos nunc agimos. Itaque illam concedo & ex diuinis literis cōfirmaoi. Quare per me ſtat, & ſalua manet ſcientia moralis, ciuilis, & œconomica. Verum in eo aliquibus falſus videor, quod dixerim vocem liberi arbitrij non reperiri in verſione Latina diuinarum literarum, nec etiam Græcum vocabulum αὐτεξούσιον. De re vtique non dixi id, ſed de vocibos ſum loquutus, & qood tunc dixi rurſus affirmo. Qood autem προαίρεσις aut προαιρεῖσθαι in ſacris libris non reperiatur non dixi, ſin verò quæratur, an iſta idem ſint, reſpondeo non videri. Et ſanè Damaſcenus libro ſecundo cum de libero arbitrio, & de ijs qoæ ſunt in nobis agit, αὐτεξούσιον nominat, προαίρεσιν verò definit, vbi agitur περὶ τοῦ θελήματος. Rationem addam, cur differant, qoia αὐτεξούσιον pērtinet ad genus qualitatis, eſt enim affectus & proprietas voluntatis, προαίρεσις autem eſt actio. Qualitas verò & actio vt inter ſe differant, omnes noront. προαίρεσιν actionem eſſe demonſtrat idem author eam definiendo. προαίρεσις, inquit, ἐστιν ὄρεξις προκειμένων αὐτοῦ καὶ ἐκλέγουσα τοῦτο ἀντ' ἐκείνου: Deinde ille author vbi agit, de voluntate Domini θέλησιν dicit ei conuenire, qoæ procul dubio αὐτεξούσιος eſt, non aotem προαίρεσις. Nam ea reqoirit conſultationem, & ea notat præceſsiſſe ignorantiam, quæ non poteſt Deo adſcribi. Præterea vt ex Ariſtotele habetur tertio Ethicorum βούλησις eſt de fine, προαίρεσις autem de his quæ ſunt ad finem. Deinde ad προαίρεσιν attinet, quæ à nobis facienda ſunt: voluntas autem etiam de ijs, quæ à nobis non facienda, qoando volumus Athletam vnom alterum vincere, & nauim rectum corſum tenere. Hæc velle poſſumus, non tamen eligere. Voluntas item ſponte, atque αὐτεξούσιος vult impoſsibilia nonnunquam vt non mori: electio verò tantum circa poſsibilia verſatur. Differunt igitur, qood αὐτεξούσιον latius pateat: non enim ſolùm conuenit προαιρέσει, ſed etiam θελήσει, non tamen eſt genus eorum. Quod ſi dixeris: ex προαιρέσει αὐτεξούσιον infertur, fatebor, quamois voces non idem ſignificent. Et concedo in dioinis literis rem ipſam inueniri, licet vocabulum non reperiatur, qoemadmodum ὁμοούσιον quod ad vocem attinet, non eſt in diuinis literis: quamois res ipſa ibi concludatur & demonſtretur. Cùm iſta vtique non ſint eadem, rectè potui dicere, alterum non eſſe in ſacris literis, quamuis alterum ibi reperiatur. Nec ſolus ego id affirmaui, ſed Oecolampadius vir doctiſsimos, & Eccleſiæ noſtræ Tigurinæ benè coniunctus, idem ſcripſit in Iſaiam prophetam, tractans illa verba: *Si volueritis, & audieritis me, &c.* Nam dicit: *Hoc loco Pelagiani & multi etiam ex Patri-*

A *bus, pro libero arbitrio ſtatuendo abutuntur, dicētes: Si volueritis, & ſi nolueritis. Ergo libera eſt electio noſtra. Et huc trahunt teſtimonium ex Ieremia capite duodecimo, Ecce ego do coram vobis viam vitæ, & mortis. Sic etiam Eccleſiaſtici decimoquinto & Deuteronomij trigeſimo. Quibus reſpondemus, Siquidem de nomine contentio eſt, vt idem dicamus voluntatem, & liberum arbitrium vel αὐτεξούσιον, quod nomen in ſcripturis nondum inueni: quoniam morem contendendi non habet Eccleſia, permittimus eis abuti nominibus: pre-*
B *cioſior enim nobis charitas, quam vocula. Quis enim neſcit peccare, & bene agere volentes? Sin gloriæ & miſericordiæ Dei hoc prætextu derogatur, ſatius eſt contradicere hominibus, quàm participes fieri blaſphemiæ, &c.* Et mox: *Veruntamen hanc ob cauſam, vt dixi, non ſunt deplorandi, quaſi in barbarica ſeruitute contineantur: bonos enim libertatis ſuæ Deus participes facit, & verè liberi ſunt operante in eis Spiritu Dei, qui rectius adiuuare, quam auferre voluntatem dicitur: quorū Apoſtolus dignitatem commendans, inquit:*
C *Quicunque ſpiritu Dei aguntur, &c. Tantò enim meliora ſunt opera noſtra, quantò purius à Deo proficiſcuntur. Et in bonis nec minimus cogitatus vel conatus aliundè quam à Deo eſt.* Et mox: *Deo gloria, nobis ſola confuſio debetur: deſtitutos autem ſpiritu Dei, qui ſupponebat manū ne collaberentur: nonne veriſsimè ſeruos dixeris, qui in præceps feruntur ſua culpa, quocunque grauitas ſua fertur. O miſeram libertatem, poſſe peccare. Nam nos Deus peccabiles relinquit, & tales qui ab ipſo natura nos auertere poſsimus.* Et mox:
D *Quid de libertate arbitrij nos iactamus? quos ſcriptura coarguit eſſe ſeruos peccati: Ioannis octauo. Omnis qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati* ibidem. Et mox, *vnde & hic qui dicit: Si volueritis, is eſt qui voluntatem in nobis excitat, & operatur, & quicquid id eſt, non eſt volentis neque currentis, ſed miſerentis Dei.* Et mox: *Tales enim natura noſtra ſumus, poſtquam Adam peccauit, vt nobis derelicti torpeſcamus, ad vocem Domini obſurdeſcamus, peccemus, & cum nolle per ſe ſit damnabile, deſtituti ſpiritu Dei impellimur, vbi & Deum*
E *amaricemus, cuius verbum contempſimus. Huius ſententiæ aſſertionem docet etiam Ieremias capite decimo tertio: Conuertimini, & conuertar, &c.* Et mox: *Senſit hoc Auguſtinus dicens: Da quod iubes, & iube quod vis, &c.* Colligimus ex his verbis de voce non eſſe contendendum, & liberum arbitrium poſſe concedi, ita vt ſit idē quod voluntas, modo non detur ei libertas ad ſpiritualia. Habemus etiam, voluntatem non fieri liberam niſi per gratiam, alioquin ſeruam eſſe. Statuitur etiam quod e-
F go poſui, voces iſtas, liberum, & αὐτεξούσιον in ſacris libris non reperiri.

A Philoſophis autem προαίρεσιν haberi & doceri minimè negaui: ſed dixi eos in mente noſtra ponere intelligentiam & voluntatem, & fortaſſis memoriam. Nō autem ibi collocare ceu quartā aut quintam potentiam animi, liberum arbitrium, ſed προαίρεσιν voluntati attribuere. An verò hæ duæ voces Liberum & Arbitrium latinæ ſint, nunquam in dubium reuocaui, ſed com-
G poſitam vocem ex ijs duobus, Liberum arbitrium, dixi apud Ciceronem non extare: idemq́ue nunc confirmo Poſſemq́ue addere adhuc; neque apud Cæſarem, neque apud Terentium

& eius ætatis viros fuiſſe vſitatam. Et hæc ſatis pro defenſione illorum quæ in prooemio habui. Nunc ad rem venio, & de voluntate adhuc non renata quæro, quomodo erga diuina & cœleſtia ſe habeat. Recipiunt omnes per ſe non poſſe à non renatis ea vel intelligi, vel expeti. Et ſtatuunt opus eſſe, vt ſpiritus Dei per verbum adſit, moneat, hortetur, & ſuadeat. Nam ſicuti ſenſus non poteſt apprehendere vniuerſalia: ita mens noſtra dum vitiata eſt, & corrupta, non poteſt ad ſupernaturalia conſcendere. Sed an ſit ſatis, vt per ſpiritum Dei verbum & promiſſiones nobis ſuggerantur, aliqui affirmant: ego nego. Quia niſi emendentur iſtæ vires, quoquomodo diuina & cœleſtia non capiemus, neque amplectemur. Neque in poteſtate noſtra eſt, vt quæ nobis proponuntur placeant: quare opus eſt vt vi, efficacia, & potentia quadam nobis proponantur, ita vt intellectus afficiatur non vulgari lumine, & voluntas, corroboretur, ne cedat cupiditatibus & diſtractionibus, quibus à ſpiritualibus rebus auocatur: quod vbi factum fuerit aſſentitur verbis Dei & promiſsis: vnde ſequitur iuſtificatio: ad quem aſſenſum actiue ſe habet, & ipſe vult & conſentit ijs quæ proponuntur: ſed ad illam potentiam Dei, vehementiam & efficaciam, qua ſanatur & immutatur paſsiuè nam iſta recipit & in ea fiunt ab eo. Nec id videri debet abſurdum, quandoquidem ſcripturæ dicunt nos trahi, quod paſsionem quandam notat, & diſpoſitionem. Dicitur etiam Deus ſtare ad oſtium & pulſare. Proinde illi pulſus & motus in mente recipiuntur: nec tamen propterea facimus credentes enthuſiaſtas. Nam enthuſiaſtę reprehendūtur, quia dicunt ſe pati neſcio quos afflatus, & inſtigationes, quæ pugnant cum verbo Dei, ad res malas, & interdictas. Nos verò ponimus talem Dei efficaciam, quæ ad promiſsiones & verba Dei animos inclinet, & ſimul fiat cum verbo Dei: quamuis in multis tantum fiat illuſtratio vel immutatio, & ſuggeſtio ſine immutatione, cum efficacia illa & vehementia ſpiritus non detur omnibus, neque omnes capaces fiant cœleſtium donorum, quæ Deus ipſe diſpenſat, diſtribuit, & temperat, vt viſum fuerit. Vnde vocationum duo genera oriuntur. Vna enim communis eſt, altera vero ſecundum propoſitum: de quibus ſuo loco dilucidè dicetur. Et quos Deus afficit ſuo dono & efficacia, quemadmodum eſt dictum, non cogit neque vim infert, ita vt voluntatem vel arbitrium corrumpat, ſed potius perficit, quemadmodum forma ornat & abſoluit materiam, non perdit. Hanc Dei potentiam in conuerſione noſtra Huldrichus Zuinglius, vir pi⁹ & doct⁹, & de eccleſia bene meritus, notauit in Epiſtola ad Rom. exponens ea verba. *Potentia Dei eſt ad ſalutem omni credenti*, atque ait: *Nam dum noſtra potentia & virtute nullo pacto ſeruari poteramus, Dei potentia opus fuit, vt ſeruaremur. Hanc potentiam nobis per Chriſtum exhibuit, qui omnes homines in Adamo mortuos vitæ reſtituit. Tollit hic locus arbitrij libertatem, & virium humanarum virtutem*, &c. Quod ego intelligò quoad ſupernaturalia, quæ noſtrum captum ſuperant. Idem Zuinglius in libro de vera & falſa religione capite de Deo, ita ſcribit: *Fideles autem* (ſic autem credulos vel pios, vel Dei veri cultores appellari vulgò receptum eſt) *hoc vno* B *fideles ſunt, quod vnum, verum, ſolum, omnipotentem Deum eſſe credunt, in eoque ſolo fidunt. Porrò qui fiat, vt pij ſic de Deo ſentiant, nec gentium more quamlibet ignotam vim Deo faciant, pio facile eſt dicere. Eius fit tum virtute, tum gratia, in quem creditur, nam quod ingenium & naturam hominis, quatenus animalis eſt, attinet, nihil differt pius ab impio. Proinde in Deorum errore cuiuis poſſe contingere, quod cuiquam, niſi eſſet anguſtior quædam vis, quæ mentem huma-* C *nam natura nihil abhorrentem ab his qui maximè errant, ad ſe vocaret, ac ſibi alligaret. Atque hic ſe primæ fidei, ac pietatis venæ aperiunt.*

Et ſanè ſciendum eſt, Pelagianos viſos fuiſſe vtcunque gratiam Dei fateri, & ponebant ſuggeſtiones illas, ſpiritus ſancti illuminationes, & conſimilia, ſed illud donum & efficaciam ſpiritus immutantis animos noſtros non agnoſcebant neque attingebant. Quod Auguſtinus de Gratia Chriſti contra Pela- D gium & Cæleſtinum capite ſeptimo coarguit, dicens: *Sed nobis hac expectatione ſuſpenſis quid addiderit intuemini. Adiuuat enim nos* (inquit) *Deus per doctrinam & reuelationem ſuam, dum cordis noſtri oculos aperit: dum nobis ne præſentibus occupemur, futura demonſtrat, dum Diaboli pandit inſidias, dum nos multiformi & ineffabili dono gratiæ cæleſtis illuminat*: deinde ſententiam ſuam velut quadam abſolutione concludens: *Qui hoc dicit*, inquit, *gratiam tibi videtur negare? Anne* E *liberum hominis arbitrium, & gratiam Dei confitetur?* &c. Deinde capite octauo dicit ipſe Auguſtinus: *Hinc itaque dilucide apparet hunc eam gratiam confiteri, qua demonſtrat, & reuelat Deus, quid agere debeamus, non qua donat, atque adiuuat vt agamus, cum ad hoc potius valeat legis agnitio: ſi gratiæ deſit opitulatio, vt fiat mandati præuaricatio*, &c. Adhæc decimo capite, Pelagius inducitur ita dicens: *Operatur in nobis velle, quod bonum eſt, velle quod ſanctum eſt, dum* F *nos terrenis cupiditatibus deditos mutorum more animalium tantummodo præſentia diligentes, futuræ gloriæ magnitudine, & præmiorum pollicitatione ſuccendit, dum reuelatione ſapientiæ in deſiderium Dei ſtupentem ſuſcitat voluntatem, dum nobis quod tu alibi negare non metuis, ſuadet omne quod bonum eſt*, &c. Verum in eodem capite decimo his eum refellit verbis Auguſtinus. *Sed nos eam gratiam volumus, iſtam aliquando fateatur, qua futuræ gloriæ magnitudo, non ſolum pro-* G *mittitur, verum etiam creditur, & ſperatur, nec ſolum reuelatur ſapientia, verum etiam & amatur, nec ſuade-*

ſuadetur ſolum omne quod bonum eſt verum & perſuadetur: non .n. omnium eſt fides &c. Idẽ Auguſtinus de Cita. & libero arbitrio capite decimoſexto, *Certum enim eſt nos mandata ſeruare, ſi volumus, ſed quia præparatur voluntas à Domino, ab illo petendum eſt vt tantum velimus, quantum ſufficit, & volendo faciamus. Certum eſt nos velle cum volumus: ſed ille facit vt velimus bonum, de quo dictum eſt, quod paulò antepoſui, quod præparatur voluntas à Domino: de quo dictum eſt: A Domino greſſus eius dirigentur, & viam eius volet. De quo dictum eſt: Deus eſt qui operatur in nobis, & velle & operari. Certum eſt nos facere cum facimus, ſed ille facit, vt faciamus præbendo vires efficaciſſimas voluntati. Qui dixit: Faciam vt in iuſtificationibus meis ambuletis, &c.* Idem Auguſtinus contra duas Epiſtolas Pelag ad Boniſacium libro tertio capite nono, *Quid eſt ergo*, inquit, *quod in conſequentibus, vbi ea quæ ipſi ſentiunt, commemorant, dicunt ſe confiteri, gratiã quoque adiuuare vniuscuiusque boni propoſitum, non tamen reluctanti ſtudium virtutis immittere, &c.* Hoc Auguſtinus volebat Pelagianos etiam fateri, Deum reluctantibus immittere ſtudium bonarum rerum quod fieri non poteſt, niſi mens noſtra conuertatur, & ex mala & vitiata fiat bona. Hæc eſt illa mutatio, quam ſpiritus ſanctus in nobis efficit. Ea cum duri ſimus & obfirmati emollimur. Dicebat idem pater: Deum indurare, nihil aliud eſſe, quàm nolle emollire, quod niſi ab eo fiat, vt emolliamur, in noſtra duritie permanemus. Hoc efficit ſpiritus ſanctus, vt reddamur dociles Dei, cum diuinarum rerum per nos ipſos ſimus incapaces. Petijt Salamon à Deo, vt habetur in primo libro Melachim capite tertio, cor audiens aut docile. Hoc eſt quod dicitur in Euangelijs, vt ſimus θεοδίδακτοι, quod in Prophetis promiſſum fuit. Deus eſt verus Magiſter, qui non tantum erudit & docet, ſed etiam efficit vt diſcamus, quod externi præceptores minimè facere poſſunt. Nam Deus dat aures ad audiendum, oculos ad videndum, & cor ad intelligendum. Vnde Chriſtus in Euãgelio dicebat, *Qui habet aures ad audiẽdũ, audiat.* Niſi hoc in nobis fiat, videntes non videbimus, audientes non audiemus, neque corde percipiemus. In Deuteronomio vigeſimo ſecundo habetur: *Non dedit vobis oculos ad videndum, nec aures ad audiendum, neque cor vt perciperetis, nimirum quæ Deus geſſit per deſertum vobiſcum, & verba quæ loquutus eſt.* Cur autem hoc oporteat in nobis fieri, rerum diuinarum ſublimitas nobis demonſtrat. Quoniam vt Apoſtolus Paulus ait, *Oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, quæ Deus præparauit diligentibus ſe.* Vnde ſcribitur ad Corinthios. 1. *Animalis homo non percipit, quæ ſunt Spiritus Dei, nec quidem poteſt. Illi enim ſtultitia ſunt.* Ratio ſubditur, quare non poſsit homo animalis hæc intelligere, aut expetere, quoniam ſpiritualia ſunt, & ſi ſpiritualia, ſpiritu tantum dijudicantur. Et ſeconda Epiſtola ad Corinthios. Nos non eſſe idoneos ad cogitandum quicquam ex nobis tanquam ex nobis: quod ſufficientia noſtra ſit ex Deo. Quod ſi de ijs rebus, ne cogitare quidem poſſumus, quomodo ea poterimus intelligere aut expetere, quod longe magis eſt, & difficilius, quàm cogitare? Vnde ſi ſpiritus Dei nobis propoſuerit aut legem aut promiſsiones, aut verba ſacræ ſcripturæ, nec immutatio fiat, non mouebimur, quod neque idonei ſimus & habiles ad ea. Oportet, vt antece-
B dat conuerſio, quæ poteſt appellari diſpoſitio quædam. Eam Papiſtici homines dant humanis viribus & arbitrio noſtro, quaſi nos poſsimus ad gratiã & ad fidem diſponere. At id prorſus ſpiritui diuino non humanis viribus aut arbitrio, vt oſtendimus, dandum eſt Diceretur etiam rectè ſanitas animi: & huiuſmodi ſanationis Auguſtinus in libro de ſpiritu & litera, ſæpe mentionẽ facit. Quoad peccata nos primò ſtatuimus, naturam humanam corruptam &
C vitiatam: deinde prauos actus erumpere animaduertimus. In è diuerſo ponendum eſt prius aliquam ſanationem mentis antecedere, poſtea ſequi aſſenſum fidei, fiduciam & amorem erga Deum, & amplexꝰ verborum eius. Quod ſi non præceſſerit eiuſmodi conuerſio, aut medicina, refugiemus à Deo, quod in Adamo primo homine ceu in quodam typo pulcherrimè demonſtratum eſt, qui cum transgreſſo Dei mandato incidiſſet in corruptionem & ſpi-
D ritualem mortem, à Deo refugiebat ſe abſcondendo. Et Apoſtolus Paulus quamuis multa de Chriſto audiuiſſet & legiſſet in lege & Prophetis, nihilominus tamen ab eo auertebatur, & vaſtabat Eccleſiam. Quia vt ipſe dixit ad Romanos, *Senſus carnis inimicitia eſt aduerſus Deum, & legi Dei non eſt ſubiectus, nec enim poteſt.* Et quia conſtat hoc donum Dei eſſe, hinc ſunt preces ſanctorum, qui aiunt: *Illumina oculos meos, ne vi-*
E *deant vanitatem. Da mihi intellectum, vt diſcam, ſeu cognoſcam mandata tua.* Et Paul. ad Eph. Deum orabat, vt illis daret illuminatos oculos, vt cognoſcerent quæ eſſet ſpes vocationis eorum. Et quoad voluntatem precabatur Dauid: *Inclina cor meum in teſtimonia tua.* Et: *Cor mũdum crea in me Deus* Et Salamon filiꝰ eius orauit Deum, vt ille populo daret cor intelligens. Cum itaque ſic oretur à ſanctis, quid implorant, quid rogant? An vt Deus oſten-
F dat verbum ſuum, vt ſpiritus eius pulſet? At id facit per ſe, ac ſemper, vt iſti dicunt. Quod ſi habent in manu ſua, vt aſſentiantur, quid orant? Faciant ipſi cum poſsint. At cùm rectè a ſanctis oratum ſit, id nobis indicio eſt à Deo id poſtulari, vt mentes noſtras immutet. Hoc argumento non ſemel vſus eſt Auguſtinus. Vnde in libro de Libero arbitrio. cap. 14. ſic habet: *Nam ſi fides liberi eſt tantummodo arbitrij, nec datur à Deo, propter quid*
G *pro eis qui nolunt credere oramus vt credant, quod prorſus faceremus inaniter niſi rectiſſimè crederemus, etiam peruerſas & fidei contrarias voluntates, omni*

potentem ad credendum poſſet conuertere. Liberum quidem hominis arbitrium pulſatur, vbi dicitur, Hodie ſi vocem eius audieritis, nolite obdurare corda veſtra. Sed niſi poſſet etiam Deus duritiem cordis auferre, non diceret per Prophetam, Auferam ab eis cor lapideum, & dabo illis cor carneum. Idem contra duas epiſtulas Pelag. ad Bonifaciom libru primu, capite 19. ſcribit: *Vt quid enim nobis præcepit Dominus, vt oremus pro eis, qui nos perſequuntur. Nunquid hoc oramus, vt eis pro bona eorum voluntate gratia Dei retribuatur, ac non potius, vt mala in bonum voluntas eorum mutetur? ſicut credimus tunc à ſanctis, quos perſequebatur, non inaniter oratum eſſe pro Saule, vt ad fidem, quam vaſtabat, voluntas eius conuerteretur, & illius quidem conuerſio deſuper facta, manifeſto etiam oraculo apparuit? Quã multi inimici Chriſti quotidie ſubitò Dei occulta gratia trahuntur ad Chriſtum?* Et ibidem cap. 20. declarat, vt verum ſit, Deom conuertere ac immutare hominum voluntatem, & ait: *Hoc verum eſſe, non coniectura ſuſpicamur humana, ſed euidentiſſima Scripturarum authoritate dignoſcimus.* Legitur in libris Paralipomenõ: *Et quidem in Iuda facta eſt manus Dei, vt daret illis cor vnum, vt facerent præceptum Regis & Principum, in verbo Domini.* Item per Ezechielem Prophetam, Dominus dicit: *Dabo eis cor aliud, & ſpiritum nouum dabo eis, & euellam cor eorum lapideum de carne eorum. Et dabo eis cor carneũ, vt in præceptis meis ambulent, & iuſtificationes meas obſeruent, & faciant eas.* Quid eſt autem quod Eſther illa Regina orat & dicit: *Da ſermonem concinnum in os meum, & verba mea clarifica in conſpectu leonis, & conuerte cor eius in odium impugnantis nos?* Vt quid iſta in oratione dicit Deo, ſi non operatur Deus in cordibus hominum voluntatem? Et ita certè vt precata eſt, vſuuenit: nàm ille Rex vt taurus ferox primo aſpectu intuitus eſt eam, ac illam ferocitatem conuertit in lenitatem. Expendẽdus denique eſt ille locus Actuum Apoſtolicorum, capite decimoſexto, de Lydia purpuraria muliere, cui Deus cor aperuit, vt attenderet ijs, quæ à Paulo dicebantur. Multi ſanè aderant, & peculiariter illi mulieri dicitur Deus cor aperuiſſe: quem locum Conradus Pellicanus, vir doctiſsimus, iuxtaque ſanctiſsimus, præceſſor meus, ita exponit: *Fit autem hæc reſipiſcentia non ex natura, ſed gratia, cuius,* inquit, *cor Dominus aperuit, vt intenderet his quæ dicebantur à Paulo.* Nemo enim in Euangelio fidem adhibere poteſt ſuis ipſius viribus, ſed dono Spiritus ſancti, non præſumptione noſtra. Audientes ergo Euangelij promiſsiones, deſperemos de carnis viribus, precemur autem Dominum, vt aperiat cor noſtrum, tribuat donum Spiritus ſancti ad corde credẽdum, & facto implendum, quod agendum audimus. Quod in iſta purpuraria factũ legim9, & hiſtoria Samuelis libro primo, capite decimo tradit, cum ſcribitur eos fuiſſe Regem Saulẽ ſequutos, quorũ Deus cor tetigerat. Et huc ea pertinent, quæ dixit Ezechiel, auferendum cor lapideum, & dandum cor carneum. Ad Philippenſes etiam do-

A cuit Paul9, Deum eſſe qui operetur in nobis & velle & perficere. idq; nõ ꝓ noſtro, ſed ꝓ ſuo beneplacito. Et ad Epheſios habetur, nos gratia ſeruatos per fidem, atque id non ex nobis. Quo verbo noſtra cooperatio, nimirũ actiua, remouetur: non quidem quoad aſſenſum fidei, ſed quoad illã immutationẽ per gratiã, de qua nunc agimus. Et additur: Donum eſſe Dei. Et ad Theſſalonicenſes ſecunda epiſtola ſcribitur: Non omnium eſſe fidẽ, eò quòd illa ſanatio ſeu B medicina ſpiritus non omnibus detur: Qui fit vt non omnes conſentiant Dei promiſsionibus. Et ad Epheſios capite primo ſcribitur: *Qui credimus, ſecundum operationem potentiæ fortitudinis eius, qua operatus eſt in Chriſtum, exuſcitans eum ex mortuis.* Quibus verbis oſtenditur eandem eſſe potentiam, qua mutatur & conuertitur noſtra voluntas ad credendum, & qua Chriſtus reſuſcitatus eſt ex mortuis. Et Pellicanus iſtum locum exponens, inquit, *Potentiam & C bonitatem ſuam ſic Deus & Pater noſter declarat in nobis, quod vi quadam occulta & ineffabili ſicà vetere inſtituto transformauit nos, vt cæteris omnibus ſpretis, illi ſoli fidamus, contemptisq; his quæ videmus,* &c. Cõgruunt hæc ijs quæ ab eodẽ Apoſtolo ſcribuntur, in eadem epiſtula capite ſecondo: Quòd nos cum mortui eſſemus in peccatis noſtris, Deus conuiuificauit in Chriſto. Quare vt mortuus ad ſui excitationem ſeu reſurrectionẽ nihil agere poteſt: Ita & nos minimè reſurgim9 D quantumuis inclamentur Dei verba, niſi pri9 ſpiritus & vita reſtituta fuerit, tunc nos mouemos & incitamus ad benè agendum. Et in Epiſtola ad Corinthios ſecunda ſcribitur: *Quis enim te diſcernit? Et quid habes quod non accepiſti? Et ſi accepiſti, quid gloriaris, quaſi non acceperis?* Si conſtituamus Liberum arbitrium poſſe accipere oblatas promiſsiones & verbis Dei propoſitis aſſentiri, facilis erit reſpõſio, vt quis dicat: Me diſcreuit meũ Liberũ arbitrium à cæteris, quia ego E volui, illi noluerunt: Ego ſum aſſenſus, illi repudiarunt. Appareret ergo diſcretio ex nobis: & cũ Paulus dicit, *Nihil habes quod non accepiſti:* non id intelligit de creatione, ſed de fide, de Chriſtianiſmo & regeneratione. Nam cum ipſis Corinthijs agebat, qui iam Chriſtianiſmum profitebantur.

Deinde cum iſta ſanitas animi à Deo pendeat, rectè oratur: *Sana me Domine & ſanabor.* Et in Pſalmis: *Deus virtutum conuerte nos*; quod F cum Deus præſtat, velum aufert è cordibus noſtris, quo impediamur, ne ad diuina eſſem9 idonei, & clauus obſtinationis & obfirmationis, clauo verbi Dei euellitur. Dixit item Chriſtus: *Nemo venit ad me, niſi Pater meus traxerit eum.* Qua de re agens Auguſtinus in Ioannem, tractatu 26. ait: *Ne timeas quaſi ſis trahendus inuitus. animus trahitur, & amore trahitur Nec dixeris: Quomodo credo, volens ſi trahor? Non tantùm voluntate traheris, ſed etiam voluptate, nam vt dixit* G *Poeta:*

Trahit ſua quemque voluptas.

Et addit ſimilia: *Oſtendis ouiculæ ramum viridem*

ridem, & illam trahis, oſtendis puero nuces, & trahis eum. (A) *Non læſione corporis trahimur, ſed vinculo cordis.* Adhæc exprimens iſtum tractum, ait: *Ego dum loquor vobis, quid ago? Strepitum ingero in aures veſtras, niſi ſit intus qui reuelat, quid loquor? quid dico? Cultor arboris ſum exterior, intus eſt creator. Sed qui plantat, & qui rigat, nihil eſt: ipſe eſt qui dat incrementum, & dociles facit omnes. Quoi omnes? Qui audiuerunt, & didicerũt à Patre, illi od Chriſtum veniunt.* De hoc eodem tractu cootra doas Epiſtolas Pelagianorum, capite (B) decimonono ſcribit: *Quis trahitur, ſi iam volebat? Et tamen nemo venit, niſi volens. Trahitur ergo miris modis vt velit, ab illo qui nouit intus in ipſis hominum cordibus operori. Non vt homines, quod fieri non poteſt nolentes credant: ſed vt volentes ex nolentibus fiant. Scio eſſe qui velint omnes homiaes à Deo trahi, & quoſdam non venire, quod nolint, non quod non trahantur. Sed non congruit narrationi Euangelicæ iſta expoſitio. Nam aliqui verba Chriſti contempſerunt, murmurarunt, & abierunt. Duodecim* (C) *verò hæſerunt Chriſto, qui diuerſi totius huius rationem reddere videtur, quod nemo od ſe veniret, niſi Pater traxerit. Sub hac ſententia ſumatur: illi diſcedunt, & non veniunt od Chriſtum, igitur non trahuntur. Apoſtoli adhærent Chriſto, & ſequuntur eum: igitur trahuntur. Proinde iſti trahuntur, & illi non trahuntur. Quare auteem iſte trahatur, & alter non trahatur, noli iudicare, ſi non vis errare,* dixit Auguſtinus. Plura poſſent adhuc dici de hoc tractu, veeùm ſuperſedeo. Venio ad Paulum & Iſaiam (D) Peophetam, qui nos cum Deo ita comparant, vt ille ſit fictor, nos verò lutum, quod non tantùm de ceeatione accipiendum eſt, ſed etiam de reſormatiooe. Sic enim Paulus ad Romanos eo ſimili vtitur. Et diligenter conſideraodum eſt, figulum non tantùm fingere & formare lutum, ſed etiam emollire, reparare, ac temperare, quod ad illam immutationem attinet, de qua nunc agimus. Dicitur etiam ad Romanos: *Non eſt volentis, neque currentis, ſed* (E) *miſerentis Dei,* quibus verbis Paulus teſtatue, noſtram ſalutem eios totam eſſe: neque opoetere com eo de finibus litigare, vt dicamus: Hoc eſt meum, & hoc eſt eius, ſed ſynceriter, ac veeè fatendum eſt, quantum quantum eſt noſtræ ſalutis, Dei eſſe. Quod Oecolampadius vie pietate & doctrina ioſignis, annotauit, in vigeſimoſexto capite Eſaiæ, ſolio centeſimo quioquageſimo ſexto. Non autem ita imaginandum, quod Deus peoſperetur negotium, (F) & oihil agat. Nam iſtuc ipſum paulò poſt eefellit, dans Deo omnia noſtea opera: neque enim ſolos titulos mendaces ei tribuimus, ſicot adulatores quidam regibus, quod regum auſpicio multa millia occiſa ſint in bello, cum tamen illi domi ludis, & venationibus interim vacarint. Auguſtinus de Bonn perſeuerantiæ, capite ſecundo inquit, nos rectè vioere, quando totum Deo tribuimus. Et Cyprianus, quẽadmodom adducitur ab Auguſtino, dixit no (G) ſtrũ nihil eſſe, & idcircò nos minimè poſſe gloriaei. Atque hoc non dixit pro Chriſtiana modeſtia tantùm, ſed ad veritatem quod ita ſe res habeat. Et ſi vera eſſet quorundam expoſitio illorum verborum: *Non eſt volentis, neque currentis ſed miſerentis Dei*: quod idcirco ſic dictum ſit, quod voluntas & vires noſtræ non ſufficiant, niſi adſit miſericordia Dei, poſſet inuecti ſententia, vt diceremus: Non eſſe miſerentis Dei, ſed volentis hominis. Quod ſecundum eos non ſufficiat miſeeicordia Dei, niſi & ipſi velimus. Sed hanc inueſſionem ille putat non ferendam, vt tradit in Enchiridio ad Laurentium, capite vigeſimo ſecundo: ſed fuſius ad Simplici. libro primo, quæſtione ſecunda, ad hunc modum ſcribit: *Illa enim verba ſi diligenter attendas: Igitur non eſt volentis, neque currentis, ſed miſerentis Dei: non hoc Apoſtolus propterea tãtùm dixiſſe videbitur, quod adiutorio Dei ad id quod volumus perueniamus: ſed etiam ex illa intentione, quo & alio loco dicit: In timore & tremore veſtram ipſorum ſalutem operemini. Deus enim eſt, qui operatur in nobis et velle et operari, pro ſuo beneplacito. Vbi ſatis oſtendit, etiam ipſam bonam voluntatem in nobis, operante Deo fieri. Nam ſi propterea ſolùm dictum eſt: Non volentis, neque currentis, ſed miſerentis eſt Dei, quia voluntas hominis ſola non ſufficit, vt iuſtè rectèque viuamus, niſi adiuuemur miſericordia Dei. Poteſt & hoc modo dici: Igitur non miſerentis eſt Dei ſed volentis hominis quia miſericordia Dei ſola non ſufficit, niſi conſenſus noſtræ voluntatis addotur. At illud manifeſtum eſt, fruſtra nos velle, niſi Deus nobis miſereatur. Illud autem neſcio, quomodò dicatur. Fruſtra Deum miſereri, niſi nos velimus: ſi enim Deus miſeretur, etiam volumus. Ad eandem quippe miſericordiam pertinet, vt velimus. Deus enim eſt qui operatur in nobis, & velle, & operari pro bona voluntate. Nam ſi quæramus vtrum Dei donum ſit voluntas bona, mirum ſi negare quiſquam oudeat, &c.* Et in eadem quæſtione ad Simplicianum idem ſcribit. *Sed ſi vocatio iſta ita eſt effectrix bonæ voluntatis, vt omnis eam vocatus ſequatur, quomodo verum erit, Multi vocati, pauci verò electi. Quod ſi verum eſt, & non conſequenter vocationi, vocatus obtemperat: atque vt obtemperet in eius poſitum eſt voluntate, rectè etiam dici poteſt: Igitur non miſerentis Dei, ſed volentis, atque currentis eſt hominis, quia miſericordia vocantis non ſufficit, niſi obedientia conſequatur. At fortè illi qui hoc modo vocati non conſentiunt, poſſent alio modo vocati accommodare voluntatem, vt & illud verum ſit, Multi vocati pauci electi, vt quamuis multi vno modo vocati ſint, tamen quia non omnes vno modo affecti ſunt, illi ſoli ſequantur vocationem, qui ei capiendi reperiuntur idonei. Et illud non minus verum ſit, Igitur non volentis nec currentis, ſed miſerentis Dei, qui hoc modo vocauit, quomodo aptum erat eis, qui ſequuti ſunt vocationem. Ad alios autem vocatio quidem peruenit, ſed quia talis fuit, qua moueri non poſſent, vt eam capere apti eſſent, vocati quidem dici potuerunt, ſed non electi. Et non iam ſimiliter verum eſt, Igitur non miſerentis Dei, ſed volentis atque currentis eſt hominis, quoniam non poteſt effectus miſericordiæ Dei eſſe in hominis poteſtate, ſi fruſtra ille miſereatur ſi homo nolit: quia ſi vellet etiam ipſorum miſereri, poſſet ita vocare, quomodo illis aptum eſſet, vt & mouerentur, & in-*

telligerent, & ſequerentur. Verum eſt ergo, Multi vocati, pauci verò electi. Illi enim electi congruenter ſunt vocati: illi autem qui non congruebant, neque contemperabantur vocationi, non electi, quia non ſequuti, quamuis vocati. Igitur verum eſt: Non volentis, neque currentis, ſed miſerentis eſt Dei: quia etiam ſi multos vocet, eorum tamen miſeretur, quos ita vocat, quomodo eis vocari aptũ eſt, vt ſequãtur. Falſum eſt autem, ſi quis dicit: Igitur non miſerentis Dei, ſed volentis, atque currentis eſt hominis. Quia nullius Deus fruſtra miſeretur. Cuius autem miſeretur,
B *ſic eum vocat, quomodo ſcit ei congruere, vt vocantem non reſpuat. Hic dicet aliquis: Cur ergo Eſau non ſic eſt vocatus, vt vellet obedire? Videmus enim alios aliter, iiſdẽ rebus demonſtratis, vel ſignificatis ad credendũ moueri, ſicut exẽpli gratia, Simeon in Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum adhuc infantem paruulum credidit, ſpiritu ei reuelante cognoſcens. Nathanael ad vnam ſententiam quam ab illo audiuit, Priuſquam te Philippus vocaret, cum eſſes ſub arbore, vidi te, reſpondit: Rabbi, Tu es filius Dei, tu es*
C *rex Iſrael. Quod tanto poſt, quia confeſſus eſt Petrus, meruit audire, quomodo beatus eſſet, & quod ei darentur claues regni cœlorum. Miraculo facto in Cana Galileæ quod initium ſignorum Ieſu, Ioannes Euangeliſta commemorat, aqua in vinum conuerſa, crediderunt in eum diſcipuli eius. Multos loquendo incitauit ad fidem, multi nec ſuſcitatis mortuis crediderunt, de cruce ac morte eius conterriti diſcipuli titubarunt, et tamen latro tunc credidit, cum enm non præſtantiorem videret in operibus, ſed conſortio crucis æqualem.*
D *Vnus etiam de numero diſcipulorum, poſt eius reſurrectionem, non tam viuentibus membris, quàm recentibus citatricibus credidit. Multi ex eorum numero, à quibus crucifixus eſt, qui videntes eum miracula facientem contempſerant, diſcipulis eum prædicantibus & in nomine eius talia facientibus crediderunt. Cum ergo alius ſic, alius autem ſic moueatur ad fidem, eademq́ue res ſæpe alio modo dicta moueat, alio modo dicta non moueat, aliumq́ue moueat, quis audeat dicere defuiſſe Deo modum vocandi, quo etiam Eſau ad E-*
E *am fidem mentem applicaret voluntatemq́ue coniungeret, in qua Iacob iuſtificatus eſt? Quod ſi tanta quoque poteſt eſſe obſtinatio voluntatis, vt contra omnes modos vocationis obdureſcat mentis aduerſio, quæritur etiam vtrum de diuina pœna ſit ipſa duritia? Cùm enim Deus deſerit non ſic vocando quomodo ad fidem moueri poteſt? Quis etiam dicat modum, quo ei perſuaderetur, vt crederet, etiam omnipotenti defuiſſe,* &c. Iam patet quid Auguſtinus de eo loco ſenſerit: *Non eſt volentis, neq; currentis,* &c. Poſthæc
F ad id me refero, qood Paulus ſcripſit: *Quoniam autem eſtis filij, Deus miſit ſpiritum filij ſui in corda veſtra, clamantem, Abba pater.* Qood ſi ſpiritus à Deo immiſſus in homines, facit eos clamare, facit etiam eredere, ſimulq́ue facit & rectè viuere. Nam cum in Propheta dictum eſſet: *Auferam illis cor lapideum, & dabo cor carneum,* ſubijcitur: *Et dabo ſpiritum meum in medium eorum, & faciam vt ambulent in præceptis meis.* &c. Ad Romanos item habetur: *Qui ſpiritu Dei aguntur, hi*
G *ſunt filij Dei.* Vbi annotandum eſt ſanctos aliquando tantùm ſe habere paſsiuè ad quoſdam Spiritus ſancti motus, atque ſi à nonnullis vo-

A luntas noſtra conceditur, aliquando eſſe tantùm ſubiectum paſsiuum, cũ tribulationes & moleſtiæ grauiter vrgent, cum in nobis tantùm habemus reſponſum mortis: animus enim à Deo tũc ſuſtẽtatur ne ſuccumbat. Quid obſtat, quò minus paſsiuè quoque nos habeamus, quoad iſtam mutationem, de qua nunc agitur. Eſt itaque voluntas ſubiectum vtriuſque, conuerſionis inquam, ſeu ſanationis, & fidei, ſed quod ad prius tantùm paſsiuè concor-
B rit: quo verò ad alterum & actiuè: quoniam volentes credimus. In priori nõ eſt ἄνεργος in altero verò cooperatur. Ad Galatas legitur: *Quãdo autem viſum eſt ei, qui me ſegregauit de vtero matris meæ,* non autem dicitur: Quando viſum eſt mihi. Et ad Romanos: *Deus vnicuique partitus eſt menſuram fidei,* & de gratuitis donis legitur, illa Spiritum ſanctum diſtribuere ſingulis prout vult. Non autem minus eſt Dominus regenerationis, & fidei Deus noſter, quã gratui-
C torum donorum. Et idcirco diſtribuit vtrunq; genus prout lubet. In Epiſtola ad Philippenſes habetur, illis fuiſſe datum, non tantùm vt crederent, ſed vt paterentur pro Chriſto. Et in Epiſtola ſecunda ad Timotheum ſcribitur: *Non enim dedit nobis Deus ſpiritum timiditatis, ſed potentiæ dilectionis & ſobrietatis.* Chriſtus item dixit Apoſtolis: Alijs quibus loquebatur in parabolis non fuiſſe datum, vt intelligerent, ipſis verò ſuis Apoſtolis fuiſſe datum. Poſ-
D ſent & alia permulta diuinarum literarum teſtimonia huc adſerri, ſed iſtis volo eſſe contentus, nam ſi qui non credant iſtis licet multis, etiam pluribus non credent.

Sed multi dicunt: Si hoc pacto res habeat, tunc erimus vt trunci & lapides, qui à Deo moueantur. Non ita res habet, quia & trunci & lapides dum mouentur, nec ſentiunt nec intelligunt, nec volunt. Deinde ſi aliqua in re paſsiuè moueamur, quemadmodum
E trunci & lapides, non tamen idcirco ſic appellandi ſumus, quamuis in iſta immutatione de qua nunc agimus, non moueamur violenter, vt lapides & trunci, ſed motu conuenienti noſtro fini ac perfectioni. Quod tamen iſti nobis impingunt, non benè concluditur: nam eſt argumentum in ſecunda figura ex affirmatiuis propoſitionibus, vt ſi dicamus:

Lapides & trunci mouentur paßiuè.

Homines in iſta immutatione, ſeu conuerſione mo-
F *uentur paßiuè*

Ergo ſunt lapides & trunci.

Quin etiam dicamus. *Lapides et trunci ſunt corpora, ſunt etiam ſubſtantiæ.*

Homines item corpora ſunt, et ſubſtantiæ.

Ergo ſunt lapides & trunci.

Omnes vident connexiones non eſſe firmas, & pertinere ad ſecundam figuram ex affirmatiuis.

Nec tamẽ ex iſta noſtra ſententia, quã tuemur,
G Dei mutatione aut ſanatione animi, priuſquã poſsimus aut credere, aut ſperare, aut expetere cœleſtia: conſequitur nos facere cum Schuenkfeldio. Ille quippe videtur; fidem

ponere

ponere ante verbũ Dei, nos verò non ſic agim⁹. quia ponimus verbum Dei, cùm externũ, tum internum inſtrumentum eſſe Spiritus ſancti, quo ſuadeat & oſtendat, quæ ſint credenda, & agenda, & efficaciam ſuam declaret & exerat, in nobis immutandis. Scimus enim fidem eſſe ex auditu, & auditum eſſe per verbũ Dei. Paulus dicit: *Quomodo credent ei quem non audierunt?* Et alibi ſcribitur: *Domine quis credidit auditui noſtro?* Deinde Schuenckfeldius videtur ſtatuere verbum externum, vt exercitium quoddam fidelium, & miniſterium deijcit. Quod nos deteſtamur: tam enim verbum externum, quam internum, inſtrumenta Spiritus ſancti facimus: nec dubitamus, Verbum ſaltem natura prius eſſe fide, cum ſit eius ſubiectum.

Conſtituimus itaq; voluntatem ſeu arbitrium ante renouationem per ſe nihil poſſe, quo ad res diuinas & ſpirituales: exigi autem ſpiritum Dei, qui proponat & doceat, nec illum eſſe ſatis, niſi efficiat immutationem animi. Pelagiani dicebant gratiam Dei requiri, ſed tantum ad id, vt facilius crederemus, & benè ageremus. Scholaſtici, vt ab ills different, ſtatuerunt gratiam præuenientem: at nos rogamus quænam ea ſit? & dicimus non ſatis eſſe reſpõdere, qua proponãtur nobis verba Dei & eius promiſsiones, ſiue interius ſiue exterius. Sed oportere, vt immutatio ſeu conuerſio adhibeatur, neque debere poni in noſtra voluntate ſeu arbitrio, vt ſequatur vel adhæreat promiſsis. Admonuit Auguſtinus ſub laudibus naturæ, latère hoſtes gratiæ: Cum itaque ſic ſtatuerimus, duo iam ſe produnt vocationum genera, vnum commune, alterum efficax. Quam diſtinctionem primum ex diuinis literis probo. Paulus dicit, *Quos vocauit, hos & iuſtificauit.* Quare aliquod genus eſt vocationis, cui coniũgitur iuſtificatio. Nam ea eſt cathena Pauli, vt annulos habeat firmiter connexos. Ex altera parte dicitur à Chriſto, multos eſſe vocatos, & paucos electos. Iã hîc vocatio ponitur, ad quã non ſequitur iuſtificatio. Deinde vocatio quædam eſt, quæ à Paulo peculiariter ſecundum ꝓpoſitum appellatur, quæ ab altera communi oſtenditur differre. Ex diuinis itaque literis cõfectum eſt, diſcrimen eſſe vocationum. Auguſt. id confirmat. Primũ contra duas epiſtolas Pelagianorũ, capite decimonono, vbi ſcribit: *Nã enim omnes vocati, ſecundũ propoſitũ ſunt vocati, quoniam multi vocati, pauci electi. Ipſi ergo ſecundum propoſitum vocati, qui electi ante conſtitutionem mundi.* Atque de iſta re idem Auguſtinus ad Simplicianum, libro 1. ad finem. *Reſtat ergo, vt voluntates eligantur: ſed voluntas ipſa, niſi aliquid occurrerit, quod delectet, atque inuitet animum, moueri nullo modo poteſt. Hoc autẽ vt occurrat, non eſt in hominis poteſtate.* Quid volebat Saulus, niſi vt inuaderet, & traheret, vinciret, & necaret Chriſtianos? Quàm rabida voluntas? quàm furioſa? quàm cæca? qui tamen vna deſuper voce proſtratus, occurrente vtique tali viſo, quo mens illa & voluntas refracta ſæuitia retorqueretur & corrigeretur ad fidem? Repentè ex Euangelij mirabili perſequutore,

A mirabilior prædicator effectus eſt. Conſtat igitur duplicem eſſe vocationem, vnam communem, aliam verò ſecundum propoſitum, ad quam intelligendam ſcire oportet, ipſum propoſitum nihil aliud eſſe, quàm certum & firmum, conſtansque decretum Dei, quo præſciuit, & conſtituit quos vellet Chriſto coniungere, iuſtificare, ac beare. Vocatio quæ ad iſtud propoſitum confirmatur, eſt efficax, & immutat homines per verbum Dei opera

B Spiritus ſancti. Altera verò communis eſt, qua offeruntur Dei promiſsiones per verbum, aut externum, aut internum, ſed non ea efficacia, qua animi ſanentur. Hanc diſtinctionem probè nouit Auguſtinus, qui contra Iulianum Pelagianum, libro quinto, capite tertio, ad hunc modum ſcripſit. *Non enim omnes qui vocati ſunt, ſecundum propoſitum ſunt vocati. Multi enim vocati, pauci verè electi. Vnde & alibi dicit, Secundum virtutem Dei ſaluos nos facientis, & vo-*

C *cantis vocatione ſua ſancta, non ſecundum opera noſtra, ſed ſecundum ſuum propoſitum & gratiam, quæ data eſt nobis in Chriſto Ieſu ante ſecula æterna.* Idem Auguſtinus de prædeſtinatione ſanctorum, capite decimoſexto. *Vocat enim Deus prædeſtinatos multos filios ſuos vt eos faciat membra prædeſtinati vnici filij ſui, non ea vocatione qua vocati ſunt, qui noluerunt venire ad nuptias. Illa quippe vocatione, & Iudæi vocati ſunt, quibus Chriſtus crucifixus ſcandalum eſt. & Gentes, quibus Chriſtus cru-*

D *cifixus ſtultitia eſt. ſed ea vocatione prædeſtinatos vocat, quam diſtinxit Apoſtolus dicens: Ipſis vocatis Iudæis & Græcis prædicare ſe Chriſtum Dei virtutem, & Dei ſapientiam. Sic enim ait: Ipſis autem vocatis, vt illos oſtenderet non vocatos, ſciens eſſe certam quandam vocationem eorum, qui ſecundum propoſitum vocati ſunt Quos præſciuit, & prædeſtinauit conformes imaginis filij ſui, quam vocationem ſignificans, inquit: Non ex operibus, ſed ex vocante dictum eſt, Quia maior ſeruiet minori. Non dicit, non ex operi-*

E *bus ſed ex credente. Prorſus etiam hoc abſtulit homini, vt totum daret Deo. Dixit ergo, ſed ex vocante, non quacunq; vocatione, ſed qua vocatione fit credens. Hanc etiam intuebatur, cum diceret: Sine pœnitentia ſunt dona & vocatio Dei.* Idem pater de ſpiritu & Litera, capite trigeſimo quarto, alterum attingit diſcrimen iſtarum vocationum, quod vna ſuadeat, altera perſuadeat, & inquit: *Iam ſi ad illam profunditatem ſcrutandam quiſquam nos*

F *coarctet, cur illi ita ſuadeatur, vt perſuadeatur, illi autem non ita, duo ſola occurrunt interim, quæ reſpondere mihi placeat. O altitudo diuitiarum. Et, Nunquid eſt iniquitas apud Deum? Cui iſta reſponſio diſplicet, quærat doctiores, ſed caueat ne inueniat præſumptores.*

Ita concluſit Auguſtinus hanc ſententiam, quod ſciebat homines reperiri, qui rationem diſcriminis ex Libero arbitrio peterent: quos ille vocauit præſumptores. Scribit itidem capite nono de Prædeſtinatione ſanctorum: *Cur*

G *autem non omnibus detur, fidelem mouere non debet, qui credit ex vno omnes iſſe in cõdemnationẽ ſine dubitatione iuſtiſſimã. Ita nulla eſſet iuſta Dei reprehẽſio, etiamſi nullus inde liberaretur. Vnde conſtat magnã eſſe*

gratiam, quòd plurimi liberantur. Et quid ſibi A *deberetur in eis, qui non liberantur, agnoſcunt, vt qui glorientur, non in ſuis meritis, quæ paria vident eſſe damnatis, ſed in Domino glorientur, &c.* Hic quoque dilucidè Auguſtinus oſtēdit, vocatione illa qua liberamur, quicunque liberamur, nō omnes vocari. Idque citra vllam Dei iniuſtitiam. Et in eodem libro capite 8. *Quare, inquiunt, non omnes docet? Si dixerimus, quia nolūt diſcere, quos non docet, reſpondebitur nobis. Et vbi eſt quod ei dicitur? Domine tu conuertens viuificabis nos: aut ſi nō fa*- B *cit volentes ex nolentibus Deus, quid orat Eccleſia ſecundū præceptū Domini pro perſequutoribus ſuis? &c.* Non acquieſcit Auguſtinus illi reſponſioni, quod illi non doceantur quia nolunt diſcere, quoniam, inquit, Deum poſſe facere volentes ex nolentibus. Proſper ad cap. Gallorum, cap. 9. reſpondet obijciētibus, quod qui vocati ſunt, non æqualiter ſunt vocati, ſed alij vt crederēt, &c. Sequitur reſponſio. Si vocatio in Euangelij tantum prædicatione intelligatur, nō ve- C raciter dicitur, quod alijs atque alijs aliter atqi aliter prædicetur, cùm vnus ſit Deus, vna fides, vna regeneratio, vna promiſsio. Si autem ad affectum plantationis & rigationis aſpicitur, aliud ſctum eſt cum eis, quorum exteriores aures corporali voce pulſatæ ſunt, aliud in eis, quorum interiorem ſenſum Deus aperuit, & in quorum corde poſuit fidei fundamentum, dilectioniſque feruorem, &c. Non potuit apertius duplex illud vocationis genus exprimi. Zuin- D glius de Prouidentia Tomo 1. folio 370. *Ea definitio ſiue ordinatio vbi decreta ſit, iam vocari hominem à Deo, nō generali iſta vocatione modò, quæ externā Apoſtolorum prædicationem ſignificat, ſed ea etiam, qua Spiritus electis aurem vellicat, vt Deo auſcultare quid iubeat, aut promittat, cupiant, &c.* Idem in Epiſtola ad Romanos, cap. 8. Tomo 4. f. 418. *His qui ſecundum propoſitum, qui ab æterno ſcilicet vocati ſunt. Ego enim hæc de interna vocatione, id eſt, de electione intelligo, non de externa verbi vocatione: quaſi dicat:* E *Dixi iam omnia in bonum cedere ſanctis aut vocatis. Quod probo. Nam omnia electione Dei libera conſtant. Deus qui omnia nouit antequam ſint, etiam præfiniuit eos, vt cohæredes ſint filij ſui. Ita tamen vt Chriſtus ſit primogenitus, id eſt naturalis & eſſentialis filius Dei, nos verò adoptiui, quos ſic præfiniuit, & præordinauit, eos deinde interna vocatione vocat, id eſt trahit intus. Iohan. 6. id eſt, fideles reddit, trahit vt mens ei adhæreat & fidat, quos ſic fideles reddit, hos & iuſtificat per certam fidem, ſcilicet filij ſui, &c.* Idem in libro F de Prouidentia, Tomo 1. folio 368. ait: *Ipſi enim hoc nō iam ſymbolis ſignificari, ſed ante oculos geri videbant, quo peccata totius mundi expiabantur, ſed huius nihil factum eſt. Soli enim iſti pœnitentiam egerunt, quos Spiritus ſanctus illuſtrabat, vt hunc eſſe ſaluatorē agnoſcerent, & pater trahebat, vt ad illum venirent, & amplecterentur, vt porrò externa nihil poſſent, quā ſignificare & nuntiare, &c.* Con. Pelheanus in 1. cap. ad Epheſ. interpretans ea verba: Qui prędeſtinauit nos in adoptionem filiorum, ita ſcribit: *Qua quidem in re notandus eſt ordo, in quo electio* G *primas tenet, deinde adoptio in filios, quæ vocatio dicitur, dum ſpiritu ſuo donatos trahit ad ſe Dominus do-* A *nās ſui cognitionē, demū ſuccedit ſanctimonia vitæ, &c.* Iam ex iſtis clariſs. & doctiſs. viris apparet, iſtam geminam vocationem à me non eſſe confictā, ſed ab illis & receptam & conſcriptam, vnde fit, vt qui ſunt in eadem concione, atque audiunt idem Euangelium, alij credāt, alij contēnant, alij amplectantur, alij verò irrideant. Porrò qui contēnunt, rident, & reſpuunt, ſua malitia id faciunt, quam Deus illis non infundit: qui autem credunt, & amplectuntur, ex efficaci vocatione B Dei hoc faciunt, quæ minimè omnibus datur. Vnde Auguſtinus de prædeſtinatione ſanctorum, cap. 8. *Cum igitur Euangelium prædicatur, quidam credunt, quidam non credunt, ſed qui credūt, prædicatore forinſecus ſonante, intus à patre audiunt, atque diſcunt: qui autem non credunt, foris audiunt, intus non audiunt neque diſcunt. Hoc eſt, illis datur, vt credant, illis non datur: Quia nemo, inquit, venit ad me, niſi pater meus traxerit eum.* Idem in eodem libro cap. 6. *Multi audiunt verbū veritatis, ſed alij credūt,* C *alij contradicunt. Volunt ergo iſti credere, nolunt autem illi, quis hoc ignoret? quis hoc negat? Sed cum alijs præparetur, alijs nō præparetur voluntas à Domino, diſcernendum eſt vtique, quid veniat de Miſericordia eius, quidue iudicio. Quod quærebat Iſrael, ait Apoſtolus, hoc non eſt conſequutus, electio autem conſequuta eſt: cæteri verò excæcati ſunt, ſicuti ſcriptum eſt. Dedit illis Deus ſpiritum compunctionis, oculos vt non videant, & aures vt non audiant, vſque in hodiernum diem, &c.* Eſt itaque magna diuerſitas audientium quam Auguſtinus, vt cognouimus ex diuer- D ſitate vocationum attendit. Quare autem Deus ita illas temperet, & diſtribuat, in eodem libro cap. 8. ijs verbis docet: *Cur autem non omnes doceat, aperuit Apoſtolus, quantum aperiendum iudicauit. Quia volens oſtendere iram & volens demōſtrare potentiam ſuam, tulit in multa patientia vaſa iræ, quæ perfecta ſunt in perditionem, & vt notas faciat diuitias gloriæ ſuæ in vaſa miſericordiæ, quæ præparauit in gloriam, &c.* Petitur hæc ratio, vt manifeſtè ap- E pareat, à cauſa finali, quod Deus non modò conſtituerit patefacere ſuam bonitatem, ſed etiam iuſtitiam & ſeueritatem. At dixerit aliquis. Si res ſe hoc pacto habet, Deus non erit vniuerſalis, ſed particularis. Quo ad hoc, ſanè id negari non poteſt. Videmus quippe illum pro ſuo arbitrio imparare, ac diſtribuere duo hæc vocationum genera. Sed hac de re poſtea dicemus, cùm ad Prędeſtinationem ventum fuerit.

Interea illis occurrendum eſt, qui aiunt pa- F rum eſſe quod petunt, & liberum arbitrium, quod dari ſibi vellent, aiunt eſſe ſcintillulam quandam. Eam, quantum ſalua pietate fieri poteſt, damus, nempe in ijs, quæ ſenſui & rationi humanæ ſubiacent, neq; captum naturæ noſtræ ſuperant. Renatis etiam concedimus, quātum infirmitas humana patitur, dum hîc viuimus. At non renatis, quo ad cœleſtia bona & ſpiritualia, eam dare non poſſumus, quia talis eſt ſcintillula, quæ minimè ſplēdorem pareret, G ſed fumum, quo ſuperbirent facilè homines, & de miſericordia Dei & gratia multum ſubtraherent. Iſta enim ſcintillula iactarent ſe diſcerni ab alijs: at nō diſcerni volunt, niſi Dei miſeri-

cor-

ricordia & gratia, nou autem Libero Arbitrio, ant donis & virtutibus. Qua de re ita ſcripſit Auguſtinus de Prædiſtinatione Sanct. capite quinto. *Nunquid enim per hoc dona, quæ omnibus communia ſunt hominibus, diſcernuntur homines ab hominibus? Hic autem prius dixit: Quis enim te diſcernit? Et deinde addidit, Quid autem habes quod non accepiſti? Poſſet quippe dicere homo inflatus aduerſus alterum: Diſcernit me fides mea, iuſtitia mea, vel ſi quid aliud: talibus occurrens cogitationibus bonus doctor, Quid autem habes inquit, quod non accepiſti? A quo niſi ab illo, qui te diſcernit ab alio? Cui non donauit, quod donauit tibi?* &c. Sed aiunt, Hoc tantillum quod poſtulamus, per ſe nihil agit. At idem etiam poſſemus dicere de gratia, quoniam per eos ipſa quoque nihil agit, niſi acceſſerit mentis noſtræ conſenſus. Et ſanè perabſurdum eſt, vt ad immutationem ſeu regenerationem aliquid actinè conferremus: quandoquidē nemo quicquā agit ad ſeipſum generandum. Quod ſi verum eſt in ijs phyſicis atque carnalibus, quanto magis eſt dandum in ſpiritualibus, quæ à noſtris viribus longius diſtant? Hoc vidit Oecolampadius in Zach. capite primo cùm interpretarentur ea verba, *Et dices ad eos, Conuertimini ad me*, vbi ſic ſcribit: *Ieremias dixit, Conuerte me Domine & ego conuertar, quia tu Dominus Deus meus, poſtquam enim conuertiſti me, egi pœnitentiam. Qui me ad carnalem vitam, cùm non eſſem, generare non potui, quomodo ad ſpiritualem vitam generabo? Vnde Ioannes clamat: Natiuitatem illam à Deo eſſe. Itaque abluctantes nobis in hoc loco, non tam nobis, quàm gratiæ Dei repugnant. Et hoc colligunt, quod fugit ſpiritus ſanctus: quæ enim hic docentur, ideo docentur, vt miſericordia Dei ſciamus ciuitatem conſtrui. Illi hinc fugiunt, quaſi liberum quippiam in nobis ſit, & à carnali naturalitate conceſſum, quo conuertamur, & ita noſtro robore ciuitatem Dei ædificemus, &c.* Non negat Oecolampadius nos à natiuitate quippiam liberum habuiſſe: ſed id negat eſſe tale, quo conuertamur. Dicunt etiam Deum ſe habere, vt homines, qui viatoribus fideliter monſtrant iter, & ſuadent, atque admonent, vt ſalutarem viam deligamus relicta periculoſa & exitiali. Quod ſi non audiantur, per eos nō ſtat, & functi ſunt officio. Verùm ſimilitudo eiuſmodi locum hîc non habet, quia viæ monſtratores non habent in ſua poteſtate, vt perſuadeant, vel vt voluntatem iter facientium immutent. Deus verò hęc facere poteſt, ſi velit, & facit erga eos quos efficaciter vocat. Contendunt etiā, nullum hominem eſſe adeo vitiatum & perditum, quin per ſuum liberum arbitrium poſsit optare fœlicitatem, Dei gratiam, & fauorem, vt qua ſibi bene ſit. Fateor homines non renatos fœlicitatē cupere generaliter, at ſi eis proponatur illa, quam ſimus habituri per Chriſtum, & fidem in eum, & per crucem, dico id non poſitum in arbitrio eorum, vt illam cupiant, imò ſpernunt ac repudiant.

Obijcitur dictum Nazianzeni, τὸ δὲ κατορθώσαι ἀπὸ θεοῦ ἐστι, δὶ δὸ ὅλως δὶ ὁ καλουμένοις, ἢ ὥσπερ εἰσιν. Cęterum id ſi rectè intelligatur, nobiſcū facit, per

A vocem κατορθώματα officia credendi, ſperandi, diligendi Deum, & proximum, & rectè viuendi accipio. Hæc à Deo eſſe & dari vocatis confiteor: qui ſi vocati fuerint efficaciter & ſanati, vtique annuunt & conſentiunt, quod ante præparationem vel ſanitatem receptam facere non potuiſſent. Aſſerunt etiam Chryſoſtomus, qui dicit, ἕλκει μὲν θεός, βουλόμενον δὲ ἕλκει, &c. Illud quoque dictum non reijcimus: verùm attendendū eſt, cùm diuinus tractus mutationem dicat, ſi e-
B ius terminus à quo incipit, cōſideretur, homo deprehēditur nolēs: & cùm immutetur à Deo, & ſanetur, efficitur volens: & cùm ad vlteriora trahitur, nimirum ad credendum, ſperandum & amādum ipſum Deum, iam volens trahitur, qui tamen illo primo momento quo cœpit trahi, erat nolens. Vnde Auguſtinus rectè dixit, contra duas Epiſtolas Pelag. capite decimonono, Chriſtum appoſitè fuiſſe vſum verbo trahēdi, non autem ducendi: nam illi ducuntur, qui
C prius volebant, trahuntur autem, qui nolebāt, ne itaque intelligeremus nos habuiſſe bonam voluntatem cùm à Deo moueri cœpimus, trahi nos dixit, non duci. Vnde ſi quęratur, an Paulus in ſua conuerſione, cuius hodie anniuerſarius dies recolitur, libero arbitrio fuerit tractatus, dico propoſitionem eſſe ambiguam, neque vno reſponſo ei poſſe ſatisfieri. Nā ſi roger, qua parte animi Deus cœperit ſanare Paulum, & illum conuertere facilè concedam, libero arbi-
D trio, id eſt voluntate & intelligentia, quæ paſsiuè ad iſtam renouationem concurrebant. Sin verò interroger, an Paulus ſit tractus libero arbitrio, quo tanquam actiuo principio concurreret ad primam ſui renouationem & præparationem, nego tractum fuiſſe libero arbitrio, pręſertim quoad primum momentum eiuſcemodi commutationis. Cur autem eam libertatem ibi dare nolim, cauſa eſt in promptu: quoniam ab initio & ſpiritu & gratia carebat, quæ vbi de-
E fuerint, ad cœleſtia & ſupernaturalia nullæ ſuppetunt vires. Cæterum dicunt cùm promiſsiones offeruntur nobis, etiamſi renati non ſimus luctandum eſt, vt credamus. Facilè hoc præcipitur, ſed fieri nō poteſt, quia niſi reformemur à ſpiritu, reluctabimur, nō luctabimur & fugiemus, vt Paulus aduerſabatur verę fidei & Auguſtinus, priuſquā cōuerterentur & ſanarentur.

Aiunt, nos expectare motus violētos, quod minimè verum eſt: non expectamus violen-
F tiam, ſed efficaciam diuinæ potentiæ prædicamus. Violentum, vt Ariſt. definit. in 3. Ethicorū *violentum.*
eſt quod mouetur ab extrinſeco principio, neque confert quicquam, Talis autem non eſt voluntas noſtra. Vt autem videatur, quid conferat, ſimili vtendum eſt phyſico: materia prima per tranſmutationem ſuſcipit nouas formas, & mouetur ab efficienti. Confert autem ſubiectū nam ſubijcitur illis motibus: deinde habet potentiam, ſeu habilitatem quandam ad has for-
G mas: ita mens humana ſubiectum eſt paſsiuum iſtius conuerſionis atque ſanationis: deinde potentiam quandam habet, vel habilitatem: non quidem actiuam, ſed paſsiuam; idque dum cō-

paratur Deo, quod poſsit ab eo actiuè commutari. Sumus enim creati rationales ad imaginē & ſimilitudinem Dei. Et ſanè hæc potentia paſsiua huius generis, poſſet dici more ſcholaſticorum, potentia obedientialis: quia ſumus capaces diuinæ immutationis, cùm Deus illā efficere voluerit. Hinc rectè poteſt intelligi, quod ab Auguſt. dictum eſt: poſſe habere fidē ſpem & charitatem, eſſe naturæ: habere autem, eſſe gratiæ. Nam ex natura habemus, quòd paſſiuè à Deo immutari queamus, quod autem re ipſa immutemur, hoc eſſe gratiæ. Auguſt. in lib. ſuo de Corrept. & gratia, cap. 11. rectè dixit Liberum Arbitrium parum eſſe, niſi ab omnipotenti Deo immutetur, non autem opus eſſe potentia, ſi tantùm ſuaſio vel oſtenſio bonarū rerum adhibenda fuiſſet. Quare potētia requiritur ad id, vt mutatio mirabilis habeatur. Quare idem pater, de Gratia Chriſti contra Pelag. & Cœleſt. cap. 24. rectè ſcripſit: Legant ergo & intelligant: intueantur atque fateantur, non lege ac doctrina inſonante foriniſecos, ſed interna atque occulta, mirabili atque ineffabili poteſtate, operari Deum in cordibus hominum nō ſolùm veras reuelationes, ſed etiam bonas voluntates. At nobis obijciunt ex Ioanne: *Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri.* At nihil dicunt, quia ibi loquitur Ioannes de renatis & credentibus. ilico enim ſubditur: *His qui crediderunt in nomine eius*: Et ſtatim poſtea. *Qui nati ſunt ex Deo.* Quòd ſi velis hæc accipere de non renatis, dicemus ex prædeſtinatione illos habuiſſe eam poteſtatem ante omnem æternitatem, quamnis eam nondum acto poſsideant. Id etiam nobis videtur obſtare, quod ſcriptum eſt in Zacharia: *Conuertimini ad me.* Et in Ezechielis capite decimooctano: *Facite vobis cor nouum.* Vbi videmur & ipſi actiuè concurrere. Cæterùm de tractu, ſicut prius admonui, diſtinguendum eſt: ſi conſideremus terminum à quo incipit motus dum ſumus nolentes, ibi Deus nos cōuertit, immutat, & ſanat, ac ex nolētibus facit volentes. Quia tamen dum hîc viuimus, non ſumus perfectè ad Deum conuerſi, neque faciles & cerei ſeu carnei ad eius mandata, vt eſſe oportet: ideo præcipitur nobis, vt iam cooperatoribus Dei, vt conuertamur magis ac magis ad illum, & vt nobis faciamus indies magis ac magis corda noua. Sed alia eſt quorundam cauillatio. Primùm ſibi ſumunt legem eſſe voluntatem Dei reuelatam: addunt eam eſſe potentem & inuictam, & quærunt, cur non omnes eā faciant. Si Deus, inquiūt, præcepit mari, vt ſtaret intra ſuos fines, vt ſeſe aperiret, & factū eſt, quia ita voluit fieri: cùm præcipiebat mortuo, vt excitaretur, voluntas eius non erat caſſa, ſed erumpebat in actum: cur ergo volūtas eius quæ eſt in lege, ad effectum non peruenit? Non certè ob ſuam infirmitatem, ſed quia Deus ita videtur voluiſſe iſta mandare, vt ſitū in nobis relinqueret, ea facere, quæ non faceret. Reſpondeo: Deum velle ſeruari precepta ſua, at non ex viribus tantùm arbitrij, ſed per gratiam, qua prius ſanemur, & deinde ad iſtam

A obedientiam perducamur. Deinde cū dicitur legem eſſe voluntatem Dei, annuo: ſed nō quæuis eſt. Voluntas dici poteſt Dei approbantis: eſt voluntas placiti: voluntas etiam præuians, ſed non eſt voluntas efficiēs, cōſtituens, decernēs & efficax quoad omnes homines, ſed quoad omnes quibus Deo viſum fuerit: quemadmodū & de peccato dicimus, eum nolle peccatum, quia prohibet, diſplicet, & punit: non tamen voluntas eius ita ſe habet erga ipſum, vt ef- B ficaciter & potenter, & conſtituēdo ſeu decernendo illud nolit: alioquin nō permitteret, ſed impediret. Et nullę ſunt tā peruerſæ volūtates, quas Deus nō poſsit immutare. Verū quęritur adhuc, an poſsimus reſiſtere vocationi Dei? Poſſumus & præſertim communi & generali, imò ab ea refugimus, quādo non ſumus adhuc renati, vt Adamus ab initio, & Paulus diu fecit: quin & poſtea cum ſanati ſumus & pręparati, ſæpe labimur, vt Petro & Dauidi ſcimus acci- C diſſe. Sin autem quæſieris, cum vocatio efficax, & ſecundum propoſitum adeſt, an pręualeat? Affirmo. Nam Paulo dictum eſt, in ipſa hora ſuæ conuerſionis, *Durum eſt tibi contra ſtimulum calcitrare*: non quod violentia inferatur voluntati. Non enim poteſt id fieri: licet: in Luca 14. cap. ſcribatur: *Compelle eos intrare.* Sed ibi potius agitur de bonitate Dei, quæ in vocādo ſuos eſt importuna, & quadam, ſi fas eſt ita loqui, vtitur improbitate: agit non tantùm D adhortationibus, ſed etiam conuitijs & flagellis, quāuis Auguſtinus hoc detorſerit ad Chriſtianorum principum edicta, quæ contra hæreticos proponunt graues penas, exilia, carceres, mulctas, & alia huiuſmodi, Et licet fides voluntaria ſit, attamen Deus ad illam per huiuſmodi vias & media impellit. Illud item obijcitur, *Quoties volui congregare filios tuos, ſicut gallina ſuos pullos:* Cæterum ad id Auguſt. reſpondet. *et tamen quos volui congregare, te nolente congregaui.* I- E dem autē pater, duriter videtur loquutus fuiſſe contra Adimantum Manichæum cap. 26. vbi ſcripſit. in poteſtate hominis eſſe, voluntatem commutare in melius. Cæterum ad id ipſe reſpondet in 1. lib. Retract. cap. 22. vbi ait, *Sed ea poteſtas nulla eſt, niſi à Deo detur: de quo dictum eſt, Dedit eis poteſtatem, filios Dei fieri. Cum enim hoc ſit in poteſtate, quod cum volumus facimus, nihil tam in poteſtate, quàm ipſa voluntas eſt, ſed præparatur voluntas à Domino, & eo modo dat poteſtatem.* Sic in- F telligendum eſt & id, quod dixi poſtea, in noſtra poteſtate eſſe, vt vel inſeramur bonitate Dei, vel excidamur eius ſeueritate, quia in poteſtate noſtra non eſt, niſi quod noſtram ſequitur voluntatem: quæ cum fortis & potens pręparatur à Domino, facile fit opus pietatis, etiam quod difficile atque impoſsibile fuit, &c. Valeat ergo iſta regula & expoſitio ad omnia Loca Auguſt. quibus videtur plus æquo tribuere libero arbitrio quoad cœleſtia, & ſupernatu- G ralia bona. Reſpondendum eſt, id tantum habere locum in voluntatibus iam præparatis & ſanatis. Hāc regulam nunquam retractauit iſte pater, ſed vt firmam & certam in ſuis Retract.

poſuit

Digitized by Google

poſuit. Qoin & in to.cap.eiuſdem libri tradit, ea quæ ſcripſit de Libero Arbitrio cootra Manichæos, fuiſſe dictata, vt oſteoderet, non eſſe quoddam primom pciocipiom malom, oppoſitum Deo booo, à quo ſcilicet malo priocipio peccata defluerent, ſed initium peccatorum fuiſſe à voluntate. Vnde illi tractotioni minimè cõgruebat, vt de gratia Dei prępâráte & ſanáte multo diceret: quain tameo vtcuoque ooo tacort. Et de libero arbitrio loqoutus eſt potius, vt fuit in notuca inſtituto, quàm vt nunc inuenitur in vitiata & corropta. Opponitor etiam nobis, molè nos facere negando liberum arbitrium, quód occaſionem demus eam quærentibus, & iugulum præbeamus Papiſtis. Aſt ego non in vniuerſum libertatem tollo, ſed eam do in externis, & io ijs, qoæ homanum captum oó ſuperant. Deinde illom concedo ex porte præparotis, ſanatis, & cóoerſis à Dei gratia, vt mox dicetur. Deinde ſcandalom Pharíſæorom, nõ eſt magnifaciendum: cæci ſunt & doces cæcorum: idcoq́oe ſinendi ſont. *Omnis planta, quam non plantauit pater cœleſtis, eradicabitur.* Præterea quærunt an Deos qooad omnes faciat, quantú ſatis eſt ad eorum ſalutem. Aliqui affirmát: ſed mihi noo videtur. Nam ſcio ex dioiois literis & Tyrios & Sydonios fuiſſe credituros, ſi ea vidiſſent quæ in Corozain & Bethſaida & Capernaum à Chriſto geſta fuerunt. Quod & Proſp anootauit ad cap. Gallorum. cùm ad 10. caput reſpondet, qoo doctrioæ Auguſtioi oppooebant, qoòd affirmaret à Deo quibuſdam ſobtrahi gratiam Eoangelij, ad hunc modũ ibi ſcribit: *Item qui dicit, quòd quibuſdam Euangelij prædicatio à Domino ſubtrahatur, ne percepta Euangelij prædicatione ſaluentur, poteſt obiectionis inuidiam declinare, patrocinio ipſius ſaluatoris, qui apud quoſdam, quos ait fuiſſe credituros, ſi miraculorum eius ſigna vidiſſent, noluit operari. Et quibuſdam populis vetuit Apoſtolos Euangelizare, & nunc aliquas adhuc gentes patitur extra gratiam ſuam degere, cùm tamen conſtantiſſima fide perceptum habeamus, in omnes mundi partes Eccleſiam dilatandam, &c.* De eadem quoque re idem pater ad excerpta Genueoſiom dubio 8. ſic ſcribit: *De Tyrijs verò & Sydonijs quid aliud poſſumus dicere, quàm non eſſe eis datum, vt crederent, quos etiam credituros fuiſſe ipſa veritas dicit, ſi talia qualia apud non credentes facta ſunt, virtutum ſigna vidiſſent? Quare autem hoc eis negatum fuerit, dicant ſi poſſunt, qui calumniantur, & oſtendant, cur apud eos Dominus mirabilia, quibus profutura non erant, fecerit. Nos etiam ſi rationem facti, & profunditatem iudicij eius penetrare non poſſumus, manifeſtiſſimè tamen ſcimus, & verum eſſe quod dixit, & iuſtũ eſſe quod fecit, & non ſolùm Tyrios & Sydonios, ſed etiam Corozain & Bethſaida potuiſſe conuerti, & fideles ex infidelibus fieri, ſi hoc in eis Dominus voluiſſet operari: neque enim vlli falſum videri poteſt quod veritas ait: Nemo poteſt venire ad me, niſi ei fuerit datum à patre meo. Et vobis datum eſt noſſe myſterium regni cœlorum: illis autem non eſt datum: & nemo nouit filiũ niſi pater, neque patrẽ, niſi filius, et quib. filius voluerit reuelare. Et ſicut pater viuificat mortuos, ita & filius quos vult viuificat, & nemo poteſt dicere Dominũ Ieſum, niſi in Spiritu Sancto.* Oſtendit præterea idem Proſper, Euangelij prædicatiooem omoibus gentibus oon ſemper eſſe datam, neque omnibos temporibus, qoæ tamen ad ſolutem eſt neceſſaria. Ad capita Gallorum. capite qoarto, qoo contra Aoguſtinum obijciebotur: iuxta ſeotentiam eios, non omnes homines vocari ad gratiom, ito reſpondet: *Etiam ſi conſtaret, quòd iam in vniuerſis nationibus & omnibus finibus terræ totus mundus Euangelium recepiſſet, quod vtique futurum veriſſimè pronunciatum eſt, non eſſet tamen dubium, à tempore reſurrectionis Domini vſque ad præſentem ætatem, fuiſſe homines qui ab hac vita ſine Euangelij cognitione tranſierint, de quibus dici poſſit, quòd vocati non ſint, quia nec ſpem vocationis audierint. Quod ſi quiſquam hanc vocationis plenariam generalitatem ita ſemper aſſerit celebratam, vt ab aſcenſione Domini in cœlum, ne vnus quidem annus effluxerit, intra quem non ad omnes prædicatio miſſa peruenerit, videat quomodo tunc Aſianos vocatos probet, quando Apoſtoli, ſicut ſcriptum eſt, vetiti ſunt à Spiritu ſancto loqui verbum Dei in Aſia aut apud Bithynios, ad quos iidem Apoſtoli tentabant ire, & non permiſit eos ſpiritus Ieſu. videat etiam quomodo tueatur denunciationem ipſius veritatis, dicentis: Prædicabitur hoc Euangelium in vniuerſo orbe in teſtimonium omnibus gentibus, & tunc veniet finis: nutat namque, quod dici nefas eſt, fides verbi, ſi ante quadringentos annos Euãgelio impletus eſt mundus, & adhuc Domini aduentus differtur* &c. Idem in Epiſtola ad Roffinum, de eo qood ſcriptom eſt, *Qui vult omnes homines ſaluos fieri: Et rurſum eo ipſo tempore, quo ad omnes homines prædicatio mittebatur, quædam loca Apoſtolis adire prohibebatur ab eo, qui vult omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis peruenire, multis vtique in illa retardatis atque auerſis Euangelij mora ſine agnitione veritatis, & ſine regenerationis conſecratione morituris. Dicat ergo ſcriptura, quod geſtum eſt: Tranſeuntes autem, inquit, Phrygiam & Galatiæ regionem, vetiti ſunt à ſpiritu ſancto loqui verbum in Aſia. Cùm veniſſent autem in Myſiã tentabant ire in Bithyniam, & non permiſit illis ſpiritus Ieſu. Quid autem mirum ſi inter ipſa Euangelicæ prædicationis exordia, non poterant ire Apoſtoli, niſi quo eos ſpiritus Dei ire voluiſſet, cùm videamus pleraſque gentes modo primùm Chriſtianæ gratiæ fieri cœpiſſe participes, alias autem nullum adhuc odorem boni iſtius attigiſſe? An dicendum eſt voluntati Dei humanas obſiſtere voluntates, & tam feros, tamque intractabiles horum hominum mores, vt Euangelium ideò non audiant, quia prædicationi impie corda non pateant? Et quis iſtis corda mutauit niſi qui finxit ſigillatim corda eorum? Quis huius rigoris duritiem ad obediendi molliuit affectum, niſi qui potens eſt de lapidibus Abrahæ filios excitare? Et quis dabit prædicantibus intrepidam, illæſamque conſtantiam, niſi ille qui ait Apoſtolo Paulo, Noli timere, ſed loquere & ne taceas, propterea quod ego ſum tecum, & nemo opponetur tibi vt noceat, quoniam populus eſt mihi multus in hac ciuitate? Puto autem quod nemo audeat dicere, vllam mũdi gentem, vllam terræ prætermittendam eſſe regionẽ, in qua nõ ſint Eccleſiæ tabernacula dilatanda, &c.* Ex ijs apporet, qoàm multis probaoerit is pater, multis gentibus & ætatibus defuiſſe prædica-

tionem Euangelij quæ ad ſalutem eſt neceſſaria, vnde affirmari non poteſt, Deũ feciſſe quod ſatis erat ad hominum ſalutem. Sed vt comulatius mens eius appereat, addamus quæ ſcripſit ad quartum ceput Gallorum: *Item qui dicit, quòd non omnes vocentur ad gratiam, Si de his loquitur, quibus Chriſtus annunciatus non eſt, reprehendi non debet: quia ſcimus quidem in omnes fines terræ Euangelium deſtinatum, ſed non putemus iam in omnibus finibus terræ prædicatum, nec poſſumus dicere. quòd ibi ſit gratiæ vocatio, vbi matris Eccleſiæ adhuc nulla eſt regeneratio, &c.* B Idem in Reſponſionibus ad excerpta Genuenſiũ, ad dubiũ textũ, *Et ſicut non poſſumus ſõqueri de eo* ꝙ *in præteritis ſeculis dimiſit omnes gentes ingredi vias ſuas, ita iuſtã non haberemus querelam, ſi sũ eis, cũ quibus nobis fuit ſenſe communis, ceſſante adhuc gratia periremus, quæ tamen ſicut tunc de omni mundo eruit paucos, ita nunc de vniuerſo genere hominum ſaluat innumeros, non ſecundum opera noſtra, ſed ſecundum ſuum propoſitum & gratiam, quæ data eſt nobis in Chriſto Ieſu ante tẽpora æterna, &c.* Dilucide iam apparet ex ſententia huius viri, C Dei gratiam quandoque ceſſeſſe, neq; omnes homines iuſtam vocationem ad ſalutẽ ſemper habuiſſe: quare non eſt ita vniuerſalis, vt quidã volunt, ſed potius particularis. Cæterum quia ſuffugio quodam nonnulli vtuntur, vt dicant, eos quibus Euangelium prędicatum non fuit, ſatis Vocationis habuiſſe a Deo, cũ per elemẽta, orbes cœlorum, & alias creaturas inſtructi fuerint de vno vero Deo, quem colere debuerant, ita vt ad Romanos tanquam inexcuſabiles reprehendantur. D Sed hoc quam ſit verum, demonſtrat idem Proſper, in Epiſt. ad Ruffinũ de Libero Arbitrio, vbi ſic habet: *Neque enim remotum eſt ab inſpectione communi, quot ſeculis quàm innumera hominum millia erroribus ſuis, impietatibusq; dimiſſa ſine vlla veri Dei agnitione defecerint: ſicut etiam in actibus Apoſtolorum Pauli & Barnabæ verba declarant, dicentium Icenijs: Viri fratres, quid hæc facitis? Et nos mortales ſumus, ſimiles vobis homines, annunciantes vobis, vt ab his vanis conuertamini* E *ad Deum viuum, qui fecit cælum & terram, mare & omnia quæ in eis ſunt. Qui in præteritis generationibus dimiſit omnes gentes ingredi vias ſuas, & quidem nõ ſine teſtimonio ſemet ipſum relinquens, benefaciens eis de cœlo dans pluuiam & tempora fructifera, implens cibo & lætitia corda eorum. Cum vtique ſi eis vel naturalis intelligentia, vel vſus beneficiorum Dei, ad capeſſendam vitam æternam ſufficere potuiſſet, noſtro etiã tempore rationalis nos contemplatio, & temperies aeris, & fructuum copia ciborumq; ſaluaret, quia ſcilicet melius natura vtentes creatorem noſtrum propter quo-* F *tidiana ipſius dona coleremus: ſed abſit ab animis piorum & Chriſti ſanguine redemptorum ſtulta nimium & pernicioſe perſuaſio: naturam humanam non liberet extra vnum mediatorem Dei & hominum hominem Chriſtum Ieſum. Sine illo nemini ſalus eſt ſicut ipſe reficit nos, & non ipſi nos, &c.* Statuit itaque is pater, ad ſalutem ſatis non fuiſſe per elementa & creaturas vocari: quia ſi aliquando valuiſſet hoc genus vocationis, hodie quoque deberet valere: quandoquidem humana conditio ab aduentu Chriſti nõ eſt facta deterior, aut peioris

A conditionis quam antea fuerit. Deinde id contendit, quod verisſimum eſt, citra Ieſum Chriſtum ſeruatorem noſtrum fide perceptum, ſalutem non poſſe conſtare: quod verò attinet ad Paulum, qui gentes facit in Epiſt. ad Romanos propter illam notitiam naturalem inexcuſabiles: Primum reſpondeo, illis excuſationem idcircò præcidi, quòd id totum, quod nouerũt ex creaturis de Deo, fideliter non retinuerint, de vno tantum Deo retinendo, nec eam iuſtitiam ſint ſecuti, quam animo perceperant. B Deinde facti ſunt ex eo inexcuſabiles, quòd adeo viribus ſuis fiderent, vt exiſtimerent tantum ſibi opus eſſe monſtratore, atque notitia rerum agendarum: quod vbi conſequerentur, ſe poſſe iuſtitiam cognitam præſtare. Quare cum à Deo accepiſſent aliquam notitiam per creaturas, iuſtitię, ac rectitudinis, cùm aduerſus eam, vitam iuſtituerint, excuſatione prorſus deſtituebantur. Deinde conſiderandum eſt, nationes deſtitutas verbo Dei, ac Euangelij prędicatione, tractum illum Dei ad Chriſtum non habuiſſe: nã C is (vt expoſitum eſt) verbo Dei conſtat exterius prędicato, ſi vocationem ordinariam ſpectemus, aut interius per ſpiritum reuelato, & quidem efficaciter. quod an Ethnici habuerint, & incertum eſt, & affirmari non poteſt. Quocirca non eſt aſſerendum, Deum quoad omnes feciſſe quantum ſatis erat ad eorum ſalutem. Non enim omnes vocauit Euangelij prædicatione, & quibus eam dedit, non omnibus eam conceſſit efficacem. qua animi eorum ſanarentur. D At dicunt: At Deus cum vocat, non ludit, ſed verè nos vocat. Nec nos dicimus Deũ ludere, ſed verè dicimus vocare, eò quòd ipſe ſit qui vocet. non enim ſunt reuelationes rerũ bonarum, & impulſus ad bene agendum, niſi à Deo vero, & ea quæ ſuggerit, vt ſunt mandata ac promiſsiones, vera ſunt, nec falſitati obnoxia. Quamobrem verè vocat etiam eos, quorum vocationi efficaciam nõ adhibet. Nec ludit ita vocando, nam ſuas fines habet, & ſi nobis non ſunt compertæ, attamen vt ſcripturæ E docent, hoc interdum ex iudicio facit, & vt homines, quemadmodum iam dictum eſt, inexcuſabiles reddantur, atque vt pij & electi videant clarius in ijs qui ſic vocantur, quãtũ boni prę illis acceperint, & intelligãt ſe, quod ad ipſos attinet, ad eundem modum potuiſſe vocari, cùm haberent cauſam cum illis communẽ. Valet etiam id genus vocationis ad homines excæcandos & obdurandos pro eorum malis F meritis, quemadmodum in Iſaia legitur, cum ipſe mitteretur: *Excæca*, inquit Deus, *cor, & aggraue & impingua cor eorum, ne conuertantur, & ſanem eos*, &c. Solent etiam nobis obijcere, tales eſſe homines ab eo conditos, vt non ſint addocendi verberibus & fuſtibus inſtar aſinorum: quod ego quoque non abnuo. Nam efficacem illam vocationẽ, vt ſæpius dixi, non ſtatuo violentam, nec ſine verbo, quo affirmo non tantùm ſuaderi, ſed perſuaderi qui conuertuntur. Dixit vtique Chriſtus, oues ſuas vocem ſuam audire: ſed attendendum eſt, prius oues eius eſ-

ſe

ſe ae fieri quàm audiàt: ſicut etiam neceſſe eſt, prius fieri arbores bonas quàm fructom bonũ feraot. Cæteeum imaginantue homines, ita rẽ eſſe partiendam, vt Dei ſit dare, ooſtrum aotẽ aeeipere. Ae ſaoe ſateor, nos eſſe qui aecipiamus dona quæ Deos offert, ſed per nos ipſos oon aecipimus: imo recoſaremus, uiſi ille nos immutaudo effieeret vt acciperemus. Deus igitur vtrumque taeit. Nam & offert munera ſua, & efficit vt oos aeeipiamus: quod uou eſt in poteſtate homiuum: offert enim pater quandoque liberis aliquid, ſed non poteſt immutaee illoeom volũtatem, vt id eapere veliut qood ipſe præbet. Poſtremò vt oſtendant Dei tractum vnioerſalem eſſe, id ſoleut afferre, quod in Ioanne, duodeeimo habetur: *Cum exaltatus fuero à terra, omues trabam ad me ipſum*: ſed hallucinantur, quouiam ea vuiuerſitas ad filios Dei eontrahenda eſt, uon qoi iam actu eſſeut, ſed qui prædeſtinati iam ante orbem eouditum fuerint, qoos idem Eoangeliſta capitẽ vndeeimo expreſsit, eùm ait, Caiapham propheraſſe, quòd Ieſus non tantum pro gente moriturus eſſet, ſed vt filios Dei, qui diſperſi erant, cõgregaret. Ij autem fueruut non tantùm ex Iudęis, verũ etiam ex gentibus. Vode Chryſoſtomus ea verba interpretando ait, voiuerſitatem illã ad vtrumque populom referendam, nempe ad nationes, & ad Iudæos. Qui enim tuue poſtulabant admitti ad Chriſtum, Geæci erãt. Chriſtus autem non admiſit Etnieos ad ſuum congreſſum, dum viueret, ſed oſtendit ſe tunc omnia geoera hominum admiſſurum, cũm per crucem & mortem fuiſſet exaltatus. Noo itaque ſinguli homines hic ſpectandi ſunt, ſed potius varia eorum geneea. Sed vt redeam ad ipſam aoimi præparationem, ad quam dixi, mentem noſtram tantùm paſsiuè conenrrere, dico me id ſcripturis eoideuter peobaſſe, ac etiã teſtimooijs patrom. Nõe verò addo, Scholaſtieis Theologis id nou eſſa inauditum: uam & ipſi concedunt habitus, & Theologicas virtutes à Deo iuſuſas, ad quas eecipieodas nos tantùm habemus paſsioe: definiendo autem illas, dieunt eſſe bonas qoalitates mentis, quas Deus io nobis ſine oobis operatur: ita enim elargitur ſpiritum ſapientiæ, ſpiritum conſilij, ſpiritum fortitodinis, & alia id genus. Quin & Aogoſtinus de Gratia & libero arbitrio, eapite deeimoſeptimo ita ſeripſit: *Vt ergo velimus, ſine nobis operatur, cùm autem volumus, & ſic volumus, vt faciamus, nobiſcum cooperatur, tamen ſine illo vel operante, vt velimus, vel cooperante cum volumus, ad bona pietatis opera nibil valemns. Deo operante illo, vt velimus, dictum eſt. Deus eſt enim qni operatnr in nobis & velle. De cooperaute illo cum iam volumus & volendo facimus, Scimus, inquit, quòd diligentib. Deum omnia cooperantnr in bonũ. Dũ autẽ ita præparamur & ſanamur à Deo, nõ aufert à nobis velle, ſed dat rectè velle, neq; aufert intelligere, ſed dat rectè intelligere. Et ſanè voluntas ipſa eſt, quæ actum volendi elicit, ſed Deus illi dat vires, vt eliciat.* Vode Auguſtinus de ſpiritu & litera eapite tertio ita ſcripſit: *Nos autem dicimus bnmanam voluntatem ſic diuinitus adiuuari*

A *ad faciendam iuſtitiam, vt præter quod creatus eſt bomo arbitrio voluntatis, præterque doctrinam qnæ ei præcipitur, quemadmodum viuere debeat, accipiat ſpiritnm ſanctũ, quo fiat in animo eins delectatio dilectioque ſummi illius atque incommutabilis boni, qnod Deus eſt, etiam nunc cum per fidem ambulatur, nondum per ſpeciem, vt bac ſibi velut arrba data gratuiti muneris, inardeſcat inbærere creatori, atqne inflammetur accedere ad participationem illins veri luminis, vt ex illo ei benè ſit à quo babet vt ſit. Nam neqne liberum ar*
B *bitrium quicquam niſi ad peccandnm valet, ſi lateat veritatis via. Et ſi id quod agendum, & quo nitendũ eſt, ceperit nou latere, niſi etiam delectet & ametur, non agitur, non ſuſcipitur, non bene viuitur. Vt autem diligatur, charitas Dei diffunditur in cordibus noſtris, non per liberum arbitrium, quod ſurgit ex nobis, ſed per ſpiritũ ſanctum, qui datus eſt nobis &c.* His verbis oſteudit, nõ ſurgeee ex uobis liberũ arbitrium, quod ad ſanitatẽ animi actiuè eoneurrat, ſed per ſpiritum ſanctũ effiei vt poſtea bene aga
C mos, diligendo Deum, & rectè viueudo. Nou expactat gratia voluutatem noſtram: uam ſi expectaret, poſſem⁹ io nobis exiſtimare, autee vires fuiſſe ad ſpiritualia boua & ſupernaturalia expeteuda. Conciliũ Arauſicanum Canone 4. eam dãmuauit ſenteotiam, que diuina gratia creditur humanã voluntatẽ expectara: ſiquidẽ pręuenit, neq; tameu vim infert: ad quod explicaodũ dilucidius, uou parũ facit ſimile reſurrectionis Domiui. Excitatus eſt à moetuis qooad
D humanitatẽ, ad quam exeitationẽ ex mortuis natura humana tantùm paſsiuè ſe babuit. Iam expoſitũ eſt quomodo in eeb⁹ externis, & quæ ſubijeiuntur humauo captui, aliqua libertas dãda ſit uoſtræ voluntati, quæ poſtea ei negatur, quo ad eœleſtia & ſuperuaturalia, niſi eõuertatur & pręparetur diuiuitus. Nũe de ſtatu renatorum videndum eſt, qoibus quoad cœleſtia & ſupernaturalia, conceditue libertas, quantum iuſirmitas huius vitæ patitur. Ea de re Proſper
E ſeripſit iu Epiſt. ad Ruffinũ de libero arbitrio: *Quod ad omnes bomines volũt pertinero, labarantes in incerto iſtius vitæ oneratosq; peccatis, vt qui voluerint manſuetudinẽ et humanitatẽ ſaluatoris imitari, et iugũ mandatorum eius ſubire inueniant requiem animab⁹ ſuis, & ſpem vitæ æternæ. Qui autem boc facere noluerint, ſua culpa careaut ſalute: quam ſi voluiſſent potueriut obtinere. Sed audiaut edictum à Domino libero arbitrio vtentibus: Sine me nibil poteſtis facere.*
F *Et, Nemo venit ad me, niſi pater meus qui miſit me, adduxerit eum. Et, Nemo poteſt veuire ad me, niſi datum ei fuerit à patre meo. Et, Sicut pater viuificat mortuos: ita & filius quos vult viuificat. Et, Nemo nouit filium, uiſi pater, & patrem quis nouit, uiſi filius, & cui voluerit filius reuelare? Quæ omnia cùm ſint incommutabilia, & uequeãt vlla interpretatione in ſenſum alium detorqueri, quis ambigat boc liberum arbitriũ cobortationi vocantis obedire, cùm in illo gratia Dei affectum credendi obediendique generauerit? Alioqui ſufficeret moneri bominem, nou etiam in ipſo nouam*
G *fieri voluntatem: ſicut ſcriptum eſt: Præparatur voluntas à Domino. & ſicut ait Apoſtolus, Deus eſt enim qui operatur in vobis & velle, & perficere, pro bona voluntate. Pro qua bona voluntate? Niſi quam in ipſis*

opeeatus eſt Deus, vt qui donauerat velle, donaret etiam perſicere, &c.

De qua eadẽ ee idem Proſper loco iam adducto ita ſcribit: *Tamen ſi eam filiorum Dei partem, quæ ad pietatis opera reſeruatur, pio conſideramus intuitu, nonne in eis non peremptum inueniemus liberum arbitrium, ſed renatum? Quod vtique cùm ſolum eſſet, ſibique permiſſum, non niſi in ſuam perniciẽ mouebatur: ipſum enim ſe excæcauerat, & ipſum ſe illuminare non poterat: Nunc autem idem arbitrium conuerſum eſt, non euerſum, & donatum eſt ei aliter velle, aliter ſapere, aliter agere, & incolumitatẽ ſuam non in ſe, ſed in medico collocare: quia nec dum tam perfecta vtitur ſanitate, vt ea quæ ei nocuerant, nequeant iam nocere, aut ab inſalubribus poßit iam viribus ſuis temperare. Proinde homo qui libero arbitrio fuit malus, in ipſo libero arbitrio factus eſt bonus, ſed per ſe malus, per Deum bonus. Qui eum ita in illum initialem honorem alio initio reformauit, vt ei non ſolùm culpam malæ voluntatis & actionis remitteret, ſed etiam bene velle, bene agere, atque in his permanere donaret. Omne enim (inquit Apoſtolus Iacobus) datum optimum, & omne donum perfectum, deſurſum eſt, deſcendens à patre luminum, &c.* Ex ijs videmus libero arbitrio, id eſt voluntati iá reformatæ non parum eſſe tribuendum. Proinde affirmo renatos poſſe cognoſcere ſpiritualia, poſſe item eligere, & ea quadamtenus facere, quia nó ſunt iam puri & nudi homines, verùm homines Dei: ſunt Chriſto inſiti, ſunt eius membra, & idcirco participes eius libertatis. Illis dicitur, *Cum timore ac tremore operemini veſtram ſalutem:* nõ ſunt amplius hoſtes Dei, ſed amici Dei & Chriſti, & ideo nota eis fecit, quæ à patre audiuit. Iam habent leges Dei conſcriptas in cordibus & in viſceribus. Non ſunt in primo termino tractus, vnde incipit motus, ſed progreſsi vlterius, ex nolentibus facti ſunt volentes. Illis conuenit ſimile Auguſtini ſuper Ioannem de ramo viridi ouiculæ oſtenſo, & pueri cui nuces proponantur, antè iee nolebant, poſteà magna voluptate trahuntur. De ipſis & illud commodè poteſt dici: *Si non traheris, ora vt traharis.* Iam aguntur ſpiritu Dei, cùm ſint filij, & ſic aguntur, vt ipſi agãt quæ recta ſunt. Qua de re ſcripſit Proſper in Epiſtola ad Ruffinum ita dicens, *Non enim omnium eſt fides, nec omnes credunt Euangelio: ſed qui credunt, Dei aguntur ſpiritu: qui non credunt, libero auertuntur arbitrio. Conuerſio ergo noſtra ad Deum non ex nobis, ſed ex Deo eſt, ſicut Apoſtolus dicit: Gratia ſalui facti eſtis per fidem, & hoc non ex vobis, ſed Dei donũ eſt. Et non ex operibus ne quis glorietur, &c.* Poſſunt etiam renati excitare in ſe ipſis dona & gratiam Dei, vt ad Timotheum ſcripſit Paulus Epiſtola ſecunda. Accommodant etiam ſe ſpiritui ſancto, vt præſtantioribus & vtilioribus chariſmatis polleant & vtantur, vt Corin-

A thij à Paulo, prima Epiſtola monentur. Faciunt etiam renouati opera quæ Deo placent: Commendatus enim eſt diuinitus Abrahamus, quòd filio ſuo vnigenito Dei cauſa non pepercerit, & eleemoſynę Philippenſiũ, vocatę ſunt odor bonæ fragrãtiæ corà Domino. Et ad Heb. 13. ſcribitur, Beneficentiam & hoſpitalitatem hoſtias eſſe, quæ Deo placeant. Sunt iam bonæ arbores, idenque non mirum ſi bonos fructus faciant, qui vel ab ipſo iudice Chriſto
B in extremo die probandi ſint: & eò perueniunt renati homines, vt perfecti dicantur, & ad omne opus bonum parati, qui tamen in omnibus rectè agendis, opus perpetuũ habeant ſpeciali Dei auxilio. Qua de re ſcripſit Proſper in adducta ſæpius epiſtola: *Gratia igitur Dei quoſcunque iuſtificat, non ex bonis meliores, ſed ex malis bonos facit, poſtea per profectum ex bonis factura meliores, non adempta libero arbitrio, ſed liberato. Vbi autem ipſum illuminauit miſericordia Chriſti, erutum eſt*
C *à regno Diaboli, & factum eſt regnum Dei, in quo & permanere poſsit. Nec ea quidem facultate ſufficit ſibi, niſi inde accipiat perſeuerantiam, vnde accepit induſtriam. Nec tamen conuerſi, præparati, & ſanati dũ hic viuunt, plenam arbitrij habent libertatem: ſed experiuntur legem in membris ſuis pugnantem cum lege mentis: non faciunt bonum, quod volunt, ſed malum quod oderunt: nec valent legem abſolutè implere: mente ſeruiunt legi Dei, carne autem legi peccati. Spiritus concupiſcit aduerſus carnem, caro autem aduerſus ſpi-*
D *ritum, vt non faciant quæ velint, & ſæpius euenta non reſpondent eorum conſilijs, & horribiles interdũ lapſus accidunt, vt Petro & Dauidi vſuuenit. Neque peccatis carere poſſunt. Iohannes enim dixit: Si dixerimus, quòd peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt. Iacobus quoque ſcripſit, In multis offendimus omnes, &c.*

Diſcrimen tamen eſt inter impios & renatos: nam illi delectantur & exultant in peccatis: pij verò dolent, gemunt & quotidie pre-
E cantur, *Remittas nobis debita noſtra, &c.* Clamant etiam: *Infelix ego homo, quis me liberabit?* Cumque ſe videant imperfectos, & primitias tantũ ſpiritus habere, optant ſibi manum extremam imponi, vt nimirum in vltima regeneratione plenè perficiantur. Et ad ſummam, videntur illi rectè dixiſſe, qui triplicem libertatem conſtituerunt. Vnam à neceſsitate cogente, quæ tam pijs quàm impijs eſt communis: non enim poteſt humana voluntas cogi. Aliam po-
F ſuerunt libertatem à peccato, quàm impij nullo pacto habent, renati verò ex parte poſsidẽt, vt iam eſt declaratum. Tertia libertas eſt à miſeria, quam impij non habent, nos verò quadamtenus habemus: nam & ſi iactamur diuerſis caſibꝰ, ſpe tamẽ ſalui facti ſumꝰ, & à peccato & à miſeris cùm peruenerimus in patriã, planè liberi erimꝰ. Et hęc de arbitrij libertate ſufficiãt.

PROPOSITIONES DE
Libero Arbitrio.

QVAE de Libero arbitrio proponũtur cognoſcenda, non ſunt leuia, ſed maximi mom̃eti. Nam quotquot gratia Chriſti ſumus renouati, cognita eius debilitate atque infirmitate, non ſuperbiemus, neque nos de viribus eius

eius extollemus. Quin potius vehementius accendemur ad auxilium diuinum poſcendum: cumque progreßi vlterius fuerimus, & intellexerimus, è quantis malis & periculis erepti ſimus, ad gratias agẽdas noſtro liberatori vehementius impellemur. Ad hæc ſuus honor Deo aſſeretur, cuius bonitati, miſericordiæ ac liberalitati decedit, quãtum viribus & facultatibus noſtris adiudicandum fuerit. Id maximè quæſiuit Apoſtolus, vt non gloriaremur, ſed Deo totum tribueretur. Dando autem libero arbitrio, quantum à nonnullis poſtulatur, & iuſtificatio gratuita in periculum venit, & liberalis electio, ac prædeſtinatio non poteſt conſiſtere.

Definitio liberi arbitrij.

EST vis qoædam voluntatis, quæ dum ſeqoitur partem cognoſcentem, aliquid vltrò, aut repopiat, aut expetit.

Ponitur ſacultas voluntatis: ſed pro vt ex ea *[illegible]* elicitur. Magiſter ſententiarum lib. 2. diſtinct. 25. dicit eſſe facultatem rationis, & voluntatis, qua deligitur bonum aſsiſteote gratia, vel malum deſiſtente gratia.

Res in quas fertur voluntas, ſont duplicis generis. Quædam ſobijciontur ſenſui & rationi: quædam verò ſuperant captum noſtrum, vt diuina & ſupernaturalia.

Diſtinguũtur item ſtatus & conditiones hominum. Quidam nondum ſont renati, ſed adhoc alieni à Chriſto. Alij verò ſunt regenerati:

Homines nondom renati, erga ea quæ ſubijciontur ſenſui & rationi, oec ſuperant captũ noſtrom, liberum arbitrium partim habeor, partim non habent. Habent, qooniam in poteſtate noſtra eſt ambulare, ſtare, ſedere, ſtudere, mercari, peregrinari, &c. Et poteſt ſæpe ratio coercere motus externos, aut eos incitare. Partim non habent: qooniam ſæpe tanta excitator commotio, & tantus impetus, vt penes rationem non ſit illos coercere: vt vehementer irati, tremunt, commouentur, nec poſſunt aliquando ſe commooere loco, & nimio timore conſternati, non poſſunt non fugere, vt Chananei contra Iſraelitas non poterant ſtare. Primi quoque motus oon ſuot in noſtra poteſtate.

Iſta libertate quam damus, poſſunt homines ſacere quæ congruant cum legibos cioilibus & œconomicis. Vnde manent ſaluæ ſcientiæ ciuiles & morales, & authoritas Magiſtratus non impeditur, ſed conſtabilitur. Poſſont etiam molta facere externa, qoæ cum lege Dei videaotur congruere, vt hypocritę faciont: ſed reoera cum lege Dei non conſeotiũt eiuſmodi facta. Nam diuina lex reqoirit fidẽ, bonos motus internos, & vt toto corde, tota anima, & omnibus viribus id fiat.

Ad concedendam libertatem iam expoſitã, adducor experientia, quæ teſtimonium habet ex diuinis literis. Paulus ad Rom. de impijs agit, & oon regeneratis, quibus tamen dat, potuiſſe noſſe Deum ex creaturis. Dat etiã multa iuſta, recta, & honeſta cognooiſſe. Paolus ipſe nõ renatus profecit io Iudaiſmo vltra ſuos æquales, ita vt vixerit incolpabilis. Et extant permulta exempla præclara Ethnicorum.

Iſta libertas quam concedo quoad moralis & œconomica, magnas patitur difficultates. Caligo eſt in ratione, infirmitas io volontate non leuis. Et cum ſit perpetuum doellum inter rationalem partem, & craſsiores animi vires, non poſſunt noo inſligi vuloera, vt quan-

A doq; ratio ſuccumbat. Et accedit infirmitas corporis Quod ſi de renatis dicitur. *Spiritus pugnat aduerſus carnem, caro aduerſus ſpiritum, vt non quæ vultis ea faciatis.* Et ſi ſentiũt legem in membris pognantem cum lege mentis, & ſi non faciont bonum qood voluot, ſed malum qood oderont: quanto magis id in noo renatis locum habet?

Additur, dum non ſunt regenerati, peccandi qoædã neceſsitas: non qua eogatur volun-

B tas, vt inuita quippiam velit (id enim fieri nõ poreſt) ſed neceſsitas qua non poſsint aliter ſe habere dum ita manent. Nam qoæ ſaciont, cũ ex fide nõ faciant, oportet eſſe peccata. Omne enim quod non eſt ex fide, peccatum eſt. Et cùm ſint adhoc malæ arbores, non poſſunt ferre niſi malum fructum. Et cogitatio & figmentom hominis maloin eſt à pueritia: *Sapientia carnis, inimicitia eſt aduerſus Deum, legi Dei non eſt ſubiecta, neque enim poteſt:* Dumque ita ſunt, nõ

C amant Deom præ omnibus rebus: vnde cùm in illum nõ referant omnes ſuas actiones, quæ faciunt, peccata eſſe oportet.

Huc accedit, eum qui peccat, ſeruum eſſe peccati, vt Chriſtus dixit. Et ad Rom. *Serui eius eſtis cui vos ad obediendum tradidiſtis.* Et *tunc verè liberi eritis, cum filius vos liberauerit.* Petrus quoque ait, vnumquemq. ſerunm eius fieri, à quo ſuperatur. Ergo in iſta conditione dum ſunt homines abſque Chriſto, verè non ſunt liberi.

D Alia difficultas oritur à diabolo, qui ſemper quęrit quem deuoret, quòd fortis armatus detinet ſuos, antequam veniat eo fortior. Et ad Timoth. dicitur, Captiuos detinere eos qui reſiſtunt fidei, ad ſuam voluntatem. Quare iſtã libertatem prius expoſitam, do quidem, ſed magnis difficultatibos imminotam.

Altera qooque poſſet addi ſubiectio, quòd Deus animis noſtris, vt inſtrumentis, ad ſuæ prouidentiæ conſilia exequenda, vtatur. *Cor*

E *enim regis in manu Dei, quocunque voluerit illud inclinat.* Vt apod Ezechielem, Deus Nebukadnezar magis in Hieroſolymitanos direxit quam in Moabitas vel Ammonitas, cùm ipſe alioqoin ambigeret. Et Prophetæ aiont, iſtos monarchas eſſe in manu Dei vt ſerram & baculum. Sed quia iſte Dei vſus non tollit libertatem, qoam poſui, nec volunrati hemioom vim facit, aut cogit, ideo ſalua manet, vt eam dedi. Nam quæ iſti faciuot outu Dei, volentes faciont.

Propoſitio II.

F Hos verò eoſdem homines non renatos quoad ſpiritualia, vt eſt credere in Chriſtum, ſperare, amare Deum ſoper omnia, fide parere legi Dei, dico non eſſe liberos, ſed inhabiles, & oportere ad id, vt iſta velint & recipiant, adeſſe ſpiritum ſanctum, qui per verbum, aut exter-

Digitized by Google

num, aut internom, vel vtrunq; ſimul, illuminet mentem, voluntatem accedat, moneat, hortetur, & ſoadeat.

Sed an hoc ſit ſatis, alij affirmant, ego nego. Quia niſi emendentur & ſanentur iſtæ vires, diuina illa non capiemos neq; amplactemur: neque io poteſtate noſtra eſt, vt quæ nobis proponuntur, placeant. Quare opus eſt, vt à ſpirito ſancto intellectus afficiatur non vulgari lumine, & voluntas corroboretur, ne diſtrahatur & cedat commoditatibus, aot aduerſarijs ſententijs, quibus à ſpiritoalibus reb. aoocatur. Quod vbi factum fuerit, mens aſſentitur verbis Dei & promiſsis, & ex tali aſſenſu ſeu fide, ſeqoitur Iuſtificatio ex Dei miſericordia per Chriſtum. Ad quem aſſenſum mens actiuè ſe habet: ipſi enim ſomus, qui & volumus & conſentimus, dum credimus ijs quæ proponuntur. Sed ad illam efficaciam & potentiam ſpiritus ſancti, qua preparatur, immutatur, & diſponitur animus noſter, paſsiuè mens concurrit. Nam iſta recipit, & in ea fiũt à ſpiritu Dei. Hoc videri nõ debet abſurdom, nam ſcripturæ dicont nos ad Chriſtum trahi à Patre, tractus autem paſsionem quandam ſignificat. Stat item Deus ad oſtium, & pulſat: illi autem pulſus in mente fiunt & recipiũtur.

Hanc efficaciam ſpiritus ſancti dico inclinare mentem & corda noſtra ad verba Dei, & promiſsiones amplectendas, nec tamen iſta efficacia ſpiritus, aut cogi, aot inferri violentiam animis, vt inuiti velint, quod volont, aut nolentes credant: ſed perſuaſione placida & ſuaui, ex nolentibus volentes facere, tantumq́oe abeſſe, vt corrumpat, aut vitiet voluntatem, vt potius eam perficiat. Atque hoc eſt, Deom operari in nobis & velle, & perficere: alioqui non omniũ eſt fides. Nam qoi non ſic præparantur, non credunt. Et ſcriptura ſatis apertè teſtatur voluntatem à Domino præparari. Et ſanè id eſt ijs qui ab initio reluctantur, ſtudium virtutis immittere.

Immutatio iſta noſtræ mentis, cùm è mala efficitur bona, ſita eſt, vt cor noſtrum alioqoi lapideum emolliatur, & fiat carneum, quod Deos promiſit per Ezechielem, vt efficiamor dociles diuinarum rerum. Vnde Salomõ orabat Deom, vt ſibi daret cor aodiens, innuens natora ſua vitiata cor obſurdeſcere ad dioina. Hoc eſt fieri θεοδίδακτοι, hoc eſt aodire à patre & diſcere, & habere aures audiendi, ſine quib. videntes non videbimus, & audientes noo audiemos. Nam talia ſunt hæc dioina & cœleſtia, *vt oculus non videat, auris non audiat, nec in cor hominis aſcendant, quæ Deus præparauit diligentibus ſe. Animalis homo non percipit quæ ſunt Dei. Non ſumus idonei cogitare quicquam ex nobis, quaſi ex nobis. Sufficientia noſtra ex Deo eſt.* Niſi ſic præparetur & ſanetur animus noſter, refugimos à diuinis, vt Adamus: Perſeqoimur & odimus, vt Paulus. Hinc oratur: *Da mihi intellectum, vt diſcam mandata tua: Aperi oculos meos.* Et Paul. ad Eph. optabat illis illuminatos oculos, vt viderent quæ eſſet ſpes ſuæ vocationis. Dauid: *Inclina*

A *cor meum in teſtimonia tua. Cor mundum crea in me Deus. Aperuit Deus cor purpurariæ, vt attenderet ijs quæ dicebantur. Secuti ſunt Saulem: quorum Deus cor tetigerat. Gratia eſtis ſeruati per fidem, et hoc non ex vobis.* Hic negatur cooperatio noſtra, quoad illam ſanationem. Item ad Epheſ. *Credimus ſecundum operationem virtutis fortitudinis eius, qua operatus eſt in Chriſto, ſuſcitans eum à mortuis. Cum eſſemus mortui in delictis & peccatis, ille conuiuificauit cum Chriſto.* Mortui oon habeot vim ad ſeipſos
B præparandos, nec ad ſeipſos regeoerandos. Præparationem à Deo habemus, alioqui de ipſa poſſemus gloriari. *Quid habes quod non accepiſti? Quis enim te diſcernit?* Poſſet dicere quiſpiam: Liberum arbitrium me diſceroit. Oratur pro fidelibus, vt Deus aperiat cor eorum. *Nemo venit ad me, niſi pater traxerit.* Qui autem dicitur trahi, oſtenditor antea noluiſſe, alioqui non trahi, ſed potius duci videretur. Ab initio igitur oolebat, qui trahitur, at in illa immuta-
C tione fit ex oolente voleos. Sequitur deinde tractum vltrò & ſpoote. Nec intelligendum eſt, vt quidam potant, omnes trahi (vt id obiter dicam) qoia textus ratio id non patitur. Reddebatur enim ratio, quare illi qui obmurmurabant diſcederent, & quare Apoſtoli manerent adhærentes Chriſto, nimirum quod iſti traherentur, illi non traherentur.

Nos habemus nos ad Deum, tãquam lutũ: figulus autem non tantum fiogit lutum, ſed
D emollit & temperat. *Non eſt volentis, neque currentis, ſed Dei miſerentis.* Hic Deo tribuitur totum: præſertim quoad prædeſtinationem, & illam primam meotis ſanationem, quæ à ſpiritu ſancto fit per verbom Dei. Deus vertit cor regis Ahaſueri à feritate ad beneuolentiam erga Eſther: Dedit Sauli cor aliud.

Vocationis duo genera.

Hinc fiunt duo genera vocationum. Aliqui enim ſic vocantur, vt quoquo modo illuminẽtur prædicatione externa, aliqoibus ſuggeſtio-
E nibus pulſantur, ſuadetur illis, & fit aliqua excitatio. Alij verò præter id, quod dixi, præparantur, leniuntor, accipiont aures audiendi, ex nolentibus fiunt volentes, aofertur cor lapideum, immutatur & ſanatur. Primum genus appellatur vocatio ſimpliciter: alterum vocatio ſecoodum propoſitom. Paulus dicit: *Quos vocauit, hos & iuſtificauit.* Iſta vocatio ſemper habet coniunctam fidem & iuſtificationem, & pendet ab electione. Nam dicit Paulos: *Quos*
F *prædeſtinauit, hos & vocauit.* Et poſteriore ad Timotheum, *Qui vocauit nos vocatione ſua ſancta, non ſecundum opera noſtra, ſed ſecũdum propoſitum ſuum, & gratiam, quæ data eſt nobis per Chriſtum Ieſum ante tempora æterna.* Ecce dicit, iſtam vocationem eſſe conformem æternæ prædeſtinationi. Huc etiam illud pertinet, *Sine pœnitẽtia ſunt dona Dei & vocatio.* De illo verò priori genere dicitur, *Multi ſunt vocati, pauci verò electi.* Hæc genera vocationom diſtribuit Deus prout vult: nam de
G ſuo poteſt facere quod videtur, cũ nullius iniuria. *An oculus tuus nequam eſt, quòd ego bonus ſum? Nonne poſſum de meo facere quod volo?* Auguſtin. pulchrè dixit. *Cur iſte trahatur, & ille non trahatur*

Digitized by Google

tur, noli iudicare, ſi non vis errare. Potoiſſetque Deos, vt Iacobi, ita Eſau qooq; animum ſanare ſi voluiſſet: at huic dare voluit, illi noluit. Et Deuteron. 29. ſcribitur, *Nec dedit vobis Dominus cor ad intelligendum, & oculos ad videndum, atq; aures ad audiendum, vſque in præſentem diem.*

Qui ſic præparati ſunt à Deo, ij ſunt, quibus poteſtatẽ dedit filios Dei fieri. Nam ſanati credunt, & ex Deo naſcuntur. Et quoties patres, præſertim Auguſtinus, libero arbitrio aliquid tribuere videntur quoad hæc ſpiritoalia & cœleſtia, id eſt intelligendũ de ſanato, immutato, & iã præparato libero Arbitrio. Si quęritor, an poſsimus Dei vocationi reſiſtere? Dico nos poſſe, ac interdũ ab initio aliquandiu reluctari, & poſtquam ſumus renati, nonnunquam contra Dei vocationẽ ſacere, ac labi qoidẽ & grauiter, vt Petrus & Dauid. At eum Deus omnino conſtituit aliquẽ immutare, ac ex nolente volentẽ ſacere, omnino fit eius voluntas, licet citra violentiam. Vnde Paulo dicitor, *Durum eſt tibi contra ſtimulum calcitrare.*

At ſi non omnibus illa vocatio efficax tribuatur, Deus videbitur erga omnes non feciſſe quantum erat ſatis ad ſalutẽ. Id concedo, nã & ſcriptura dicit, Tyrios & Sydunios fuiſſe acturos pœnitentiã in cinere & cilicio, ſi in eis facta fuiſſent quę in Corozain & Bethſ. facta fuerũt: Deus ergo non dedit illis ea per quæ ſciuit eos potuiſſe ad pœnitentiam commoueri. Teſtatur experientia multas præterijſſe ætates, quibus Ethnicis non eſt prædicatum verbum Dei, & multa loca in noua India, qoæ ad hæc vſque tempora, nihil de ſalute per Chriſtum audiuerunt. Quin & Apoſtolo. 16. cap. Actor. prohibiti ſunt in Aſia prædicare, & in Bithyniã ire. Quare nos quib. datum eſt, maxime debemus Deo gratias agere.

Aliqoa fieri in mente noſtra à Deo, non expectato noſtro conſenſu & voluntate, dubiũ non eſt, infunditur .n. nobis fides, & varia dona ſpiritus à Deo, vbi noſter conſenſus non præexigitur. Deus iſta ſua mutatione, nõ aoſert nobis intelligere, ſed dat rectè intelligere: non aufert velle, ſed dat bene velle. Ipſe cõuertit nos & ſanat. Cùm autem renati ſumus, & ipſi dicimur nos conuertere, & magis ac magis perficere, vt mox dicetor.

A Homines renati ad ſpiritualia opera; quæ Deo placeant, liberam habent mentem, vt iſta ſaltem inchoata quadam obedientia poſsint præſtare. Valent ergo cognoſcere, & iudicare ſpiritualia, eligere, & quadantenus facere: qoia non ſont puri homines, ſed homines Dei, ſunt inſerti in Chriſto, ſunt membra eius, & facti participes libertatis eius. Iſtis dicitur, vt operẽtur cum timore & tremore ſuam ſalutem, iſti non ſunt amplius ſerui, ſed amici, & ideò quæ Dei ſunt, nouerunt: habent cor carneum, non lapideum: habent inſcriptas leges Dei in cordibus, aguntur ſpiritu Dei: & excitarè poſſunt gratiam, quam in ſe habent, ad meliora chariſmata ſe poſſunt accommodare. Sic opus Abraham à Deo laudatur. Eleemoſ. Coloſſ. ſunt odor bonæ fragrantiæ. Cùm ſint bonæ arbores, poſſunt facere bonos fructus, & eorum opera commendabuntur in die iodicij. Eò perducuntor, vt dici poſsint perfecti, & ad omne opos bonum inſtructi: ſic tamen, vt in omni opere bono qood faciunt, non tantum generali Dei opus habeant influentia, ſed etiam ſpeciali auxilio ſpiritus ſancti. Nec tamen in iſta libertate recuperata, ita ſunt inſtaurati, vt non ſentiant aliam legem in membris, repugnãtem legi mentis, vt non ſaciant malom quod oderunt, vt legem ſic impleant, quemadmodum ipſa requirit, vt non ſit pogna inter ſpiritum & carnem, & talis pugna, vt non faciant quæ volunt: neqoa ita liberi ſunt, quin mente quidem ſeruiant legi Dei, carne autem legi peccati. Euenta quoque & ſuſceſſus nõ ſuot in eorom poteſtate: graues quoqoe intercedunt lapſos, nec ſunt immunes à peccato. Dicit Ioannes: *Si dixerimus quod peccatum non habeamus, ipſi nos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt.* Iacobus: *In multis offendimus omnes.*

Inter impios tamen & regeneratos hoc eſt diſcrimen, qood illi ſibi placent in peccatis, non doleut, imò in eis volentes & vltrò verſantur. Renati verò deflent, gemunt, ſuſpirant, dolent, & perpetoò clamant, Remittas nobis debita noſtra. Et cùm primitias ſpiritus habeant, optant extremam manum ſibi imponi. Atque hæc de libero arbitrio.

PROPOSITIONES DE PROVIDENTIA ET PRAEDEſtinatione.

DOCTRINA de Prouidentia & Prædeſt. quàm vtiliſſima eſt. Nam in ea oſtenditur fons noſtræ ſalutis: Et inde fit, vt omnia noſtra bona, diuinæ adminiſtrationi & diſpenſationi, non nobis ipſis tribuamus: & in reprobis videamus, quid nobis quoque fieri potuiſſet iure, niſi diuina miſericordia ſua prædeſtinatione interueniſſet. Ex ea fide, quòd prædeſtinati ſumus magna conſolatio in aduerſis caſibus recipitur. Inde Paul. ad Rom. argumenta ſumpſit. Habemus etiam ex iſto capite certitudinem noſtræ ſalutis, quæ ſi à Libero arbitrio inconſtantiſſimo penderet & non à conſtanti Dei prædeſtinatione, incerta eſſet.

DEI Prooidentia eſt eios ordinata, immobilis, & perpetua vniuerſarum rerum adminiſtratio, & ea potiſsimùm omnia quæ condidit, ad ſuos fines dirigit. Non aſt vti,

que ſimplex intelligentia, ſed etiam voluntas ei adiecta eſt, quæ cuncta pro ſuo arbitrio dirigit.

Non poteſt à Deo remoueri hæc facultas. Nam regna diſtriboit pro ſuo arbitrio. Numerati ſunt capilli capitis noſtri. Non cadunt in terram duo paſſeres abſqoe voluntate patris. Qui caſu occiditur, Deus illum in manum alterius tradidiſſe dicitur. Principes ſunt in manu eius vt baculꝰ & ſerra. *Omnia portat verbo virtutis ſuæ*: ad Hebr. Ad Epheſ. *Omnia operatur ſecundum conſilium volūtatis ſuæ.* Ideo ſpiritus ſanctus inquit, *Iacta cogitatum tuum in Deum, & feret, vel nutriet te.* Petrus: *Illi cura eſt de nobis. Qui tangit vos, tangit pupillam oculi mei.* Hæc eſt magna conſolatio piorum, quòd ſe in manu Dei eſſe ſciant.

Faciant impij quicquid velint, præter Dei prouidentiam facere nihil poſſunt, vt Petrus inquit in Actis: *Herodes & Pilatus conuenerunt, vt facerent; quæ manus & conſilium tuum facere decreuerant.* Et Iobus dicebat: *Dominus dedit, Dominus abſtulit.*

Quæ videntur fortuita, à prouidentia gubernantur. Ioſephus inquit. *Deus me præmiſit in Ægyptum.* Deus ait ſe miſiſſe Saulem ad Samuelem, quamuis fortuitò potuit videri veniſſe. Et Chriſtus inquit, *Occurret vobis homo portans hydriam aquæ.*

Latitudo iſtius prouidentiæ exponitur: *Si aſcendero in cælum, tu illic es: Si deſcēdero ad infernum: ades. Si ſumpſero pennas auroræ*, &c.

Decreta prouidentię ſunt immotabilia. *Ego ſum Dominus, & non mutor. Apud Deum non eſt mutatio, aut viciſsitudinis obumbratio. Cōſilium Domini manet*: Iſa. 46.

Prouidentia Dei non tollit humanam electionem, non etiam tollit contingentiam, quia res æſtimandæ ſont ex natura proximarum cauſarum. Cùm igitur volūtati, & materię phyſicæ nihil repugnet, vt tam iſto quàm alio modo agantur, cauſæ poſſunt dici contingentes, quo ad electiones humanas, & phyſicas productiones. Deinde prouidentia Dei non gubernat res, niſi iuxta earum naturas. Itaque cauſas contingētes & volūtarias ita regit, vt cōtingenter agant, & voluntariè agant. At ſi res ipſæ ad Deum referantur, eſt tantùm neceſsitas ex hypotheſi, quemadmodō eſt prędictionū neceſsitas. *Oportuit impleri ſcripturas. Et oportuit Chriſtū pati.* Quamuis in Prouidentia ſit maior vis, quàm in prędictionibus. Prædictiones enim nō agūt in creaturas, vt Dei prouidentia operatur: quāuis nec ipſa cauſarum ſecondarum naturas & proprietates violet.

Res, quoad prouidentiam Dei, ab æterno ſunt definitæ. Omnia enim ei ſunt in numerato. Sed in voluntate & mente noſtra non ſunt definitæ. Ideo adhuc quoad nos, dici poſſunt & voluntariæ & contingentes: licet quoad Deum nihil ſit fortuitū, aut cōtingens. Dicit Deus apud Eſa. *Omnia quæ volo, facio*, &c. Paul. *Omnia operatur ſecundū conſiliū voluntatis ſuæ.*

Prouidentia Dei cùm ita ſe habeat, conſilijs & admonitionibus & deliberationibus & cor-

A rectionibus relinquitur locus, cùm ipſa fines quos præſtituit, per hæc media decreuerit aſſequi. Vt, cùm decreuit aliquam malam voluntatem mutare, per iſta media eam conuertere ſtatuit. Sunt itaque iſta media organa Dei.

Prædeſtinatio eſt, vt pars quædam prouidētiæ diuinæ: nam eſt ea vis Dei & facultas, qua homines deſtinat, & dirigit ad æternam vitam per Ieſum Chriſtum conſequendam.

Prædeſtinatione, rerum naturæ non mutantur, quoad neceſsitatem, contingentiam, & deli-
B berationes, vt dictum eſt de Prouidentia.

Dei præſcientiæ & æternitati etſi omnia pręſentia ſunt, creaturæ tamen quæ initiū habuerunt, Deo non ſunt coæternæ, ita vt eius æternitati coexiſtant. Ideo Paulus dicit, nos electos ante iacta mundi fundamēta. Et de Iacob, & de Eſau dictum: *Antequam aliquid boni egiſſent aut mali, Iacob dilexi, Eſau autem odio habui.*

Qui ſtatuunt apud Deum res non eſſe defi-
C nitas, niſi quoad præſcientiam, vehementer errant: nam ſcripturæ voluntatem interponunt. Paſſer non cadit ſine voluntate patris: voluntate inquam non noua ſed æterna. Septuaginta anni præſcripti erāt captiuitati Babylonicę. Et Ezechiæ additi ſont 15. anni. Chriſtꝰ, *Nondū venit hora mea. Miſerebor cuius miſerebor. Crediderūt quotquot ordinati erant*, &c. Chriſtus eſt crucifixus iuxta deſtinatum Dei conſilium.

Prædeſtinationem aliqui dicunt eſſe præ-
D parationem gratiæ, aut præſcientiam, aut præparationem donorum Dei, quibus certò liberantur, qui liberantur: cæteri verò in maſſa perditionis relinquuntur. Aliqui dicunt eſſe propoſitū miſerendi. Alij præparationē gratiæ in pręſenti, & gloriæ in futuro. Ego verò dico eſſe ſapientiſsimū Dei propoſitū, quo ante omnē æternitatē cōſtanter decreuit, eos quos dilexit in Chriſto, vocare ad filiorum adoptionem, ad
E Iuſtificationem per fidem, & tandem ad gloriā per opera bona, quò conformes fiant imagini filij Dei, vtque in illis declaretur gloria, & miſericordia creatoris.

Prædeſtinationis definitio.

Prædeſtinatio eſt immutabilis. *Firmum ſtat Dei fundamentum. Nouit Dominus qui ſint ſui.* Hinc eſt certitudo ſalutis. Vnde Paulus cum egiſſet de prædeſtinatione, inquit: *Quis nos accuſabit? Quis damnabit? Quis nos ſeparabit à charitate Dei? Ego ſum Dominus, & non mutor.*

Salutis certitudo.

Reprobatio quid.

Reprobatio eſt ſapientiſsimum Dei propo-
F ſitum, quo Deus ante omnem æternitatem decreuit conſtanter abſque vlla iniuſtitia, eorum non miſereri, quos non dilexit, ſed præterijt, quò iuſta illorum condemnatione iram ſuam erga peccata, potentiam & gloriam declararet.

Peccata damnationis cauſa.

Peccata nō ſunt cauſa reprobationis, quòd videlicet aliqui à dilectione Dei prætereantur, & relinquantur, quamuis cauſæ ſint dam-
G nationis. Vnde ſi Patres aliquando dicunt: Peccata eſſe cauſam reprobationis, id intelligunt quo ad extremā damnationē, quæ proſus ob peccata infligitur.

Deus prædeſtinat nos ad id, vt bona o-

peremur

Digitized by Google

operemur dum viuimus. Dicitur enim ad Epheſios, illum præparaſſe bona opera, in quib⁹ ambularemus. Non temen poſſunt bona opera vel fides cauſæ eſſe prædeſtioationis: quia ſunt eius effects. Quos enim decreuit beare, illis prædeſtinauit dare fidem, & bona opera. Ad Romanos de gemiois, *cùm adhuc nihil boni feciſſent, aut mali, dictum eſt: Moior ſeruiet minori, Iacob dilexi, Eſau odio hobui, Non ex operibus, ſed ex voconte. Non eſt volentis, neque currentis, ſed miſerentis Dei. Miſerebor cuius miſereor. Miſeretur cuius vult, & quem vult indurat.* Argumenta Pauli nihil valerent, ſi Dei prædeſtinatio penderet ex fide, vel operibus præuiſis. *Miſericordiam conſequutus ſum, vt ſim fidelis*, non quia eram futurus fidelis, ideo ſum miſericordiá conſequutus. *Crediderunt quotquot ordinati erant ad vitā æternā*, quia ordinati erant crediderūt nō, quia crediderūt, ordinati, ſeu predeſtinati ſūt à Deo. Iuſtificatio noſtra pendet ab electione Dei, ſeu prędeſtinatione. *Quos prædeſtinauit, hos vocauit, quos vocauit, hos iuſtificauit.* At ſi prędeſtinatio pēderet à libero arbitrio, iā libero arbitrio iuſtificaremur.

Electio Dei & hominum diuerſo modo ſe habent. Homioes eos diligunt, & eligunt, in quibus virtutes aut aliquid boni deprehendunt. At Deus in hominibus nihil boni poteſt reperire, quod ipſe in eis non poſuerit. Vnde ſi elegit, quos vult in Chriſto, ipſi non habent ex ſeipſis, vt ſint in Chriſto, ſed à Deo ipſo id ſunt habituri. Quáobrē eſſe in Chriſto, nō eſt ratio & cauſa prædeſtinatioois, ſed effectus.

Chriſtus eſt primus, & præcipuus effectus prædeſtinationis, illum dedit Deus, vt prædeſtinatos per eum ſeruaret. Per illum enim ceu per canalē cætera effecta prædeſtinationis in nos deriuantur ex Dei miſericordia.

Si penderet electio ex operibus præuiſis, nō fuiſſet Paulo tam difficile, vt exclamaret: *O altitudo diuitiarum, &c.*

Non aperitur ex doctrina prædeſtinationis feneſtra ſocordiæ, ſed potius ſollicitudini A ſtudio rectè viuēdi. Cùm enim credamūs nos eſſe prædeſtinatos, ſcimus ad bene operandū nos eſſe prædeſtinatos, & ideo ſtudeamus noſtram vocationem certam facere, & ex ingenio prædeſtinatorum viuere.

Aliquos eſſe creatos à Deo vt perireot, videtur prima fronte abſurdum. Scriptura tamen id dicit, figulum facere alia vaſa in honorem, alia in contumeliam: & Deum, Pharaonem conſtituiſſe, vt ſua potentia in eo declararetur. B Dicitur etiam tuliſſe multa patientia vaſa iræ aptata in interitum, vt ſuam iram oſtenderet Facit etiam impium ad diem malum.

Non omnes qui ſunt vocati, ſunt prædeſtinati. Dixit enim Chriſtus: *Multi ſunt vocati, pauci verò electi.* Sed contendunt vocationem eſſe vniuerſalem, & Deum omnes velle ſaluos fieri. Si intelligatur vocatio vniuerſalis, quòd in cōmuni ꝓponatur, & nemo excludatur nominatim, verū eſt. Si etiā dicatur vniuerſalis, quòd C mors Chriſti, & redemptio eius ſufficiat pro toto mundo, & illud eſt veriſsimum. Sin verò intelligatur iſta vniuerſalitas, quòd in manu omnium ſit ſitum, accipere promiſſa, nego: quia quibuſdam eſt datum, alijs non datum. Quaſi etiam non videamus, vel ipſam prædicationem Euangelij multis locis, ætatibus & nationibus diu non fuiſſe datam. Deus vult omnes homines ſaluos fieri, ſed credentes. Fidem autem dat quibus viſum fuerit. Nam iuſtè de D ſuo poteſt, quod vult, facere.

Certitudo noſtræ ſalutis inde pendet: dum enim videmus nos & vocatos, & credentes, arrham ſeu pignus certum habemus noſtræ ſalutis, ſpiritu Dei teſtimonium perbibente ſpiritui noſtro, quòd ſumus filij Dei, attamen ſenſus vocationis, & fidei noſtræ, prædeſtinationis eſt indicium, non cauſa.

Vt prouidentiā, ita etiam prædeſtinatio nullam coactionem aut violentiam infert humanæ voluntati. Quicquid enim agimus ſpontè, B & vltrò agimus.

PROPOSITIONES AN DEVS SIT CAVSA ET AVthor peccati.

SCIO me traduci, quòd faciā Deū cauſā & authorē peccati, quod non eſt verū, vt liquidò patebit. Sed meo doctrina tantùm ſum conatus exponere, quomodo ſcripturæ ſint intelligendæ, quando id videntur aſſerere. Quomodo itē Auguſtinus, qui dixit, Deū inclinare voluntates hominum, tum ad bonum, tum ad malū: quo etiam pacto accipiendi ſint Zuinglius & Oecolampadius, alijque doctiſſimi viri, profeſſores Euangelij cum hoc aſſerere videntur.

HVMANI peccati cauſam pono voluntatem, ſeu liberum arbitrium primorum hominum, qui ſpōtè lapſi ſunt, & ſuggeſtioni diabolicæ potius, quàm præcepto Dei paruerunt: à quibus poſtea in omnes poſteros traſfuſum eſt originale peccatum. Quare habemus in nobis ipſis ſatis vitij, atque corruptionis. Vnde ad peccandum non inſtillat nobis Deus nouam malitiam, neque prauitatem immittit. Noſtras itaque voluntates cauſas facio peccati, non Deum.

Sed ſcriptura dicit ad Romanos: Deum E
thoicos tradidiſſe in reprobum ſenſum, & in affectus ignominioſos. Et 2. Samuelis dicitur, Deum incitaſſe Dauidem ad numerandum populum. Et in eadem hiſtoria dixit Dauid: Iuſſiſſe Deum Semei vt male diceret Dauidi. In eodem libro capite 12. dixit Deus Dauidi per Prophetam, *Tollam vxores tuas, & dabo proximo tuo, qui dormiet cum eis. Tu feciſti in abſcondito, ego verò coram vniuerſo populo Iſraelitico, & coram ſole ipſo.* Dicitur ab alijs, has loquutiones referendas ad promiſsionem, quod ego ſimpliciter non renuo: quia Deus ſi voluiſſet hæc mala, potuiſſet impedire. At impedire noluit. Verū

addu, uon eſſe poneudam talem permiſsiunẽ.
qua Deus aſſeratur ſic otioſè agere, & à gu-
bernatione rerum diſcedere, vt circa ipſa pec-
cata nihil faciat.

Primùm aliquibus hominibus dona & gra-
tiam ſuam aufert, quòd illa ſint abuſi: qua ſub-
mota gratia, & quidem iuſtè, in pœnam præ-
cedentium peccatorum, homines illu auxilio
deſtituti labuntur in grauiora. Deum autem
gratiam ſuam interdum ſubducere, Dauidem
non latebat, cum aliquando diceret: *Ne auer-*
tas faciem tuam à me. Spiritum ſanctum tuum ne
auferas à me

Secundò, punit Deus peccata peccatis, vt
patet ad Rumaoos, & in locis iam allatis: pec-
cata verò quatenus pœnæ ſuut, ad iuſtitiam
pertinẽt, & ratiunem boni habent. Quare De-
um non dedecet, ita per peccata, præcedentia
peccata punire.

Tertiò, peccata ipſa regit & gubernat, non
enim ſinit graſſari, quantum mala hominum
voluutas cupit. refrenat, cohibet, uec ſinit in
quoslibet ſæuire, atque omni tempore. Diri-
git etiam ea ad ſua conſilia perficienda: nimi-
rum ad pruba iouem iuſtorum, & ad flagellau
dos impios, & conſimilia.

Quocirca ſcriptura dicit, ſænos & crudeles
tyrannos eſſe in manu Dei, vt baculos, malle-
os, & ſerras.

A Quartò, Deus immittit aliquas occaſioues,
quæ ſi iuciderent in bonos homines, prouo-
carent eos ad boua: quia verò in malos inci-
duut, eorum vitio arripiuntur in malam partẽ,
& fiunt occaſiooes peccati. Ita Paulus dicit:
Per Legem actum peccatum: & verba Dei per
Moſem dicta Pharaoni, ei fuerunt occaſiu de
promẽdi ſuas blaſphemias, & animi duritiem.
Quod futurum Deus vidit, nec tamen verbum
ſuum repreſsit, cùm Pharaouem ſciret illu red
B dendum deteriorem, qui tamen in ſe ipſo ma-
litiam habebat, non illam à Deo accepit.

Quintò, cum peccati defectus uon inſit ni-
ſi humanis actionibus, quæ priuantur decen-
ti rectitudine, ipſa humana actiu non poteſt ſu
ſtentari, conſeruari, & cieri ſiue communi in-
fluentia Dei, qua cuncta regũtur & ſeruantur.
Nam verè dictum eſt: In Deo nos eſſe, viuere
& mueri. Defectus ergo, qui propriè pecca-
tum eſt, uon procedit à Deo: ſed actio, quæ res
C naturalis eſt, in qua defectus hæret, non po-
teſt ſine communi influentia Dei elici.

Hæc ſunt quæ ego dixi, Deũ agere ſua Pro-
uidentia & gubernatione circa peccata, quam-
uis peccatorum non ſit vera & propria cauſa.
Qua interpretatione rectè iotelligere poſſu-
mus, quid ſibi velint illæ Scripturarum loquu
tiones, & Patrum dicta: quibus Deus cauſa
vel authur peccati fieri videtur.

ORATIO SIVE CONCIO EX SECVN
DO CAPITE MALACHIAE DE VTILI-
tate & dignitate ſacri miniſterij.

CVM viſum fuerit, optimi Viri, &
in Chriſto Ieſu fratres chariſsimi,
vt in hac pecuniarum diſtributio-
ne ad vos couſolandos & excitau-
dos oratio haberetur, vt quemadmudum nun-
nihil relauatur externa corporis inopia, ſic a-
nimi ad perſequendum ſacra ſtudia vobis ad-
dereutur, ad me ventum eſt, qui tameſi non de
ſtituor voluntate obſequendi honeſtis & iu-
ſtis poſtulatis, ea tamen penè iam deficere ſen-
tio, quibus vos ad id ſtudium, quod Eccleſiæ
maximè neceſſarium eſt, cuhortor: cumque
ſum ingenio parum promptus ad inuenien-
dum, tum quòd hic & in Schola de hac eadem
re ſæpius dixi. Et vt omnia hæc nihil mihi ob-
ſtarent, certè parum habui temporis ad cogi-
tandum, nun tantùm propter breuia horarum
ſpatia, ſed propter vehementem animi ægritu-
diuem, ex triſti & immatura morte ſereniſsimi
nuſtri Regis contractam. Attamen vt quę De-
us voluit ſuppeditare, huic officio non ſubdu-
cam, paucis quod mihi ſe offert vobis de pro-
mam. Annuat Chriſtus, vt quæ ad eius glori-
am & veſtrum commodum ſum dicturus, o-
ptato fructu non careant, cuius mihi ſpem nõ
paruam faciet veſtra beneuola & diligens at-
tentio. Video hanc eſſe precipuam cauſam vi-
ri fratres, qua plerique à ſtudio ſacrarum lite-
D rarum & à miniſterio Eccleſiæ reuucantur:
quòd hoc muuus & parum fructuoſum, & vt
hodie ſuut res, deſpicatum exiſtimeot. Ideo-
que humanum ingenium, quod vtilia & ſplen-
dida expetit, à perfecta cugnitiune Scripturæ
diuinæ refugit, quaſi ſit effœta & infrugifera:
necnun miniſterium Eccleſiaſticum repudiat,
quòd nulla fermè dignitas, uullus huuor uul-
laque amplitudo in eo cernatur. Propterea cũ
in hoc ſumma & cardu huius cauſæ verſetur,
vt duo vobis exponam, fore operæpretium ar-
E bitror. Primùm, & ſumma commoda, & exi-
miam dignitatẽ in ſacra functione ineſſe: De-
inde, miniſtrorum abiectionem & deſpectum
longè alias habere cauſas, quàm ipſis naturam
& proprietatem, quas miniſtri ſi cauerent, &
fœlices eſſent, & in magno pretio ac æſtima-
tione procul dubio haberentur. Hæc duo ſi
plana fecero, authoritate pręſertim verbi Dei,
nil amplius erit cauſæ, quin lubenti & alacri a-
nimu iſtud munus, ad quod vocamini, obire
deſideretis. Quamuis autem in diuinis literis
multa ſint quæ ad hoc inſtitutum uon parum
conducant, tamen hoc tempore ſecundi capi-
F tis particulam prophetæ Malachiæ interpre-
tandam mihi ſumã: *Et ſcietis quòd miſerim ad vos*
mandatum illud, vt ſit fœdus meum cum Leui, dixit
Dominus exercituum.

Pactum

Pactum meum fuit cum eo vitæ & pacis: & dedit ei timorem: & timuit me, & à facie nominis mei pauebat. Lex veritatis fuit in ore eius, & iniquitas non eſt inuenta in labijs eius: in pace & in æquitate ambulauit mecum & multos auertit ab iniquitate. Labia enim ſacerdotis cuſtodient ſcientiam, & legem requirent ex ore eius: quia angelus Domini exercituum eſt. Vos autem receßiſtis de via & ſcandalizaſtis plurimos in lege: irritum feciſtis pactum Leui, dicit Dominus exercituum. Propterea quòd & ego dedi vos contemptibiles, & humiles omnibus populis, ſicut non ſeruaſtis vias meas, & accepiſtis faciem in lege, & c.

SAcerdotibus dicit Dominus, hoc ſuum fu- A
iſſe iam inde ab initio conſilium, vt fœdus
inter ipſum & Leui, hoc eſt, ordinem ſacer-
dotalem firmaretur, & cum quicquid eſt fructꝰ
& vtilitatis in ſacerdotio, primis fermè verbis
comprehendatur, illa quæſo attentè mecum
ponderate. *Fœdus cum eo*, inquit, *fuit vitæ & pacis, dedi ea ei, & c.* Hic de vobis ante omnia velim au
dire, quæ nam vt extrema & ſumma finis deſi-
deretur. Scio dicetis fœlicitatem optari, At illa
ni vehementer fallor, in duobus maximè conſi B
ſtit. Primùm, vt nullum honeſtum bonũ, quod
faciat ad nos perficiendos & ornandos, deſit:
quia nunquam placatus eſt animus noſter, idẽ
qua nonquam acquieſcit, niſi cumulum bono-
rum omnium ſit adeptus. Hoc autẽ nunc Deus
nomine pacis complectitur. Hinc Hebræi cùm
aliquẽ ſaluare iubent, inquiunt, שלום לך pax
tibi, quemadmodum vt Euangelia teſtantur,
Chriſtus hoc nomine plenam ſalutem precaba
tur ſuis, dicens, Pax vobis, & Apoſtolis iuſsit, vt C
domum quamuis ingredientes, illico dicerent,
Pax huic domui. Cùm itaque Deus fœdere
quod ſanxit cum Leuitis, pacem polliceatur,
vos ipſi iam intelligitis, quid ſibi velit, cumulũ
ſanè bonorum omnium, copiæ cornu Leuitis
promittit. Alterum caput eſt fœlicitatis, vt non
ſit volatica, ſed firma & conſtans, bona enim
poſsidemus, quo videntur plenè bona, ſi facilè
auferri poſsint. Vt igitur de ſui propoſiti ſtabi-
litate Deus illos certiores faceret, adiecit, vitæ, D
vt non tantùm ſcirent ſe pacem habituros, ſed
etiam victuros in ea. Proinde cùm has promiſsi
ones Deus voluerit ſacerdotio annexas, perſua
dere vobis poteſtis miſterium rem inutilem, eſ
fœtam & infructuoſam eſſe? Credant hoc alij, at
qui rationem ſummæ fœlicitatis intelligit, in tã
alienam & abſurdam ſententiam non diſcedet
Quid igitur noſtra caro conqueritur? Profectò
qui ſumma fœlicitate non eſt contentus, nil ali-
ud inuenire poterit, vbi acquieſcat. cuius hîc nõ E
expletur auiditas, nuſquã alibi ſatiabitur: Qui
non ſeipſum hîc affatim impleuerit, quocunq;
ſe conferat, vacuus erit & inanis. At pro tanta
commoditate nobis vt audiſtis promiſſa, quid
viciſsim Deus pro ratione fœderis poſtulat?
Decentem erga ſe honorem ac obſeruantiam,
quæ loquutione Hebraica timorem appellat.
Et dedi ea ei ob timorem, & timuit me, à facie nominis mei ipſe contritus, & c. De Phinees Eleazari filio
loquitur: etenim cum illo ictum eſt fœdus, & F
talia tum temporis ad eũ dicebantur, ſed quiſ-
qua noſtrùm ſibi dictum putet: Deum præ o-
mnibus rebus obſeruet & reuereatur, eius mã-
data perpetuò ſpectet, nunquam Lex eius ani-
mo excidat, horreatq; pauore horribili vel mini
mũ eius præceptũ violare, & ſi quid in iſta com
miſiſſe vnquam ſe videt, id ſumma ægritudine
animi & maximo dolore deteſtetur. Hæc quo
ad integritatem vitæ debet eſſe miniſtri prima
cura, ſibique mutuò hę duę fœderis partes, re-
ſpondent: Vitam & pacẽ pollicetur Deus, nos
viciſsim cultum reuerentiam, timoremq; illi
ac eius voluntati præſtemus.

Verùm quia de vtili & commodo ſatis eſt di
ctum, iam de ſplendore ac dignitate videamus
Lex veritatis fuit in ore eius, & iniquitas non eſt inuenta in labijs eius: in pace & in æquitate ambulauit & multos auertit ab impietate. Quia labia ſacerdotis cuſtodient ſcientiam, ac Legem requirent ab ore illius quia angelus Domini exercituum ipſe, & c. Si cogno
ſcere volumus, quid magnificentiæ ornamen
ti ac decoris miniſterio ſacro Deus affixerit, po
ſtrema oraculi recitati ſpectemus: *Quia angelus Domini exercituum ipſe, & c.* Si hominem eſſe ac
non brutum, præclarum Dei eſt donum, ita vt
Deo nonnulli etiam Ethnici de eo gratias agen
das putarint: & inter homines præſtare, ſi adeò
eſt glorioſum, vt ad id omnium fermè ſtudia
collimẽt, iam id citra controuerſiam, omnem
vincet nobilitatem & excellentiam, ſi non homi
nes, verùm Dei angeli eſſe cognoſcamur. Non
eſt vulgare munus, alicuius Principis legatum
eſſe, multò ſplendidius ab inſigni Rege mitti,
ab Imperatore adhuc honorificentius, Dei ve-
rò & Chriſti nomine, vt Paulus dicebat, legatio
ne fungi, eſt incomparabilis dignitatis Quan-
tum cœleſtia præſtant mundanis, tantum an-
gelum Dei eſſe, omnes huius vitæ antecellit
honores.

Proinde huius vocationis & commoda &
amplitudinem audiuiſtis, reſtat vt officium ex
ponamus, quod ipſe debemus exhibere, quò
tot & adeò pręclaris donis nõ ſimus dedecori,
Labia ſacerdotis, inquit, *cuſtodient ſcientiam, & legem requireat ab ore eius, & c.* Ante omnia id curá
re debent, vt ſacrarum atque adeò diuinarum
rerum ſint periti: hoc verò nunquam conſequẽ
tur, niſi nocturna manu & diurna, diuina ora-
cula euoluant. Neque ſua caret emphaſi, quód
ſcientiam cuſtodire dicitur miniſter, & quidẽ
labijs. Hæc enim cuſtodia primùm in in eo ſitá
eſt, vt videat ne quod illi aliquando mendaci
um excidat, deinde vt quæ docet ex ſacris lite-
ris, non mutet, ſed conſtanti fortudine tueatur
non quidẽ carnis, (hoc enim magiſtratus eſt)
ſed labijs, hoc eſt, certiſsimis rationibus è fonti
bus & ſacrario diuinarum literarum petitis. Ad
hęc, quoniam non ſibi ipſi tanta notitia, verùm
alijs paratur, oportet miniſtrum de omnibus,
quæ ad ſalutem attinent, & poſſe & velle reſpõ
dere. Sunt enim aliqui de religione haud peſsi-
mè ſentientes, quique docti ſunt, & diuina-
rum literarum profectò nõ imperiti, ſed ea quę

nooerunt, aut nullo modo aot malignè communicant. Sed angeli qui deſcribuotor à Propheta, non ſuot eiuſmodi, quooiam ex eorom ore Lex Dei reqoiritur. Suo igitur iſti fungantor munere, vt voluntatis Dei ſint ioterpretes: aut Eccleſię miniſtri, vel vt Propheta loquitor, aogeli Domini eſſe deſioant. Illi ſanè, vt non diſcedamus ab humaois, Iuriſconſulti dicuntur, qui reſpondent de iure aciora interpretantur: propterea & iſti cùm ſint diuinarom Scripturarum conſulti, & de illis debent reſpondere, ac eas Chriſti populo interpretari. Hooorem angelorum vt audiuiſtis, Deus nobis pollicetur iore fœderis, at requirit viciſsim, vt ſimus diuioi verbi ſtudioſi, ac eios benigni & liberales interpretes, vbi & quādo à nobis requiritor. Reqolritur autem cùm Dei plebem videmus indoctam, famelicam, atque adeò prę macie deficieotem, & prauis peruerſisque opinionibos vndique infectam. Quod licet hactenus acciderit ſæpius, & etiam in alijs locis facilè vſooeniat, hodie attamen & Oxonij præſertim, qoot quot præ doctrinæ ſtudio flagramus, magno noſtro dolore ſentimus. Hic plebs adeò imperita eſt, vt Euangelium fabula eis videatur. Hic à Paſchali ſolennitate vſque ad hunc diem, nullæ publicæ conciooes habitæ ſont. Hic tam omnia ſont exhauſta ſucco porioris & ſyncerioris doctrinæ, vt vel ipſi fontes areſcant & ſqualleant. Hic vt omnia fermè ſoperſtitioſis & peruerſis dogmatis, infecta ſiot vtut diſsimuletor à nobis, res ipſa cælari non poteſt. Quot obſecro ſunt io iſta cioitate collegia (dicant & fideles & pij eleemoſynarum diuiſores) quæ nec vnum quidem poſſont aut volunt dare pietatis Eoangelicæ profeſſorem; ac prædicatorem? Nónne qoi hie ſunt ſapientes, cogitare apod ſe deberent rempublicam, Eccleſiam, magiſtratus, ita eſſe dicturos: Haoc vtilitatem ex tot impenſis capimus? hune fructū colligit reſpublica ex liberali ſumptoom & rerum neceſſariarum ſoppeditatione? Hoc in his locis Euangelij publicè recepti ſtodiom ſentimos? Hanc diligeotiam paſtores & præfecti adhibent, vt regię maieſtatis, pios conatos, adiuuent? Quid obſecro, aliod eſt, quàm multos latitantes pietatis hoſtes & ſerpentes venenatos in ſinu educare? Nec podet interea tantùm mittere pueros, qoi ſtipem eleemoſyoarum accipiaot, qoos illi ſcilicet ad impietatem poſtea pro arbitrio ſoo domi forment? Nec aliqoi contenti fuerunt male ſentire, ac oolle pietatis propagationem iuuare, ſed oon iudicarunt animo ſuo factum ſatis, niſi accedereot, & pro ſe & pro collegis teſtarentor, oolle propoſitam veritatem admittere. Quis aliquem ad iſta cogit? quis vllam violentiam affert? qois ad bene ſeotiendom vel Eoaogelica dogmata profiteoda quenqoam compellit? Cùm itaque de his conqueri oequeaot, cur vltro atqoe palàm virus atque peſtem animi ſoi produnt? Profectò ex his gregib. non habemos oec expectamus, niſi Deꝰ ἀπὸ τῆς μηχανῆς, vt dicitur, pręſto adſit, qui iuxta Prophetæ ſententiam, aſſeruent & cuſtodiant diſciplioam ſuis labijs, & à quorum ore

A Lex Dei requiri & exigi queat.

At ne iſta poſci à Deo abſque vllo exemplo conqoeramur, ea præſtitiſſe Phinees, vel, vt Hebræi dicunt, Pinhas, affirmat noſter Malachias, *Lex veritatis fuit in ore eius, & iniquitas non eſt inuenta in labijs eius, in pace & in æqaitate ambulauit mecum, & multos auertit ab impietate, &c.* Primùm doo refert, quibus antiquiſsimi illi ſacerdotes fuerunt ornati. quo enim ad doctrinam & ad prædicationem, ſynceri fuerunt & veraces. Ni-
B hil enim in dogmatibos & in iodicijs ioentiebantur, oihil ſecos ore proferebaot atqoe animo ſentirent, & deniqoe nollum perſonarum reſpectum habuerunt, iſti vnum, illi verò aliud dicendo ſed omnia omnibus, & vbique ſynceriter tradebant. Deinde quod attinet ad conuerſationem & vitam, pacem habuerunt, nimirum per fidem iuſtificati. nam hinc eſt pax & tranquillitas erga Deom in conſcientia. Deinde additur, *In æquitate*, ſiquidem illa iuſtificatio
C in cordibus eorum non fuit ſterilis, inanis & effœta: ſed fructos dabat copioſos, qoi vel ab ipſis hominibus, modò æquitate vellent eos æſtimare, poſſent approbari. Hoc verò eſt non tātùm pora doctrina, ſed etiam innocentia vitæ prædicare. Et ad iſta quid tandem cooſequatur, noſter Propheta non tacet, *Et multos auertit ab impietate.* Hoc reuera eſt fœliciter piſcari homines, locrifacere Chriſto commiſſas plebes, & agrum humanorum pectorum colere, ac vtili
D fructuoſoqoe implere ſemine. Armis, inuentia hominom, ſuperſticioſis ceremonijs, voctionibus, tonſura capitis, & characteribus ordinum hæc noo perficiuntur: ſed exemplo ionocentis vitæ ac pora doctrina, ad Deum trahuntur homines, & vt priſtinas impietates deſeraot perſuadentur. Proinde miniſtris haud ſatis eſt ſcientia pia & ſana pollere, non ſufficit integris & probatis moribos viuere, niſi homines ad Deum conuertere ſtudeant. Hæc etiā Chri-
E ſtus ab Apoſtolis requirebat, ſi Euangelia conſulamus. Hæc Paolus ad Timotheum, ad Titū & fermè in omnibus Epiſtolis prædicat, modò velimus aodire: neqoe in veteri Teſtamento aliod adombrarunt ſacerdotum veſtes. In pectore fuit Vrim & Thomim, quod eſt illuminatū & abſolutum ſeo perfectum, qoia ſplēdore doctrinę volebat Deos vt eſſeot illuſtres, deinde vt vitę iotegræ ac moribos purgatiſsimis. In fimbrijs erant etiam tintinabula: quoniam ſo-
F nare io Eccleſia & audiri eorum ſenteotiam oportuit: & quia id curandū erat, ne fieret bombo irrito & vano ſtrepitu, adiongebantur tintinabolis malogranata, fructus ſanè dulces & pulcherrimi. Vtque intelligerent, ſibi onus impoſitum trahendi homines ad Deum, in humeris & pectore nomina duodecim tribuum geſtabant inſculpta. Poſtremò verò Dei, cuius legati erant, nomen ſaoctiſsimum in cidari ſcriptum circumferebant. Ex his omnibus vos fa-
G cilè, ſi cordati eſtis, commoda & dignitates minoiſterij ſacri poteſtis colligere.

Nunc verò ne plos æqoo io hac parte vos detineam, recitabo paucis quo noſtro vitio fiat, vt ordo Eccleſiaſticorum, ſuis careat commo-

ditatibus

ditatibus, & vulgo tantopere ſit deſpicatus. *At vos declinaſtis à me &c.* Eſt ac ſi diceret, Da me ne conqueramini, veſtra eſt culpa, qui pactis & fœderibus non ſtetiſtis, ideirco vos honoribus & vtilibus emolumentis expoliaui. Sal eſtis infatuatus, propterea foras eijciemini & calcabimini. Eſtis lucerna ſub modio, propterea obſcuri & ignobiles habemini. Non ædificatis in monte ciuitatem, vt veſtra bona opera ſint omnibus conſpicua, ſed in profundiſsimis vallibus, vbi ædificia limo & cœno cupiditatũ vndique fœdantur. Vos igitur hæc accerſiuiſtis mala, ſic veſtrorum commodorum iacturam facitis, hoc modo dignitatem & amplitudinem ordinis huius ipſi abiecistis. *Et ſcandalizaſtis plurimos in via, &c.* Qui homines debebatis ad Deũ trahere, tum peruerſa doctrina, tum exemplo corruptiſsimæ vitæ, tum etiam ſuperſtitioſis ritibus, alioqui benè currentes à curſu reuocaſtis. *Corrupiſtis pactum Leui dicit Dominus exercituũ, &c.* Conditiones & pacta fœderis vtrioque dabuerunt eſſe ſalua, diſpiciamus vter noſtrũm aut cooſeruarit aut feſellerit datam fidem? Ego vt promiſeram, veſtris maioribus pacem & vitam dedi, longæuo quippe tempore in magna gloria & fœlici rerum ſucceſſu vixerunt. Ille quippe Phinehas cum quo fœdus pepigi, vitam extraxit admodum longæuam: nam vt in libro Iudicum habetur, fuit adhuc ſuperſtes quando Iſrael vniuerſæ tribus contra Ben a min geſſerunt bellum. Et ſi Ioſepho credimus, ab Aarone vſq; ad templi Salomonis fabricam 13. tantum habuit illa gens Pontifices, atque omnes eiuſdem ſtirpis, nimirum Aharonicę. Interceſſerunt autem anni propemodum 500. Et quam hibiti ſint vt angeli Dei, nemo iure poteſt obijcere. Propterea Deum fateamur eſſe fidelem, cuius verba æquitate & veritate firmiſsima æternum manent. Satis itaq; probatos eſt & euidens diuinæ fidei candor. Verũm ex altera parte inquit: Vos pactam corrupiſtis, quibus id tantũm ſatis fuit, & id pro ſummo extremoq; veſtro bono duxiſtis, vt ſaluæ manerent ſuperſtitioſæ cerimoniæ, tituli ac prouentus: at veritatem, ſcientiam, æquitatem & miſericordiam cordi non habuiſtis: lapſos tantũm abſuit vt reduceretis & erigeretis, vt ſtantibus & euntibus impedimento fueritis. Meos angelos, hoc eſt, Legatos non præſtitiſtis, imò potius aduerſariarum poteſtatum, mundi tenebrarum & ipſius Papæ, & cuiuſuis potius quàm meã cauſam egiſtis. Et etiam ego dedi vos contempti-

A biles. Iam cauſa eſt plana, cur Dei miniſtri ſint deiecti, iaceant in ſqualore, ſordibus, in deſpectu fermè omnium & ab omnibus videantur ludibrio haberi. *Eò quòd vos non ſeruaſtis vias meas, &c.* Non vitio detur ordini veſtra calamitas, quaſi eius hoc ſit ingenium & natura, omnia enim quæ creata ſunt, eas habent proprietates, quas verbum Dei eis affixit. Quare illas cùm videamus in cæteris rebus fideliſsimè conſeruari, an ſacrum miniſterium, quod inter Dei

B ordinationes adeò eminet, accuſari iure poterit, quòd à priſtinis & præclariſsimis conditionibus, aut ſuo aut Dei vitio exciderit? Longè ſecus hic accidiſſe dicitur, *eò quòd vos non ſeruaſtis vias meas. & accepiſtis perſonas in lege, &c.* Quid eſt obſecro fratres chariſsimi, perſonas in lege ac verbu Dei adminiſtrando accipere? niſi ſui ipſius eum primis in ſacra functione rationem habere? cauere quàm maximè ne ſuis commo-

C dis, dignitatibus & partis opibus malè conſulatur? Videre ne diuites, potẽtes, nobiles & ſummates offendat? Proſpicere ſomma cautione, vt partes & ſuperſtitioſæ opiniones, quas arripuerunt ſemel defendendas, obtineant? Valeat potius veritas (inquiunt) ſcriptura traditionibus & inuentis hominum ſubijciatur. Maieſtati ſeu tyrannidi ſacerdotali verba Dei ſeruiant. Religionem verò non oracula cœleſtia diuinarum literarum, ſed noſtræ potius volunta-

D tes moderentur: Hoc ſanè dicit Propheta, imò Deus in eo, & accepiſtis perſonas in lege; quod non fecerunt Apoſtoli, & ſanctiſsimi Eccleſiæ proceres, qui optimis eius temporibus vixerunt. Atque adeò tempore Moſis & Aharonis, Leuitæ à porta caſtrorum vſq; ad portã armati tranſiuerunt, non patri, non matri, non fratrib. non liberis parcẽtes, & ob id ſuas manus in eo dicuntur conſecraſſe. Nũc itaq; fratres vos obſecro & obteſtor per nomen Domini noſtri Ie-

E ſu Chriſti, vt quotquot vel iam ſuſcepiſtis, vel aſpiratis ad ſacrum miniſterium, illud non tanquam rem inutilem & ſordidam ſpectetis. Quę ſint eius dignitates, commoda & pacta diligenter inſpicite, ſtetis vos propoſitis conditionibus, & de fide Opt. Max. Dei & Seruatoris noſtri Ieſu Chriſti nil ambigatis. Eſt enim verax, conſtans & firmiſsimus in ſeruandis quæ promiſit. Cœlum & terra peribunt, verba autem

F mea non diffluent, ait Dominus. Atque hæc vobis maioribus de ſacro miniſterio dicta ſunt. Nunc ad minores & pueros nonnihil eſt, vt cenſeo, deſcendendum.

EXHORTATIO IVVENTVTIS AD SACRARVM LITERARVM STVDIVM.

VOBIS optimi auditores hoc ſtudium, quo frequentes conuenitis ad audiendam ſacrarum literarum interpretationem, gratulor, neque id immeritò facio, quandoquidem iſta voluntas à carne, à ſenſu, à natura minimè proficiſcitur. Eſt, mihi credite, data diuinitus è cœlo inſtillata, & à numine S. Spiritus cordibus veſtris afflata. Etenim cũ lex ſit ſpiritualis, & mandatũ ſanctũ, iuſtũ, ac bonũ, vt Paul. prædicat, & nos è diuerſo mali, corrupti, prorſusque vitiati, fieri non poteſt, quin Dei ſermones, legem atque ſcripturas inuiſas habeamus.

G Vnde quotquot Chriſti ſpiritu non fuerint in

ſtigati,& ab ipſis reſugiont,& illas odio grauiſſimo perſequuntur,oon quidem earom vitio, ſed ſua culpa. Popolus ille Iſraeliticos, quia prauus erat & io infidelitate perpetua iam obduruerat, ſaoctum Moſen non ſolùm exoſom habuit, ſed illum noo ſemel interimere lapidibus conatus eſt: quod apud eam gentem extremum ſupplicium erat,quo malefici plectebantur, Noo poteſt diei quam grauis, moleſtus & & odiuſus vir ille vniuerſę multitudioi fuerit, cùm reuera placidus, amabilis & ſuauiſsimus eſſet,vt quem Deus omnium hominum mitiſſimum atque maoſuetiſsimum prædicarit: co ios teſtimonium ille verum en probauit, quòd pro his ardentiſsimas preces Deo exhibuit, apud quos iouidia infinita & odio immenſo videbat ſe flagrare, ſeq́ue potius ex libro vitæ cupiebat expungi, quàm illos extremas pœnas daro vt merebantur. Quamobrē planum eſt, ioiuria, nec vlla ſua culpa eum à populo fuiſſe tantopere odio habitum. Non autem mihi videor ineptè facere,qui Moſi Dei Prophetæ lectiſsimo ſacras literas conferam, quandoquidem illis par eſt cooſiliom & commuoe inſtitutum: vt enim Moſes ad repromiſſam terram tanquam ad portum omnium laborum ſuſceptorum addocebat,ita dioioa ſcriptura,credētibus ad ſupremam fœlicitatem iter aperit, eoſq́ue dogmatum ſententias & morum pręceptiones docet, quæ à Paolo (vt exiſtimo) καλὴ παρακαταθήκη ouncupātur. Quid eoim pulchrius eſſe cogitare poſſumus, Dei cognitione, & clementiſsima eius volūtate,qua nos per Chriſtum ſeruare decreuit: hæc ſacris literis conſignata ſunt, & apud eas ad noſtros quotidianos vſ9 depoſita. Idcirco requiritur, vt ſi quod io nobis eſt Dei cognoſceodi ſtudium, ſi qoa noſtræ ſalutis cupiditas, vt hoc inſigne depoſitum omni cora, diligentia & vigilantia obſeruemus,ne rapiatur, vitietur, vel tenebris ploſquam Cimmerijs ſupprimatur. Suot multi à quibus & obſidetur & oppugnatur. Illud Phariſæi ſumma hypocriſi obfuſcant, Sadducæi opiniooibos Epicuri quaotum poſſunt demoliuntur. Centauri Papiſtæ ſuis traditionibus atque decretis vinctū, & captiuum oiſi caueam9 abdocent. Demom cyclopes,huius mundi tyranni,perſequotione,vi atque crudelitate dilacerare nituntur. Quare occurrendum eſt,& aorum blaſphemijs, contumelijs, & iniorijs reſiſteodum. Eam ramen cautiooem adhibere oportet,vt iſtorum conuitijs & maledictis,quę obiectant, oihl ex ooſtro capite ooſtrâoe ſententia reſpondeamus: Quicquid ab eis dicitur ad nuſtrum ſenatum referamus, in ooſtro conſilio deliberandum prepooamus. Id autem cōſtat Moſaica lege,S. hiſtorijs,hymois Dauidis, Iobi & Salomonis prudētiſsimi inſtitutiooib. vaticioijs Prophetarum ſaoctis Euaogelijs. & Epiſtolis apoſtolicis. Hoc noſtrum eſt armamētarium. Hinc tela, hioc ſcuta & omnem noſtræ militiæ apparatum petimus. Quòd ſi harum ſentētiarum atque ſenatus conſultorum hactenus fuiſſem9 religioſi ac ſancti cuſtodes,

Moſis & Scripturæ cōparatio.

A non tot mendacia, ſoperſtiiiones & aboſus in religionem fuiſſent admiſsi. Cœpit humaoa prudētia,vt ſolet,nauſeare ac faſtidire ſacras literas,quaſi iam eam tęderet man & panis è cœlo dati,& ſanctam ſcripturam adeò tenuem & ſimplicem exiſtimauit,vt vno iacto ocoli,vnoque ſpiritu totaio valeret ſtatim conſequi: ſatis eſſe putauit ſemel perlegere, & ex guſtu voius aut alterius libri tōtam eius dignitatem exiſtimanit, ſepoſuit,& alibi quoque inquiren-

B dam ſapientiam decreuit. Neque potuit animaduertere quammultiplex & varia ſupellex doctrinæ atque ſcientiæ vel in vna ſententia, & ſæpenumero voce ſacrarum literarum iouenıator. Nulli rhetores huius mondi haboerūt vnquam tot ornamenta, figuras, tropos, colores & formas ac rationes dicendi, quot vſos eſt ſpiritus ſanctus in vna eademq́ue re infinitis modis tractanda. In nolla humana facultate tanta eſt rerum copia & varietas, atque in

C Dei ſermooibos, in quibus nemo vnqoam eſt ſatis doctus,nullus omnia videt. Quæ ibi continentur cognoſcimus, verùm ex parte: multa ſibi reſeruauit ſpiritus ſaoctus adhoc ibi clauſa,vt nos vſque ad orbis conſommationem diſcipulus habeat. Oſtendit quædam ſubinde vt oos alliciat, vtq́ue afficiat animos legentium, aliqoa tradit. Sed noo eſt io terris tanta herbarum, florum, plantarum & fructoom varietas, qoanta eſt in ſacris literis diuinorum ſenſuum

D copia. O ſi perſuaſum haberemus eos dioinos ſermones eſſe aurom, argentum, ſmaragdos, Saphiros, pretioſiſsimas gemmas & mel ſuauiſsimum,nullos ab eis vnquam aoelli ſe pateretur. At diuinam ſcripturam eſſe amabilem ſoper aurum & topazium, vehemeotius deſiderandam lapidibus pretioſis, dolciorem melle & eius ſauo, Daoid cecinit,qoi perpetuò in ea verſabatur: Quem qoiſque voloerit imirari, ſioe ingrediatur,ſiue egrediator,feliciſsima paſ-

E cua inueniet. Sed præoideo quid aliqui ſint oppoſitori, eas propter obſcuritatem atque diffi cultatem oon eſſe ſatis, ideo potios in Patrum lectiooe ſudandom,qui eam ſont interpretati, & dilocidè tradiderunt,qoæ illic obſcuriſsimè habentur. Hic adoerſarij noſtri ſe iactant, hinc plus quam Pompeianos triumphos ſperant. Qui tamen interim aut non vident, aut videre ſe diſsimulant, qui ſiot Patrum labyrinthi,qui

F Meandri,qoi ſiuus in eorum ſcriptis reperiantur, quam infinitū ſit omnes perlegere & quæ legeris memoria tenere. Quæram de illis, cum iociderint in patribus obſcora loca, qoid agā, qoo coofugiam? Succedēt alij patres qui priores ioterpretentur: & in eis cùm rurſos obſcuritas & difficultas occurrerit,ſobſtituentur alij recentiores interpretes, ita vt nunquam res finem ſit habitura. Et certè qood fingere videor, iam reipſa vſuoenit. Prioris ætatis patres interpretati ſont poſteriores: nam Auguſtinus

G contra Iulianum Pelagianū & alibi teſtes adducit ſententiæ ſuæ Baſilium, Gregoriom Nazianzenum, Chryſoſtomom, Ambroſiom & vetuſtiores. Ipſum Auguſtioum poſtea Gregori-

us.

us, Beda & alij q ſucceſſerũt interpretati ſont. cumque finis neque modus vllus fieret, acceſſit Petrus Lombard⁹, vt obſcura omnia perſpicua redderet. Sed quæſo vos per noſtram communem Theologiam, quantum profecit? Op⁹ illi fuit infinitis interpretibus: anteſignani cõſtituti ſunt Thomas, Scotus, & Occamus, qui nil potuerunt dicere tam ſcholaſticè, tamque (vt loquuntur) magiſtraliter, vt veritatem è tenebris educerent. Expoſitoribus Thomæ fuit opus. Caietanum & Capreolum habuit. Scoto acceſſit Zorobellus & Leſcherus: Occamo Gabriel Biel, & Gregorius Ariminenſis adiũctus eſt. Hi omnes, quemadmodum eſt perſpectiſsimum, tantum promouerũt, vt omnia tenebris oppleuerint. Quid igitur ſic prudentes & ſciẽtes errare volumus? redeamus obſecro, redeamus ad primos ſcripturarum ſontes. Ethnicus Socrates tantum naturæ lumini tribuit, vt ſi adoleſcentem quamuis imperitum iuſto interrogaſſet ordine, in quaecunque ſcientia illum ſe adducturum dicebat, vt rectè atq; appoſitè de omnibus reſponderet: & nos ſpiritui Dei qui pupillorum eſt pater & infantium magiſter, tam parum dabimus, vt ſuis ſcripturis lumine cœleſti perfuſos non poſsit edocere, quod Socrates in rebus humanis, ſuis interrogationibus ſe facturũ profitebatur? Cur vbi ſcripturarum obſcuritatis mentio fit, non in mentem venit artis nauticæ? Poteſt nauclerus prudens, ſtudio & exercitatione adiutus, tempora noſſe, quibus naues educendæ ſint è naualibus, & ventorum perplexiſſimas alioquin rationes tenet, neque min⁹ vias, itinera, ſemitas, tractus, diuerticula & compendia vaſtiſsimi maris vel noctu callet, quàm ſui oppidi vicos aut plateas. neque minus cauet ſcopulos & Syrtes, quàm nos equos, plauſtra & ſoueas. Aſueſcamus Dei ſermonibus, perpetuò verſemur in ſacris literis, laboremus in earum lectione, & ſpiritus Chriſti beneficio, quæ neceſſaria ſunt ad ſalutem, nobis erunt diſucida, directa & quàm apertiſsima. Sæpe fit vt noſtræ ignauiæ atque ſocordiæ imputetur ſcripturarum obſcuritas. Qui lapillos pretioſos in mari quęrunt, non ſedent iuxta littus & in harena pingunt, vel fluctus vel ventos numerant, ſed ſe in profundum vſque demittunt, ac vrinantes gemmas referunt, fiuntque voti compotes. Qui aurum vel argentum in venis terræ peruestigant, minimè fodiunt leuiter quæ ſunt in ſuperficie, ſed in ima & profunditates quodãmodo abyſsi penetrãt, ac demum inde aliquas auri micas colligunt. Sic ſi eandem diligentiam ac vigilantiam nos verbo Dei adhiberem⁹, quæ obſcura ſunt penetraremus. Nil eſt tam aſperum, quin aſsiduè tractando fiat leue: nil tam arduum, quin conatu ſuperetur. Vocant in ſuſpicionem illos, quòd interdum pugnent. Sed vt patres interdum à ſe mutuò diſſentiãt, nullos veſtrum arbitror ignorare. De his qui ſunt maiorum gentium, multa ſubinde, cum opportunitas daretur, vobis annotaui. Alij verò plebeij theologi ſic certant, vt clamore at-

A que conuitijs res agatur, & nonnunquam ad manus propemodum & ad pugnam veniant. In ſacris autem literis nil eſt adeò magni diſsidij; quin ſi diſcrepãtia loca diligenti attentione diſcuſſerimus facilè poſſumus reconciliare. Vultis patribus hoc arbitrium committere, vt ſacris literis præſtent, quod illi grauiter & acerbè ferunt? ſi quid probant, ſacras ſcripturas adducunt ſiquis premuntur authoritate, ad illas prouocant, & ita nobis faciendum eſſe docent.

Sacræ literæ ſæpe videntur inter ſe pugnare.

B Si alijs in rebus tantam eis fidem habetis, cur hic illis non creditis? Verum dicere ſolent, Hæretici ſcripturas habent, & ſeducunt: nos è diuerſo quoq; illis ſcripturas reponim⁹: altercamur, neque poſſumus conuenire, quis tandem ſedebit iudex? quis noſtram litem dirimet? Iam hic quoque ſe viciſſe putant. De illis attamen libenter percunctarer, quomodo primi patres egerunt, qui cum hæreticis conflictati ſunt. Illi profectò non habuerunt niſi

C ſcripturas, & illarum teſtimonijs eos confutarunt. Num hodie dicent ſpiritus vires immutatas eſſe, aut ſcripturam ſanctã immutatam? Si noſtra tempeſtate manent hæc eadem, cur non idem & nos debemus confidere poſſe fieri? Si tunc non fuerunt neceſſarij patres, cur hodie ſine illis putamus non poſſe religionem tueri? Idque potiſsimum, cùm hæretici facilè ſint dicturi, ſe nõ teneri vt omnes patrum ſententias admittant? Nolite quæſo nolite vobis

D perſuadere, patres omnia dixiſſe, quod vnus ex eis maniſeſtiſsimè fatetur Chryſoſt. ſuper Geneſim homilia 3. cùm dicit: Magna eſt enim huius theſauri abundantia & larga fontis huius vbertas, nec mireris dilecte, ſi nobis hæc accidant, etiam qui ante nos fuere, pro viribus ſuis aquas inde hauſerunt, & ſimiliter qui poſt nos futuri ſunt, idem atentabunt, neque ſic totum euacuere poterunt. Non tamen ex his quæ iam dixi, velim in me colligi odium, aut

E inuidiam concitare, quaſi patrum authoritatẽ eleuare coner, aut doctrinam eorum ex Eccleſia remouere. Non ita eſt, ſcio & ingenuè fateor me non parum in lectione patrum profeciſſe, eoſque mihi fateor ingenuè non leui adiumento fuiſſe: nam per ipſos plurima intellexi alioquin per meipſum fortaſſe nunquam penetraturus. Noui Eunuchum in curru ſcripturas legiſſe, verùm à Philippo de illis fuiſſe inſtructum. Supercilium ingens & ſuperbia eſſet

F intolerabilis, vt vnus totam ſcripturarum ſacrarum ſcientiam ſibi vendicaret. Quid hoc putaretur aliud quàm laqueis Diaboli ſe vltrò decipiendũ offerre? Hac via maniſeſtiſsimè Deũ tentaremus, videremurque ſpretis hominibus pijs ac doctis, qui nos iuuare poſſent, expectare, vt ad tertium cœlum vnà cum Paolo rapiamur. Cornelius Centurio fuit ad Petrum miſſus, vt ab eo inſtitueretur. Neque nos latere debet ſanctos viros eſſe templa ſpiritus ſancti, vnde ſolet Deus oracula ſua non rarò depromere.

G Atque dum in Eccleſia vnus alterum docet, & conſeruatur & augetur charitas. Cur obſecro nos quotidie huc accedimus? Certè vt de

ſacris literis vnà tractemus,& ideo publicè di-
ſputatur,quò nos mutuò audiamus,& vnus ab
altero diſcat. Quare mihi ſuccenſere deſinant
qui ſuſpicati fortè ſunt, quòd vel patrũ lectio-
nem,vel doctrinam à fidelibus extorquere ten
tem,non iſta quæ opinantur,dicebam, ſed hoc
dico, patres & quemcunque mortalium cum
iudicio legendos,ita vt quælibet doctrina ad ly
dium lapidem ſacrarum literarum probetur.
Neque ſi hoc egerimus, vllam patribus facie-
B mus iniuriam, imò eis nil hoc aut gratius aut
optatius,quæ eſt ipſorum pietas, eſſe poterit.
Patitur Paulus,vt ſua traditio de muliere,vt ha-
beat contectum caput, probetur: item, vt quæ
ſtatuit,vt in Eccleſia taceat, à ſpiritualibus iudi
cetur. Vnde patres quoque non dedignabũtur,
cùm ſe Paulo multò minores agnoſcant, & di-
uini ſpiritus & ſacrarum literarum examine
probari. Cum itaque diuina ſcriptura Dei no
titiam tradat, arcanum voluntatis diuinæ de
C humana ſalute doceat, arma & reſpõſiones cõ
tra impietatem affatim ſuppeditet, precioſior
ſit atque ſuauior omnibus opibus & delitijs
mundanis,clara & in rebus neceſſarijs ad ſalu-
tem perſpicua,nun ita pugnet vt componi faci-
le non poſsint eius diſsidia,ſola valeat ad hære
ticos refellendos,nec Patres omnes eius ſenſus
eruerint,demumque omnia ſint ad eius examẽ
probanda, proh Deum immortalem vos oro,
coniungamus operas,ego docendo, vos audiẽ-
D do,ſumma cum diligentia verbo Dei incumba-
mus. Theologi dicimur atque tales haberi vo-
lumus, nomini & profeſsioni reſpondeamus,
niſi pro theologis velimus eſſe patrologi. Por-
rò noſtra profeſsio requirit omnino, vt verba
Dei tractemus,qua in re Deo ſummum hono-
rem impendimus: nam reuera ſacrificamus:
preces in numero ſacrificiorum cenſentur, eas
paſsim habent ſacræ literæ: gratiarum actio-
nes hoſtia ſunt,& in ſacris literis vbique occur
E runt: Confeſsiones peccatorum & Dei laudes
victimæ Deo prædicantur gratiſsimæ,à quib.
omnibus diuina ſcriptura fermè nunquam re-
mota eſt. Ideoque cum,Deo gratia,Miſſa fuerit
ſublata,ſuperſtitioſum & deteſtandum,vt aſſe-
rebatur,ſacrificium, iſti vni toto pectore vace-
mus. His vitulis labiorum Deus capitur, & dũ
cum eo in ſcripturis loquimur,dignabitur pro-
culdubio adeſſe. Atque ſi purè caſteque, vt de-
cet, ſacras literas tractauerimus, de illis benè
F merebimur:nam detruſæ fuerunt diu in carce-
re obliuionis,vos illas aſſeratis refricando ea-
rum memoriam: iacuerunt in tenebris huma-
narum traditionum, eripite illas reſtituendo
ſuo genuino & natiuo ſenſui: oppreſſæ manſe-
runt in ſqualore ſuperſtitionum,traducite illas
vt puro ſynceroque Dei cultui patrocinentur:
Vixerunt in ſordibus vitæ contaminatæ atque
pollutæ ſacrificorum:ornate iam ipſas pulcher-
rimis ac honeſtiſsimis moribus. Hæc erit præ-
G clara victoria, hi theologorum iuſti triumphi,
ſacras literas in libertatem vindicaſſe. Neque id
facietis abſque veſtro compendio & magna vti
litate. Nam vt vos experientia docere potuit,

A cor noſtrum eſt varium, mutabile atque incõ-
ſtantiſsimũ: quo quã verò poterit firmari atq;
cõſtabiliri, niſi rei alicui firmiſsimæ innitatur?
Quid autem conſtantius aut ſolidius verbo
Dei poterimus reperire? manet in æternum,
& nulla in parte vacillat. Deinde noſtra omnia
reddentur ſplendida & fulgentiſsima. quod cũ
multis rationibus monſtrare poſſem, vno Mo-
ſis exemplo ero contentus. Is ex alloquio Dei
eum in facie contraxit ſplendorem,vt filij Iſrael
B eius aſpectum aut congreſſum ferre nõ potue-
rint. Ita vobis vſuueniet:ex conſuetudine ſcri-
pturarum diuinarum opera prodetis lucida, vt
qui ea viderint,non poſsint Patrem non glori-
ficare: verba veſtra tam erunt efficacia,vt fulgu
ra & fulmina videri poſsint, cum inſtructa ſa-
cris literis in impietatem & errores torquebun
tur: nulli (mihi credite) aduerſarij ea ferre po
terunt. In ſumma quæ fœlicitas dum hic viui-
mus haberi poteſt,ea in ſacris literis clauditur.
C Nam Dauid aiebat illum beatum, cuius volun
tas eſt in lege Domini, ac in ea die noctuque
meditatur. Quæ meditatio vt rectè à vobis in-
ſtituatur, ſcire debetis in duobus potiſsimum
ſitam eſſe: primum eſt,vt verba & ſententias,
quæ occurrunt, quàm diligentiſsimè ponde-
retis: ſunt enim fœcundiſsimæ,ac infinita pul-
cherrima in ſeſe comprehendunt. Alterum eſt,
vt loca alia per ſcripturas inquiratis, quæ cum
his faciunt quæ in manibus habetis: nil enim
D magis quàm ſacræ literæ, facit ad ſuam ipſarũ
declarationem. Eſt hæc & vtilis & iucundiſsi-
ma venatio, non ceruorum aut aprorum, ſed
cenſuum cœleſtium, vnde poterimus nobis
viaticum vſque in cœlum comparare. Sed ve-
nando hæc ſcandendus eſt mons altiſsimus,
quo ſuperemus rationem, ſenſum, ac humanã
prudentiam,vt in clariſsima regione diuinæ lu
cis conſtituti, poſsimus noſtræ ſalutis & ſum-
mæ ſapientiæ arcana intueri. Præterea eſt De-
E us contentiſsimis precibus orandus, vt ad ſa-
cram lectionem ſancto ſpiritu accedamus in-
ſtructi. niſi enim hic detur,erit nobis ſancta ſcri-
ptura litera occidens. Qui enim ſpiritu carent,
ex diuina lectione fructum non capiunt, quia
illas non tenent,ſed cadauera ſcripturarum ha-
bent. Quando videtis pulcherrimum hominẽ,
puto magnam voluptatem inde capitis: fulgẽt
oculi,frons eſt iucunda, facies amabilis, per o-
mnia membra ſparſa eſt mira ſuauitas. Verùm
F ſi rogaret quiſpiam, Vnde nam tanta pulchritu
do corpori huic accedit, fermè nil aliud poſſe-
tis dicere quàm ab anima, quam ſi contingat
abire,corpus iacet horribile cadauer,fœtidum,
quodq; vermibus & putrefactione vndiq; diſ-
ſoluitur,à quo omnes aufugiunt. Ita ſacræ lite-
ræ,quando legenti ſpiritus deeſt, cadauera ſunt
horrida,offendunt, diſplicẽt, & animos eorum
qui ſeſe tractant, mirum in modum à lectione
alienant. Precemur itaque Deum, vt ſic ut ab
G initio cùm orbem condidit, verbum ſuum emi-
ſit,idque demiſit vſque in viſcera terræ, vnde
tanta copia herbarum,olerum,fruticum, plan-
tarum & fructuũ germinauit: ita in corde no-
ſtra

Digitized by Google

ſtra penetret, qoo & cogitata, & verba & opera, ſua vocatione digna edamus. Neque miremini, ſi pto fructu verbi orandum quammaximè ſuadeo, quia verbi Dei hæc eſt ſors, vt non frequenter fœliciter cadat. Nam vt in parabola ſeminis, qoæ narratur in Euangelio, traditur, pars in viam cadit, pars in petroſa, pars inter ſpinas, & demum quod terræ bonæ committitur, non A vniuerſum eodem modo froctum affert, ſed partim triceſimū, parrim ſexageſimum, partim verò centeſimū. Quamobrē Deū rogo, vt vos atque me ſic ſpiritu ſoo muniat, ne iſtar viæ aut ſpinarum aut terræ lapidoſæ, diuinū ſemen recipiamus. faciat ipſe qui poreſt, corda noſtra terram bonam, quæ centeſimum froctom in vitam æternam afferat. Ameo.

ENCOMIVM VERBI DEI IN SCRIPTVRIS TRADITI, ET AD HARVM *ſtudium adhortatio.*

SI poſt diuturnom feriarum ſilentium, verborum Pauli ſuſcepram enarrarionem reſumerem, nec vos ad repetenda ſtudia intermiſſa, de more aliquantulum adhortarer, non ſolùm poſſetis meum coofilium mirari, ſed etiam violatam conſuetudinem, haud immeritò cōqoeri. Verùm cùm ſingulis annis hoc fecerim, ſuſpicio iurè incidit, ne non cogar aut eadem rurſus in medium proferre, quæ aliàs à me vobis dicta fuerunt, aut ad ea digredi, quæ cum cauſa noſtra parum ſint coniuncta. Recreat me tamē & multùm reficit, quòd vos tam multiplicibus varijſque ratiooibus iotelligam, ad ſacrarum literarum ſcientiam incitari, vt me ſperem, licet ingenio ſim tenui, & diceodo parum valeam, à coofuetudioe cùm laudabili tum recepta, nec diſceſſurum, oeque digreſſurum ad ea, qoæ nō vehementer poſsint ad ſtudia diuinarum rerū animos reuocare. Ac ne præmijs plus vos detineam, quàm ſyoceritas Chriſtiana requirat, non erit ab re, vt id cùmprimis nobiſcum reputemus, non fuiſſe hominem à Deo patre Domini noſtri Ieſu Chriſti conditum, niſi per verbū, ideoque oon expectandum eſſe, vt ratione alia lapſus & euerſus quàm per idem verbom reficiatur. Adamus princeps humanæ ſtirpis, ad id fuerat à Deo cōditus, vt fidelis eſſet diuini ſermonis diſcipulus, à quo pulcherrimo inſtituto eò defecit, quòd perſuaſioni ſerpentis, non verbo Dei credidit. Et quod tunc Diabolus per verba ſerpentis eſt molitus in paradiſo, nūc in Eccleſia idem per ſuperſtitioſas & impias hominum traditiones facit. Vnde qui ſibi vult ab exitio & interitu cautum, aures non præbeat loquentis hominum, ſed vni ſcripturę ſanctæ fideliſsimè credat. Ponamus ob oculos Adamum, quàmdiu fuit obſeruans diuini ſermonis, eundem aoimaduertemus omnium dominum, & paradiſi delitioſiſsimæ colonum: è diuerſo autem agnoſcemus, eundem cùm verbo Dei eſſet diffiſus, mortis & peccati ſeruum, execrationi diuinæ obnoxium, aratorem perpetuo ſudore cum ſpinis & tribulis colluctātem. Manet ſanè omoes idem periculum, quotquot verbo Dei neglecto, ſequuntur promiſsionem falſo nominatę ſcientiæ, qoaſi poſſent eſſe Dij & ſui ipſorum magiſtri. Vtinam fortunatus ille hortus non habuiſſet ſerpeotem, atq; hodie non eſſent in Eccleſia, qui bomines à ſcripturis diuinis ad carnis prudentiam auocarent. Nec tantum ex humani generis productione ac initijs B ediſcere poſſumus, vt nos deceat eloquiorum Dei ſtudioſos eſſe, verùm etiam redemptionis noſtræ myſterium idem apertiſsimè reſtatur. Naturæ enim Dei & hominis, cùm à ſe inuicem iofinito diſtarent interuallo, in vnam tamē eandemq; perſonam, per Verbum ſunt vnà copolatę. Quamobrem nobis quoque ſperandus eſt reditus ad patrem, ſi verbum eius magno fidei ſtudio amplexi fuerimus. Quid obſecro vos de ſacris libris exiſtimandum pu- C tatis? non ſunt planè aliud quàm pædagogi electorum, dati eis à Deo quàm vtiliſsimè. Cūque ſint inſtrumenta noſtræ ſalutis, non eſt eorum natura, cultus, habitus & ornatus, quādoquidem omnis eorum dignitas & præſtantia, ſit ex vi Dei vtentis metienda. Quid vanius habet rerum natura inſomnijs? ea tamen cùm Deus aſſumit, Pharaonem & Nabucadnezar potentiſsimos orbis monarchas de rebus grauiſsimis inſtruit, & Ioſephi, Gedeonis ac Danie- D lis fidem confirmat. Hinc eximia vis Dei cognoſcitur, quando per abiecta & vilia inſtrumenta, incredibilia edit facinora. Quemadmodum faber lignarius eo nomine inſignis & egregius haberetur, ſi aut fune, aut filo, aut capillis duriſsima ligna ſecaret atq; ſcinderet: ita Chriſtus luto cæcum ſanauit, & Deus in ſacramentis aquæ, panis ac vini ſymbolis fidem ſuorum exuſcitat, & promiſsiones de rebus cœleſtibus obſignat. Proinde ſacrę literæ, quæ plenæ ſunt E dignitatis ac maieſtatis, penitius animaduerſæ, cùm primo aſpectu, rudes viſæ fuerint aut barbaræ, illas tecum reputes inſtrumenta eſſe ſpiritus ſancti, & in ipſis haud exigas verborum leporem, ſed potius vim crucis admirare, quam Chriſtus per humanam eloquentiam irritam fieri non patitur. Quin potius cùm hæc in mētem veniunt, Deo optimo maximo gratias agamus, qui hæc teſtimonia ſuæ voluntatis literis conſignari voluerit: neue illorum, vt ſumus he- F betis memoriæ, obliuiſceremur, neue doctrinā quilibet arbitratu ſuo in Eccleſia fingeret, ſed publicum ſpecimen extaret, quo dicta omniū & probari & explorari queant. Idcirco Lucas in procemio Euangelij ob id ſe Theophilo ſcribere teſtatur, qoo agnoſceret eorū, de quib edoctus fuerat, certitudinē. Quiſquis igitur Chriſto credidit, euoluendo librum dei, per illum à ſpiritu

ſaocto in dies fit de his quæ pcofitetur, eertior, A quia vt ferrum vſu purgatur ab ærugine, magiſque fulget & reſplendet: ita dogmaca pietatis, quę cõtineotur io ſaccis voluminibus, qoò manu teruntur frequentiori, eò fiunt oobis magis perſpicua & veriſimilia. Plato de legib. agricolæ præcipiendum cenſet, vt oe aliena aqua fundum irrigec: Effodito (inquit) in eo puteum, quò ſuis aquis cùm opus fuerit vti liceac. Quare Deus ctiam voluit, vt in Eccleſia, quæ illius eſt vinea, ſcripturacum lectio perpe: B tuò ſcateret, vnde noſtræ fidei ſubinde areſcenti, verbi Dei neceſſaria vnda ſuppeditetur. Vox erat Socrati familiaris, cùm ad aliquid agendũ diceodumve prouocaretuc: Si dæmonium permiſerit: dæmonium quippe à conſilijs & πάρεδρον habebat. At nos cùm verbo Dei vt cõſiliario debeamus perpetuò adhærere, qoando propooitur quippiam vel agendum, vel credendum, oportet reſpondere, quãtum per verbum Dei licoerit, & ipſum in quouis negotio bona C fide conſulere. Docet ſacra hiſtoria, laudabilẽ fuiſſe motem populi Dei, vt de quouis incepto prius Deum conſulerent, quàm ipſum faciuodum ſuſciperent. In lib. Iudicum poſt mortem Ioſue rogant Iſraelitæ, quis oam eſſet aduerſus hoſtes aſcenſurus? In lib. priore Sam. Dauid percootatur, an perſequi deberet latrones qui Sicilecham vrbem vaſtaſſent ac ſuccendiſſent. Quin & Achabus licet impi9, à patrio more nõ receſsit penitus, imò contrs cegem Syrię pu- D gnaturus Deum per prophetas conſuluit. Ideo nos quoque nil debemus tentare, de quo prios conſcientiam nõ perſuaſerimus Dei verbo, ſanctum eſſe opus quod aggredimur, & numini fore gratum. Iſctabanc poetæ ſuos numeros, cantus & verſus, non homanitus factos, qoib. homines demolcebant, imò decipiebsot: at ex Elicone, Parnaſo, Caſtalio fonte, Pegaſeo ſeu Csballino, Cytherone, moſis dictantibus hauſtos: quæ vc fabuloſs mendacia ſunt, ita veriſsi E mum eſt doctrinam quam modo commendamus, è cœlo deriuatam & communiestam Eccleſiæ in monte Syna, in Hieruſalem, & monte Zione, vt in Exod. legitur, & Dauid teſtatus eſt, Exibit lex de Zion, & verbum Domini de Hieruſalem. Haboerũt Ethnici antiquicos adyts ſubterranea, lebetẽ χαλκεοφωνον, tripoda μέγιστον Dodoneum æs, anciquiſsimas quereus, ancra, ſtatuas nomina maodata folijs, denique ἐγγαστριμύθους, infinitiſqoe modis Diabolus eis illude- F bat: nobis autem Dei clemẽtia & bonitate, pro his omnibus vnum diuinacum literarum propoſitum eſt oraculum. Pythagoras eo nomine haud parum prædicatur, quod cum bubus & aquilis miſceret ſermones. Pompilius cum Ægeria nymphs loquebstur. Apollonius Thyaneus auicularum cantus & garritus iotelligebat, vt referunt ſeu potius fabulantur hiſtoriæ. Nobis verò Deus verus, cœli & terrę creator, p G Moſen, Prophecas: per vnicum filium Chriſtũ Ieſum, per Apoſt. in ſcripturis apertiſsimè loquitur, & ita loquitur, vt animos, corda, mentes & totos homioes immutet, ac ex lapidibus

filios Abraham faciat, non quos inſtar poetici Amphyonis ad muros Thebanos pertrahat, ſed quos ædificet ſupec Chriſtum, quod vnicum eſt & ſolidum cùm Apoſtolorum, tum Prophetarum fundamentum. Iactitenc Poetæ vt volũt Orpheom cicuraſſe feras beſtias, nos interim experientis edocti, non dobitsbimus, eloquia ſcripturarum, eos qui prius fuerint ſerpentes & genimina viperarum, in filios Dei conuertere. Vnde Paolus commemorans ad Tit. quales ante fuerimus quàm in Chriſto regenerati eſſem9, inquit, Nam eramus quondam ec nos ſtulti, inobedientes, errantes, ſeruientes deſiderijs ac voluptatibus varijs, in malitia & inuidia degentes, odioſi, & inuicem odio proſequentes. Nec non ad Corinthios prioce, 6. cùm molta cecenſuiſſet deteſtabilia ſcelera, ſubiecit: Atque hæc eratis quidem, ſed nunc abluti eſtis, ſanctificati eſtis, iuſtificati eſtis. Eccùm ad noſtrs corda frãgenda, quæ rigida ſunc & obfirmata, non vulgaribus machinis, imò arietibus fortiſſimis opus eſſet, ea cauſa non languidum bebecemque ſermonem Deus Eccleſiæ ſuæ reuelauit, verùm præ omnibus & πολύφωνον & πολύτροπον. Etenim hortatur, deterret, impellit, reuocat, docet, coofutat, promittit, comminatur, canit, deflet, orat, deprecatur, laudat, vitoperat, oarcat præterita, monſtrat præſentis, vacicinator futura, & in omnes formas, vt molliſſima ceca flectitur, quò flectat ſaxeos impiorum animos. Vnde non immeritò vocaretur παντοδύναμος. Quin & Satan licet potentiſſimus, excutiebatur è Saulis impio & internecioni extremę deuoto pectore, Dauidis citharædi ſancti ſpiritus diuina carmina ferre non valens. Illis excantatos sntiquus ſerpẽa quodsmmodo cumpebatur. Idemque à tentando ſeruatore noſtro non alijs armis, quàm verbo Dei eſt repulſus. Non itaqoe mirum, ſi Paulus Timotheum ex eo laudat, quòd ſacras literas à prima infancia didicerit, per quas ei liceret docere & confutare, inſtituere atque cocrigere, & perfecto eſſe ac ad omne opos bonom parsco. Fœlix habita eſt reſpoblica Iſraelis, qoæ per Vrim & Thumim, Deom poſſet de ſuis rebus cõſulere: at nos illis non ſumus peiori loco qui lucem diuinam & perfectionem ſpiritus, in diuinis eloquijs habeamus, cùm voluerimus, expoſitam. Non potuic eſſe ooſtra fœlicitas, vt s nimis vi ſpiritus inſculperentur quæ ad ſaluẽ ſont oeceſſacia, ita vt externis literis, & admiorculo non egeremus librorũ, qosndoquidem peccato commercium & dulciſsima familiaricas, quam ab initio noſtrum genos cum Deo hsbuit, eſt interrupta. Idcirco ſcripturarum munus, quod vicarium ei ſucceſſit, aſpernari, extrema eſſet dementis. maximè cũ adeo facile tum in actionibus vitę, tum in dogmatis sberretur. Meminerimus Deom ſacerdotibus mandaſſe, vt magno ſtudio vendicarent ſibi ſcientiam legis: itẽ regi præcepiſſe, vt l. brũ cœleſtis doctrinæ hacd vnqoam ſibi pateretur è manibus excuti. Vnde nec reges nec ſacerdotes habendi ſunt, qui ſacras literas turpiter negligunt. Et cùm ſuos iam Chriſtus fecerit & ſacerdotes & reges, nolli

ſe Chriſtia-

ſe Chriſtianos eſſe iactare poterunt, qui ſtudio verbi Dei non teneantur. Placeant ſibi omnnulli quantum velint indocta ruſticitate: nemo quiſquam ſanæ mentis vnquam perſuadebitur prudenti legiſlatori non vehementer placere, vt leges à ſuis ciuibus cognoſcantur: quando quidem incognitarum, quantumuis iuſtæ ſint & honeſtæ nullus ad Rempublicam fructus redundabit. Deus Opt. Max. in edito & ſublimi loco cœli, ſolem idcirco poſuit, vt cùm in eo fontem lucis eſſe decreuerit, & omnia illoſtrare, ab omnibus mortalibus conſpici poſsit, ideo miſũ in modum ei placer, ſi ad ſacrarum literarum doctrinam omnes in Eccleſia, mẽtis aciem aſſiduè conuerterint. Atque id vt etiam noſtris animis conducat, inde poteſt intelligi, quòd illorum oculi qui ferè ſemper verſantur in fumo, non ſolum dolent & lachrymis opplentur, ſed etiam obtuſi & hebetes fiunt. ſicut viciſſim cum degimus in liberis campis, virentibus pratis, magna florum varietate diſtinctis, & limpidiſsimis aquis circumſeptis, cùm integri ſumus virium, tum oculos habemus & fulgidos, & admodum perſpicaces. In fumo ætatem agunt, qui ſemper terrena curant, & ſolùm ſcientijs naturalibus mentem occupant: hi anguſtijs, curis & magna ſolicitudine ferè perpetuo diſcruciantur, & indies ad cœleſtia contemplanda redduntur minus idonei. Et nil ſanè conditioni & ſtatui horum infœlicium magis fumo congruit. Vt enim à craſſo ignẽ fumus exhalat, ſic à feruore, incendio, ac tenebris ſordidarum cupiditatum omnes ipſorum occupationes circumfundũtur. Vt autem ſacræ literæ libero cœlo, apertis campis, floridis pratis, & irriguis ac pellucidis aquis iure conferantur, neminem veſtrum eſſe arbitror qui non animaduertat. Proinde cùm vos ad hanc ſcientiam, tum percipiendam tum alijs communicandam incito, voco ad ea quæ ſalutaria ſunt, & ad natiuum acumen animi noſtri, imò ad totum hominem inſtaurandum plurimum ſunt vtilia. Quo eodem conſilio, Paulus Timotheum ſuum ita inſtituebat epiſtula poſteriore capite ſecundo: Quæ audiſti à me per multos teſtes, hæc commenda fidelibus hominibus, qui erũt idonei vt alios quoq; doceãt. Non poterat ferre Apoſtolus euangelicam doctrinam adeo ſalutarem homines latere, aut inter paucos retineri & ſupprimi. Et omnes fideles doctores in Eccleſia, non aliud ſpectant docendo, niſi verbum Dei communicatũ his qui coràm adſunt, per eos ad infinitos alios transfundatur: quemadmodum cupidi & quæſito viuentes, pecuniam quam habent diſtribuunt etiam exercentibus, quò denique amplior & auctior ad ipſos redeat. Sed fuit aliquandiu, proh dolor, iſte gladius verbi Dei repoſitus, & in vagina ſuperſtitionum, & traditionum humanarũ reconditus, ideoque tot impietatibus oppreſſi iacuimus. Chriſtus olim dixit, Erratis, neſcientes ſcripturas: at modò Phariſæi noſtrorũ tẽporũ aiunt: Erratis ſcientes ſcripturas: nihilque magis optãt cupiũtq;, ac vt iſte ſpiritualis gladius denuo cõdatur. Sed vos Chriſti gen⁹ & Deo

A fidiſsima capita, nõ patiamini rurſus illũ vobis è manibus excuti. Quoniã pro libro vitę, mihi credite, librum mortis in veſtras manus dabunt. Atq; inde, bone Deus, quas incurretis calamitates? Doceat vos funeſtum Saulis exemplum, qui cùm iam eſſet à Deo abiectus, nullũ eius reſponſum, vel per prophetas, vel per ſacerdotes, vel per oraculum habere poterat, vnde ſe iam in grauiſsimis periculis poſitum conſolaretur. Quid egit miſer? ad verba Pythonis,

B & magica deflexit conſilia. Verùm inde nihil hauſit, quam pauores, mortis minas, & extremam deſperationem. O miſeros & infœlices qui verbo Dei deſtituti, ad ſuperſtitiones & commenta diabolica humanarum traditionũ ſe conferunt. Præcipitantur in æternam mortem & inextricabiles errores, neque id immeritò, ſiquidem, vt Paulus dicit ad Theſſal. charitatem veritatis non receperunt. Quibus illi etiam finitimi ſunt, nec minus ob id euitandi,

C quòd inſtar Samaritanorum vtrunque decreuerunt complecti, nempe Dei verbum, & humanarum traditionum impietatem, vt qui neſciant in Deuteronomio & alibi grauiſsimè cautum, vt ne verbo Dei quippiam, vel addatur vel ſubtrahatur: & non iniuria. Quæ enim eſt homunculi, iam iam perituri, tanta vis & authoritas, vt ſe plus vidiſſe arbitretur, quàm Dei verbo fuerit definitum? Tertullianus in Apologetico cap. 46. tradidit, Lycurgum ἀποκαρ-

D τέρησιν deſideraſſe, hoc eſt ſibijpſi aut laqueo aut inædia manus afferre, quod Lacedæmonij leges eius nonnihil emendaſſent, contra ſuam exiſtimationem: id vehementer eſſe iudicauit homo caro & ſanguis, quòd ſui ciues quidpiam decernerent ac legibus à ſe latis adijcerẽt: & idem æquo animo Deus Opt. Max. feret ab hominibus committi, qui ab illius dignitate ſapientiaque immenſo ſpatio ſeparantur? Proh pudor & audacia, ſi quid ſaperemus, nuſquam

E ferenda. Tranſeat cœlum & terra, verbum autem Dei fixum, inuiolatum & purum æternũ maneat. Eſto, vt loquit Iſaias, caro fœnum, & vt flos agri gloria eius. Sermones verò Dei, vt qui ſint purgatiſsimi, durent in perpetuum ſynceri & integri. Poſtulet diues qui torquetur gehennę flammis, vt mortui accedant, qui fratres & ſui ſimiles, de iudicijs Dei admoneant: at nos Abrahami per fidem electa progenies, iuxta illius pium conſilium Moſen, prophetas &

F Apoſtolos audiamus. Quorum libros dum cõſulimus, non ad penum pauperis heri mihi credite, accedimus, verùm ad theſauros copioſiſsimos & vberrimos diuinæ ſapientiæ, quos nullo vnquam noſtro labore, quantumuis improbo, valebimus exinanire. Et quemadmodum eſt natura iugis putei, vt frequenti hauſtu non conſumatur, ſed potius ex eo cùm purior tum melior eius aqua reddatur: iucundior item & ſuauior diuinarum literarum ſenſus nobis effi-

G citur, quò ipſum profundius & frequentius eruimus. Atque vt in hauriendis externis aquis corporis labor eſt neceſſarius, ita in ſacris literis perlegendis, iudicio graui & ſpirituali opus

Digitized by Google

eſt attentione. Quæ vt à nobis iure & meritò exigantur, decreta prætorum, & regum edicta ſatis declarant. Nam iſta dum à præconibus populo inuulgantur, ea eſt diligens cura & attentio in illis audiendis circunſtantium, vt nil prętereat aut excidat, non probè animaduarſum. Ab huc laudabili ſtudio & ſedula diligentia, illi non vulgariter Euangelij tyrones reuocát, qui ſupra modum ſcripturarum obſcuritatem exſggerant, quaſi per ſanguinem Chriſti velum non ſit ſublatum, & omnia per ſpiritum eius quantum noſtra ſalus exigit non ſint illuſtrata. Aiunt qui tenebras pluſquam cimmeriſs diuinæ ſcripturæ atque obſcuritatem inſuperabilem vbique prædicant, non eſſe arcana diuinorum eloquiorum perſcrutanda, & dum efficaciam verborum Dei potius in recitando atq; in intelligendo conſtituunt, ex diuinis oraculia & ſacroſanctis literis magiam turpiſsimam efficiunt. Fatemur nos quoq; humanam rationem intra terminos coercendam, ne pro ſuo capru de diuinis rebus velit ſtatuere. Sed nullus vir Chriſtianus srceri debet, quin pro viribus ea conetur intelligere, de quibus nos diuina ſeriptura inſtituit. Faceſſat à ſacra lectione temeritas, de ſtudio tsmen eius & sccurata inquiſitione nihil frigeſcat, nihilue remittatur. Facilè itaque damus verborum Dei myſteria eſſe adoranda, nec tamen interea loci minus animo retinemus, eloquia diuina veluti lucerná eſſe in obſcuro loco poſitam, à qua vel ſi tantillum oculos deiecerimus, in erroribus & extremis tenebris tandem peribimos. Qoando autem de obſcuritate ſcripturarum adeò multa oſores lucis garriunt, videntur ſibi non malè de ſpiritu ſancto exiſtimare, ſi eam Poetis atque philoſophis ęquauerint, quorum illi quidem fabularum inuolucris ita ſimplicē & ſulgidam veritatis faciem nebolis obduxerunt & tráſformarunt, vt ab oculis infidelium hominum quàm longiſsimè euolarit: Iſti veró ſua dogmata ænigmatis, ideis, numeris & atomis tam reddiderunt perplexa, qoàm tota hominis ætas quamlibet viuaciſsimi, par eſſe poſſit ad explicandum. At Dei parentis noſtri optimi non adeò ſumus exparti bonitatem contractam, ac tenuem ſpiritus ſancti lucem, nec dederunt ſacros libros vt à mortalibus intelligi non poſſent. Non luſit nobiſcum diuina ſapientia, nec literas ad homines dedit, è quibus vllam vtilitatem percipere non queant, Iſta ſinamus Apollini, quam quòd obliquè reſponderet, λοξίας Græci appellarunt. Diaboli ſuut hæ impoſturæ, noo Dei noſtri, neque ſpiritus ſancti vitalis doctrina. Scimus quidē Crœſum interrogsſſe Thaletem quæ nam eſſet Dei natura ſeu definitio, qui ſubinde in quenque diē ſpatis & dilationes petebat ad reſpondēdū, neque potuit vnquam propoſitam ſibi quęſtionem diſſoluere: quò enim ſecum de natura Dei magia cogitabat, eò minus occurrebat, quid eſſet dicendum. At qui vera fide ſunt ornati, è ſacris literis Deum non ſolùm poſſunt cognuſcere, quantum eis ad ſalutem eſt oeceſ-

A ſarium, ſed illum præclsris moribus & ſanctis operibus queunt exprimere. Nemo igitur nos ad patres, nemo ad concilia, nemo ad vllos homines vocet, quaſi copioſiorem lucem apud eus reperturi ſimus, quàm ex fulgidiſsimo iubare diuinarum literarum erumpat. Habent patres ſanè atque cōcilia ſua diſsidia, tenebras, ænigmata, obſcuritates, & varietatem (ne inconſtantiam dixerim) incredibilem. Neque legendis illis ita ſpiritus ſanctus nobis ſit obuius,
B vt cùm verbs Dei expendimus atque oobiſcū repetimus: quandoquidem haud æquum eſt, vt verbis Dei non plus hooris deferatur, atq; verbis hominum. Si enim Eunucho reginæ Candaeis, homini nec dum Chriſtiano, legenti Prophetam Iſaiam, Deus miſit ſubſidio Philippum Euangeliſtam, multó magis iam credentibus adeſt ſpiritu ſuo, cùm ex fide & reuerentia ſe in ſacris literis exercēt. Mitto quòd licet animalis homo quæ Dei ſunt minimè percipiat, ſpiritualis nihilominus iudicat omnia.
C Vnde quod noſtris viribus & rationis captu non poſſemus in ſacris literis percipere, vt diuini ſpiritus, pro eo quod neceſſarium eſt, diſcimus. Nec ſanè leuia ſunt aut parui momenti, quæ ſancta ſcriptura docet: nam vt tscesm infinita quæ ſplendida ſunt & præclariſsima, nōne agitur in eis de prouidentia Dei, de natura Dei, productione rerum, hominum gubernatione atque redemptione, electiune ante omnem æternitatem, reiectione, cuntingentia, ne-
D ceſsitate, libertate humanæ voluntatis, cauſa peccatorum, & ſexcentis huiſinodi, de quibus ambigentes perſæpe impij pereunt in ſua impietate, & pij de ipſis à ſacris literis apprimè inſtituti, ſummam inde cùm voluptatem tum ædificationem capiunt? Sunt permulti, qui ſe aiunt moleſtiſsimè ferre, quòd hanc vitsm degentes, nequeant videre cœleſtia: quibus iure noſtro poſſumus regerere, ei quid hoc theatrū diuinarum literarum non aſcenditis, vt diuina
E ex eo, ne cœleſta dixerim, contemplemini? Hos tsmen & vnà vos omnes in Chriſto fratres chariſsimi, velim monitos, lucū ſeu Scholam huius philoſophiæ cœlum eſſe, vnde qui repunt humi, & ſusm conuerſationem in cœlis, vt Apoſtolus iuſsit, non inſtituunt, periclitantur ne ſtudeo do non ludant operam. Ad hæc minimè tacendom eſt, infurmatorem eius eſſe ſpiritum ſanctum. Nam licet doctores, concionatores, inſtitutores, & pædagogos innu-
F meros habueritis, niſi ſpiritus ſanctus intus præcordis refingat, illi omnes abſque operæpretio ſudabunt, Quique ſoerint ſacræ huius doctrinæ, iam inde ab initio delecti miniſtri, ſacræ hiſtoriæ affatim indicant, Propbetæ nempe, plebei & ruſtici plærunque homlnes, piſcatores, publicani & pellium ſutores. Verùm ex iſtorum iuxta mundum contempts ſorte, nihil diuina oraculs, aut indignitatis, sut vitij con-
G traxerunt: ſiquidem facultas hæc, quanta quãta eſt, à Deo & ſpiritu eius pendet. Propterea oon qui ſuerint illi attendendum eſt, ſed quid trsdant, quoue doctrius ſua nos impellant.

Haud

Haud ſanè vocant ad ramum oleæ, ad coronã
oleaſtri Appij folijs iotertextam. non ad laure-
am muralem, naualem aut ciuicam, non ad ſta-
tuas marmoreas, æreas, argenteas, vel aureas,
non ad imagines, conuiuia perpetuò inſtru-
cta, & victum in prytaneo, ſed eò vt Dei efficia-
mur chariſsimi filij, hæredes eius, & Chriſti co
hæredes. Deinde vos per ſalutem veſtram ob-
ſecro, vt ſi qua viſcera, ſi quæ miſerationes, ſi
qua ſollicitudo, vel cura vos tangit Eccleſiæ,
hoc eſt corporis Chriſti adeò noſtris tempori-
bus diſcerpti atque diſiecti, huc quæſo, huc re-
ſpiciatis: non enim opibus, aut ſacris veſtibus,
non ciborum delectu, ooo ritibus & ceremo-
nijs ioſtaorabitur, ſed hoc vno pharmaco Dei
verbi curari poteſt. Certè ſi facultas edeodi mi
racula hodie in Eccleſia extaret, vt primitiuo
tempore habebatur, dogmata pietatis haud pa
rum fortaſſe confirmarent. At ſi omnes in vnũ
conueniamus, agamuſque precibus vehemen
tibus & efficaciſsimis lacbrymis, oon tantùm
efficiemus, quantum olim Pauli ſemicinctia
præſtiterunt. Vnde liquidò apparet quanto
ſtudio ſcieotia ſcripturarum ſacrarum compa-
randa ſit, cùm eo duntaxat præſidio tuenda
ſint caſtra Dei. Porrò Apoſtoli qui adeò ſpiritu
& miraculis fuerunt eximij, ab opere tractan-
di communicandique verbum Dei, nulla ra-
tione ſe paſsi ſunt remoueri: ſed potius in Ec-
cleſia diacooos curarunt inſtitui, quò ipſi à
cura menſarum abſoluti, adminiſtratiooi Euá-
gelij tantummodo incumberent. Quin & Pau
lus peram cum membraois & libris afferri ſibi
iuſſit, cùm Romæ diſtineretur captiuos, vt le-
gendo quoque ac ſcribendo prodeſſet Eccle-
ſiæ. Idemque monebat Timotheom, vt doctri-
oæ ac lectioni ſedulò operam daret, quò & ſe
ipſum, & eos qui audirent, conſeruaret. Si vero
ro hæc omnia quæ ſanè permultum debuerát
mooere, parum moueriot, cur non ſpectamus
quæ nos atrocia prælia circumſtent? oon eſt
oobis, vt Apoſtolus ait, colluctatio aduerſus car-
nem & ſanguioem, ſed aduerſus principatus
ac poteſtates & cœleſtes nequitias. Quod bellũ
cùm non vnum, ſimplex & leuiter, ſed varium,
multiplex & acertimè geratur, nos monet; vt
ex armentario ſcripturæ tela ſemper habeamus
quàm expeditiſsima: omnes pugnandi ratio-
nes & modos certandi nos oportet io hoc bel-
lo tenere, ne turpiter nos demus, cùm ad ma-
nus ventum fuerit. Quid proderit aduerſus E-

A thnicos & philoſophos acriter diſputaſſe, cùm
Iudæi ex altera parte cuncta depopulentur?
Quidue proderit Marcionitas, Valentinianos,
Arrianos, & cæteras huiuſmodi peſtes expu-
gnaſſe, ſi omnia Papiſtæ longè lateque deua-
ſtent? Poſtremò quid operæpretij faciemus, ſi
tantum dogmata pia tutati fuerimos, & nihil
de ſanctæ vitæ inſtitutione, moribus emendá-
dis, ac ædificatione ſpirituali allatum fuerit?
Propterea huc omnes adeſte, rempublicam Ec
B cleſiaſticam iuuate, ac Domini populum, dum
inuaditur à copijs tàm violentis & ſubdolis,
hoc muro verbi Dei plus quàm adamantino
circundate. veniat in mentem Paulus, qui, vt
in Actis habetur, commemorabat Epheſijs a-
pud eos toto triennio ſe fuiſſe, monuiſſe vnũ-
quenque, ac id cum multis lachrymis. & nos
pudeat noſtrûm, qui aut nuſquam Euangeliũ
Chriſti prædicamus io Eccleſia aut quam rarò
& adeò frigidè, vt videamur facilè alienum tra
C ctare negotium: nulli adhibeotur vehementes
affectus, nec ſeriò vel ex animo fit quicquam,
ſed potius omnia ex ritu & ceremonia quadá
agitantor. Nemo excuſet, hæc ad Epiſcopos
tantùm & ad paſtores attinere, cùm ad Coloſ
ſenſes Paulus vnumquenque admooeat, tum
vt ſermo Dei habitet in nobis opulenter, tum
vt ſermo noſter ſemper cum gratiæ ſale ſit con
ditus, vt ſciamus quomodo ooa oporteat cuique
reſpondere. Et Petrus vult nos eſſe paratos, vt
D de ea quæ in nobis eſt ſpe, rationem poſsimus
reddere. Verùm quia me iam ſpatio temporis
excludi ſentio, idcirco vela orationis contrahá,
& ad implorandam auxilij diuini opem, vt ad
portum tutiſsimum appellam. Vtque diuinus
Moſes cùm iam annos 40. populum Dei rexiſ
ſet, ita orauit, vt pluuia doctrina mea ſtillet, &
vt ros dictum meum: ſic ego Deus ter maxi-
me precor, vt quæ ſum tuos diſcipulos doctu-
rus, minimè ſint errorum procella, ſed verita-
E tis optata & fœcunda plooia, neque interpre-
tatiooes haud ſint hymber Eccleſiam vaſtans,
& conſcientias proſterneus, verùm conſolatio
roſcida, & vtilis animorum ædificatio, teque i-
tem oratum & exoratum velim, vt omnes qui
præſentes coram adſunt, nec publica via, neq
ſpinæ, neque petroſus ager, ſanctum Verbi tui
ſemen audiant: At bona terra & fundus à ſpiri-
tu tuo præparatus, è ſcripturis quæ ſulcis cor-
dium eorum mandabũtur, fructum trigeſimũ
ſexageſimum & centeſimum referant.

ORATIO AD ACADEMIAM ARGENTINENSEM POST SVVM EX ANGLIA
reditum, de ſtudio Theologico.

FIDEI non malæ debitores gra-
ui animi anxietate curaque vehe-
menti afficiuntur, viri Theologi,
quando ſe vident aliquo caſu impe
diri, quô minus ea præſtare que-
ant, quæ ſe debere intelligunt; neque illis abſq;
magna ratione id vſuvenit, ſiquidem nihil ha-
bent mortales, quod anteferri conſtanti fidei
iure valeat. Vnde Paulus, ille inſignis Chriſti
Apoſtolus, cor orbis, & Euangelicæ doctrinæ
promulgator clariſsimus, cùm inter cæteras na
tiones Romanis quoque ſe debitorem non

ignoraret, perpetuis votis atq; flagrantiſsimis precibus Deum interpellabat, quò ſibi tádem aliqoando liceret illos accedere, vt etiam ex ipſorum diuite agro in cœleſte horreum meſſem largam fructumque vberem ſupportaret. Et quoniam generoſi animi ſibijpſis præclara deſiderando oon ſatisfaciunt, niſi conatus non minores ipſa cupiditate ediunxerint, ideo ſe teſtatur ſæpius tentaſſe ad eos ire, ſed per Satanam iropeditum: quæ remora (vt perſuaſum babeo) ſanctiſsimum ipſius aoimum non leui moleſtia excruciabat. Incredibili eoim auiditate bona fide præſtare optauit, que ſapieotib. & inſipientibus, Græcis & barbaria in prædicando Chriſto ſe debere nouerat, & ingenuè profitebatur. Cùm itaque is affectus in animis liberalibus & pijs hominibus tantopere vigeat, ſi me putaoeritis debiti, quò à multia annis Argentinenſi Scholæ ſeo Eccleſiæ nexu aſtringor, quàm diu hioc abſui oblitum, à vobis & liberali mente & pio animo prorſus expoliabor. At res (mihi credite) non ita ſe habuit: verùm vt Homericus Vlyſſes in Alcinoi hortis, io Calypſo ſpecubus, inter Syrenarum cantua, iuque Circe præſtigijs atque Cyclopom violentia, cæteriſque ſuis itineribus, aſperæ licet Ithacæ nũquam depoſuit iucuodam memoriam: Vtq́ue Iſraelitæ, quotqoot religioſi fueruut, in peregrinatione quadraginta aunorum per deſertum, promiſſæ à Deo terræ cogitationem perpetuò ſecum repetebant: Ita veſter Martyr neque huius gymnaſij memoriam vnqoam depoſuit: neque de ſua prima pręcipuaq́ue vocatioue vllo momẽto huius abſentię deſijt eſſe ſolicitus: atque memoriæ huius & voluntaria perpetuę nõ tantùm Deum teſtem & καρδιογνώστην habeo (qoẽ precor, & per ſeueram eius iuſtitiam obſecro, ne vobis impunè me ſinaut mentiri) ſed etiam complures egregios inſigneſq́ue viros iu Anglia, qui probè norunt, quàm ego eoixẽ à Rege contenderim, vt me huc reuocatum iam miſſũ faceret. Quod tamen impetrare nõ potui. Nam ille Rex, vt pietaris erat ſtudioſiſaimus, complures mei ordinis homines maluiſſet ex Germania illuc ad ſe pertrahere, nedum me, quem iam habebat ſecum, mitteret diſcedere. Sic itaque paſſus repolſam, cogebar vellem nollem hiuc abeſſe. Exponere autẽ nequeo, oiſi per vos ipſi cogitetis, quo animo loco ceſſerim, quem hic tamdiu obtinoeram, quantaqoe triſtitia ſpem omnem reditus animaduerterim iem mihi eſſe præciſam. Solabar me uihilominus, quod vos non latere arbitrarer quæ nam ſit ratio diuini cultus. Non enim Deus ex noſtra voluntate, ſed pro ſuo arbitrio colendus eſt. Nec illa ei placent, quæ nobis ipſi propoſuimus facienda, ſed quæ prouidentia eius in ſingulos diea cuique deſtinat vel obeunda vel tolerenda. Iucundum ſanè mihi ac dulciſsimum videbatur Argentinam reuerti: at Deus, in cuius eram, & modò ſum, poteſtate, eliud præſcribi iuſsit. Neque, ſi dico eum iuſsiſſe, mirari debetis: nuo eoim vos fugit, in hia omnibus, quæ Scripturis diuinis non repugnant, principibus æquè ac Deo eſſe

A auſcultaudum: & vulgo tritiſsimum eſt, obedientiam longè victimis eſſe anteferendam. Accedebat pręterea fructua operis, quem Deus in eo ampliſsimo regno per meum miuiſterium quotidie augebet. At præter omoium ſpem acerba & luctuoſa morte ſublatus eſt Eduardus Anglię Rex, monarcharum Chriſtiani orbis cãdidum lumen, pietatis legitimus alumnus, et Euãgelij Chriſti propuguator acerrimus. Lux in tenebras eſt commutata, pietati ſuceſsit im-

B pietas, & uouam ac recentem Eccleſiam inuaſerũnt lupi crudeliſsimi: viri boni ſunt impiè oppreſsi, quorum ego periculis & malis quomodo prouidentia vnius Dei fuerim ſubtractus, nec ſatis cogitare poſſum, nedum referre. Proinde numinis fauore tectus per mare, per hoſtea, per mediam denique peſtem, ad vos chariſsimi fratres perueni. Et niſi Dei voluntas, quę perrupit viam, firmo conſilio hunc meum reditum decreuiſſet, vt incolomis huc ede-

C duceret, fuit impoſsibile. Eademq́; via Dei huius vrbis nobiliſsimum magiſtratum oou tantum permouit, ſed etiam complurea viros partim ex Schola, partim ex Eccleſia, pietate & doctrina clariſsimoa ita excitauit, & erga me citra meum meritum accendit, vt non tantum mè hic retinere voluerint, ſed magnis ſtudijs in priſtinum gradum reſtitui curauerint: Quibus nunc publicè in hoc ad dicendum ornatiſsimo loco gratias ago, Deumq́oe immortalem per Ie-

D ſum Chriſtum Filium eius obſecro & obteſtor, vt illis pro candore ipſorum perpetuò benefaciat, mihiq́ue coocedat, vt licet non omnibus numeris expectationi, tamen aliqoa ex parte, reſpondeam.

Vos autem cùm animaduerto, viri Theologi, tam frequenter alacriterq́ue conueniſſe ad Dei Verbum audiendum, non ſolùm incredibili perfundor lætitia, ſed vndique geſtio, intimoque corde ac viſceribus exulto. Deiode cũ

E id exigant veſtra merita, ex auimo laudo, qoi ſapientiæ cœleſtis amorem in veſtris cãdidis pectoribus tam diligenter foueritis & conſeruaueritis: & veſtra cupio pro meis viribus iuuare ſtudia.

Verùm ne fruſtra huc hodie conuenerimus iam operæpretium eſſe arbitror, id breuiter expooere, de quo ſum dicturus. Ita enim cùm oratio noſtra certis finibus à vagãdo reuocabitur, tum vos quę à me afferentur facilius vobiſcum

F reputabitis. Aoimaduerti ſępius, cum res Theologica laudaretur, voo labore dooa, illoaſque non vulgares decerpi fructua. Principio quidẽ gratiæ aguntur Deo, qui ſuæ cœleſti Reipub. hoc eſt, Eccleſiæ tantum ac tale donum conceſſerit. Deinde monſtratur non imprudẽtes eſſe, qui pertinaci ſtudio eam conſectantur. Quam obrem ego quoque, ne Deo ſim ingratus, & vt veſtram ſicuti meretur collaudem ſapientiam, de Theologiæ dignitate, agam, ac vnà ſtudium

G veſtrũ erga eam, vt prudentiſsimũ cõmendabo Quamuis intelligo, hanc diuinam facultatem me non poſſe pro dignitate ornare, verearq́ue ne veſtrum approbando conſilium in ea com-

ple-

plectenda, videar animos veſtros non ad ipſam Theologiam, ſed ad mei ſtudium & obſeruantiam ſollicitare: Verùm quò minus propter hęc ab inſtituto deſiſtam, pietas & candor veſter efficiunt: ijs enim adducemini, vt parùm dignè probata minusque ornatè dicta benignè condonetis: cumque ſitis non minus religioſi quàm mei amantes, dextra manu ſumatis, quæ ab alijs facilè acciperentur ſiniſtra.

At primum, nempe rei Theologicæ dignitatem obſecro quanam ratione attingam? De hoc certò ſcio ſæpius audiuiſtis, & certè in prouerbium abijt, crambem recoctam faſtidiri, & rem eandem ſæpius repetitam, quàmuis tectorio verborum aut expolitione rhetorica renouetur, nauſeam audientibus parere. Quis ignorat, quàm ſit moleſtum tractare ſimilia? omnesque ambulantes in æqualibus citò fatigari? Sed tamen vos vt audiatis attentè, meque vt intrepidè dicam, id potiſsimum debet incitare, Scripturam diuinam ſui fulgoris promicantiora lumina ſemper offundere, quò frequentius vel conſideranda vel tractanda ſuſcipitur. Aurum & gemmæ, vt noſtis, eò magis reſplendent, quò plus inter manus teruntur: & Verbū Dei aurum ac topatium omnesque lapides pretioſos vincere ſplendore, non ignoratis. Docemur etiam ſermones Dei aquæ viuæ conferri, vt quæ non ſolùm reſtinguat affatim ſitim, ſed in vitam æternam ſaliat: & aqua vt magis mouetur & hauritur, eò limpidior eſt & ſuauior. Atq; cùm diuina eloquia ſint inſtar ignis conſumentis, is item vt ſępius agitatur & perflatur, ita flammas ampliores & magis ſulgentes emittit. Proinde nos quoque commodum voluptatemque vberiorem habebimus, quò noſtra oratione diuinæ ſapientiæ præſtantiam cumulatius celebrabimus. Athenienſes hoc præſertim argumento colonorum ſuæ regionis vetuſtatem prædicabant, quòd in ea primùm omnium fruges repertæ fuerint, & hac ratione conficiebant, iam indeà principio ibi cœpiſſe homines. Nam vbi natura pabulum atque alimoniam generis noſtri primùm naſci voluit, eo in loco veriſimile eſt ab initio eſſe homines ortos. Rationis huius vim & efficaciam mecum reputans, et firmam et validam ſemper ſum arbitratus, quamuis Poetarum mendacium eſſe non ambigam, quòd Athenis fruges primùm & natæ ſint & agnitę. Tradit enim Plato, Deus (vt quidam inquit) philoſophorum: artes, ſcientias, cultus & omnia fermè præclara fuiſſe ab Orientalibus, hoc eſt ab Aſſyrijs & Chaldæis (quos barbaros vocat) reperta: Quod item verum eſſe noſtra religio & orthodoxa fides agnoſcit, quæ paradiſum delitioſum tradit ab initio plantatam ad Orientem, in qua primi homines à ſua ſtatim creatione fuerunt collocati. Proinde vt vanum & fabuloſum repudiamus quod in argumento ſumitur, nempe homines & generis eorum alimoniam primùm omnium in regione Attica locum habuiſſe. Idè diuerſo tanquam verum & conſtans amplectimur, cùm de vetu-

A ſtate agitur, ea omnibus eſſe antiquiora, quæ habent vt propria & αὐτόχθονα, quæcunque ad hominum vitam & ſalutem ſunt neceſſaria. Nam illi à quibus aliunde importantur, eis cedant oportet, à quibus ipſa prius acceperint. Quod cùm nullo pacto à quoquam negari poſsit, quæ alia facultas, quantumuis magnifica, nobilis, priſca & illuſtris, cum noſtra Theologia, hoc eſt diuinorum eloquiorum ſcientia, quoad vetuſtatem confer-
B ri poterit? Certè nulla. Non enim quæ in ſacris literis traduntur, ab vlla aliarum ſcientiarum tranſlata demonſtrari poſſunt: quin potius ex his fontibus reliquæ omnes hauſerunt ſi quid in ſe habent (vt quandoque habent) quod ad hominum vitam conſeruandam, & veram eorundem ſalutem poſsit conducere. Proinde cùm ab ea cæteræ facultates, & ſcientiæ multa ſumpſerint, & ipſa nihil prorſus ab alijs acceperit, omnium iure dicitur
C antiquiſsima. Quod item ſimplicitas eiuſdem demonſtrat infucata & caſta, cum grauitate admirabili coniuncta. Et hiſtoriarum quæ in ea narrantur tanta eſt antiquitas, vt quæ ab alijs referuntur ſcriptoribus, illis comparata, multis ætatibus poſterius geſta eſſe, facilè agnoſcatur.

Sed quia non tota laus à vetuſtate petenda eſt, ideo eius vtilitatem iam ſpectare volumus, & vti ſpero, demonſtrabimus, illam in
D ſacris literis longè copioſiorem eſſe, quàm alibi vſquam inueniri poſsit. Quis obſecro vos, fructus vberior à ſanis & ſobrijs animis expectari debet ex humanarum rerum ſcientia, cùm illam abſolutiſsimè conſecuti fuerint, quàm vt Dei Optimi Maximi ex eius effectis aliqua tandem notitia humanæ intelligentiæ affulgeat? vtque illis ad corporis vitam ſuſtentandam iuuemur? Non poteſt hac vtilitate in huiuſmodi ſcientijs vlla maior vel haberi
E vel fingi. Atqui opera Dei naturalia ſacræ literæ paſsim prædicant, & Deum ipſum æterna vi & ſingulari prouidentia omnium illorum cauſam eſſe vbique docent: naturam, caſum, fortunam, formam, priuationem, elementa, ideas, atomos, litem vel amicitiam, vt principia rerum, nuſquam commemorantes. Verſantur ſanè ſcientiæ humanæ in effectis Dei conſiderandis: ſed quàm rarò ad ipſum Deum, ad eius bonitatem, conſilium &
F ſapientiam ibi fit ἀνάλυσις? Poteſt quidem ſcientia naturalis curioſior videri in excutiendis rerum viribus, & in naturæ arcanis ac penetralibus rimandis aliquanto ſubtilior & operoſior: Verùm quoad ipſum finem, ſcilicet vt Deus verè noſcatur ex effectis, vtque illius creaturis probè ac piè vtamur, ſi cum Theologia conferatur, longè negligentior eſt, imò penè cæca & muta. Denique quoddam genus operum Dei ſacræ literæ commemorant eximi-
G um & admirabile, quo vires naturę ſuperantur & conſuetus rerum curſus exceditur, in quibus cùm propius tum expreſsius Deus reſulget, quàm in rerum quotidiana & familiari ſuc-

ceſsione, quæ ob eius aſsiduam conſuetudinem vilnit. Atque recepta iam voce ſolent hæc appellari miracula, non alia ſanè de cauſa, niſi quod mortales in ſui admirationem prorſus rapere conſneuerunt. At in naturali ſcientia huius generis opera ſilentur. Nuſquam enim ibi legas primigeniam illam rerum creationem, iacta mundi ſundamanta, intelligentem animam limo noſtri corporis à Deo inſpiratam, numen cum hominibus publicè locutum, ceſsiſſe pelagum iter facientibus pereius profunda, ita vt ex vtroque latere cùm dextro tum ſiniſtro aqueos parietes transeuntibus præberet, ſtetiſſe cœlum, einsque perpetuas conuerſiones à bortu in occidentem quieuiſſe, Deum factum hominem, virginem matrem, excitatos à morte defunctos, & deſperatis infirmitatibus atque inſanabilibus morbis laborantes admirabili efficacia Chriſti Seruatoris noſtri curatos. Hæc ſanè prodigia Deus nos voluit ex literis diuinis cognoſcere, ne fortè ſuſpicaremur, omnem eius vim atque potentiam ita conſumptam & exhauſtam eſſe in rebus naturalibus prodncendis & conſeruandis, vt nihil adhuc maius & excellentius facere poſſit. Doctrinam buius generis pbiloſophia non ſuppeditat, ſed tantùm conſuetum naturæ progreſſum intnetur.

Eſt ſanè pijs hominibus non leue ſolatium, intelligere, Deum eſſe naturæ principem & authorem. Nam cùm filij Dei ſint, in manu ſui optimi parentis omnia quæ fiunt, eſſe dum cogitant, nullarum creaturarum vim extimeſcunt, cùm nihil moleſtiæ aut doloris inferrri ſibi poſſe ab eis certò ſciant, niſi quantum Deus illarum moderator ad ſalutem eos perferre decreuerit. Hic eſt egregius, qui habeatur à ſanctis ex naturalium rerum ſcientia fructus. At is quanto eſt amplior, ſi perſuaſum conſtanti fide habeant, immenſam eſſe Patris cœleſtis potentiam, qua valeat adhuc permulta, imò infinita gerera ac producere, ſecus atque de more in natura fiant? Hìc redduntur pij viri ſpe quàm optima erecti etiam in aduerſis caſibus, fortes in periculis, in ipſa cruce læti, infracto animo & prorſus impauidi, cùm pro Dei veritate ſeu Chriſti nomine ſubeunda ſunt vlla certamina. Hinc ſociorum Danielis vox illa heroica: Ecce eſt Deus noſter, quem nos colimus, potens vt ſeruet nos de fornace ignis ardentis, atque de manu tua ô Rex, eruet. Hinc Dauid inuicto animo canebat: Dominus lux mea, & ſalus mea: quem timebo? Dominus fortitudo vitæ meæ, à quo trepidabo? Si obſideant me caſtra, non timabit cor meum: ſi conſurgat aduerſus me prælium, in hoc ſperabo. Et rurſum: Etiamſi ambulauero per vallem vmbræ mortis, non timebo malum. Hinc denique Paulus: Quis nos ſeparabit à dilectione Dei? num afflictio? num anguſtia? num perſecutio? num fames? num nuditas? num periculum? num gladius? Quemadmodum ſcriptum eſt, Propter te morti tradimur tota die, babiti ſumus velut oues deſtinatæ mactationi. Verùm in his omnibus ſuperamus per eum, qui dilexit nos. Nam perſuaſum habeo, quòd neque mors, neque vita, neque Angeli, neq; principatus, neq; poteſtates, neq; inſtātia, neq; futura, neq; altitudo, neq; profunditas neque vlla creatura alia poterit nos ſeparare à dilectione Dei, quę eſt in Chriſto Ieſu Domino noſtro. Talia filij Dei vera gloriatione prædicāt ſacris edocti literis. Deum, non (quemadmodum ſapientes mundi fingunt) naturam ſinere legibus illis progredi, quas ipſe iam inde ab initio ei poſuerit: verùm omnia ſingulis quibusque momentis dirigere, temperare ac moderari pro arbitrio, & multa contra vſum & morem ſolitum quandoque adminiſtrare, feris adimendo ſæuitiam & crudelitatem naturaliter inſitam, ignibus vim comburendi, Soli & aſtris natiuam lucem, robur legionibus atque militaribus viris, impetum ventis, & mari vndarum tempeſtatisque vehementiam: è diuerſo immittendo inſaniam ſapientibus, incutiendo timorem potentiſsimis, doctrinam afflando rudibus, infantibus eloquentiam, & debilibus robur & firmamentum incredibile. Certè dum iſta ſecum reputant & credunt diuinæ huius ſapientię diſcipuli, domum ſuper munitiſsima petra fundatam & extructam habitant, quæ nulla vel inundatione pluuiarum, fluminum & torrentum, vel turbinis ac tempeſtatis impetu euerti poteſt. Sciunt omnia ſua eſſe, cùm ipſi Chriſti ſint, & Chriſtus Dei: & omnia ſibi à Deo in Chriſto donata ſciunt. Spectes mihi è diuerſo, quem volueris, humana ſapientia duntaxat inſtructum, quique ſola rationis luce adiutus, naturalia ſcrutetur opera, is certè ſi perſectiſsimus erit, & heroica virtute præditus, cùm ad extrema pericula ventum fuerit, fortaſſe pro patria, aut aliqua iuſta cauſa morietur, & honeſtum propoſitum in cruciatibus conſeruabit: Verùm à Deo non expectabit opem ſibi ferri, auxilia extraordinaria nulla ſperabit: nec præſtolabitur diuinarum promiſsionum & Spiritus Chriſti conſolationem, animum deſpondebit, replebitur deſperatione, & naturali neceſſitati ſuccumbendum ſibi omnino arbitrabitur: reprehendet fortem, arguet fata, vel denique aſtrorum accuſabit calamitoſas vires: O infelicem conditionem, ô vitæ miſerum genus, ô intolerabilem deſperationem. Nihil habet (mihi credite) ſtatus hominum ærumnoſius, quàm ignorationem diuinarum literarum: & nihil è diuerſo fortunatius, quàm earundem ſcientiam. Iactent per me vt volunt ciuiles & artifices & humanarum legum periti ſuam iuſtitiam & virtutes, (quas ſi earum naturam ſpectes, haud reprehendo) minimè tamen concedo, aut veras haberi poſſe, aut vtiliter ad vitam æternam abſque Dei verbi certa notitia. Etenim cū (vt ipſi confitentur) in mediocritate omnis virtus cōſiſtat, vnde ſi vel exceſſu vel defectu aberres, cū nomen tū ratio virtutis perit, inter extrema verò quàm latiſsima pateat diſtantia, cuius tandem arbitrio conſtituendum erit de medio? An rationis? At quā mihi

mihi dabis, quæ ſtimulis & lenocinijs cupiditatum, à recto non deflexerit? An ſenſuum? Multò minus. Nam illi quamuis rationis ſint emiſſarij atque ſatellites, attamen aut ſapientię aut mentis nexu in officio contineri non poſſunt, neque adeò ſunt perſpicaces, vt de tantis rebus iudicare valeant. Quamobrem ſolius eſt Dei Verbo ſuo, tanquam certa menſura omnia rectitudinis & iuſtitiæ, de vero virtutum medio conſtituere ac definire. Quicquid is præcipit, quicquid is laudat, quicquid is approbat, ſyncera eſt virtus & ſolida iuſtitia: quam aliunde quiſquis arbitratur ſe poſſe diſcere, is è pumice aquam petit, ab aſino lanam, reti venatur vētos, in arena ædificat, cribro aquam haurit, proruſque oleum & operam perdit.

At fingite vobis mundi ſapientes iudicij naturalis acie medium inter extremitates vitioſas poſſe demonſtrare (quod ſanè minimè dandum cenſeo) quem fructum ex his virtutibus aliquis à verbo Dei tandem habebit, Nullum: quia virtutes natura ſua præſtantes atque inſignes, in animum ſuum corruptum peccatis, nec dum fide purgatum inſerendo inquinabit & contaminabit miſerè, non aliter quàm ſi generoſiſsimum vinum in dolio putri ac fœdiſsimè olenti quis condiderit. Adhæc præclaris Dei donis eò vſque abutetur, vt cùm virtutes tum ciuiles actiones, quæ hominum iudicio probantur, non in Dei gloriam, quemadmodum par fuiſſet, dirigat, ſed ad ſua priuatim compendia & ſuas laudes torqueat. Nam humana ſcientia & induſtria, deorſum tantùm prælucet noſtro intellectui, ſcientia verò ſermonum Dei, ſurſum verſum cœleſtem facem grandem & illuſtrem præfert animis. In ſacris igitur ſcripturis, tanquam veritatis religioſis auguſtiſsimisque ſacrarijs, aſsiduè habitandum eſt. Hic certa oracula illius Themidos βουλαίας habentur, quam vt modo audiuiſtis, Conſiliariam Græci ſua voce cognominarunt, quaſi præſidem potentemque ſalutarium hominum conſiliorum.

Equidem cùm hac de re ſæpius mecum cogito, non ſatis admirari poſſum illorum inauditā ſapientiam, quia ſacrarū literarū lectione paſsim homines abſterrent, nec alijs profectò argumentis, niſi quòd multis homines criminibus atque ſceleribus comperti ſint, & perpetuò laborent animi vitijs infinitis, ideoque ad tam ſancta colloquia ſint prorſus inepti, magiſque inde ſæpius damnum quam commodum vllum reportent. Deinde non eos pudet ream quodammodo facere ſcripturam obſcuritatis ac tenebrarum cuiuſdam ſempiternæ noctis, in quibus nihil certò vel cognoſci vel definiri poſsit. Hæc ſunt viri Theologi, quæ nobis magna impudentia & intolerabili audacia fermè ſemper opponuntur.

Sed primùm de his doctiſsimis viris intelligere velim, medicinam inſtitutam ægrotis an ſanis arbitrentur? Profectò niſi deſperanter inſaniant, malè affectis, reſpondebunt; quod

A & Chriſtus oſtendit, cùm diceret, non eſſe opus valentibus medico, ſed his qui malè habent. Qua igitur fronte homines, licet peccatores, à cognitione verborum Dei renuncant? quo alio medicamenti genere illos curari volunt? Nullum eſt aliud remedium, quod præſentius à mentibus humanis depellat mala, & ſalutem reſtituat, quàm ſacrarum literarum repetita doctrina: vt verè amuletum, alexipharmacum & fomentum πανάκειον

B dici poſsit. Facultas iſta non tam liberalis eſt quàm liberatrix, & hominum ex potentiſſima tyrannide diaboli, peccati & mortis aſſertrix. Omnes igitur omnium generum homines ad hos fontes magna fiducia & alacritate accurrant. Nullum pœnitebit (Deum teſtor) hanc παρρησίαν vſurpaſſe. Diſcent iuuenes rationem præclariſsimam inſtituendæ vitæ. Diſcent viri, quo pacto ſit perſeuerandum in rectis dogmatis & ſanctis operibus.

C Diſcent ſenes mox obituri, lætitiam, quæ capienda eſt ex diſſolutione corporis, & migratione animi ad Chriſtū. Diſcent pauperes & afflicti, ſe felices in Chriſto eſſe, licet vel à mundo, vel à carne miſeri iudicentur. Diſcent mulieres officia ſuæ conditionis, nempe modeſtiam, taciturnitatem, ſubiectionem erga viros & pudicitiam.

Cumque omnes maxima cum vtilitate ſint in diuinis literis habitaturi, an exiſtima-

D tis, viri Theologi, ſolos vos abſque fructu in hoc ſtudij genere futuros? Deus hanc ſuſpicionem auertat. Nulli magis quam vos (ſcio quid loquar) hinc iuuabuntur. Nam veſtrûm plerique omnes, vel iam inſtituti eſtis, vel ſuo tempore inſtituemini Eccleſiæ miniſtri: cuius ordinis munus id eſt, homines piſcari, homines paſcere, homines ad deum trahere. Sed obſecro, quæ ſunt retia? quæ pabula? quæ cathenæ vobis in opere veſtro vſui futuræ? Ver-

E ba Dei. Si quid eſt docendum, doceatur ſermone Dei: ſi quid eſt confutandum, confutetur ſermone Dei: ſi quid eſt corrigendum, corrigatur ſermone Dei: ſi quid inſtituendum eſt, inſtituatur ſermone Dei. Denique Verbum Dei ſit vobis in omni eccleſiaſtica functione prora & puppis. Quicquid Homerus illam ſuam χρυσείην σειρὰν qua Iouē ad ſe omnia trahere finxit, ſignificare voluerit, in præſentia omitto, & veram cathenam, qua homines ad

F Deum per vos adduci poſſunt, cœleſtium verborum ſeriem eſſe affirmo, connexam per ætatum gradus, ad mortales iuuandos & rapiendos ad vitam nunquam occaſuram. Hæc planè in veteri & nouo Teſtamento contexta eſt, & ſcala Iacobi aptiſsimè dici poteſt ad cœlum pertingens, per quam Angeli & deſcendunt & aſcendunt. Quis enim tam ſtupidus, vt non intelligat, quàm in diuinis literis infinitæ Dei ſapientiæ ſenſus, ad captum hominum,

G à ſua maieſtate ſe dimittant? & quaſi ex Olympo in mundi planitiem deſcendant? Nec quiſquam, vt arbitror, ſic eſt à ſole auerſus, vt non videat quam ſublimis à terra eleuetur,

ueeut, quotus quiſque ſacram lectionem familiarem habet.

Sacras literas eſſe obſcuras.

2 Nunc vbi reſponſum eſt illis, qui nolunt homines paſsim legere diuinas literas, quòd vitijs atque peccatis laborent, vela iam ad eorum gregem vertamus, qui tenebras & obſcoritatem diuinorum oraculorom accuſaot. Hi ſibi reſponſum habeant, in his qoæ requiruntur oeceſſario ad hominom ſalutem, diuinas literas oeque inuolutas eſſe, neque caliginem babere offuſam: & ſi qois io illis euoluendis & attentus & diligens fuerit, obſeruabit facilè, in alijs locis perſpicuè ac manifeſtè doceri, quæ alicubi ſub quopiam ænigmate deſcribuntur. Effuſiſsima Dei bonitas non laborat inuidia, neque hominibus quos tantopere diligit, obſcuritate orationis notitiam ſalotarium rerom ſubtractam voluit. Optarim autem, viri Tbeologi, hoc hodie vobis quam maximè perſuaſum, obſcuritatem ſacrarum literarum, ſicobi ſit, inſtar cœleſtium eſſe, ex quibus veſtra opera & meditatiooe, ſi frequenter concutiaotur, ac ſimul eliſæ fuerint, cùm fulgura coruſcantia veritatis erumpent, tum iactus cœleſtium fulminum, quibos omnes muoitiones ac excelſa deturbabuntur atque diſijcentur, qaæ ſeſe aduerſus Deom & eius veram notitiam extollont. Mirum porrò eſt, niſi iam ſentiatur quàm apertiſsimè, quid iſta Papæ mancipia tandem ſibi velint, dum homioes abſtrahunt à verbo Dei legendo & meditando. Vellent proculdubio religionem denuò io priſtioum chaos & præteritam conſuſiooem redire.

At vos optimi fratres, & quoad hoc non quam ſatis laodati, ſapientiſsimè facitis, qoi verbum Dei aſſeruandnm vt pupillam oculi, ſcribeodumque io tabulis cordis cenſuiſtis. Cuſtodia eius quamuis ad omnes pertinet Chriſtianos, attamen ad illos maximè, qui vel doceodo & concionando iam Eccleſiæ inſeruiuot, vel ad ſacrum mioiſterium ſeſe præparant. Quod muous licet noonulli ſerui carnis & mundi, vt deſpicatum & contemptum, rideant, attamen bonorificum eſt, dignitatis vndique pleoum. Nam qui ſapientes habiti ſunt, putaruot iudicem eſſe legem loquenteio, noo alia ſanè de cauſa, oiſi quòd voluntatis, mentis & ſenſus Legis ioterpres. Quod ſi noo illi ſunt ioeptè commenti, nos verũ atque ſyncerum Tbeologum, noo abs re dicere potemus, Deum ioter bomines loqueotem. Quod taotiſper iudico recipieodum, quoad non ex inuentis hominom, ſed ex verbo Dei reſpooderit, neque vnà com Virgillano Sinone vera ſalſis miſcuerit. Ad quam poritatem ſectandam in docendo & coocionando, Symmiſtæ chariſsimi, vos toto pectore omniqoe Chriſtiano affectu adhortor, Cauete obſecro vitiorum nutriculas, voluptstem & inertiam.

Hos tamen & vnà vos omnes io Chriſto fratres cbariſsimi, velim monitos, locum ſeu Scholam huius Philoſopbiæ cœlum eſſe, vnde

A qoi repont humi, & ſuam conuerſationem in cœlis, vt Apoſtolos iuſsit, non inſtituunt, periclitantur, ne ſtudendo non ludant operam. Adhæc minimè tacendom eſt, informatorem eius eſſe ſpiritum ſanctum. Nam licet doctores, concionatores, inſtitutores, & pædagogos innomeros habueritis, niſi ſpiritus ſanctus intus præcordia refingat, illi omnes abſque operæpretio ſodabunt. Quique fuerint ſacri huius doctrinæ, iam inde ab initio deleB cti miniſtri, ſacræ hiſtoriæ affatim indicaot, Prophetæ nempe, plebei & ruſtici plerunque homines, publicani & pelliom ſutores. Verùm ex iſtorum iuxta mundum cootempta ſorte, nihil diuina oracula, aut indignitatis, aot vitij contraxerunt: ſiquidem ſacultas hęc, quanta quanta eſt, à Deo & ſpiritu eius pendet. Propterea non qoi ſoerunt illi, attendendom eſt, ſed quid tradant, quòue doctrina ſua nos impellant. Haud ſanè vocant ad raC mum oleæ, ad coronam oleaſtri, Appij folijs intertextam, non ad lauream muralem, naualem aut ciuicam, non ad ſtatuas marmoreas, æreas, argenteas, vel aoreas, non ad imagines, conuiuia perpetuò inſtructa, & victum in prytaneo, ſed eò vt Dei efficiamor chariſsimi filij, hæredes eius, & Chriſti cohæredes.

Deiode vos per ſalutem veſtram obſecro, vt ſi qua viſcera, ſi quæ miſerationes, & ſi qoa ſolicitudo vel cura vos tangit Eccleſiæ, hoc eſt D corporis Chriſti, adeò noſtris temporibus diſcerpti atque diſiecti, boc quæſo huc reſpiciatis. Non enim opibus aut ſacris veſtibus, non ciborum delectu, non ritibus & ceremonijs inſtaurabitur, ſed hoc vno pharmaco Dei verbi curari poteſt. Certè ſi ſacultas ædendi miracula hodie in Eccleſia extaret, vt primitiuo tempore habebatur, dogmata pietatis haud parum fortaſſe confirmareot. At ſi omnes in vnum conoeniamos, agamusque precibus E vehementibus & efficaciſsimis lachrymis, non tantum efficiemus quantum olim Pauli ſemicinctia præſtiterunt. Vnde liquidò apparet, quanto ſtudio ſcientia ſcripturarum ſacrarum comparanda ſit, cùm eo duntaxat præſidio tuenda ſint caſtra Dei. Porrò Apoſtoli, qoi adeo ſpiritu & miraculis fuerunt eximij, ab opere tractandi communicandique Verbum Dei nulla ratione ſe paſsi ſont remooeri: ſed F potius in Eccleſia diaconos curarunt inſtitui, qoò ipſi à cura menſarum abſoluti, adminiſtrationi Euangelij tantommodo incumberent. Quin & Paolus peram cum membranis & libris afferri ſibi iuſsit, cùm Romæ diſtineretur captiuos, vt legendo quoqoe ac ſcribendo prodeſſet Eccleſiæ. Idemque monebat Timotheom, vt doctrinæ ac lectioni ſedulò operam daret, quò & ſeipſom & eos qui audireot, conſeruaret. Sin verò bæc omnia, quæ ſanè permultum debueraot mooere, parùm mooeG rint, cur oon ſpectamus qoæ nos atrocia prælia circomſtent? Non eſt oobis (vt Apoſtolos ait) colluctatio aduerſus carnem & ſaoguinem, ſed aduerſus principatus ac poteſta-

tes

tes & cœleſtes nequitias. Quod bellum cùm
non vnum ſimplex & leuiter, ſed varium mul-
tiplex & acerrimè geratur, nos mouet, vt ex
armamentario Scripturæ tela ſemper habea-
mus quàm expeditiſsima. Omnes pugnandi
rationes & modos certandi nos oportet in hoc
bello tenere, ne turpiter nos demus, cùm ad
manus ventum fuerit. Quid proderit ad-
uerſus ethnicos & philoſophos acriter diſpu-
taſſe, cùm Iudæi ex altera parte omnia de-
populentur? Quidúe proderit Marcionitas,
Valentinianos, Arrianos & cæteras huiuſmodi
peſtes expugnaſſe, ſi omnia Papiſtæ longè
lateq́ue deuaſtent? Poſtremò, quid operæpre-
tij faciemus, ſi tantùm dogmata pia tutati fue-
rimus, & nihil de ſanctæ vitæ inſtitutione, mo-
ribus emendandis, ac ædificatione ſpirituali
allatum fuerit? Propterea huc omnes ade-
ſte, rempublicam eccleſiaſticam iuuate, ac Do
mini populum, dum inuaditur à copijs tam
violentis & ſubdolis, hoc muro Verbi Dei
plus quàm adamantino circundate. Veniat
in mentem Paulus, qui, vt in Actis habetur,
commemorabat Epheſijs, apud eos toto tri-
ennio ſe fuiſſe, monuiſſe vnumquenque, ac
id cum multis lachrymis: & nos pudeat no-
ſtrûm, qui aut nunquam monuiſſe vnom-
quemque, ac id cum multis lachrymis: & nos
pudeat noſtrûm, qui aut nunquam Euange-
lium Chriſti prædicamus in Eccleſia, aut quã
rarò & adeò frigidè, vt videamur facilè alienũ
tractare negotium. Nulli adhibentur vehe-

A mentes affectus, nec feriò vel ex animo fit
quicquam, ſed potius omnia ex ritu & cere-
monia quadam agitantur. Nemo excuſet, hæc
ad Epiſcopos tantùm & ad paſtores attinere,
cùm ad Coloſſenſes Paulus vnumquenque ad-
moneat, tum vt ſermo Dei habitet in nobis o-
pulenter, tum vt ſermo noſter ſemper cum
gratiæ ſale ſit conditus, vt ſciamus quomodo
nos oporteat cuique reſpondere. Et Petrus
vult nos eſſe paratos, vt de ea quæ in nobis eſt
B ſpe, rationem poſsimus reddere.

Verùm quia me iam ſpatio temporis ex-
cludi ſentio, idcirco vela orationis contraham,
& ad implorandam auxilij diuini opem, vt ad
portum tutiſsimum appellam. Vtq́ue diui-
nus Moſes cùm iam annos quadraginta popu-
lum Dei rexiſſet, ita orauit, Vt pluuia doctri-
na mea ſtillet, & vt ros dictum meum: ſic ego
Deus ter maxime precor, vt quæ ſum tuos di-
ſcipulos docturus, minimè ſint errorum pro-
C cella, ſed veritatis optanda & fœcunda pluuia,
meæq́ue interpretationes haud ſint hymber
Eccleſiam vaſtans & conſcientias proſternens,
verùm conſolatio roſcida, & vtilis animorum
ædificatio: Teq́ue item oratum & exoratum
velim, vt omnes qui præſentes coràm adſunt,
nec publica via, nec ſpinæ, neque petroſus
ager ſanctum Verbi tui ſemen audiant: at
bona terra & fundus à ſpiritu tuo præparatus,
è ſcripturis quæ ſulcis cordium eorum manda
D buntur, fructum trigeſimum ſexageſimum &
centeſimum referant.

ORATIO QVAM TIGVRI PRIMAM HABVIT CVM IN LOCVM D.

Conradi Pellicani ſucceſsiſſet.

QVÆ cauſæ ſoleant, viri Theo-
logi ac fratres in Chriſto dile-
ctiſsimi, à graui aliqua functi-
one non nunquam homines ab
ſterrere, vt me vel experientia
vel ſapientiſsimorum virorum literæ docent,
non quidem infinitæ, vt certo numero com-
prehendi nequeant, ſed tamen variæ atque
multiplices animo meo ſe offerunt. Primum
ſibi oblatam nonnulli procurationem recu-
ſant, quòd eis noua, recens & inopinata im-
ponatur. Nam quemadmodum à iuuencis
indomitis iugum, & à pullis equinis frena ex
cutiuntur, ſic homines omnia ea facilè pertur
bant, quorum inſolentes fuerint. Et præſertim
ſi genus vitæ ſibi delegerint, quod omninò ab
eo ad quod vocantur, munere ſit diuerſum:
quam ob cauſam Baſilium magnum, Grego-
rium Theologum & Ioannem Chryſoſtomum,
ſummo labore illorum temporum Eccleſiæ ad
Epiſcopatum capeſſendum adduxerunt, quod
ſolitariæ vitæ cupidiores fuerint, quàm Chri-
ſtianos viros eſſe oporteat, vt qui non ſibi tan
tùm nati ſint, verùm cæteris hominibus, nec-
non ſanctorum ſocietati, & maximè omnium

vero cultui Dei quàm longè lateq́ue propagan
do. Sumus omnes decretorum voluntatis no-
ſtræ tenaciſsimi, neque libenter in aliorum iu-
dicijs atque placitis conquieſcimus. Secundo
loco annumerandi ſunt, qui vocantibus ob id
reluctantur, quia exiſtimant ſuam operam fo-
re ſuperuacaneam, cùm in ea re paſsim labo-
E rent plurimi, ad quam efficiendam accerſun-
tur. Si deeſſent (inquiunt) operæ, non com-
mitteremus, vt à nobis ſtudium noſtrum & in-
duſtria deſideraretur: quî fit vt artes eæ ab ele-
gantiorib. contemnantur, in quib. exercere ſeſe
permultos viderint. Illi poſtremò cùm inuitan-
tur munus vel præſtantiſsimum ſuſcipere,
ideo nolunt, quod ſe non eſſe obeundo intelli-
gant. Materiam clamitant æquam viribus de-
ligendam, neque committendum vt oneri quã
tumuis honorifico ſuccumbamus. Nam vt id
F præclarius fuerit, noſter quoque ſub eo caſus
erit illuſtrior. Hoc vtique nomine Moſes vo-
canti Deo aliquandiu eſt refragatus: Et Hie-
remias vt ſuæ ætatis ratio haberetur, orabat.
Cogitabant ij ſancti viri, & quanta eſſet huma-
narum virium imbecillitas, & quàm graue põ-
dus adminiſtrationis propoſitæ, atque ideo iu-

benti Deo non illicò paruerunt. Hæc à me in
præſentia fratres, non ſine magna ratione ſunt
commemorata: cùm enim nulla recoſatione,
declinatione, tergiuerſatione, vel mora ſaltem
interpoſita, locum hunc ampliſsimum ad ſa-
cras literas interpretandas occupârim, nollem
exiſtimari, vel imprudenti conſilio, vel audacia temeraria id commiſiſſe. Potuiſſem vtique
à tam ſancto miniſterio, vt hoc haberi debet,
facilè auocari, ſi aliqua ex rationibus, quas iam
audiuiſtis, animum meum ab eo retraxiſſet,
verùm quia nulli earum ſpiritus Chriſti gratia
in me locus ſit relictus, ideo ſic promptum, a
lacrem, hilarem, erecto animo húc aſcendiſſe
conſpicitis. Quod vt vobis commodo veriſi-
miliq́ue argumento perſuadeam, eodem quo
cœpi ordine cauſas iam adductas excutiam, ne
que ſolùm demonſtrabo nullam potuiſſe me
iure ab inſtituto deterrere, ſed ab earum ſingu-
quaq; meam voluntatē ad hoc faciendū fuiſſe
mirificè inflammatā. Sed adeſte quæſo, vt quæ
nō deteriori fide, quā ſim pollicitus, expediam.

Quod in primis poſitum eſt, à quo deterre-
antur homines, ne functionem propoſitam ca-
peſſant, id porrò eſt, ſi nouum & inexpectatum
fuerit, quod mandatur. Mihi verò eſſe non po-
teſt hac ætate nouum, inſolens, & non opina-
tum tractandi verbi Dei exercitium. Nam iam
inde à prima ætate cùm adhuc agerem in Italia
prę cæteris hominum artibus & inſtitutis, hoc
vnum decreui perſequi, vt literas cùm primis
diuinas & diſcerem, & docerem, neque cona-
tum ſucceſſus deſtituit. Nam ſum quidem &
ipſe, vt caligo, tenebræ, obſcuritas & nox papa-
tus multis imponit, ad tempus hallucinatus,
attamen ſcripta ſacra in illo cæco ergaſtulo, vt
tum concedebatur, cùm diſcere tum docere nō
deſiſtebam. At poſtea cùm beneficio Chriſti
miſertus eſt mei cœleſtis pater, Euangelij ve-
ritatem per nubem, & vt arbores ambulantes
cœpi videre, neque quod adhuc pingui & craſ-
ſa Minerua intelligebam, reticere potui, com-
municabam alijs, augebaturq́ue lumen, au-
ctaq́ue menſura & ratione, docebam apertius
eoq́ue res adducta eſt, vt iam ſine ſummo diſcri
mine in Italia non poſſem agere: quare in Ger-
maniam viri Theologi, me contuli, quò vnde
per literas prima repurgatę veritatis elementa
guſtaueram, indies vberiorem abſolutio-
remq́ue doctrinam affatim biberem. Cupiebā
etiam præſens aliquas reſtitutas Eccleſias con
templari, ne ceu reinpub. Platonis Eccleſiæ
renouationem putarem, quæ intelligi planè
queat, ſed nulla ratione alicubi locum habeat.
Quod verò tùm auidè quærebam, Tiguri pri-
mùm, Tiguri inquam cœpi conſequi, Deo cur-
ſum itineris cœpti, non abſque omine fœliciſ-
ſimo dirigente. Nam cùm huc perueniſſem, &
piam ſinceramq́ue Theologiam hìc doceri, &
ſimplicibus apoſtolicisq́ue inſtitutis Eccleſiā
formatam eſſe animaduerti. Quamobrē ſi tunc
ratio fuiſſet oblata, qua meum exilium tueri
potuiſſem, illam quàm cupidiſsimè fuiſſem
amplexus; neque parum hanc meam volun-
A tatem ac deſiderium in me iam excitatum,
veſtra benigna humanitas auxit, nam eo bi-
duo, quo hic vnà cum meis commoratus ſum,
Doctoris Bullingeri, Bibliandri, Gualtheri, &
piæ memoriæ Pellicani, & aliorum quos no-
minatim in præſentia recenſere nequeo, pia
docta atque ſuaui colloquutione ita ſum dele-
ctatus, vt illos pro beatis haberem, qui cum
talibus viris degerent, & mihi ipſi præſens exi-
lium gratularer, per quod fueram à Deo Opt.
B Maximo ad eam conſolationem, & ad tanto-
rum virorum notitiam & ſermones adductus,
neque poſtea vnquam, mihi credite, huius
Eccleſiæ, illius bidui & conuiuij obliniſci po-
tui. Quid plura? Ægrè ſum hinc auulſus, &
quando manendi nulla occaſio per illud tem-
pus occurrebat, non gratiora conſilia, ſed ma-
gis neceſſaria inire oportuit. Sum deinde Ar-
gentoratum accitus, vbi defuncto Capitoni
clariſsimo viro ad docendum Theologiam ſuc
C ceſsi, & ſenatus eius vrbis ampliſsimi, Eccleſię
miniſtrorum, cumprimis Doctoris Buceri piæ
memoriæ, & profeſſorum Scholę non paruam
humanitatem ſum expertus, quam niſi velim
ingratiſsimo eſſe animo, candidè laudare,
atque ſinceriter prædicare debeo. Sex itaque
prupemodum totos annos interpretando ſa-
cros libros ibi egi, ac diutius manſiſſem, niſi
& à magiſtratu & ab Eccleſia fuiſſem in An-
gliam miſſus, quò cùm à rege, tum ab archie-
D piſcopo illius regni Primate, accerſitus fue-
ram Duram vtique prouinciam ſuſcepi. Nam
& in Oxonienſi gymnaſio Theologiam doce-
re oportuit, & ad conſultationes de rebus Ec-
cleſiaſticis Londinum ſubinde auocabar, vbi
quos pertulerim labores, quæ pericula obie-
rim, in ſententia orthodoxa de Euchariſtia tu-
enda, quam vos quoque viri Tigurini, vt pri-
marij & quodammodo vnici patroni conſtan-
tiſsimè ſemper defendiſtis, ex alijs quàm ex
E me vos audire malim. Norunt qui ea tempe-
ſtate ibi fuerunt, me plus quàm ſemel in ſum-
mo diſcrimine vitæ fuiſſe; cumq́ue ad opta-
tam victoriam iam peruentum fuiſſet, & do-
gma quod & rectum & ſanctum eſt obtinere-
tur, expectareturq́ue tranquillitas pacatiſsima
obijt proh dolor, obijt Eduardus ille ſanctiſsi-
mus rex, quo adoleſcente neſcio an ſol doctio-
rem pro ætate, ſanctiorem, atque prudenti-
orem vſquam viderit. Succeſsit ei ſoror diſ-
F ſimilis prorſus animi & voluntatis, ab Euan-
gelij profeſsione aliena, Papæ mancipium, mi-
nus ciuium ſuorum dignitatis & honoris,
quàm Hiſpanorum imperij atque compendij
ſtudioſa: ibi omnia defuncti regis pulcherrima
inſtituta ſunt euerſa, quemadmodum ſcitis,
boni verò aut fugati, aut occiſi. Quod autem
ipſe tam funeſtam calamitatem euaſerim, tan-
tiſper ſomnium putaui, quòd maximis diffi-
cultatibus mari tranſmiſſo in Belgicum vene-
G rim. Benegniſsimam Dei curam multoties er-
ga me ſum expertus, at nunquam æquè atque
tunc manifeſtam, dilucidam & expreſſam ſen-
ſi. Poſt illud miſerandum excidium, Argen-

tinam

tinam redij, quod illins vrbis cinis eſſem, & à magiſtratu ante anonm reuocatos. Reuertebar vt in rabus triſtibus alacri animo, vt in ea Schola Theologiam de more profiterer. Senatui porrò, profeſſoribus, veteribusque amicis reditus meos gratiſsimus fuit, noo tamen omoibus mioiſtris. De ijs loquor qui placentas & cruſtula corpus Chriſti reipſa eſſe, noo quidem probare, ſed audaciſsimè vociferari, qootidie ſunt parati. Quibus tamen inuitis, & clam impedieotibus, cùm palàm abblandirentur, priſtino loco & functioni ſum reſtitutus, Cumque tum temporis controuerſia ſacramentaria ferueret, vt nunc etiam magno certamine agitur, non abſque Dei ſumma cura, qui nolit adeo bonam cauſam turpiter in tenebris iacere, magiſtratus Argentineoſis, qui externæ paci ſummoperè ſtudet, in me recipiendo id cauere voluit, ne contentionem iſtam in Schola exeitarem, ſed vnà com ſymmiſtis pacem colerem. Pacis, quæ tameo honeſta eſſet, reſpondi, me ſemper amantem fuiſſe, ideoque illam non violaturum, ſi modò id liberum relinqueretur: vt cùm locus in doeendo tractandus id requireret, ſententiam quam veriorem puto, amicè & placidè traderem, citra conuitia & amaras verborum inſectatiooes. verùm admonebam, ſi pacem ſartam tectam vellent, curaodum eſſe, vt etiam qui diuerſarum partium eſſent, à contentiooe abſtinerent, & illa de re parcè ac moderatè loquerentur: alioqui ſalua conſcieotia fieri oon poſſe, vt veritas à me indefeoſa relinqueretur: demum & id adieci, pactione huiuſmodi me de ijs quæ anteà conſcripſiſſem, iſta de re nihil velle mutatum, caſſum, imminotumùe haberi. Diſceſſum ijs conditiooibus eſt, & pax vtrunque ſeruabatur: Sed cùm paulò pòſt à Saxonibus, & à noſtris, libellis editis acrios certaretur, illi quoque mei eruperunt, & licet in Schola nil mooerint, è ſuggeſtu tamen ad populum, ſententiam noſtram acerbiſsimè damnabant: ſed quia hæc germanicè gerebantur, & extra Scholam, non viſque adeo mouebar, quòd prudentibus & doctis viris liquidò conſtare viderem, aduerſarios parum cauſæ confidere, cùm illam in ſchola publicè tractare, vel de ea diſputare non auderent. Verùm cùm & hoc ipſos non lateret, ſubornatus eſt puer, qui vel ab alio, vel potius ab alijs, compoſitam declamationem de ſcripto recitârit, eaque acerrima erat in ſacramentarios inuectina: magno dolore ac gemitu illam booi & pij viri audiuerunt: Quid enim hoc aliud erat quàm claſsicum cecinisse? quamobrem cùm pax apertè violata eſſet, ego quoque mihi nequaquam rebar quieſcendum, quando vt Deo viſum eſt, literas cùm à vobis optimis fratribus, tum ab hoc ampliſsimo ſenatu recepi, quibus hùc euocabar. Quod ceu Dei munus vt inexpectatum ita opportuniſsimum cùm aoimaduerterem, omnioò amplectendum cenſui. Verùm quanto labore ac difficultate ab ampliſsimo

A illo ſenatu miſsionem impetraoerim, nunc tacendum cenſui, cùm id veſtrum nemini obſcurum exiſtimem. Ne tamen inconſtantis defectionis inſimularer, me ibi omninò manſurum pollicebar, ſi mihi de cauſa illa docendi, diſputandi & ſcribendi liberè quid ſentirem copia fieret, cùm aduerſarij iam iſta palàm ſibi permitterent, nec æquum eſſe, vt dum illis fas eſſet loqui, ego tacere cogerer, & rem iam eò adductam eſſe, vt à multis aut leuitatis accu-

B ſarer, quaſi ſententiam inconſtanter mutaſſem, aut impietatis, quòd verum dogma in oculis & auribus meis, tam crudeliter proſcindi tacendo paterer. Cunctatum eſt diu, ſed cùm ciuiles rationes apud eos q reſp. adminiſtrât plurimùm valeant, deoique abeundi poteſtas facta eſt, licet id ſe inuito animo facere magiſtratus coram me teſtaretur. Libertatem igitur viri Theologi, quam ibi nô potui conſequi, veſtro beneficio ſum adeptus. Propterea Deo

C in primis, deiode vobis & ampliſsimo ſenatui huius vrbis gratias ago: videorque mihi diem illum, quo huc veni, natalem habere. Sed quorſum dicetis hæc tam altè repetita & commemorata? Duplici, ô boni, cauſa. Primùm, ne tot meæ peregrinationes leuitati, ſed potius delectui animi & conſtanti voluntati aſcriberentur: nam ſolitariam vitam nun delegi, quaſi mihi vni vellem ſtudia mea prodeſſe, neque Patrum quorundam tantam cupiditatem ſe-

D ceſſum & ſolitudinis probo, cùm homines non ad id eſſe factos, neque legem Dei huc pati aoimaduerterem: hoc tantum optaui, vt in ſancta Eccleſiæ ſocietate, quę labore atque ſtudio poſſem vnquàm conſequi, alijs communicarem. Deiode, vt intelligatis hoc ſemper meorum conſiliorum fuiſſe caput, vt in diuinis literis explicandis omnem operam nauarem. Quam ob rem hoc exercitium mihi à vobis nuper mandatum, cùm inexpectatum & im-

E prouiſum non ſit, ſed expetitom & deſideratum, me deterrere non potoit, ſed potius vehementer impulit, vt locum huoc alacri animo aſcenderim. Video iam orationem meam longius prouectam de iſto primo capite qoàm putaram, ſed ſtudium purgandi ſuſpicionem, quæ de me potuiſſet haberi, & veſtra non vulgaris attentio, vt plus æquo ſurſan auderem, effecerunt.

Nunc tandem ad alterum caput venio, &

F in eo tractando breuitate ſumma vtar, vt prolixitas iam allatæ orationis compenſetur. Nego me potuiſſe reuocari ab hoc ſancto inſtituto, quod peruulgatum ſit, & in eo quàm plurimi laborent. Vtinam viri Theologi ſic eſſet, non ita miniſtrorum & ſyncerorum Theologorum penuria laboraretar. Non ſum ignarus Lutetiæ Pariſiorum, Louanij, Salmanticę, Bononiæ atque Patauij, & in pleriſque alijs gymnaſijs, numeroſas eſſe turbas, imò greges

G & armenta, ſi velitis, eorum, qui Theologiam profitentur: ſed qualem vos obſecro? tenebroſam, lutulentam, ſpinoſam & agreſtem, & diabolicis contentionibus vndique inqui-

quinatam, ita vt in tanto eorum numero qui
Theologi vocitantur, Theologum purum &
ſyncerum vix vnum reperias. Conquerebatur
Nazianzenus in ſuo Apologetico, quàm pau-
ciſsimos fuiſſe veros Eccleſiæ paſtores, quam-
uis tanta erat eorum turba, qui munus illud v-
ſurpabant, vt ſubditorum numerum vinceret:
quod hodie in Papatus tyrannide quàm ma-
nifeſtiſsimè videtur. initiantur quotidie infini-
ti ſacrificuli, qui ſacerdotia coguntur diutius
quàm vellent expectare. Noſtrorum verò qui
Euangelij puriorem prædicationem admiſe-
runt, quàm paucæ quàm raræ Scholæ numa-
rari poſſunt? Vobis quidem viri Tigurini, ſcio
doctos & pios (Deo gratia) non deeſſe Theo-
logos, & qui profiteatur diuinas literas, do-
ctiſsimum & exercitatiſsimum habetis Do-
ctorem Bibliandrum, de quo ſanè dubites an
eruditione an ſanctitate magis excellat: illum
honoris cauſa nominaui, quòd mihi ſit futurus
collega chariſsimus, quodque vos illi me vo-
luiſſe video vt Barnabam Paulo, adiungere.
Eccleſia igitur hæc citra controuerſiam abun-
dat, ſed videndum eſt, ne illi deſint quibus lam
pas de curſu tradi poſsit, & non ciuitati & agro
tantummodo veſtro debetis proſpicere, ſed a-
tiam alijs qui miſerè doctoribus & paſtoribus
deſtituuntur. Si vnquam quod ait dominus
locum habuit, hodie veriſsimum eſt, meſſam
eſſe multam, operas verò paucas. Cùm piæ
memoriæ Lutharus & Zuinglius Euangalium
prædicare cœperant, ſi quis eis dixiſſet, hanc
doctrinam quam inuulgabant, tam longè late-
que ſpargendam, nunquam vt arbitror credi-
diſſent. Bono igitur, optimi iuuenes, animo
eſtote, & ad ſacra ſtudia promptitudine atque
alacritate ſumma vos parata: teſtibilis eſt ager
Domini, neque ſpiritus Chriſti vis eſt effœta.
State itaque ſuccenturiati, vt cùm primum vo-
cem Domini audiueritis, cum Iſaia dicatis,
Ecce ego, mitte me. Videntur aliquot Heluati-
orum reſpublicæ adhuc Euangelio reſiſtere, at
& ipſæ cùm maturuerint, erunt metendæ. In
tantam igitur paucitatem operarum, & in talē
ſpem propagandæ ſacræ doctrinæ ſancti Euan
gelij cùm hæc noſtra tempora inciderint, hoc
nomine retrahi ab hac voluntate non debui,
ſed potius ad illam retinendam vehementius
inflammari.

Dixi de hoc ſecundo capite breuius, quo-
niam ita perſpicuum & apertum eſt, vt prolixa
expoſitiona longaque prolatione opus non
habuerit. Verùm in tertio noſtræ diſtributio-
nis membro, multo maiorem video fore diffi-
cultatem, quia multa in eo comprehenduntur,
quæ poſſent animum vel prudentis viri non la-
uiter permouere. Quis enim auſit negare, ſu-
pra vires nil eſſe tentandum? Quod ſi verum
eſt, qui ego poſſum ab opere propoſito non re-
uocari, cùm hactenus tantum eruditionis atqi
ſciantiæ mihi non comparauerim, vt illi iura
meo confidere poſsim, cùm etiam ætas in-
graueſcat, nequa lucubrandi ſummos labores
moleſtiamque perpetuò incumbendi libris &

A ſcriptionibus, non ſit ferendo, cùm facultas tra
dendi, nimirum explicatio diuinarum litera-
rum, perardua ſit, & vt noſtra tempora ſunt,
controuerſijs, & quidem grauiſsimis vndique
ſcateat: eumque poſtremò non apud imperi-
tos, quorum oculi facilè parſtringi, aut quo-
rum animis nullo negotio imponi queat, ſed
apud iuris diuini prudentiſsimos viros, omni
pietate omnibusque doctrinis clariſsimos, qui
val ab ipſa inſantia in hoc ſtudij genera ſunt
B axercitati, quique paleſtræ huius non vulgaria
certamina quotidie obeant, & olim fœliciſsi-
mè obierunt? Hic ſanè optimi auditores, vt
ingenuè fatear, aliquantiſper nonnihil hæſita-
ui. Quid enim aliter facerem? neſcire potui,
quàm ſit mihi curta ſupellex domi? at ipſe per-
multa quo ad ſcientiam rerum, quæſtionum
axplicationem, & linguarum peritiam in me
ipſo daſidero. Negabo me grandem natu? ca-
nities & rugata frons arguet. Inficiabor in di-
C uinis literis excutiendis multa paſsim occur-
rere obſcura & ſalebroſa loca, quæ ſint & intel
lectu & explicatu difficilia? res ipſa loquetur
cum ad opus ventum fuerit, & omnia prope-
modum patrum luculenta & ampliſsima mo-
numenta, teſtimonium contra me dicent.
Cunctabor nè demum fateri conſeſſum ve-
ſtrum ampliſsimum, ſumma pietate omnique
doctrinæ genere ornatum & exultum? ſi hoc
diſſitear, me vel ipſi lapides mentiri clamabūt,
D nedum omnes coarguant falſi, quotquot ſcri-
pta communis patris Doctoris Bullingeri vi-
ri clariſsimi, Bibliandri, Gualtheri legerunt,
& aliorum qui adeſtis vel conciones, vel diui-
narum litararum interpretationes publicè au-
diuerunt. Horum argumentorum tanta eſt
euidentia, vt negari prorſus nequeant. Neque
tamen vt quod eſt verè atque ſynceriter dicam,
quamuis mihi verſata ob oculos perſæpè ſunt,
E me vel minimùm potuerunt auertere, quin
quod ſum obiturus munus, prompto & alacri
animo ſuſciperem. Nam etſi doctrinam habeo
pertenuem & anguſtam, qualis qualis eſt, do-
num Dei eſſe ambigi non debet, donorum ve-
rò Dei proprium eſſe ſcimus omnes, cùm id
Chriſtus docuarit, vt ſi humi negligenter info
diantur, minora fiant, ſin verò negociatione
ſancta & iuſta exerceantur, ampliſsimè cre-
ſcant, & quodammodo in immenſum fun-
dantur. Vnde bonitate Dei fretus, fore omni-
F no confido, vt farina doctrinæ, quam in arca
mea paucam eſſe ſcio, ſic augeatur, vt panes
huic noſtræ menſæ non ſint defuturi, & ole-
um, quod in lecytho meo Deus poſuit, vt-
vt exiguum ſit, Chriſto fauente, quoniam
Deus prophetam ſummum excitauit nobis
ex fratribus, tantas habeat acceſsiones, vt
cibos proponendorum à me ſermonum, et-
ſi non lautè, commodè tamen poſsit con-
dire, atque ita fortaſsis redundabit, vt non
G tantùm mihi ſit futurum ſatis ad vſus dome-
ſticos, verùm quò & vobis, quibus multis
modis ſum obſtrictos, valeam diſſoluere quæ
debeo. Vt igitur iſta copia, quam maximè cu-
pio,

pio, non deſtituar, vehementer impellor ad impertiendum vobis id parum doctrinæ & ſcientiæ, quantum quantum id eſt, quod ſua bonitate Deus largiri voluit. Senectus fortaſſe corpus non nihil grauat, quamuis Christi beneficio id hucuſque parum ſenſi, verùm id commodi mihi attulit, vt multa quæ lectione ſolùm mentis intelligentia cognoſcere poteram, experientia quoque didicerim, quod ad firmiorem notitiam quantum habet momenti omnes artifices in ſuis artibus & ſciunt & libe-B rè confitentur. Deinde quæ veſtra clementia eſt & humanitas, & abſenti veſtris literis & præſenti coram ſignificaſtis, ita ætatis meæ rationem hic eſſe habendam, vt labores tolerabiles & moderatos impoſituri ſitis. Quare iſti anni quos natus ſum, nihil impediunt, quò minus hoc ſtadium quod offertur percorram. Neque materia tractanda quòd perardua ſit & difficilis, paratum & erectum animum me-C um deijcit: quia video hanc glaciem non eſſe meo gladio ſecandam, ſpiritus promiſſus abſque dubio aderit, atque Labyrinthi, ſi qui occurrent, diuino lumine illuſtrabuntur. Scio animalem hominem quæ Dei ſunt non percipere, nec poſſe quidem, quòd illa meram ſtulticiam & ſummam inſaniam iudicet. Scio hæc prudentibus & ſapientibus huius mundi eſſe abſcondita, ſcio etiam prudentiam carnis, nihil eſſe quàm graues aduerſus Deum inimici-D tias. Verùm è diuerſo non me latet, ijs qui ſpirituales, paruuli & inimici carnis fieri cœperunt, arcana ſua tanquam amicis, vt promiſit, Deus luculenter patefacit. Noui adhæc petentibus dandum, quærentes inuenturos, & pulſantibus aperiendum: quamobrem precibus & meis & veſtris adiutus, diuinam lucem adfuturam ſpero, qua per aperta liberè grediamur, per obſcura & perplexa tutò & abſque vllo errore, per arcana verò & adhuc omnino recon-E dita cum ſumma diuinæ maieſtatis reuerentia ſuſcipiendo, & demiſſo animo adorando, quæ adhuc intelligi non poſſunt. Neque me præterea latet, ex locorum ſimilium collatione, quæ prius obſcura videbantur, fieri poſſe illuſtriora, neque parum Hebræorum expoſitorum monimenta interdum lucis afferre, multoque magis orthodoxorum patrum doctiſſima ſcripta, conſilia quoque admodum prodeſſe virorum qui viuant, in diuinis literis exerci-F tatorum, qui tum in hoc cœtu, quemadmodũ iam dixi, permulti ſunt, hos accedere non verebor, & ſiquid alicubi hæſitem familiariter communicabo. Eſt difficilè dictu, ſed creditu difficilius, quàm eæ doctorum & piorum virorum collationes, modò abſque præiudicijs, & animi obfirmatione illas acceſſerimus, ad veritatem eruendam proſint. Quando igitur tot adminicula vndique ſe offerunt, diuina, inquã & humana, contra difficultatem & obſcurita-G tem, ſi qua interdum occurret in verbis Dei, an hac de cauſa debui à pulcherrimo incepto retardari? non planè, imò attrahi ſi cunctarer,

A ad hoc nobiliſſimum agrum proſcindendum, colendumque.

Quod verò poſtremò loco adducebatur leue vt omnino eſt, ad abſterrendum, ita firmiſſimum eſt argumentum ad inflammandum & incitandum, nempè quòd non ad ſimplices & rudes, verùm ad ſapientiſſimos & eruditiſſimos orationes meas ſim habiturus. Eſt porrò impoſtoris, non probi viri, ſtupidos & ignaros quærere auditores, quos poſsit fallere. At B qui veri eſt cupidus, neque vel ad ventrem vel ad quæſtum loquitur, cum illis qui ſapientia ſpirituali & Chriſtiana ſcientia prædit: ſint, libentiſsimè agit. Nam alterum duorum bonorum ſe aſſequuturum pro certo habet: nam ſi in doctrina à ſe propoſita illi acquieuerint, gaudebit vtique ſanorum virorum iudicio ſententiam ſuam probari, & ad eam retinendam illorum adiecto teſtimonio magis magiſque confirmabitur. Sin verò ab illis contradici ſenſe-C rit, cum ſciat viros eſſe graues, & velle in dogmatis ὀρθοτομεῖν haud ſuſpicabatur φιλονεικίας cauſa ſibi eos reſiſtere, vnde ſi ab ipſis aliter eſſe fuerit edoctus, quàm prius verum eſſe iudicauerit, in eorum ſententiam pedibus ibit, non itaque iacturam, ſed veritatis lucrum omnibus modis expetendum faciet. Neque rarò fit, vt ſedenti quemadmodum Paulus ad Corinth. loquitur, aliquid reueletur, quod loquenti non eſt adhuc oſtenſum. Proinde vt agnoſco, doctiſ-D ſimi eſtis Viri theologi, ac θεοπνευστοι, at ijdem mihi vnanimes, beneuoli & amiciſsimi: quid ergo verear in hac veſtra corona docta, ſed amica graui, at beneuola: ſeuera, ſed humana: ſancta, verùm benegniſsima: illo fungi munere, ad quod obeundum ego non me ingeſsi, ſed vos vocaſtis? Non itaque ab hac repellor functione, quòd improuiſa ſeu inopinata mihi & alia cogitanti, atque diuerſa inſtituta perſequenti cue-E narit: Non quòd à plerisque paſsim ſuſcipiatur, atque ob id redundans & ſuperuacanea videatur: non denique quòd onus habeat meis viribus longè maius. Imò propter omnes iſtas cauſas magis magiſque erigor, magis inſtituor, magiſque rapior, vt totus in hanc prouinciam incumbam.

Atque ad id faciendum, præter argumenta iam allata, maximè trahit, & vos etiam vt frequentiſsimè adſitis, acriter vrgere de-F bet, rerum tractandarum & dignitas & vtilitas. Quæ duo à me pluribus commendanda eſſent, niſi à pietatis cultoribus ea ſæpius audiuiſſetis facundius & eloquentius celebrari, quàm à meo ſterili dicendi genere humilique oratione vel ornari vel prædicari queant: pauca tamen vt officio non defuiſſe videar, per ſumma capita excurrens: potius delibabo quàm dixiſſe videri poſsim. Vtque non perturbatè, ſed ordine agam, à definitione incipiendum iudico. Theologiam itaque do-G ctrinam exiſtimo eſſe, non vtique naturæ lumine ſed fidei luce animis noſtris veriſimilem & perſpicuam, qua tùm diuinæ ſapientiæ

Theologia quid.

tum voluntatis certa quadam notitia ex diuinis literis in Eccleſia & diſcitur, & docetur. Eiusq́ue naturæ ac proprietatis deprehenditur, vt inſtar auri & gemmarum, quæ vt frequentius inter manus habentur ac teruntur, eò plus reſplendent, tractando & conſiderando ſui fulgoris promicantiora lumina effundit, & ceu aqua viua, quæ non modò ſitim reſtinguat, verùm ad æternam vsque vitam ſaliat, vt magis mouetur & hauritur, eò limpidior & ſuauior efficitur: & vt ignis qui dum ſæpius perflatur & agitatur, flammas cùm ampliores tùm clariores emittit. Neque putandum eſt hæc ſimilia temerè huc eſſe accommodata, cùm in diuinis literis, verba Dei ac ſana doctrina, gemmis, auro, argento, nec non aquæ viuæ, atque igni ardenti conferri ſoleant. Et non iniuria. Vt enim iſta cæteris rebus inter mortales anteponuntur vel teſte Pindaro qui ait, ἄριστον μὲν ὕδωρ, ita diuinæ literę omnes humanas doctrinas & ſcientias antecellunt. Deſcribunt ſanè aliæ quoque nonnulla Dei opera, ſed ea quæ perpetuo naturæ curſu durare cernuntur: at eæ admiranda illius geſta exponunt, quæ rara & inuſitata ſunt, atque quòd omnem vim naturæ ſuperant, miracula conſueuerunt appellari. Produntur autem ne fortè Deum ſuſpicemur, in rebus naturalibus producendis & conſeruandis, ita omnem ſuam vim & potentiam profudiſſe, vt nihil maius, amplius & excellentius facere queat. Quod profectò non ita eſt, nam infinitas Deus vires habet, vnde nihil eſt in natura tàm firmum, conſtans & robuſtum, quod ab eo in ... erti non poſſit, & longè in diuerſum flecti, a que ab initio fuerit inſtitutum. quod pijs hominibus non leue ſolatium affert. Intelligunt enim diuinis literis admoniti, omnia in ſui optimi parentis manu eſſe, nihilq́ue ſibi doloris aut moleſtiæ inferri poſſe, niſi quantum Deus omnium rerum moderator eos ad ſalutem perferre decreuerit. Hinc reddimur erecto animo in aduerſis caſibus, fortes in periculis, in ipſa cruce læti, infracto animo & prorſus impauidi, cùm pro Chriſti nomine

A ſubeunda certamina fuerint. Hinc ſociorum Danielis vox illa heroica: Ecce Deus quem colimus nos, poteſt eruere de fornace ignis ardentis, & de manu tua, ô rex, liberare: Hinc Dauid inuicto animo canebat: Dominus lux mea & ſalus mea, quem timebo? dominus fortitudo vitæ meæ, à quo trepidabo? Si obſideant me caſtra, non timebit cor meum: ſi conſurgat aduerſum me prælium, in hoc ſperabo. Et alibi, Si ambulauero per vallem vm-
B bræ mortis, non timebo malum. Atque hinc denique Paulus inſignis Chriſti Apoſtolus & puræ Euangelicæq́ue doctrinæ aſſertor & promulgator clariſsimus: Quis, inquit, ſeparabit nos à dilectione Dei? num afflictio, anguſtia, perſequutio, fames, nuditas, periculum, gladius? quemadmodum ſcriptum eſt. Propter te morti tradimur tota die, habiti ſumus vt oues deſtinatæ mactationi: verùm in his omnibus ſuperamus propter eum qui dilexit nos.
C Nam mihi perſuaſum habeo quòd neque mors, neque vita, neque angeli, neque principatus, neque poteſtates, neque inſtantia, neque futura, neque altitudo, neque profunditas, neque alia vlla creatura poterit nos ſeparare à dilectione Dei, quæ eſt in Chriſto Ieſu domino noſtro. Talia porrò ſacris edocti literis vera gloriatione filij Dei prædicant, vt qui ſciant, vt in diuinis literis audiuerunt & credunt, optimũ parentem ſuum omnia ſingulis quibusque mo-
D mentis agere, dirigere, temperare ac moderari pro arbitrio, & quando viſum fuerit citra naturæ curſum permulta facere, feris adimendo ſæuitiam & crudelitatem naturaliter inſitam, ignibus vim comburendi, Soli & aſtris natiuã lucem, robor legionibus, impetum ventis, & mari vndarum tempeſtatumq́ue vehementiã, è diuerſo multando ſapientes inſania, timorem incutiendo potentiſsimis, doctrinam afflando rudibus, infantibus eloquentiam, &
E validiſsimum robur infirmis. Qui hæc in diuinis literis norũt & cõſtanter credunt, domum ſuper munitiſsima petra fundatã inhabitant, q̃ nullis pluuierũ, fluminũ, torrentiũ inundatione, aut venti tẽpeſtatisúe impetu euerti poteſt.

EX SECVNDO CAPITE EPISTOLAE DIVI PAVLI AD Philippenſes.

QVI vires animi noſtri contemplantur, optimi & in Chriſto chariſsimi auditores, quique de illis aliquid cõſcripſerunt, memoriam eo nomine prædicant & admirantur, quod theſaurus incomparabilis rerum præteritarum ſit, & earundem cuſtos fideliſsima. Deinde quia ſummo ſtudio cauendum eſt, ne quæ præſtantiſsima hominibus conceſſa ſunt à natura, culpa noſtra' violentur, ideo memoriæ non quælibet, ſed illuſtria &

quàm vtiliſsima commendanda ſunt. Operib. autem Dei Opt. Maximi nihil extat in orbe, quod aut nobis magis conducat, aut maiori admiratione dignũ ſit. Quamobrẽ ille qui noſtrũ & noſtarũ rerũ amantiſsimus, frequenter ſuis
F legibus præcepit, vt admirabilia facinora, quæ pro ſalute noſtra edidiſſet, memoria indelebili nobiſcũ repeteremus. Quod mundi machinã vſq; ab initio ad noſtrum cõmodum fabricarit, non tantũ voluit populũ ſuum meminiſſe, verũ ſeueriter mãdauit, vt ſabbathi obſeruatione

inter eos commemoraretur. Quòd aſſerue-rit Iſraelitas ex tyrannide Pharaonis, eoſdem qui vindicati fuerant in libertatẽ, aſsiduè narrare iuſsit, atque vt recordatio externo ſigno iuuaretur, Paſchatis feſtum & ſacrificium curauit ſingulo quoque anno inſtaorare. Quodque poſtrema ætate mundi filium ſuum vnigenitũ ad orbem redimendum in mortem & in crucẽ tradiderit, nullo vnquam tempore ſuam Eccleſiam æquo animo patitur obliuiſci. Propterea Chriſti ſupplicium ſacrarum literarum monumentis tam noui quàm veteris Teſtamenti cõſignari, non ſolùm curauit, ſed etiam Sacramẽti Euchariſtię inſtitutum inter fideles agitandũ, cùm ſolueret ex orbe ad patrem, diſcipulis ſuis reliquit. Cùm itaq; hoc ſummum extremumq;

A beneficiom ſit, qoo noſtrum genus vnquam à Deo affectum fuerit, nullam obliuionem illud ex animis noſtris obliterare ſinamus. Id ne fiat, me prouocat annuus dierum orbis iam reuolutus, quo Chriſtus pro nobis cruci affixus creditur, vt vobis quo pacto valuero, immenſam eius charitatem exponam, qua propter nos crudeliſsimam oppetere mortem non recuſauit. At quoniam ingens moles dicendarum rerum mihi ſe offert, ne oratio vndarum im-

B petu & fluctuum cumolo, vel erret paruo diſpoſitè, vel in profundum confuſionis mergator, aliquis locus è ſcripturis eſt deligendus, qui tanquam certa & ſtabilis Cynoſora, & nos audientes & me dicentem dirigat. Is deſumetur ex cap. 2. ad Philip.

Hoc enim ſentite in vobis quod & in Chriſto Ieſu, qui cùm in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe æqualem Deo, ſed ſemetipſum exinaniuit formam ſerui accipiens, in ſimilitudine hominum factus, & habitu inuentus vt homo. Humiliauit ſemetipſum, factus obediens vſque ad mortem: mortem autem crucis. Propter quod & Deus exaltauit illum: & donauit illi nomen quod eſt ſuper omne nomen, vt in nomine Ieſu omne genu flectatur, cæleſtium, terreſtrium & infernorum: & omnis lingua confiteatur quia Dominus Ieſus Chriſtus in gloria eſt Dei patris.

Vt autem Deus conſilio ſuſcepto annuat, precibus de more pulſandus eſt. Qui de aquarũ natura iudicant, earum saporẽ guſtu experiuntur, perſpicuitatem aſpectu probãt, pondus diligenter examinãt, & ex quo fonte oriantur deniq; attendunt: ita in ſcripturarũ ſententijs ex-

C ponendis non ſolũ verborũ ſignificata, ſententiarum ſenſus, antecedentia & ſeqoentia conſideranda ſunt, verũ attentione ſumma videre oportet, quo animo quoúe cõſilio dicantur, quæ propoſita fuerint. Repete ab initio huius cap. Apoſt. verba, mens eſt eius ad charitatẽ & ad coniunctionem hortari. Duæ ſunt harum virtutum peſtes, contentio & gloria vana: duæ radices earum, ſubmiſsio & ſtudiũ iuuandi pro-

D ximũ. Non ſolũ ad hæc hortator, ſed Chriſtum exemplũ proponit: Quia imago eſt Dei, ad quã facti ſumus. Inter homines non eſt commodũ exemplũ, illa de cœlo fuit addocenda. Deciorũ exemplum militib. proponitur, in quibus duo ſunt στρατηγήματα militaria, vt ſe ſequeretur exercitus in hoſtes ferebantur incitati, & ſua morte numen placarunt. Primũ fatetur Cic. de natura Deorum, alterũ negat. Nos de morte Chriſti vtrunque ſcimus, & quòd imitanda ſit, & quòd

E propitiũ Deum reddiderit. Vult vt idẽ ſentiatur in nobis, nam ſi ſpiritu Chriſti agimur & illo viuimus, eundem ſenſum cõ eo habere debemus. Ab hoc, vt à cõmuni, omnia quæ ſequuntur æſtimanda ſunt. Chriſtum cũ prædicat imitandum à præceptis eius nõ recedit: Diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde. Exemplũ dedi vobis vt quemadmodũ ego, &c. Non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum. Sic fecerunt prophetis qui fuerũt ante vos: ſi me perſecuti ſunt

F & vos perſequentur. Qui nõ tollit crucẽ ſuam & ſequitur me, nõ poteſt meus eſſe diſcipulus. Primo igitur oſtendit quis nam iſte ſit quem imitari debemus, Deus & homo. Secundò, in quibus rebus fuit obediens: vſque ad mortẽ & mortem crucis. Tertiò, quid propter iſta ſit cõſecutus: exaltationem ſuper omne nomen.

Dignitatem Chriſti effert vt cũ ille è tanto faſtigio ſe demiſerit, nos qui ſumus vermes nõ inflemur & intumeſcamus. Cedamus & nos de iure noſtro, qui ſi deſcenderemus infra quã Chriſtus deſcenderit, ei non ſumus conferendi, qui vermes ſumus illi collati. In forma Dei. Maieſtate, ſpecie, decoro, dignitate, gloria &c. Iſta ſepoſuit aliquantolum, vt princeps amans plebeiã puellã priuatus ad fores eius accedit. In regia maieſtate potentiã declarat, ſed claudit amorẽ: in habitu plebeio maieſtatẽ abſcondit, ſed aperit flammã. Prius illuxerat verbi Dei potentia per creationẽ & prouidentiam, nunc demonſtrata eſt charitas. Qui nõ videt diuinitatẽ Chriſti, nil videt. Aiunt formã nõ ſignificare naturã aut eſſentiam, ſed apparatũ, maieſtatem, & gloriã vt diximus. Sed iſta non erant mendacia, non ficta: Ideo illũ Deum declarant. Honorẽ meum alteri non dabo: Quòd ſi dat illi ſuam maieſtatem, gloriam, decorum &c. non eſt alter ab illo, ſed eſt Deus. Formæ voce vtrinque vtitur, tã quo ad ſeruũ, quã quo ad Deum, vt ſcias neutram naturã in alteram mutatam. Non eſt propriũ formæ corrumpere, ſed ſeruare. Si Chriſtus fuiſſet creatura vt vult Arrius, fuiſſet ſeruus, nam omnis creatura Deo ſeruit, & non formã ſerui accepiſſet. Nõ accipimus quod habemus ſed quod non habemus: Deinde addis pluralitatẽ perſonarũ & æqualitatem: Non arbitratus eſt eſſe æqualem Deo. Hæc Chryſ. in homil. de conſubſtantialitate Trinitatis. Idem. Fatetur Arrius Chriſtũ verũ hominẽ, ſed ibi eſt vox formę. formã ſerui accepit: ergo cùm dicit formam Dei, Deum intelligit. Forma alicuius rei non patitur varietatem eſſentię ab eo, cuius eſt forma: homo nõ habet formam angeli, quia non poteſt eſſe angelus: brutum non habet formam hominis, quia non poteſt eſſe homo. Ar-

gumentatur idem à fine Apoſtoli, adhortaba- A
tur æquales Philippenſes, vt vnus alteri cede-
ret, non perſuadebat vt ſerui parerent domi-
nis. Argumentum igitur debet accipi à pari-
bus, ſi filius eſſet impar patri, nil iſtis perſuade
ret quod volebat, fuit æqualis patri & illi obe-
diuit: fuit æqualis alijs hominibus natura & il-
lis ceſsit. Eſt ſeorſus, in forma erat Dei, verùm
additur altera particula vt magis exprimatur:
ſenſit, agnouit, & arbitratus eſt ſe eſſe æqualem
Deo, & non ſecundum rapinam, & tamen im- B
perio patris ceſsit, ſuam dignitatẽ nõ iactauit,
quod facere potuiſſet, ſed exinaniuit ſemetip-
ſum, & accepit formam ſerui, nos ſerui ſumus
& accipimus formam Dei. Væh nobis. Non
abdicauit ſe diuinitate, ſeipſum negare non po
teſt, & qui cauſa eſt omnibus vt ſint, non deſi-
nit eſſe, occultauit tantùm ſub homine, & illo
abiectiſsimo. Exinaniuit ſe quoad vtranque
naturam, quia diuinam occultauit, humanam
ſubmiſit. Non tamen ita exinaniuit diuinam C
quin aliquo modo exereret: Pater dedit vo-
cem, angeli canunt, cœli aperiuntur, columba
deſcendit, aër obtenebratur, venti componun-
tur, mare fit tranquillum, ſternitur ſub pedi-
bus eius & diſcipuli, terra tremit, petræ ſcin-
duntur, velum rumpitur, monumenta aperi-
untur, infernus ędit mortuos, aqua mutatur in
vinum, panis & piſces augentur, arbos ſiccatur,
morbi hominum cedunt. Simeon, Anna, latro,
Ioannes confitentur, diabolus, vxor Pilati, D
ipſe vaticinatur & videt cogitationes cordis.
Quantum ſatis fuit prædeſtinatis gloriam di-
uinæ naturæ demonſtrauit, & alijs accuſatio
non erat. velum tamẽ humanitatis interpoſuit
quo occultabatur. Vt ſolẽ videmus nube inter
cta, ſic obſcurabatur. Vnde orat, Pater clarifica,
Deus fuiſti abſconditus, & neſciuimus. Pau-
lus: à reſurrectione declaratus eſt filius Dei.
Hæc benè miſcuit & temperauit. Factus ſer-
uus, noluit eſſe ſui iuris. Fidelis fuit ſeruus, E
quia conſilium non cœpit à carne neq; ab ho-
minibus. Iuſſerat Deus, vt redimeret nos per
crucẽ: caro refugit, nõ audit. Petrus diſſuadet,
repellitur. Iudæi volunt facere regem, caro ap-
plaudit, ille non vult. Compone malũ ſeruum,
primum hominem. Vidit quod placet, accipit,
formam Dei appetit, diabolum & vxorem au-
dit, non Deum: Ideo contrarius exitus: perdi-
dit ſe & nos: Chriſtus profuit ſibi & nobis. In-
obedientia vnius peccatores multi, obedientia F
vnius, iuſti multi. Ideo iudicemus de actionib.
ex verbo Dei, nõ ex ſenſu hominũ. Idẽ ſit ſen-
ſus in nobis, qui in Chriſto: ſeruiuit Deo, ſerui-
uit hominib. miniſter fuit circunciſionis, nõ ve
nit miniſtrari, ſed miniſtrare. *In ſimilitudine ho-
minum inuentus & in figura, &c.* Hic Marcionitæ
triumphant, dicunt: Videbatur homo ſed non
erat: vt tranſubſtantiatiores. Videtur panis, nõ
eſt. videtur vinũ, non eſt: Sed errant, quia Pau-
lus loquitur de conuerſatione, quod ſimilis cæ G
teris hominibus fuerit. ederit, biberit, dormie-
rit, ambularit, eſurierit, ſitierit, &c. Oſtendit na
turam diuinam non corrupiſſe humanã, neq;

quo ad eſſentiam, neq; quo ad conuerſationẽ.
Deinde vt dicit Chryſ. non fuit per omnia vt a-
lij homines, non natus ex ſemine virili, non cũ
peccato, non purus homo, quia Deus. In Pſal.
22. Vermis & non homo. Hebraicè non eſt
אדם ſed איש vir, vnde non negat naturam hu-
manam, ſed claritatem. Humiliauit verò ſemet
ipſum, fuit vt virgultum in terra ſitienti, vt di
cit Iſaias, ſine folijs & floribus, talia ſunt in ari-
dis locis. Multi credere noluerunt, expectaue-
runt magnum monarcham: Venit qui non ha-
bet vbi caput ſuum reclinet, qui aſellum equi-
tat, viuit eleemoſynis, odioſus ſacerdotibus &
principibus, exprobratur filius fabri, quód à
Galilæa, quòd à Nazareth, amicus peccato-
rum, potator vini, Samaritanus, dæmoniacus,
excantator, furioſus & inſanus, ſeductor & re-
gni affectator. Sacerdos eſt, non ex genere Le
ui, non ſacrificat, non induit veſtem pontifica-
lem, non ingreditur ſancta ſanctorum, quis ſu-
um agnoſcet? Rex eſt, non habet ſceptrum, nõ
diadema, non ſatellitium, ideo non receptus
pro Meſsia. Vidimus eum, & non erat aſpectus,
reputauimus à Deo percuſſum. Ecce iam Ec-
cleſia errat, & in neceſſarijs ad ſalutem, quia ve
rum Meſsiam excludit. Aliqui pauci homines
ſancti Chriſtum amplectuntur. Eccleſia ſcriba
rum, pontificum & ſacerdotum non recipit.
Ita Euangelium quia damnat carnem, reprimit
liberum arbitrium, rationem, vires humanas,
facere quod in ſe eſt, opera infidelium dicit pec
cata, operibus negat viuificationem: his ſtul-
titijs contectum repudiatur. At nos qui ſpiritũ
fidei habemus, Chriſtũ in his opprobrijs reci-
pimus, imò videmus illum ſuis afflictionibus
omnes aduerſitates ſanctificaſſe. Benedixit
maledictionibus tuis. Corpore ſanctificauit a-
quas ad baptiſmũ cũ in Iordanẽ deſcendit, cur
nõ contactu crucis, mortis & flagellorum om-
nia aduerſa ſanctificauit? Iſtæ ſunt reliquiæ illi-
us. Hoc ſuperfuit nobis ex eius poculo: multi
nollẽt reliquias iſtas, fugiunt. Multi crucẽ quę-
runt vt adorent, cũ illos tangit, fugiunt. Multi
illam oſculantur liberaliter, cũ illa premuntur
eam reijciunt, & crucifixos homines vitant &
execrantur. At nos nõ ita dicamus, ſed cũ Pau-
lo: Mihi abſit gloriari, niſi in cruce domini mei
Ieſu Chriſti, in infirmitatibus gloriabor, ſtigma
ta Domini mei in carne mea porto. Omnia quę
patimur, reliquiæ ſunt Chriſti: nam ſi ad illas
conferantur nihil ſunt: ſi morbi, labores confe-
runtur cum ſpinis & clauis, nihil eſt: ſi cogeris
facere quæ nolles, aut relinquere quæ velles,
nihil eſt, ſi conferas Chriſto ligato qui ſusque
deq; trahitur: conuitijs laceſſeris, quid hoc ad
illuſiones Chriſti? nõne cum iniquis deputa-
tus eſt? Libidinib. debes reſiſtere, at caro Chri-
ſti vulnerata, lacerata, cæſa: Odio te proſequun
tur, vide Chriſtum qui orat pro crucifixoribus.
Dura imponuntur, vide Chriſtum in horto ſu-
dantem. Eſt nephas vt ſeruus curet cutim & il
le tam acerbè tractetur: tu es nocens, ille inno-
centiſsimus. Vt Alcyones in media hyeme trã
quillæ ſunt, ſic tu ſi hæc cogitaueris, in medijs
tri-

tribulationibos lætus: & in Chriſto videbis indigniora facta quàm in teipſo fiaot: ibi pietas pro impietate cæſa, ſapientia pro ſtultitia illuſa, veritas pro mendacio negata, iuſtitia pro iniquo occiſa, miſericordia pro crudeli ſæuiter tractata: fœlicitatem pro miſero aceto perfuſam, quod eſt, dulciſsimum pro amaritudine peccati felle paſtum, innocentiam pro nocenti damnatam, Vitam pro mortuo mortuam. Si hæc non ſentis, ſtupidior es omnibus creaturis quæ ſenſum hoius indignitatis in morte Domini demonſtrarunt. Hæc ille præſtitit vt nobis prodeſſet: ſi idem ſenſus in nobis vigeret qui in Chriſto, deberemus & nos imbecillitates infirmorum portare, &c. Iudicas te fortem eſſe quoniam vis ea fortitodine vti ad premendum, vti ipſe porteris: quin potius tu geſtas & portas homines infirmos? Odio me habet, reconciliare: quæres membrum qoando eſt non nil à corpore diſciſſum, ſtatim accurris ad medicum, vt eoaleſcat reliquo corpori, cur idem non facis fratri? ęgrotat, illum vis in morbo deſerere: friget eius charitas, quin tu charitate tua illum non redaccendis? Non eſt opus beneualentibus medico, ſed ęgrotis. Deſpicis illum, à Chriſto tantopere fuit dilectus vt pro eo moreretur, & cùm eſſet illius hoſtis. Nunc habet Chriſtum pro capite, pro veſte, pro menſa, pro ſponſo, pro lumine, pro vita: ſi odio habeas, es vt Cain. Quomodo ſubſiſtes coram Deo? Es durior ſaxo, & obſcurior inferno, niſi hæc ſeruitus, quam Chriſtus pro te ſuſcepit, adducat te, vt idem ſentias erga proximum, & eodem modo ſis erga illum affectus.

Plato ſecundo de repob poeros ad caſtra voluit adduci, vt ſpectando pugnam militarem, animum induerent, ita nos ad Chriſti crucem debemus accedere. *Factus obediens vſque ad mortem & mortem crucis* Hic omnia myſteria ſalutis noſtræ recapitulantor, obedire debemus eodẽ ſenſu quo Chriſtus obediuit. Toto corde, tota anima obediuit. Sed quomodo toto corde, cùm in horto ſit reloctatus & ſudaoerit ſanguinem? & dixerit, Non mea voluntas fiat, ſed tua? Peccatum dupliciter ſe habet ad nos. Primò addocimur voluptate, & tranſgredimor legem: peccamus, ſed nos oblectamus & non ſentimos exitium: eſt ibi mors cæca & crux inſenſibilis, re tamen vera crucifigimur & perdimur. Deinde lex adhibetur, ibi iam crucem & malum noſtrum ſentimus, conſcientia flagellat, ira Dei imminet, in morte nos videmus & in damnatione. In Chriſto non habuit locum peccatum primo modo, ſed tantùm ſecundo: nam ſenſit iram Dei, & doluit & paſſus eſt, ac ſi omnia peccata commiſiſſet. Verùm adhuc eſt diſcrimẽ inter illum & nos, quoniã nos illa mala ex peccato patimur cùm aliquo malo affectu: Deom iudicamus nimium rigidè nobiſcum agere, nollemus tales leges poſitas, conquerimur de noſtra ſorte, quæ ſine peccato non fiunt: eodem modo Chriſtus non peccauit, habuit omnes affectus rectos. Morti reluctatus eſt ſolùm qua repugnat naturæ & illam deſtruit.

A Sic oblectari potuit cibis dulcibus & delicatis, quòd naturæ conuenirent, ſine vlla φιλαυτία voluptatis amore, quærendo quod ſuum eſt: ideo non fuiſſet ibi prauus affectus, vt Adamus in primo ſuo ſtatu feciſſet: at nos non ita poſſumus, cùm prauis affectibus corrupti ſimus. Vnde licet ſimilia Chriſto faciamus, peccamus vbi ille nil peccauit. Quare dicitur ad Hebr. 4. per omnia tentatus in ſimilitudinem abſque peccato. Nulla Dei lex probibet dolere mortẽ, B ſi offeratur: vult Deus vt doleat, & vt pœnã inflixit. Vnde nil obſtitit ea triſtitia, quin dilexerit toto corde & omnibus viribus. Ferre mortem talem innocens, eſt vltra vires: nobis quoque eſt vltra vires, ſed vires noſtræ ſunt fermentatæ corruptione peccati originis. Ideo quicquid attingunt contaminant. Manus munda ſi tangat ſyndonem, non contaminat illum, at immunda manus illum coinquinat. Omnia munda mundis, quia ſolummodo non imputatur im- C munditia. Idem poſſemus dicere cùm Chriſtus clamauit, Deus meus Deus meus, quid me dereliquiſti? Id clamauit Chriſtus ſine peccato; nos haud faceremus abſqoe defectu & vitio. Fuit itaque verè obediens toto corde, tota anima, &c. Alacritatẽ obedientiæ declarauit, quòd ſicu ouis ad mortem ductus eſt, non clamauit, oon reluctatus eſt, ita vt præſes miraretur ſilentium eius. Tacendo tamen cauſam non deſeruit: nam tàm erat perſpicua ſua innocentia, D vt defenſione opus non haberet, eam nouit præſes, vxor eius, Iudas, qui dixit ſe tradidiſſe ſanguinem innocentem. Iudæi item qui precium noloeront in corbonam mittere, tanqoam immondum Latro in cruce illam teſtatus eſt, & centurio. Quare non opus fuit multis verbis in defendendo. Eua & Adamus voluerunt ſe defendere in mala cauſa. & illam excuſatione feceruut deteriorem. Chriſtus verò detulit magiſtratui, & illi qooqoe fuit obediens, & obedien- E do illum quæſioit iuer ſacere vſque ad mortem. Maxima igitur fuit obedientia, item ſpontanea: quia nemo poterat ab illo animam tollere, ipſe illam poſuit. Non tamen quo ad natoram diuinam ita obediendo factus eſt minor patre: vt amicus amico obedioit, non vt inferior. *Ad mortem.* Dominus vitæ ſubiecit ſe morti, & immortalis mortuus eſt, quoniam rex pro populo debet mori: paſtor pro ouibus ponit animã, & victima pro peccato oeciditur, oportuit vt eſſet F ſacrificium. Vbi eſt ſacrificium, Deus reconcilietur, & peccatum interimitur. In ſumma fuit ibi noſtra ioſtificatio.

Sed quomodo nobis applicatur? Putant aliqui Chriſtũ vt iudicẽ ſedere, & melius currentibus & operantib. hanc ſuã iuſtitiã dare: At non eſt volentis neque currentis, ſed miſerentis: & non ioſtificamur ex operibus: & quæ fiũt antẽ regenerationẽ, ſunt peccata. Alij dicunt hãc iuſtificationem applicari nobis miſsis: ſed miſſã G inuentum eſt humanum, & tantum abeſt vt offerat nobis Chriſti beneficium, vt illud ſupprimat: Nam verba potiſsimùm præcipua occultat murmurando, & latinè omnia di-

Digitized by Google

dicit,atq; eſt opus operatum, vt eſt io vſu. Alij
dicont:Chriſtus gratis mortu⁹ eſt,& gratis dat
gratiam,fidem,ſpem & charitatẽ, & omnia bo-
na opera,& propter illa dat iuſtitiam. Sed iſta
bona opera, ſpes & charitas ſequuntur iuſtifi-
cationem, ooo præcedunt, & ſunt imperfecta
cum peccato. Veritas in eo ſita eſt,quòd ver-
bo Dei iuſtitia nobis proponitur, manifeſtatur
& ſignificatur item ſacramentis,quę verba Dei
ſunt viſibilia:fides interuenit quæ donum Dei
eſt,& per illam apprehenditous uſtenſsm iuſti-
tiam. Quare Chriſtus miſit Apoſtolos dicens:
Prędicate Euangelium vniuerſę creaturę.& ad
didit:Qui crediderit & baptizatus fuerit,ſaluus
erit,Io Iſaia 53.dicitur,quod cognitione multos
iuſtificabit.Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant
te ſolumDeum,& quem miſiſti Ieſum Chriſtũ.
Mors crucis,nouum ſacrificij genꝰs, ideo no-
uũ altare,crucifixit chirographũ decreti quod
erat contrariom uobis, & triumphauit hoſtes
ſuos. Eſt iſte currus Chriſti triumphalis.Crux
ſtatera in qua ſanguis Chriſti fuit appenſus.
Datum eſt precium pro toto mũdo,& niſi fuiſ-
ſet melius totu mundo, non redemiſſet mun-
dum. Hic opurteret percurrcre omnea mole-
ſtias quas in cruce pro oobis Dominus pertu
lit,ſed eſt impoſsibile:quoniam vt ſapientes pi
ctores plus quàm pingant,ſpectatoribus oſtẽ-
dunt,ita plus hic reſtat conſiderandum,quàm
dicatur,etiam ab his,qui ferreã haberent vocẽ,
ceotũ linguas & ora. Tamẽ deſtribuã in certa
capita Chriſti moleſtias, alioquin vt abunda-
rent miſericordię,neceſſariũ fuit vt abũdarent
miſerię,ſed niſi miſericordię vicilſeot miſerias,
adhuc eſſemus in miſerijs.Prima calamitas eſt
iacturam facere ęſtimationis. Chriſto prę latus
eſt latro,Barrabas dimiſſus,eum iniquis depu
tatus eſt. Altera, Dei auxilio quoad corpora
lem liberationem fuit deſtitutus : Deus meus
Deus meus quare me dereliquiſti? Auguſtinus
ad Honoratum diſcrimen inter nouum & ve-
tus Teſtameotum facit,io nouo ſaocti nou re-
cipiunt redemptionem, vt meliorem habeant
reſurrectiooem:ideo in morte relinquũtur,vt
vitam æternam habeant: ſed in veteri Teſta-
mento periclitabantur de facultatibus & de vi
ta corporis, ſed liberabantur, reddebatur illis
ceotuplum,iudices dabantur liberatures, &c.
Non quòd aliqui antiquitus in morte non re-
linquerentur, vt Abel, Naboth, Iſaias,&c.illi
ſortem noui Teſtameoti habuerunt, & multi
item io nouo quandoq; liberantur:ſed loqui-
tur Auguſtious vt in pluribus, & de publico
ſtatu & de promiſsionibus.Ideo Chriſtus, ca-
put oout Teſtamẽti,deſertus eſt & verè clama
bat,Deus reliquiſti me.& vt intelligatur aoti
thaſis,in Pſalm. 22. dicitur:Clamauerunt pa-
tres & liberati ſunt, clamaueruot & non ſuot
coofuſi:ego autem ſum vermis, & non homo,
& longè à ſalute mea verba delictorum meo-
rum. Tertia moleſtia, à malis miniſtris patie-
batur, Iudæis,Iuda & ſacerdotibus,pro multis
item malis & ingratis, quibus illis mors non e-
rat profutura. Quarta, Derelictus à ſuis. Moſes

A cum vidit virgam in colubrum verſam, fugit.
Multos liberauit Chriſtus à diuerſis morbis,
nullus in medium proſiluit qui diceret: Abſti-
nete manus ab hoc viro, quoniam ſanctus eſt,
hoc & illud mihi præſtitit. Quinta. Qui reman
ſerant & ſpectatores aderant, illi teotationem
augebant, deriſerunt, putarunt iniquum, coi
Deus iratus eſſet. Sic Eliphas Themanites pu-
tat de Iobo.quòd eſſet inimic⁹ Dei. Sic Apoſto
li de cęco nato,its Meliteuſes de Paulo propter
B viperá.Sed extrema eſt tẽtatio quòd dicũt:Spe
rauit in Deum,eripiat eum,ſaluum faciat eum,
quoniam vult illum: in dubium reuocant, an
Deus illum amet & prædeſtinarit? O Chriſte
libera nos ab hac tentatione in morte. Cùm ao
ceſſerit, taceamus, Chriſtum imitemur, & pa-
tri dicamus, In manus tuas commendo ſpiri-
tum meum. Item imitemur latrooem magnæ
fidei, qui cum omnes diffiterentur, confeſſus
eſt: Memento mei,cùm veneris in regnum tu-
C um. Reſpondit ei,Hodie mecum eris in paradi
ſo O bone Ieſu cruci es affixus,& illum vis de-
ducere ad cœlum? Quomodo? qua claui aperi-
es? profectò fuit huius latronis magna fides,
qui in tam miſero Chriſtũ ſperauit. Mirentur
alij ſolis obſcurationem, terræmotum, petras
ſciſſas,&c. ego hoc miror,pectus latronis ita po
tuiſſe inflammari tanta fide.Petrus oegabat in
terris, iſte fatetur io cruce. Non viderat Chri-
ſti miracula, illi nou dixerat Chriſtus: Faciam
te piſcatorem hominum, faciam te ſedere
D ſuper duodecimum thronum:& non ſolùm cre
dit,ſed cõfitetur,peccatum ſuum aperit,& ſalu
tis proximi curam gerit. Nullus rex cũ primùm
regnum ingreditur, ſocium aſſumit latronem:
Chriſtus hoc fecit & paradiſum non contamĩ
nauit, ſed potius reddidit honorificum, quòd
haberet talem dominum,qui latrones & mere-
trices ita ſtatim purgare poſſet,vt idonei eſſent
regno cœlorũ. Sexta fuit afflictio Chriſti,quod
eius corpus vndique fuit vexatum.Verè Deus
incorrere fecit in eum omnes noſtras iniquita-
E tes & pœnas Hebraicè dicitur יגיע hiphghĩ
hat.Iſtę ſunt aquæ,quas Dauid vſq; ad animá trá
ſiuiſſe clamat:Limus in quo nõ erat hypoſtaſis
profundiſsimus. Verũ iſta ſi cũ fructu cõtẽpla-
ri volumus,quiſq; noſtrum dicat,mea ſuperbia
figit caput Chriſti ſpinis,auaritia mea ſunt eius
claui,mea libido vt lancea cor illi aperit, πανωλε-
θρία omniũ meorum peccatorũ totum eius cor
pus malè afficit. Cùm hæc omnia conſpexeri-
F mus, penetremus,obſecrò vos,fidei oculis pe-
ctus Domini ſacratiſsimum,& videbimus flã-
mam incredibilẽ charitatis & ignẽ amoris im-
mẽſum,quo totus orbis poſsit ſuccẽdi ſi agno
ſceretur. Vno verbo vt mundum creauerat,nos
redimere potuiſſet:noluit,vt eius charitatẽ in-
telligeremus. Oblitus ſuorum malorum pro
ſuis crucifixoribus, id eſt, pro nobis orat,qui
noſtris peccatis illum crucifiximus:Ignoſce il-
lis quia neſciunt quid faciunt. Certè amor hic
G eſt ineffabilis:verùm cum iſta filij voluntas ex
voluntate patris nata ſit,ille nos ita amando pa
tri obediuit.Iam certi eſſe poſſumus,quod pa-
ter

ter amat nos: nam ſic dilexit mundũ, vt filium A
ſoum vnigenitium dederit. Hoc eſt per filium
trabi ad patrẽ. Hoc eſt ſolẽ uõ iu oriẽte videre,
ſed in occidẽte, quãdo ſerit parietes: in Chriſto
moriẽte amor patris erga uos reſpleudet. Qoi
ingreditur hęc coutẽplãdo, iſtud balueũ caloris
& charitatis, frigus poſtea vehemeoter horret,
ueqoe ſubſtinet facilè vt peccet. Videt Chriſtũ
pro ſe mori, patrem illum tradidiſſe: Nou qoòd
pater ſęuus ſit aut crudelis. malo per ſe non de-
lectatur, membrum vuum pro omnibus alijs B
tradidit. Deinde ita tradidit nõ vt io perpetuũ
Interierit, ſed vt poſteà optimè haberet, vt inde
placatio ſequeretor, & nos cùm de ſalute certi
redderemur, tũ exẽpla omniũ virtutum habe-
remus. Hic maxima ſocietas inter nos & Chri-
ſtuin inita eſt: Dedit ille nobis ſuam iuſtitiam,
& ſuſcepit noſtra peccata: verè languores no-
ſtros ipſe tulit, & dolores uoſtros ipſe portauit.
Poſuit in eo delicta omnium noſtrumr. Popter
peccata populi mei percuſsi eum: Fact⁹ eſt ſub C
lege, vt nos à lege liberaret; factus ſub maledi-
dicto, vt nos à ioaledicto liberaret. Plus illi te-
neinur qnàm medico: nam ille curat ægrotum
nou ſuſcepto iu ſe morbo: at Chriſtus ita ſana-
uit, vt in ſe mala noſtra ſuſceperit. Niſi hoc be-
neficiũ tãti fecerimus, vt idẽ io nobis ſentiatur,
quod in Chriſto, rei ſanguinis eius & mortis ar
ceſſemur: Quaſi ſanguioẽ filij Dei couculcaoe
rimus. Dedit Chriſtus pro nobis magnũ præ-
miũ, qoãta obſecro cũ vſura & ſœnore illud re- D
petet? ſuimus ei tam chari, deſinamus obſecro
nobis viles eſſe & peccato non vlterius ſeruia-
mus Audiuimus Chriſti mortem, & paſsionẽ,
amaroſqoe dolores, at putamos illam finitam?
non certè, hodie quoque eadem fermè patitur
in mẽbris ſuis & in Eccleſia. Ibi deſeritur, quo
niã deficit fides: & cum filius hominis veoerit,
putas fidem inoeniet? refrigeſcet charitas mul
torũ. Iuſtãt tẽpora periculoſa & homines ſuut
amãtes ſui. In ſuis aliquot, quę ſuperſunt, mem E
bris, Chriſt⁹ appellatur ſeductor, hęreticus, ex-
cõmunicatur & fit ἀποσυνάγωγος. Circũſtãt illũ ca
ues, vituli, tauri pingues, leones, rinocerotes,
vt deſcribitur Pſal. 27. Papa, Cardinales, Pſeu-
doepiſcopi, magiſtri noſtri, iſti illum quantum
poſſunt affligunt· Oſſa & membra Chriſti vexã
tur, ſanguis vt aqua funditur, animæ fermè uul
libi curaotur. Lingua Chriſti fermè vt teſta ex-
areſcit, qoia purum eios Eoaugelium pauci an-
nunciant, & veritas non docetur. Magnus eſt F
numerus canom, qui neq; valent neq; voluut
latrare, ijdemq; ſunt impudẽtiſsimi ac inexple-
biles. Spinis pongitur capur, quòd Eccleſiæ
proceres onuſti diuitijs & curis hoiuſmodi
Chriſtũ premout, uon promouent, Suut ani-
malia ventris & gloriæ, qui tantùm curis ſecoll
laborant, & ad diuiua tractanda uõ ſuut idonei.
Porpura circũponitur, qoòd in magois iſtis po-
rentijs mirificè deluditur. Canna datur in ma-
nibus, vanitas doctorũ & theologorum, ſophi- G
ſtarum argutiæ, quæ Ariſtotelẽ, nou ſacrã ſcri-
pturã ſpirant. Geou flectunt, coltus fictos per-
petoò iuueniuut. uã templa immania ſtruunt,

A intus uõ ſunt niſi idola, ſigna, ſuffitus, cerei, bo-
atus & alia id geous, ita vt altare Damaſci trauſ
latum ſit in templũ Dei. Anniuerſariorũ oõ eſt
finis & Miſſarũ. Percutiunt caput Chriſti: de-
creta enim faciũt, vt vua ſpecies ſufficiat, vt trãſ
ſubſtautiatio credatur, vt matrimoniũ claricis
aripiatur, & alia id genus. Chriſtũ ioter latro-
nes crucifiguut, quando Euangelicos omnes
cũ iniqois deputaot: toto corpore ipſum diue-
xant, quando ſuis impijs decretis cõſcientias
B nectunt, ligant & lancitãt: hominẽ noluot par
tẽ in regno Dei habere, uiſi omoia ſua peccata
confeſſus fuerit. Veſtes Chriſti, boc eſt, ſcriptu
ras quib. inuoluitor, dioidunt iu multos ſeu-
ſus, hiſtoricum, allegoricũ, tropologicũ & ana-
gogicum, ita vt iam literalẽ ſenſum faſtidiant,
& ſomoijs hominum, populos Dei decipiator:
Atq; licentia gloſſandi, diuidendi ſic omnia la-
cerant, diſrumpunt, vt nil ſani ſuperſit. Sortem
mittont ſopar veſtem, quoniam reſponſum Pa
C pæ eſt expectandom, prioſquam definiatur: à
ſcrinio pectoris determinatio eſt expectanda,
ueq; Concilio Tridentino fas eſt abſq; Papa ſta
tuere, nonnè boc eſt ſortitò agere, variaut enim
reſponſa diabolici pectoris. Hinc fit vt in Scho
lis, in Vniuerſitatibus nil permittatur tractari,
uiſi inquiſitiuè, diſputatiuè, magiſtraliter, ſed
uon definitiuè aut determinatiuè. Omnes pro
teſtautur ſe nolle aliquid contra Eccleſiam di-
cere, quæ eſt Eccleſia? Romana. Quæ Romana?
D Papa. Ah Chriſte, quando eripietur populus
tuus? Ah Deus iraſceris vſque in finem? ſumus
oues paſcuæ tuę, ſumus opus manuum tuarũ,
ſic Eccleſiam tuam vis vſque ad finem mundi
iu iſta cruce? da ei ſaltem conſtantiam, & illam
in morte ne deſeras.

Propter quod & Deus exaltauit illum: Crux
Chriſti fuit currus triumphalis, qoo vectus eſt
ad capitolium regni Dei. Deus cũ eſſet, formã
ſerui accepit. Tyranoi uon audeut vnquam de-
E ponere ſaſtum regium & principalẽ coſtodiã
corporis, timẽt enim ſibi, ne ſi ſemel deponãt,
reſomere nõ liceat. Vnde Dionyſius tyrannos
nulli fidebat, ex arce ſine ſtipatoribos non pro
grediebatur. At reges uati & priuati quandoq;
vt priuati aguut, ueq; timent regnũ ſibi eripien
dũ: ita Chriſtus egit, ſic & nos facere debemus,
cedere facilè proximis uoſtris, & nos humilia-
re ſicut Chriſtus ceſsit: nã & uos exaltabimur,
& valdè exaltabimur. Nõ enim ſunt coodignæ
F paſsiones hoius vitæ ad futurã gloriã qoę reue
labitur in uobis. Et ſi vnà paſsi fuerimus, vnà
quoq; regnabim⁹. Oportuit illũ pati, & ſic intra
re in gloriã ſuam, ita nos facere oportet. Qoia
nos vnà conuiuificauit cũ illo & ſedere fecit in
cœleſtib. Exaltauit illum vt ſederet ad dexterã
ſuam, & omnia ſubiecit ſob pedibos eius. Cùm
deieciſſet illum iutra omnes mortales, euexit
illum ſuper omues creaturas. A cruce ad ſoliũ
diuinitatis: iſta exaltatio iuxta humaoitatem
G iutelligenda eſt. Nõ enim diuina natura vnquã
imminuta fuit, ſolùm quoad hominum exiſti-
matiouem dici poteſt eleuata: nam non ſe de-
clarauit. *Dedit illi nomen quod eſt ſuper omne nomẽ.*

Digitized by Google

A id eſt, dignitatem,poteſtatem & gradum. Ad
Epheſios ſcribitur:ſuper omne nomen , quod
nominatur in hoc ſeculo vel in futuro.Poſitus
eſt Chriſtus caput Eccleſiæ, vt in nomine Ieſu
omne genu flectatur.Locus deſumptus ex Iſa-
ia, & citatus ad Rom. cap. 14. Viuit Dominus
mihi,curuabitur omne genu. Adoratio ſignifica
tur & quidē Deo debita, nō ad nomē aut ſylla-
bas, vt ſtulti faciunt,qui audito nomine Ieſu,
caput aperiunt & nil de re ipſa cogitant.Ita etiā
B agunt ad ſymbola euchariſtiæ, & rē ſignificatā
parum attendunt. Genuflexio eſt ſignificatio
externa interioris adorationis. Num adoratio
hæc humanitati datur an diuinitati? Toti Chri
ſto:non diſtinguuntur naturæ. Neq; cū adora
mus regē,iubemus vt deponat purpurā quam
uis ratio adorandi ſumatur à diuinitate. Sed
Paul. videtur ad Rom.dicere hoc futurū in die
iudicij,vt flectatur omne genu.verū eſt,ſed nūc
is honor eſt incboatus, tunc erit perfectus, cū
C omnes inimici poſiti erunt ſub ſcabellū pedū
eius. Hinc etiam apparet Chriſti diuinitas, cū
illi tribuatur adoratio. Nōnulli blaterāt quędā
de purgatorio, quia flectantur genua inferorū:
ſed quid fiet in tempore iudicij, cū amplius nō
erūt in purgatorio, nū ceſſabit Chriſt honor?
Nónne diaboli credunt & contremiſcunt, &
dum Chriſtus in mundo eſſet, cōfitebantur &
adorabant,rogabantq́; ne ſe torqueret. Nónne
multi mortui per Apoſtolos & alios ſanctos in
D nomine Chriſti reſuſcitati ſunt,& infernus no
mini Domini paruit? Nunc quoq; Diaboli nō
poſſunt plus tentare, quàm Chriſtus velit &
patiatur. Nónne vident metaphoricā locutio-
nem? angeli nō habent genua. Senſus eſt Do-
minum illū fore omnium,& ab omnib.& in o-
mni locu honorandum: omnis lingua illū cōfi
tebitur eſſe Chriſtum, idq́; ad laudem & gloriā
Dei. Iſte triumphus nobis ob oculos poſitus
eſt in Chriſto, vt intelligamus nos eius fore
E participes, ſi cum ipſo nos humiliauerimus.
Neminē igitur pigeat humiliari & afflictiones
pati. Si cū Chriſto nō fuerimus mortificati,cū
diabolo ęternum moriemur. Satius ergo eſt cū
Chriſto pati, nam iſtæ paſsiones quid ſunt ad
gehennā? quid ad ignem inextinguibilē? quid
ad vermem,qui non moritur? quid ad ſtridorē
dentium? quid ad tenebras externas? Certè ſa-
tius eſt nunc leuiter pati, quā illa extrema fer-
re. Deinde componas iſta cum æterna gloria:
Nónne illa tanta eſt , vt pro ea toto tempore
huius vitæ debeamus in aduſtione atq; vexa-
tione degere? Certè vt dicitur ad Corinthios,
hoc momentaneū & leue,graue pondus nobis
acquiret gloriæ Sed ego deliro,qui paſsiones
requiram,ſimiles paſsionibus Chriſti , cū non
poſsimus pecunias contemnere, illis nō incu-
bare,atq; ſi ſint nunquā perituræ,quaſi nos ip-
ſi ſimus immortales: Non poſſumus eſſe cōten
ti neceſſarijs, niſi greges alantur ſeruorū, nihil
eſt. Niſi omnia ſint ſericea & argentea,nihil fit.
Certè iſta non eſt Chriſti crux. Chriſtus mon-
ſtrat hâc eundum,vos aliâ pergitis. Niſi hanc
acceperitis clauem, quomodo cœlum vobis a-
perietur? Si grauis & dura videtur tua crux,ac
cipe lignum quod in aquas marath coniectum
fuit, mortem ipſam Chriſti, & inde tuæ affli-
ctiones condientur: crux Chriſti omnia reddit
ſapida,modò cum fide repetatur. Per illam ſunt
nobis remiſſa peccata: Fracta noſtra concupi-
ſcentia, nec imputatur ; Diabolus victus : A
lege rapti, à morte & condemnatione. Per il-
lam fracta maceria quæ inter nos & Iudæos
diſterminabat, reconciliati ſumus cœleſtibus,
Deus oſtendit quanti nos faceret, & in nobis
vicifsim accenditur in eum charitas. Per illam
iuſtitiæ Dei ſatisfactum eſt , Deus (alioquin
propter delicta iratus) nobis placatus, iuſtitia
gratis donata. Per illam exempla omnia bene
viuendi demonſtrata. Omnia Chriſtus ad ſe
traxit, in omnibus ſacramentis repetitur & fi-
de comprehenditur. Per illam infernus eſt ex-
pugnatus. Quare cum Chriſto illam ſubire
non dedignemur, ſumus alioqui crucifixi pro
pter peccatum, ab illo confecti ſub ira Dei &
damnatione, niſi ſimus cum Chriſto : ſed no-
ſtram crucem peccati non ſentimus,donec ad-
moueatur lex, ibi animaduertimus noſtrum
malum. Hinc incitati ad Chriſtum accedamus
& offeramus libenti animo paſſuros quæ ipſe
voluerit. Chriſto paſſo in carne vos eadem co-
gitatione armemini. Potiſsimùm cùm ille , vt
dicitur ad Hebræos, talem contradictionem à
peccatoribus ſit paſſus . Petrus rurſus dicat,
Chriſtus paſſus eſt pro nobis , relinquens ex-
emplum vt ſequamini veſtigia eius.

ORATIO DE RESVRR. CHRISTI.

F CHriſtus in Prophetis dicitur Sol,
non tantùm quòd illuminet, ſed
quia òccidit & poſtea iterum ex-
oritur: Ita Chriſtus mortuus
eſt & reſurrexit. Dixit ſe granum frumenti,
quod fructum non affert niſi corruptum fuerit
& mortuum,nō ſatis vt ſeminetur,ita Chriſto
non fuit ſatis naſci , mori voluit vt fructum af-
ferret: mentionem fecimus mortis,nunc facie
mus reſurrectionis. Primò videbimus reſurre-
G xiſſe Chriſtum. Secundò: Nos cū eo vnà reſur
rexiſſe. Tertiò: Quid iam ſuſcitatis agendū ſit.

De primo Matthæus: Mulieres, dicit, valde
mane veniſſe . Mulieribus dicunt primò de-
monſtratam reſurrectionē, vt quę primæ mor-
tem in mundum vexerunt, primæ reſurrectio-
nem annuntiarent: quia ſunt infirmæ, & Chri-
ſtus vtitur fragiliū miniſterio. His omiſsis po-
tius dicendū quod in morte vehementer dolu
erant, & quadā recōpenſatione par fuit, vt pri-
mæ gauderent . Ita pœnitentes qui dolent de
morte Chriſti, potiſsimûm quod illū crucifixe
rint, conſolationem acceperunt: deinde quære-
bant Chriſtum, & qui eum quærunt, non fru-
ſtran-

ſtrantur: Quare ſi Chriſtum non inuenimus,
id eſt, quia non pœnitet nos, & quia non quæ-
rimus. Mulieres iſtæ coluerant illũ dũ vixerat,
mortuo quoq; impendere voluerũt extremos
honores. Non faciebant vt mundus, qui prius
occidit ſanctos, poſtea defunctos adorat. Quá-
quam ſi verum dicendũ ſit, Zelus & feruor iſta
rum mulierum fuit abſque fide, & ſine iuſta ſci
entia. Chriſtum audiuerant ſibi dicentem de
ſuá reſurrectione, vt angelus illis modò dicit,
& ipſæ ferunt vnguenta & emplaſtra, quaſi nõ
eſſet reſurrecturus: vel parum crediderunt, vel
oblitæ erant: mouebantur ſolũ quodá affectu,
ſed non ex fide. Ideo imprudenter agunt in iti
nere. tandem illis venit in mentem de lapide
monumenti reuoluendo: quod ſi antea cogi-
taſſent, vnum aut alterũ hominem ſecũ potuiſ
ſent adducere: Ita ſit vbi nõ eſt prudentia fidei:
ſic Petrus putauit ſe egregiè feciſſe, cũ educto
gladio aurẽ ſerui Pontificis ſcidit. Cũ ſine fide
agitur, multa imprudẽter cõmittuntur. Et Deo
ſæpe datur quod non requirit, vt iſtæ mulieres
aromata ſecum fruſtra ferebant, multi quoque
hodie miſſas, ciborũ delectus & alia id genus.
Angelus deſcendit de cœlo: deerant teſtes hu
mani, angelus adeſt reſurrectioné nũciaturus.
Eadẽ opera in eodẽ demonſtratur conditio fu-
turæ vitæ. Erimus vt angeli Dei, & fulgentes
vt ſol: ideo angelus ſplendebat mirificè. Terræ
motus factus eſt, quia in reſurrectione inuerti-
tur natura rerum. Et oportuit cuſtodes terrefi
eri. Mulieres aſpectu angeli territæ ſunt, pro-
pter diſsidium naturæ noſtrę ortũ per peccatũ
cũ angelica natura, cui tamẽ debuimus eſſe fa-
miliares, nã ſunt noſtri cuſtodes. Durabit hoc
diſsidium, quoad corpus depoſuerimꝰ. Cuſto
des facti ſunt velut mortui. Voluerũt retinere
Chriſtum in ſepulchro: ita hodie principes ar-
mis & cõcilijs volunt Euangelium ſepultum
eſſe: Erumpat prudentia humana, nil contra
Deum. Imo omnia cadũt in cõtrariũ. Volue-
rũt terreſacere accedẽtes, & ipſi ſunt ꝑterrefa-
cti. Voluerũt impedire Chriſtũ ne egrederetur
& ipſi ſunt impediti & facti velut mortui. An
gelꝰ cõſolatur mulieres: Nolite timere vos. Pij
poſt timorem conſolationem capiunt ab ange
lis, quia loquuntur verba Dei, & verbũ Dei nos
conſolatur. Non conſolantur cuſtodes, quia
ſunt inimici Dei, & in inimicitia perſeuerant.
Surrexit non eſt hic, corpus Chriſti nõ vbiq;.
Nuntiatur diſcipulis. Cũ aliquod bonum nacti
ſumus, cõmunicandum eſt. Præcedet in Gali-
lęá, octiduo tamẽ quib. manendũ erat. Hieroſo
lymis propter feſtum illis apparuit, In Galilęá
erát redituri, quia inde erát oriundi, ſępe ibi cũ
illis verſatus eſt Dominus. Quoad tẽpora Pẽte
coſtes, redeundũ fuit in Hieruſalẽ, ibi ad montẽ
oliueti viderunt aſcendentẽ in cœlum, & iuſsi
ſunt manere Hieroſolymis, donec induerent
virtutem è cœlo. Iam reſurrexiſſe Dominum
patet teſtimonio angeli, mulierum & Euange-
liſtæ. Sed in Veteri Teſt. vbicunq; legitur Chri
ſtum in ęternum regnaturum, eius reſurrectio
monſtratur. In oppreſsione piorum & libera-

A tione, quæ legitur in Vet. Teſtamen. habemus
Chriſti mortem & reſurrect. non in figura, ſed
verè: quia Chriſtus verè in ſuis membris pati-
tur, vt: Saule Saule quid me perſequeris. Ionas
demõſtrauit vtrũq; vt Chriſtꝰ dicit. Dauid: Nõ
relinques animá meá in inferno, neq; dabis ſan
ctum videre corruptionem. Chriſtus illá præ-
dixit, Soluite templum hoc & triduo erigam
illud. Et in alijs locis de filio hominis tradẽdo
ſæpe dixit Probauit per 40. dies ſuam reſurre
B ctionem apparendo. Ait diſcipulis in Emaus,
Moſen, Prophetas & Pſalmos teſtari, Chriſtũ
oportuiſſe pati, & ſic intrare in gloriam ſuam.
Ad Corinth. Si Chriſtus non ſurrexit, vana
eſt prædicatio noſtra, vana eſt fides veſtra, in-
uenimur falſi teſtes: qui mortui ſunt in Chri-
ſto, perierunt, Chriſtus non eſſet dominus vi-
uorum & mortuorum. Et ad Rom. dicitor in
hoc reſurrexiſſe. Hæc de primo.

Nos cum illo reſurreximus. Nam vt id oſtẽ-
C deret, cùm ſurrexit, multa corpora ſanctorum
ſecum habuit, quæ apparuerunt alijs. Deinde
non ſibi ipſi ſurrexit, ſed alijs, nobis inquá cùm
ſit noſtrũ caput. Si ſurrexit ille, membra quoq;
ſunt excitata. Exemplum illorum qui ſunt in
aquis pręfucati. Ad Rom. Cũ donauerit filium
ſuum, quomodo nõ omnia donauit cum illo?
quòd ſi donauit omnia, donauit etiam reſurre
ctionem. Ad Epheſ. Cùm mortui eſſetis in deli
ctis veſtris, vnà conuiuificauit cum illo, neque
D ſolùm conuiuificauit, ſed etiam cõſedere fecit
ad dextram in cœleſtib. Atq; in eadem Epiſt.
ad Epheſ. eodem cap. Quæ ſit excellens magni
tudo potentiæ eius in nos qui credimus ſecun
dum efficaciam roboris fortitudinis eius, quá
exercuit in Chriſto cùm ſuſcitaret eum ex mor
tuis, &c. Deinde ſurrexit nobis & ſedet ad dex
tram patris, & nobis impetrat ſpiritum, qui
fuit in eo principium reſurrectionis. Nã ad Ro
man. dicitur: Si ſpiritꝰ eius qui ſuſcitauit Chri
E ſtum ex mortuis, habitat in vobis, viuificabit
& mortalia corpora veſtra, propter ſpiritũ ha-
bitantem in vobis Ad Rom. item 6. Ita & vos
reputate, vos quidẽ peccato mortuos: viuẽtes
autem Deo per Chriſtum Ieſum. Mortui ſu-
mus omnes per Adamum & mortem in præ-
ſentia guſtamus. Vnde ſi nolimus Chriſtum fa
cere Adamo deteriorem, dicamus & illum vitá
nouam dediſſe, quam in præſentia guſtemus.
Chriſtus eſt primitiæ reſurgentium, vt dicitur
F ad Corinth. Primitiæ non ita præcedunt alios
fructus, quin ſimul ſint: Non quidem ſunt ma
turi, ſed iam tamen extant: ſic & noſtra reſur
rectio licet matura non ſit, attamen habetur.
Et ſicut Chriſtus nos traxit ſecum in mortem
& ſepulturam per baptiſmum: ita etiam extra-
xit ad vitam: Hoc denotat immerſio & emer-
ſio, quando baptizamur. Dicitur ad Roman.
Quod ſi confiteamur Dominum Ieſum à mor
tuis reſurrexiſſe, ſalui erimus. Ergo reſurrectio
G Chriſti ad noſtram reſurrectionem ſpectat, nõ
enim poſſumus eſſe ſalui, niſi ſimus illius par-
ticipes. Traditus eſt propter delicta noſtra, &
reſurrexit propter iuſtificationem noſtram.

Digitized by Google

&c. Expone vt noſti, Si conſurrexiſtis cum
Chriſto, quæ ſurſum ſunt quærite, &c. Minor
addenda, Sed cōſurrexiſtis cū Chriſto. Ergo
debetis quęrere quę ſurſum ſunt. Qui credit in
filium, vitā habet æternā. Spe ſalui facti ſum9.
Sed tamē adhuc ſumus ſub morte vtcunq;, ne
que vt Libertini, dicimus reſurrectionē eſſe fa-
ctam, tantū inchoatā affirmamus, quia Deus
nō adducit ſtatim ad ſummū & perfectō gradū,
prius quædā præludia & exordia largitur. Pri-
uſquam Moſes dux populi Dei declararetur, ſi
credimus Ioſepho, diadema, Pharaonis ad terrā
deiecit & conculcauit, Ægyptiū interfecit, &
pacē inter Iſraelitas cōponebat: quo declaratur
vocationis ſuæ fuiſſe participē, licet nō adhuc
plena eſſet & declarata. Item Dauid puer inter
ficiebat leones & vrſos, adoleſcentulus interfe-
cit Goliath, vnde regiminis Iſraelitici iam inci
piebat eſſe particeps, licet rex non eſſet declara
tus: ita nos licet perfectam non adhuc obtinue
rimus reſurrectionem, in ea tamen verſamur.

Nunc videndum eſt, in quo noſtra hæc reſur
rectio conſtet. Primū in bonis operib. quę nil
aliud ſunt, quàm inchoationes & initia vitę æ-
ternæ: ſunt gradus per quos Deus nos trahit
ad perfectam vitā, nō merita, ſed iter & inchoa
A tiones. Debitores ſum9 vt nō ſecundum carnē
viuamus, ſed ſecundùm ſpiritum: ſi enim ſecun
dū ſpiritū facta carnis mortificaueritis, viuetis.
Mortificate membra veſtra, quæ ſunt ſuper ter
rā. Et illa exprimit, fornicationē, auaritiā, idolo
latriā, &c. Et vetus homo noſter, quo magis de
ſtruitur, nouus renouatur indies Itē ad Cor. 2.
Mortuus eſt pro omnib. vt qui viuit iam nō ſi-
bi viuat, ſed ei qui mortuus eſt pro nobis. Vn-
de Paul. Viuo ego iam nō ego, viuit verò in me
B Chriſtus. Videndum eſt vt non tantùm verbis
teſtemur Chriſtū reſurrexiſſe, ſed illum oſtēda
m9 in nobis reſurrexiſſe. Chriſt9 cū ſurrexiſſet
intrauit in gloriā patris, vt nos probemus nos
in hac inchoata reſurrectione filios Dei, vt ſu-
mus, vnde ad Romanos dicitur: Chriſtus de-
finitus ſeu potius declaratus filius Dei ex re-
ſurrectione mortuorum. Omnia ſunt Chri-
ſto ſubiecta, ita nos omnia debemus vincere,
& nulli rei ſuccumbere. Superſtemus tenta-
C tionibus & de tribulationibus triumphemus.
Chriſtus eſt ſurſum, & noſtra conuerſatio ſit
in cœlis. Poſtremò perſeueremus, quoniam
quod Chriſtus mortuus eſt, mortuus eſt
ſemel, & mors illi vltra non
dominatur, &c.

SERMO IN LOCVM IOAN. XX. CAP.

CHRISTVS die vno ſabbatorum (hoc eſt, die Dominico) ad veſperam apparuit congregatis diſcipulis, forib. clauſis, oſtendit eis manus & latus, dixitq́, Pax vobis. Illi viſo Domino ſunt exhilarati. Poſtea addidit: Sicut miſit me Pater, ego mitto vos. Et cùm hæc dixiſſet, flauit in eos & dixit eis: Accipite Spiritum Sanctū. Quorumcunq; remiſeritis peccata, remittentur eis: quorumcunq; retinueritis, retenta ſunt.

CHriſtus eadem opera tria fecit,
Primò apparitione iſta ſuam re
ſurrectionem probauit. Secun
dò illos eſt conſolatus data pa-
ce. Tertiò amandauit ad alios
conſolandos data clauium poteſtate. Quoad
primum de apparitione Chriſti, notabis factā
die Dominico: Nam dicitur, Vno ſabbato-
rum. Erant Apoſtoli congregati concluſi atq;
triſtes: nec mirum. Triſtitia vel eſt ex metu im
pendentis mali, vel ex præſenti malo. Præſens
malum erat, quòd charo præceptore deſtituti
erant, Illum amiſerant morte ignominioſa af-
fectum. Deinde videbantur ſibi iam redditi in-
fames, quaſi diſcipuli fuerint ſeductoris & ma-
lefici hominis. Metuebant etiam quod futurū,
ne talia exempla in ſe æderentur: nam Iudæi
videbantur in eos quoque ſæuituri. Congre-
gati ſimul erant, & propter iſta triſtes. Conſul-
tabant fortè ſimul quid agendum: ſed huma-
na conſilia erant infirma. Ecce Chriſtus adeſt:
quoniam ſuis in maximis periculis non deeſt.
Fores erant clauſæ: Fortè ceſſerunt, fortè Chri
ſtus per feneſtras aut tectum ingreſſus eſt:
aut ſi penetrauit fores, miraculum fuit, quod
ex ſacris literis dabitur. At nō debent hìc Trāſ-
ſubſtantiatores inferre, Corpus Chriſti eſſe in
multis locis: quòd Scriptura non dicat id fieri,
neq; ſtatuat panis aut vini ſubſtantiā recēdere.

Tales nos frequentiſsimè ſumus triſtes, cū
propter malam conſcientiam, tum propter mō
D tis tenebras & voluntatis infirmitatem. Acce-
dit metus inferni, & multæ præterea calamita-
tes oppugnant: & niſi Chriſtus adſit, peſsimè
nobiſcum agitur. Sed aduenit, & ſi fide illum
amplectimur, tum omnia fiunt pacata: & ex-
hilaramur, vt Apoſtoli viſo Domino. Quoniā
Euangelium eſt lætum nuntium: per ipſum
Chriſtus ad nos venit, & reddit lætos. Non eſt
vt Domini huius mundi Chriſtus Dominus
noſter. Nam ſi illi veniant, premunt, exigunt
E tributa, grauant & auferunt: At Chriſtus non
venit nocuus, ſed affert ſua dona, neq; vnquam
venit vacuus. Videamus quid attulerit? Pacē
& gaudium & certitudinem de Reſurrectione
ſua. At nunc miſſa probatione Reſurrectionis
agamus de pace.

Pax eſt tranquillitas ordinis: Ordo parium
diſpariumq́ue rerum ſua cuiq; tribuens diſpo
ſitio. Verùm pax eſt duplex: Vna remouet
quæ turbant, aut moleſtiam pariunt: Altera
F ſinit illa, quæ affligunt, adhuc manere, ſed cō-
ſolatur & roborat animos, vt fortes ſint, &
non ſuccumbant, ſed læti ſint & gaudeant.
Prima pax eſt mundi, altera Dei. Simile: Si
ciuitas obſideatur, poteſt pacem habere, ſi re-
moue-

moueator obſidio, vel ſi maneat quidem obſi-
dio, ſed tutus annonæ ſit ſatis, ſintq́ boni du-
ces & munitiones tutiſsimę. Pręterea pax mú-
di dicitur, quia múdus illam facit. Poteſt enim
facilè diuitijs pelli pauperies, medicinis mor-
bus, & gratia principum obſcuritas. Deinde ap
pellatur mundi, quia mundus illam ſolam no-
uit. Alteram * quę manentib. tribolatio-
nibus adſit * Sed rogabis: Annó quá-
doq́ philoſophi non curarunt externas mole-
ſtias? Reſpondeo: Acceſſerunt ſuis virtutibus
moralibus aliquantiſper, ſed nó attigerunt pa-
cem de qua loquimur. Fuerunt illæ vmbræ &
ſimilitudines virtutú, non iuſtæ atq́ ſolidę vir
tutes. Vnde cùm venitur ad grauiſsima mala,
ſuccumbunt. Cato, Brutus & Caſsius ſe inter-
fecerunt: verùm Chriſti martyres fortiter du-
rant. Adhæc fortis moralis habet, quando pro
patria vel moritur, vel extrema pericula obit,
obſcuratam felicitatem magnitudine doloris
& laborum, tantùm ſentit aliquid leuis guſtus,
cùm reſpicit finem. At in martyribus tú maxi-
me ſpiritus ardet ac viget. Pax ergo Chriſti nó
remouet externa, ſed pacat animum, & Deo re
conciliat, mentem illuſtrat, voluntaté roborat,
& conſcientiam pacat, & firmam ſpem facit, ex
terna hæc tandem finem habitura, neq́ vnquá
poſſe nobis nocere. In medijs tribulationibus
nos reddit pacatos & tranquillos: Non mutat
res, verùm homines, idq́ per fidem. Nam appre
hendimus Chriſtum noſtrum Mediatorem no
biſcum eſſe, atq́ per illum nos Deo placere. Vn
de nil nocet. Hæc eſt pax Dei: quoniam illam
ſolꝰ Deus facit, & qui nó ſunt ſpirituales, eam
nú norút. Pax mundi remouet externas mola-
ſtias, ſed homines non mutat: Remanent enim
in ſua deſperatione, tenebris, mala cóſcientia
& peccatis. Vnde pax Dei efficacior eſt, quæ
contrario adhuc pręſenti & inſeſtante nos pro
tegit, & mutat nos: Quoniam ex puſillanimis
facit robuſtos, ex timidis fortes, ex debilib. fir-
mos. Quando enim per fidem Chriſtum ap-
prehendimus, nil poteſt nobis illi coniunctis
obeſſe, ſed dicimus: Dominus fortitudo mea,
non timebo quid faciat mihi homo: Si conſur-
gant aduerſos me caſtra, non deſperabo. Mun
dus reputat hanc piorum pacem atq́ tranquil
litatem ſtultitiam: quia non videt eius intrin-
ſecum principium. Sicut qui videret homines
procul ſaltantes, & non audiret ſonum, iudi-
caret illos inſanire: verùm ſi accedat, & nume-
ros Muſicos per aures in animú admittat, iam
& ille ad eoſdem motus incitabitur: Ita mun-
dus, cùm Chriſtum in ſe non ſentiat, eiuſq́ue
gaudium & pacem non experiatur, inſaniam
putat, gaudere in medijs tribulationibus. Diſci
puli gauiſi ſunt, quòd viderint Dominú. Nam
ſi mundum intueamor, aut noſipſos, nuſquam
eſt materia lætitiæ: Imò potius lacbrymas ſub-
miniſtrant. Quare lætari ſi volumus, opus vt
Chriſtum ſpectemus. Ibi erimus læti. Sed cùm
ipſi ſumus pacati & reſtituti, neceſſarium eſt,
bonum acceptum alijs communicemus. Vn-
de Chriſtus dicit: Sicut me miſit Pater, ego mit

A to vos. Chriſtus non pro ſeipſo venit, ſed pro
alijs ſeruandis: ita & nos aliorum ſalutem de-
bemus quærere. Quod vt fiat vtiliter, tradidit
Chriſtus flatu Spiritum ſanctum: non quod
halitus eſſet Spiritus ſanctus, verùm fuit ſym-
bolum, quo ſignificabatur.

Eſt Metaphora in voce clauium. Vt enim
clauduntur aliqua & aperiuntur clauibus: Ita
in peccatis clauduntur & detinentur interdú
animi atq́ interdum ſoluuntur. Certè non alia
B ratione expedimur à peccatis, quàm notitia per
fidem Chriſti. Peccatis obligamur, quando in
incredulitate relinquimur & obſtinatione. Vt-
q́ue res bene intelligatur, ſciendum eſt, idé hîc
ab Ioanne tradi, quod à Matthæo & Marco, cú
dicitur: Ite & prædicate omni creaturæ: Nam
q crediderit & baptizatꝰ fuerit, ſaluus erit. Qui
non crediderit, condemnabitur. Sed Ioannes
plenius agit, & inquit, datum Spiritum ſanctú:
quia per illum intelligitur Scriptura vt prædi-
C cetur, & cùm prædicatur, per eundem ab audi-
entibus creditur. Ideo ſubdit: Quorú remiſe-
ritis peccata, &c. Lucas cùm hoc idem dice-
ret ad finem Euangelij, ait, Chriſtum aperuiſſe
illis ſenſum, vt intelligerent Scripturas: quod
factum eſt hac inſufflatione Spiritus ſancti.
Hoc eſt inaugurare miniſtros & epiſcopos, nó
mitra paſtorali & vnctione, &c.

Duplex itaque clauis eſt, vna prædicandi
Verbum Dei, altera verò credendi eú auditur.
D Vna ſine altera nó aperit, neq́ relaxat crimina.
Putant Pontificij authoritatem eſſe à Deo ſibi
datam ſoluendi & ligandi quos voluerint cla-
uibus regni cœlorum. At clauis illa nihil reue-
ra eſt aliud quàm Verbum Dei, non magis ſacri
ficis quàm alijs, ſed omnibus Chriſtianis com
municatum. Afflaturq́ iſtud Verbum Dei Spi
ritu ſancto, partimq́ prædicatur, & partim cre
ditur: & hoc modo peccata remittuntur: reti-
nentur autem cùm homines increduli ſunt, &
E deſeruntur in ſua incredulitate: atq́ tunc illos
Deus ligat in cœlo. Nam tolerabilius erit So-
domæ, quàm illi genti, &c.

Sed dicont, ſi ita ſit, tunc nos non ligamus
neque ſoluimus, ſed Deus per Verbum ſuum.
Verùm actiones Dei ſæpe ex illius bonitate có
municantur hominibus. Dicuntur enim electi
cæcus illuminare, claudos ſanare, mortuos ex-
citare, cùm iſta ſint opera Dei. Sic dicuntur li-
gare & ſoluere, quatenus inſtrumento Dei v-
F tuntur, qui ipſe ſoluit & ligat. Cú Petro promiſ
ſæ ſunt claues, nó ſunt datę: ſed etiamſi datæ eſ
ſent, nó ille ſolus eas habuiſſet, ſed omnes alij
Apoſtoli cú illo, ſub quorú perſona reſpódebat:
Tu es Chriſtus, Filius Dei viui. Quoniam ſub
perſona aliorú hoc dixit, vt prius Ioan. 6. cú di-
cit: Ad qué ibimus? Tu verba vitæ æternæ ha-
bes: Scimus enim, quòd tu es Filius Dei viui,
&c. Vbi vides illú numero multitudinis loqui
pro omnib. Neq́ hoc ille ſibi tribuit, vt ſit ſup
G alios. Imò in ſua epiſtola priori cap. 5 adhorta-
tur presbyteros ipſe compresbyter. Nó differt
ipſe à presbytero, vt inquit Hieronymus. Idem
que ſentit Chryſoſt. ſuper epiſt. ad Titum.

Ibi ſunt ergo promiſſæ claues, ſed vbi datæ?
Dicunt aliqoi, tunc quaodo eſt dictum, Oraui
pro te Petre, ne deficiat fides tua, & tu aliquan-
do conuerſus confirma fratres tuos. Sed hoc
non fuit niſi Petrum conſolari, vt non deſpera
ret poſt peceatum, atque dicitur illom eſſe re-
ſtituendum priſtino gradui. Nil hic de clauib.
Quòd ſi vrgeatur Verbum coofirmandi, iam
ſentient nobiſcum: Quia nō confirmabat fra-
tres Petrus aut vllus Apoſtulus niſi verbo Dei.
Qoare claues erunt verbum Dei. Alij dicunt,
tunc datas Petro claues, quando eſt ter interro
gatus nū diligeret plus cæteris? & reſponſum
eſt illi, Paſce agnos meos. Verū Auguſtinus &
Cyrillus hæc ideo dicta eſſe ſcribunt, vt per tri
nam coofeſsionem recōpenſaretur nota trinæ
negationis: De clauibus aotem nulla fit men-
tió. Sed ſi daremos eis, iſto loco datas Claues,
quid haberent vltra id, quod nos cōcedimus?
Conſiſterent in paſcendo: hoc aotem fit vt nos
dicimus per Verbum Dei. Quare accipiant vt
volunt, Claues ſunt verbum Dei. Non enim
alia re paſcitur animus quàm Dei Verbo.

Eſt quidem clauis quoad Excommunicati-
onem & Reconciliationem: ſed illæ claues nō
ſuot vniuerſales, niſi qooad peceata enormia
iam publica & coouicta. Claues autē ſont res
generales, quoad omnes, qui ad Eccleſiam ad-
ducendi ſuot, quibus relaxanda ſunt, vel reti-
nenda peccata. Sed tamen ſeieodum, quòd &
illa Clauis excommuoicandi aut reconciliandi
non eſt niſi Verbum Dei. Cùm eoim excludi-
tur publicos peccator, aot recoociliatur, hoc
non fit oiſi verbo Dei. Ita vt quocunq; te ver-
tas, id ſemper ſequitur, quod nos docemus.

A Claues ſunt Verbū Dei: quare nō eſt quòd ſa-
crifici adeò glorientur. Sunt enim duę Claues,
vna docendi, altera credendi. Vtuntur illi ſua
Claui, ſed ea oon eſt ſatis ad regnum cœlorum
aperiendū, niſi qui audit, vtatur ſua, & credat.
Spiritus ſanctus author eſt ambarū: quia nec
benè prædicatur, neq; ritè creditur, niſi ipſo iu
uante. Imò Chriſtus quando prædicabat, ſua
pręedicatione non omnib. aperiebatur cœlum,
neq; omnibus remittebantur peccata, ſed tan-
B tom his qui vtebantur ſua Claui, & credebant.
Fatemur quidē Verbum Dei à quocunq; dica-
tur perinde eſſe ac ſi diceretur ex ore Dei: ſed
nō hoc facit, qoin omnes habeant Claues. Imò
quoad credenres & audientes, dicitur: Dedit
eis poteſtatem filios Dei fieri. Neq; Clauis vtē-
di Verbo Dei tantùm ſacrificis data eſt, ſed to-
ti Eccleſiæ. Vode Spiritus ſanctus eſt qui dat
Claues: omnes autē credentes habent Spiritū
Chriſti, alioqui nō eſſent eius: ergo omnes ha-
C bent Claoes. Nō tamen quoad functionē exter
nam, omnes debeot prædicare & Sacramenta
adminiſtrare: ſed Paulus vult omnia ordioe fi-
eri. Ideo eliguotur aliqui doctiores & meliores,
qui loco totius Eccleſiæ agunt, dicunturq; mi-
niſtri Eccleſiæ. Nam ſi omnes ſimul vellemus
cōcionari, eſſet ranarum coaxatio. Cæterum
priuatim quiſq; babet Claues, cum proximo
ſoo, & poteſt Verbo Dei cum illo agere: & ſi il-
le detexerit ei peccatuio ſuum, illum ex Verbo
D Dei cōſolari, monere, hortari: Cui Verbo Dei
ſi ille fidē habeat, remittuntur peccata, & cœlū
aperitur: ſin verò nō credat, peccata retinētur,
& ligatur. Atque hæc de Clauibos. Banedictus
Deus, qui dedit talem potaſtatem hominibus.

ADHORTATIO AD COENÂM DOMINI MYSTICAM.

EIA fratres dilectiſsimi, iá Domini
ca Cœna eſt agitanda, ad quá Dei
nomine vos omnes quotquot
adeſtis, inuito, voſq; obſecro per
Ieſum Chriſtum Dominum no-
ſtrum, per beatá ſpem adoentus eius & felicita
tem æternam, qoá expectamus, vt ſic benignè
atq; humaniter vocati & inoitati à Deo, nō de-
E trectetis accedere. Noſtis quàm graue ſit atq;
moleſtum, iam paraſſe ſplendidum cōuiuium,
menſam apparatu magoifico inſtruxiſſe, atq;
dum nil aliud ſupereſt quàm vt accombatur,
conuiuas nulla iuſta legitimaq; cauſa renonti-
are ſe nō eſſe acceſſuros. Quis veſtrûm ibi non
commoueretur? Quis non arbitraretur grauiſ
ſimam iniuriam ſibi eſſe factam? Quamobrem
vos qooq; in Chriſto chariſsimi, cauete ne hác
ſacram Cœnam detrectando prouocetis cōtra
F vos indignationem Dei, & acerbiſsimam eios
iram incurratis. Facile eſt dicere hominibus,
Non communico, quia non poſſum: At eſt diſ-
ficillimū, imò impoſsibile, vt huiuſmodi excuſa
tio coram Deo approbetur. Fac Deum inter-
rogare, Cur non potes? Quid obſecro reſpon-

debis? Peccatis ſum contaminatus. Cur nō te
pœnitet? Ad reſipiſcendum non exiguntur lō-
ga temporum ſpatia. Potes nooa ſpe lucri aut
cōmodi ſtatim mutare propoſitum, potes cō
ſilium inuertere, potes contra quæ inſtitueras
agere. At cùm à peccato eſt recedendum, ais,
Non poſſum: cùm ad Deom eſt redeuodum,
E excuſas, Non valeo. Cogitate etiam atq; etiam
tales excoſationes oon profuturas. Qui cōoi-
uium patrisfamiliâs recuſarunt, quòd villam
emiſſeot, quòd eſſent probatori iuga boum,
aut duxiſſent vxores: minimè fuerunt excuſa-
ti, ſed cœleſti vocatione atq; inoitatione habiti
ſunt indigni. Equidem hîc adſom, & pro offi-
cio legatioois meę Dei nomioe vos inuito, per
Chriſtum voco, per veſtram ſalutem vos ad-
hortor, vt communicetis: & quemadmodum
Filius Dei eſt dignatus ob veſtrā ſalotē in cru-
F ce animam ponere: ita vos dignemini memori
am eios mortis hîc vnà cum cæteris fratribos,
prout ipſe iuſsit, agitare. Qood ſi nō vultis o-
mninò facere, atq; ab obfirmato & obdurato
propoſito vos non patimini abduci, vobiſcum
bene reputate, quantá Deo iniuriā faciatis, &
quanta

quanta propterea vltio vos maneat. Atq; eùm iſtud ſacrum cooninium detrectando ſatis ſuperq; Deum offeodatis, vos mooeo & hortor atqoe obſeero, oe peccato huic aliod præterea coniungatis: quod eſſet, ſi non communicaturi aſtaretis eeu ſpectatores commonicantium. Quid hoc aliud erit, quàm Deo maiorem iniuriam facere? Eſt qoidem contumelia repulſam dare inoitaoti, ſed ea longè ſit maior, dum aſtatur, & interim cum alijs non diſcumbitur, nec editur neqoe bibitur. Hoc porrò eſt ludibrio B habere Chriſti myſteria. Dicetur cunctis: Accipite, & edite: Accipite & bibite ex boc omoes: A Hoe facite in memoriá mei. Quo ore? qua fronte? quo animo hæc audietis? Quid erit aliud negligere, contemnere ac irridere Teſtamentū Chriſti, niſi hoc fuerit? Quare potius abire, atque ſanctis date locum. Sed abeundo, quęſo, vobiſcum reputate maturè ac grauiter, vnde nam diſcedatis? Nempe à Deo, à Chriſto, à fratribus & epulo ſummæ charitatis. Hæc ſi fideliter cogitaueritis, & ad cor & in viam forstaſſe redibitis. Quod vt vobis diuina miſericordia concedatur, nos hic precabimor, dom cōmunicabimus.

CLARISSIMIS ATQVE MAGNIFICIS DOMINIS SCHOLARCHIS ARGENTINENSIS

Gymnaſii, Dominis meis colendiſſimis, gratiam & pacem à Deo, per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum.

QVandoquidem ſcrupulus eſt iniectus de re ſacramentaria, timétque huius Eeclesię miniſtri, ne io ea cauſa per me aliquæ cōtentiooes oriantur, ideo viſum eſt, quæ coram vobis ante aliquot dies affirmaui, oone eadē, ſcripto sepetere. Primùm, Confeſsiooem Auguſtanam & alias quæcunque ab ea noo diſcrepant, C ſi rectè atque commodè intelligantor, me libenter amplecti & profiteri. Deinde lites aut contentiooes per me nullas excitatum iri, imò ſi locus aliquis pertractaodus in ſcripturis, vel quæpiam alia neceſsitas requiſiuerit, vt eirca huiuſmodi quęſtionem, ſenteotiam meam explicem, id me cum omni modeſtia & citra cuiuſqoam amaram inſectatiooem facturum recipio. Quæ verò mea ſit ſententia, ex libellis à me iam editis intelligi poteſt. Qaibus hoc meo D ſcripto ſeu promiſſo oil detractum vel immutatum volo, quoad per ſeripturas & ſpiritom edoctus aliter eſſe cognouero. Quod verò cōcordiæ initæ inter D. Martinum Bucerum, atque D. Lutherom & eius ſymmiſtas non lobſcripſerim, ea cauſa eſt, quòd per verbum Dei & conſcientiá nequeo dare, illos qui fide ſont deſtituti, percipiendo ſacraméta, corpus Chriſti ſumere. Neq; mirū eſt me huic articulo nolle aſſeotiri, cùm ipſemet Bocerus in hac noſtra E Schola, me prę̨ſeote, ſecos publicè docuerit, dū acta Apoſtolorum explicaret, atque idem loogè aliter cùm eſſet io Anglia (vt ex qnibnſdam eius articulis poſſum oſtendere) ſcripſerit. Et rectè ſanè iudicauit, cùm fides vnicū ſit inſtrumentum, quo Chriſtus, corpos & ſanguis eius à nobis percipitur, qua etiam ſubmota, corporis os nil niſi ſacramenta corporis & ſanguinis Chriſti percipit, panem inquam & vinum Eccleſię ſeo mioiſtri functione conſecrata Quemadmodum hominem ætatis adultæ ſi ad Baptiſmom abſqoe fide accederet, oil diceremus præter ſacramentum, hoc eſt, aquam percipere, ſiquidem non poſſet non credendo gratiam regeneratioois adipiſci: ſic citra fidem nemo ad cōmuoionem corporis & ſanguiois Chriſti admittitur. Poſtremò ſubuereor oe ſubſcribendo concordiæ huic ad me perlátæ, videar Eccleſiam Tigurioam, Baſilienſem, Bernatem, Geneuenſem & Anglicaoam, omnesq; fratres per Italiā & Galliam diſperſos damnare. Quod ſanè mihi per verbom Dei non arbitror licere. Proinde, vt Saxooicas Eccleſias & veneror & ſoſpicio, ſic & has alias quas cōmemoraui amplector in domino ac vehementer diligo. Deus vt eſt pacis autbor det oobis vt aliquando idē omnes & dicamus & ſentiamus. Vobis autem Domiois meis coleodiſsimis, pro clementia & booitate, quam in me declaratis, gratias ago maximas, quando non aliud poſſum rependere. Atque oro Deum Opt. Max. vt per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum perpetoò ſit propitius. 27. Decembris 1553. Argentinæ in meo condocto hoſpitio.

CONFESSIO SEV SENTENTIA D. PETRI MARTYRIS VERMILII DE COENA

Domini, exhibita ampliſſimo Senatus Argentinenſi, cùm vocaretur Tigurum, Anno M. D. LVI.

SEruator noſter Ieſus Chriſtus duabus naturis conſtat in vna eademq; perſona ſeu bypoſtaſi coniunctis, F nec his qoidem vel confuſis aut permixtis, ſed proprietatibos & conditionibos vtriosque ſaluis & iotegris. Ideoq; oe Chriſti diuinitati quæ infinita eſt, & nullis menſuris ant terminis circomſcribitur, vt ſit vbique

In eo controuerſię noſtræ ſtatus eſt, quòd à multis non exiſtimatur, corpus Chriſti verè poſſe communicari, niſi realiter & corporaliter, vt ita loquar, præſens fuerit. Verùm ij meo iudicio vim fidei non ſatis perceptam habent. Non enim animaduertunt, per eam præſentia nobis fieri, quæ alioqui longiſsimè diſtant. Veteres quoque, quotquot pij erant, vt Paulus atteſtatur, eundem cibum potumq́; ſpiritualem nobiſcum perceperunt, id eſt, corpus & ſanguinem Domini, vt ad Corinthios dicitur. Neque ſpirituali veræq́ue communioni harum rerum obſtabat magna temporum diſtantia, in qua Chriſto iam nato hæc eſſe cœperunt. Fide quippe illis præſentia reddebantur. Quid igitur impedient modò locorum ſpatia, quę inter cœlum, vbi Chriſtus degit, & nos intercedunt, quò minus corpore illius ac ſanguine verè fruamur, & eis viuificemur? Nihil planè, ſi fides adſit, qua noſtri animi verbo Dei & ſacramentis adiuti ſubuehantur in cœlum, ibiq́; ſpirituali cibo & potu corporis atque ſanguinis Chriſti reficiantur, & ad vitam ęternã inſtaurentur. Dumq́; Cœlum ſubinde nomino, metaphora nulla vtor, ſed reuera ipſos cœleſtes orbes intelligo, in quos Chriſtus cùm à nobis aſcendit, receptus eſt, vt ſancta ſcriptura perhibet.

Quiſque fidelium, cũ ſit Chriſti membrum, vbicunq́; fuerit, habet illum pro capite, & ei verè atq́; arctiſsimè coniungitur, ita vt inde vitam atq́; ſpiritum hauriat, quæ ſic à diuinitate fluunt, vt per carnem & ſanguinem Domini tradita in mortem, ad nos deriuentur. Nil enim Deus cœleſtium donorum communicat mortalibus, niſi per vnum mediatorem Dei & hominum, hominem Ieſum Chriſtum, vt Paulus ad Timotheum ait. Qui fit vt oſſa noſtra, & carnes noſtræ, quà cœleſtem regenerationem, & ęternam vitam participant, ſint ex carnibus eius, & ex oſsibus eius, vt Epheſios idem Apoſtolus docuit. Niſi enim ab illis penderent, & ſpiritualiter illis cohererẽt, neq́; regenerationẽ, neque vitam æternam, neque ſpiritum per illa ex Deo ad ſe traherent. Vnde quamuis inter nos & Chriſti corpus magna locorum ſpatia interponantur, ab eo tamen pendemus, & illi mirabiliter adiungimur: cumq́; ſpiritualis, arcana & diuina ſit iſta coniunctio, ſubſtantialis & corporalis pręſentia corporis & ſanguinis eius nõ requiritur, noſq́; illã idcirco non ponimus,

A quia veritati humanæ naturæ Domini repugnat, & à ſcripturę teſtimonijs clarè diſcrepat.

Inrebus humanis, cùm vir in longinquam regionem ob aliquos occurrentes caſus proficiſcitur, vxore ad tempus domi relicta, non deſinit propterea cum illa, vt ſcripturæ loquuntur, vna eſſe caro. Manet igitur ſalua eorum vera, propria & legitima coniunctio, licet vnus ab altero longiſsimè abſit. Quanto magis Chriſtus, qui Eccleſiæ, vt Apoſtolus ait, vir eſt om-
B nibus ſuis membris coniunctus, manet, licet in cœlum abierit, & corporaliter diſceſſerit?

Ad iſtam igitur vnionem, quam cum Domino, id eſt, corpore, ſanguine atq́; oſsibus eius habemus, non eſt opus contactu phyſico, neq́; locis coniunctis, continuis aut contiguis. Spiritus tantùm & fides adhibenda ſunt, quibus toti Chriſto ſponſo & ſeruatori noſtro quàm arctiſsimè copulamur. Qui autem negant verã iſtam coniunctionẽ cum carne Chriſti fieri, &
C haberi abſq́; ſubſtantiali corporaliúe ipſius pręſentia, videntur potentiæ Dei parum tribuere, cùm interea nos perpetuò moneant ad illam reſpiciendam, quando iudicamus, corpus Chriſti non poſſe neque vbique, neque multis in locis eſſe ſimul. Eo ipſi remedio quod alijs porrigunt, vtantur, & illam Dei potentiã cõcedant, quam veritas, & noſtra pia ſententia requirit. Eaq́ue data nihil detrahetur de humanitate Domini, ſalua manebit ſacramenti natura, &
D oraculis diuinarum literarũ vnà cõſentiemus.

In confeſsione Auguſtana, quantum ipſe video, nihil eſt hac de re, quod cum ſententia iam expoſita non poſsit conuenire. Sed quia ἐν τῷ ῥητῷ τῆς διανοίας, vt manifeſtè apparet, minimè inter nos conuenimus, ideò quod ex verbo Dei credo atque intelligo, explicare volui, ne vlli poſtea verba ſibi data eſſe iuſtè conqueri poſſint. Et hæc complexus ſum paucisſimis, de
E quib. docendo, diſputando & ſcribendo nõ poſſum diutius tacere, ſalua & integra cõſcientia.

Ideò oro, vt de illa ſubſtantiali corporalique pręſentia corporis & ſanguinis Chriſti in Cœna, & de cæteris, quæ iam commemoraui, mihi liberum ſit, clarè ac dilucidè, quemadmodum ſentio, tractare dicto & ſcripto, cũ oportunum fuerit. Quod ſi non videatur concedendum, bona gratia & venia veſtrarum amplisſimarum dominationum, peto, vt miſſus ſiam.

SENTENTIA D. PETRI MARTYRIS VERMILII DE PRAESENTIA CORPORIS

Chriſti in Euchariſtia, propoſita ab ipſo in colloquio Poſsiaci habito.

REuerendi Antiſtites, ac doctiſsimi viri: cũ videretur initus propemodum conſenſus de corporis Chriſti præſentia in vſu Cœnæ, vobis heri ſum profeſſus quæ mea de illo dogmate fides ac ſententia eſſet, quam vt tum
F verbis expreſsi, ſic in præſentia de ſcripto recitare ſtatui, quo certiorem ac magis perſpicuam illam vobis faciam. Sentio itaque corpus Chriſti reale atque ſubſtantiale tantùm in cœlis eſſe, fideles tamen communicando verum eius corpus, & verum ſanguinem, quæ pro

nobis tradita ſunt in crucē,ſpiritualiter & per
fidem verè percipere. Quare in pane & vino
Cœnæ tranſſubſtantiationē & cōſubſtantiatio
nem minimè proho. Deinde affirmo noſtræ
coniunctioni cū corpore ac ſanguine Chriſti
locorum diſtantiam non obſtare, quoniam Cę
na Domini res eſt cœleſtis,& licet ore corporis
accipiamus in terris panem & vinum, ſacramē
ta corporis & ſanguinis Domini, fide tamen,
& ope ſpiritus ſancti animi noſtri, qoorum in
primis eſt hic ſpiritualis & diuinos cibus,ad cœ
lum euecti,præſenti corpore ac ſanguine Chri
ſti fruuntur Et ideò aſſero non opos eſſe ſtatue
re corpus Chriſti verè ſubſtantialiter & corpo
raliter adeſſe vel nobis, vel ſymbolis præſentia
non locali. Res adhęc ſignificatas aio non aliter
coniungi ſymbolis externis, quàm ſacramenta
lițer,quòd ab eis non prophanè ac leuiter, ſed
ex inſtituto Domini efficaciter ſignificeotur.
A Hęc eſt ſumma fidei meæ quam in boc dogma
te ſequor,& idcircu allatas furmulas conſenſus
ea ratione admitto, qua referuntur,vel accom-
modari poſſunt ad ſenſum iam explicatum, cō
tra quem ſi quis illas vel rapiat,vel interprete-
tur, ab eo me profiteor diſsidere. Cumque
in hia formulis fiat mentio ſubſtantiæ corpo-
ris Chriſti,per illud nomen, ſeu vocabulum, nil
aliud intelligo, quàm verum Chriſti corpus.
Non enim fides noſtra in rē fictā,aut phantaſ-
B ma dirigitur, ſed in corp9 humanum verum &
naturale, quod Verbum Dei ex beaa virgine
aſſumpſit,& in crucem pro nobis dedit. Vnde
non eſt,quod ex ea voce credamur exiſtimare,
præſentiam eius realem alibi, quàm in cœlis
eſſe. Ego Petros Martyr Vermilius Floren-
tinos hæc manu mea ſcripſi, & ore proprio
ſum proteſtatus coràm Reuerendis Dominis
collocutoribus.

AN MISSA SIT SACRIFICIVM.

MISSAM eſſe ſacrificium, non mi-
nus hodie conteoditur, atque olim
certatum ſit à Troianis & à Græ-
cis pro Helena. Quique Miſſæ pa-
trocinantur, Euchariſtiæ duplex
munus eſſe volunt,primum vt oblatio & victi-
ma ſit,quæ per ſacrificum immoletor: alterum
vt fidelibus ad communionem diſtribuatur.
Atque in ſuu miſſæ ſacrificio duo hęc adnitun
tur complecti, nam ibi miſsificus non ſolùm
immolat & offert Dominum Ieſum Chriſtum,
vt pleno ore teſtàtur ipſi.ſed comedit & bibit,
& quidem ſolus,quicquid antea Deo cùm pro
ſe,tùm pro alijs obtulerat. Vt verò cognoſcas
quid erroris atque ſuperſtitionis in hac ſenten
tia contineatur,videndum eſt quàm paucisſi-
mis de natura ſacrificij. Quod, vt non receda-
mus à iuſta tractationis metbodo, partiemur,
vt aliud propitiatoriū dicamus,aliud gratulatō
riū,ſiue vt Græci loquuntur εὐχαριστικόν. Conclu
duntur hæc diſtinctionis membra ſub commu
ni quadam generaliq́ue definitione, qua dici-
mus nihil aliud eſſe ſacrificium quàm opus,
quo Deo aliquid offerimus ex eius voluntate,
vt eum bonore afficiamus. Nec illam particu-
lam mireris adiectam, Ex eius voluntate, quan
doquidem nil offerendum à pijs eſt Deo, quod
ipſe oon requiſiuerit,& ſibi gratum eſſe decla-
rarit. Hoc obſeruamus, qoando volumus qué-
piam donare honoris cauſa, cùm primis inue-
ſtigamus quibos nam potiſsimùm oblectetur.
Inter propitiatorium autem ſacrificium & gra-
tulatorium hoc diſcrimen animaduertimus, vt
propitiatorium vim dicamus babere placandi
iratum Deum,& merendi omnibus pro quib9
offertur, condonationem peccatorum. Gratu-
latorium verò ſiue Euchariſticum non hoc ha-
bet, vt Deo reconciliet, ſed ab his qui iam io
amicitiam ſunt recepti offertur, ad gratias Deo
agendas cùm ob reconciliationem impetratā,
C tùm ob innumera alia beneficia, quæ ſentiont
ſe quotidie conſequi. Atque hæc diſtributio,
nobis ex lege veteri ſuppeditatur: nā vt ex Le-
uitico spparet, ſacrificia pro peccato antiqui
babuerunt, & bolocauſta, quæ perhibentur
Deum illis reddidiſſe propitium. Vnde hoc pri
mum noſtræ ſectionia membrum iurè conſti-
tuunt. Habuerunt adbæc pacifica ſacrificia: nā
offerebant primitias, decimas, & alia id geoeris
multa, quæ ad alterum membrum gratulatorij
D ſiue Euchariſtici ſacrificij ſunt referenda. Pro-
babimus itaqoe Miſſam non eſſe propitiatori-
um ſacrificium, vt videlicet ſacrificus offerat fi-
lium Dei domioum noſtrum Ieſum Chriſtum
patri, eumq́ue per hoiuſmodi ſacrificiū reddat
placatum atque propitium à quo etiam remiſ-
ſionem peccatorum his impetret, pro quibus
dicit ſe offerre, ſiue vt malunt, ſacrificare. Quo
demonſtrato videbimus num Miſſa ſacrificiū
Euchariſticum ſiue gratulatorium dici poſsit.
E Vt autem præſtemus quod primo loco decre-
uimus oſtendere, ab eo auſpicabimur, in quo
nobiſcū ſcimus aduerſarioa cōſentire, id quod
eſt, cœnam Domini ſiue Euchariſtiam ſacramē
tum eſſe. Quod ſi eſt, vt vltrò fatentor, cōſequi-
tur non poſſe eam eſſe propitiatorium ſacrifi-
cium, nam ſacramenti natura prorſos diuerſa
eſt à natura ſacrificij, quod vt percipiatur, non
grauabor definitionem ſacramenti proferre.

Sacramentum eſt opus quo Deus exhibet,
F quod ibi verbo promiſsionis ſignificatur, adie-
cto externo ſymbolo, quaſi promiſsionis factæ
ſigillo. Duo enim continet ſacramentum, Ver-
bum in primis quo exprimitur atque offertur
à Deo promiſsio. Habet deinde elemeotū ex-
ternum, quo promiſsio conſignatur, vt eam fir-
mius apprehendamus. Tantum igitur inter ſe
diſtant ſacramentum & ſacrificium, quantum
dare & accipere: quia in ſacramento accipimus
à Deo quod eſt pollicitos, in ſacrificio damus
& offe-

& offerimus, quod à oobis reqnirit, vnde ſi volumus propriè loqui, Cœna Domini cùm ſit vt illi volunt ſacramentum, non poterit eſſe ſacrificinm, ni velimus idem eſſe dare atque accipere. Neque proderit eò coofogere, vt dicant miſſam nomen babere propitiatorij ſacrificij, quòd ſit memoria oblationis quam Chriſtus in ara crucis patri obtulit, eamq; inficiabitur nemo verè fuiſſe propitiatorinm ſacrificiom, & videtur congruere, vt moniméta, itidem nominentur ac res quas exprimunt, vnde Auguſtinus io epiſtola vigeſimatertia ad Bonifacinm, Nóone ſemel immolatus eſt Chriſtus in ſeipſo, & tamen in ſacramento oon ſolùm per omnes Paſchæ ſolennitates, ſed omni die populis immolatur, nec vtique mentitur qui interrogatus eom reſponderit immolari? Si enim ſacramenta quaodam ſimilitudinem earum rerum quarum ſacramenta ſunt, non haberent, omnioo ſacramenta non eſſent. Ex hac aotem ſimilitudine plerunque etiam ipſarum rerum nomina accipiunt. Hæc illi obijcere pro ſua ſententia conſueuerunt, idcirco dixi iſto prætextu nil ab aduerſarijs profici, quia hîc ooo agimus qnid Cœna Domini per qnaodam ſimilitudinam dici poſsit, verùm quid propriè ſit, & reipſa exiſtimari debeat. Auguſtinns enim qni citatur, id nomen haud concedit, oiſi per Traoſlationem atque Metonymiam. Eſt altera ratio, quæ idem probat. Chriſtus obtulit ſemetipſum, idcirco nō eſt quod nos ipſi rurſus eum offeramus, alioquin fateri oporteret illud Chriſti ſacrificinm non fuiſſe plenum atque ſufficiens, quod Epiſtolæ ad Hebræos paſsim aduerſator oono & decimo capite. Verùm hîc etiam canſari ſolent, Chriſti ſacrificium in cruce fuiſſe qnidem plenom atqoe integrum, ſed cùm nos quotidie labamur & aſsiduè peccemos, opus eſſe vt noua recentiq; ſacrificiorum oblatione freqnenter inſtauremur. Figmentū eſt quod aliquibus poteſt imponere, at non illis q \e ge runt Epiſtolam ad Hebræos. Dominum Ieſum ſoa morte & ſacrificio nos in æternum ſanctificaſſe, atqne vna oblatione in æternum conſummaſſe ſanctificatos. Non fuit itaque temporarium meritum mortis Chriſti, vt non poſsit noſtris quotidianis lapſibns opitulari. Ad idem facit, quod in confeſſo eſt, ex offerentis gratia & digoitate id quod offertur Deo, illi gratum eſſe atque acceptum: nam Dens cùm omnia condiderit & ſit omnium Dominus, minimè opus habet, vt ſibi à nobis quippiam donetur. Sed beneuolentia qua erga ſuos afficitor, conſneuit munera ſuſcipere & grata habere in odoré ſnauitatis, quæ fideles amici & ab illo in filios cooptati, ex eios præſcripto ei adduxerunt. Vnde ſi mali ſint qoi offerunt, fide ſpoliati, orbati charitate & ſpe deſtituti, execrationi ſont Deo illorū mnnera, vt in pleriſq; locis ſaoctæ ſcripturę apertiſsimè videtur, & præſertim in primo capite Eſaiæ. In quam ſententiam & Irenæus concedit, qui affirmat dona & oblationes à ſanctitate offerentiū mereri, vt grata & accepta ſint Deo. Quod

A cùm ita habeatur, quanta blaſphemia & abſurditas ab illis iouehitnr, qui Chriſtū à miniſtro offerri volont, vt nimirum ex ipſis efficiatur gratus patri, is qui præ omnibns eſt dilectus, cuius gratia & meritis nos oportuit miſeros Adami filios Deo & patri recoociliari. Quare aſpexit Deus ad munera Abel, non aotem ad munera Cain? Cor ſuſcepit Aaronis ſacrificia, nō autē Cora, Datan & Abyran? nō poſſumus aliam reddere cauſam, niſi id factom pro condi-
B tione & ſanctitate perſonarum, Abelis inquam & Aaronis, nam quoad Deum coi ſacrificabatur, idem fuit, & munera vtrinqne paria: num eadem ratione dicemos in iſto eorum ſacrificio Miſſæ propitiatorio, Deum ſuſcipere ſibi immolatum filium, ob gratiam, merita, dignitatemque ſacrifici? Auertat Deus à fideliū mentibus tantam impietatem. Obiter admonebo ſacramentorum eſſe longè diuerſam ſortem, vt qoæ à miniſtro nequaquam efficaciam, ſan-
C ctitatem vel honorem ſibi vendicent. Ea enim quicqnid habent dignitatis, ab inſtitntione, videlicet à Deo & Chriſto Ieſo Domino noſtro habent, qui fit vt à malis miniſtris minimè contaminentor. Quamobrem id concedendū eſſe non dnbitarem, offerentem nil poſſe Deo offerre, ſeipſo dignius: idcirco videmus Cbriſtum cùm eſſet nobiliſsimum ſacrificinm facturus, obtuliſſe ſemetipſum, atq; à nobis pro ſummo eximioque munere id petijſſe, vt in ſui gratiā
D perderemos animas noſtras, noſmet ipſos abnegaremus. Quod Paulus ad Romanos duodecimo capite vebemētiſsimè hortatur vt fiat, cùm inquit: Obſecro vos per miſericordiam Dei, vt exhibeatis corpora veſtra boſtiam viuentem, ſanctam, Deo placentem. Vbi vides nos nihil habere præſtaotius nobis ipſis qood immolemus Deo, modò ſimus per fidem filij grati & accepti. Ideo ſi volumus in Cœna Domini idem agere quod Chriſtus egit, non illū
E ſed nos ipſos Deo mactabimus, & vt hoſtias in odorem ſuauitatis mortificabimns. E diuerſo in Sacrameotis adminiſtrandis nullus eſt Eccleſię miniſter, niſi extrema laboret dementia, qoi noo fateator, ſe adminiſtrare onib. Chriſti ſibi commiſsis res quæ ſuam dignitatem maximo interuallo ſuperant: nam fidelibus per Sacramenta Chriſtum ipſom, gratiam, ſpiritū ſanctum & remiſsionem peccatorum diſtribuit, quæ omnes eius virtutes non ſolū vincunt,
F ſed cum eo qoi puluis eſt & cinis, nnllo pacto ſunt conferenda. Longè adeo eſt aliud Chriſtū offerre patri & Chriſtum exhibere per ſacramenta credentibus: hoc à miniſtro Eccleſiæ puro homine fieri poteſt, id verò tantùm ab ipſo Cbriſto homine & Deo fieri potuit. Quare vt prorſns reijciatur hæc blaſphemia, qna cogeremur fateri Cbriſtom filium Dei à patre reſpici & acceptari ex gratia & dignitate offereotis, execremur & damnemus eiuſmodi eſſe
G miſſam, vt illa Chriſtus offeratur patri (vt loqunntur) per ſacerdotem. Non eſt vllus ſacerdos qui talem boſtiam offerre valeat, niſi ipſemet Dominus noſter, qui ſemel id fecit, atq;

tam abſolutè, vt verè in cruce dixerit, Con
ſummatum eſt.

Huic aliud addemus, omnibus ſacrificijs id
neceſſarium eſſe, vt præcepto Dei innitātur, a-
lioquin ſunt inutilia, tantum abeſt, vt Deum
placent: eum potius irritant atque offendunt.
Quod Sauli vſu veniſſe ſcimus, cui Samuel di-
xit, Melioré eſſe obedientiam victimis. Et Hie-
remias cap. 7. inquit, Deum non fuiſſe loquu-
tum de victimis & ſacrificijs maioribus Iudæ-
orum, quando illos eduxit ex Ægyptiaca ſerui
tute, ſed tantùm requiſiuiſſe, vt ſuam vocem
audirent. Nec alia de cauſa, vt iam præfati ſu-
mus in definitione ſacrificij, viſum eſt addere,
ex voluntate Dei offerendū. Quod ſi obedien-
tia nō fuerit ſacrificij radix, mortiferum offerē
tibus efficitur. At vbi mihi oſtendent iſti ho-
mines mandatum de immolādo filio Dei? Tā-
tum præcepit Chriſtus Apoſtolis quando cœ-
nam inſtituit, Accipite, manducate, accipite, bi
bite ex eo omnes, & quando hæc feceritis, in
mei memoriam facite. Audiui nonnullos qui
dicere auſint, iſto loco Facere, idem eſſet atque
ſacrificare, quaſi Chriſtus præceperit illis ver-
bis, vt ſe in qualibet cœna ſacra, ſiue vt illi dice-
re malunt, in omni miſſa ſacrificarēt. Me certè
pudet tam ſophiſticum figmētum diluere: hoc
vnum dicam, in ambiguis vocibus non fundā-
dum eſſe dogma: & mandata, potiſsimùm de
tantis rebus, nō conſueuiſſe tradi in ſacris lite-
ris amphibolis loquutionibus. Paulus & Euā-
geliſtæ tam luculenter horum myſteriorum
meminerunt, vbi nam quæſo vllum verbū vel
ſacrificij vel victimæ à nobis offerendæ ab illis
eſt prolatum? Atq; hîc ſiſtere gradus noluit
impudēs iſtorum audacia: nam affinxit menda
ci huic ſacrificio quādam eius applicationem,
vt ſacrifico videlicet arbitrarium ſit, immolati-
onem Chriſti, quib. voluerit, viuentibus aut de
functis communicare: Quaſi ſimus ignari mor
tem Chriſti cuilibet Chriſtiano applicari per
Euangelij prędicationem, ſi ab illis per fidē ſuſ
ſcipiatur. Sacramentum verò pro alio ſumere,
non eſt aliud atq; ſi ego pro te comederem aut
biberem: quod ſanè vt adiumento tibi eſſe poſ
ſit, ipſe conſideres. Quis vnquam pro altero ſe
baptizauit? Audet nihilominus hæc ſacrificu-
lorum turba aſſeuerare, ſe pro quibus libuerit
viuis & defunctis in hoc ſuo ſacrificio ſacramē
ta comedere & bibere. Sed tam abeſt vt mortē
Chriſti in his ſuis ementitis immolationibus
ſibi vel alijs à ſe deceptis communicent, vt po-
tius ipſi & qui eis auſcultant, per eiuſmodi miſ
ſas beneficio veri ſacrificij Chriſti in cruce ſe-
mel oblati priuentur. Vnde non videntur in-
eptè iſtas Miſſas, vbi tantùm ſacrificus edit &
bibit, appellaſſe priuatas, nomine quidem pa-
tribus inaudito, quòd reuera priuatæ & deſti-
tutæ ſint omni fructu ſacrificij Chriſti. Faceſ-
ſant itaque ab Eccleſia Dei tandem hæ priua-
tæ miſſæ: & plenæ inducantur, in quibus iuſta
veraq; obſeruetur Chriſti inſtitutio, quam
de habenda cœna ſacra ſuis diſcipulis reliquit,
vbi fratrum habeatur communicatio, qui vnà

A integra & iuſta ſacramenta Domini percipiāt.
nam excommunicatio habetur potius in illis
priuatis miſsis, quàm cōmunicatio. Illic enim
ita vnus oblata ſumit, vt alij nihil percipiant.
Noui eos conari hæc eludere eo commento,
quòd ille vnus, vt aiunt, ſacerdos nomine toti9
Eccleſię cōmunicat: ſed quo mandato id facit?
quo Dei verbo fulcitur hæc ceremonia? quæ
ſi vtilis eſt, ex fide oportet vt fiat: fides autem
non habet locum vbi ſermo Dei non ſonat.
B Eadem ratione quiſpiam eat & ſe quotidie ba-
ptizet & obtendat ſe nomine totius Eccleſię id
facere, & hanc ſuam tinctionem quibus volue
rit aut viuis aut defunctis applicet. Nec minus
illud expendendum, nos hoc noui Teſtamenti
tempore non habere externum ſacrificium, id
circo inuenimus noſtram à Paulo appellatam
λογικὴν λατρείαν. Et Chriſtus monuit fore, vt veri
adoratores in ſpiritu & veritate adorent. Vnde
dicimus illud argumentū malè cōnecti: Fue-
C runt ante legem & ſub lege externa ſacrificia,
igitur & modò ea eſſe oportet. Vt enim in Chri
ſtum tranſlatum eſt nunc ſacerdotium, & nulli
præter illū extant ſacerdotes, ita ſacrificiū non
eſt aliud præter illud, quod ipſemet in cruce
obtulit. Quare veterum ſacrificia dicimus vm-
bras & imagines fuiſſe mortis Chriſti, & pictu-
rarum inſtar. Altare & victimarum mactatio il
lis inſeruiebat, ſed Chriſtus verum ſacrificiū
obtulit: fuit corpus eius, hoſtia, & crux altare,
D ſuper quo eſt oblatus: nobis verò, qui iam fru-
ctū habemus mortis Chriſti, nequaq̃ illā præte
ritam oportet adumbrare: conuenit ex hoc ſa-
crificio conuiuium habere inſtructum, cuius
diſpenſator eſt miniſter Eccleſiæ, non oblator,
nec verum altare habet, niſi velis menſam figu-
ratè dicere altare. Quicunq; igitur contendūt
ſacerdotium, altare & ſacrificium externum
inſtaurare, hi procul dubio conantur nouum
Teſtamentum in vetus transformare. Hinc eſt
E quod veteres hoſtias noſtras dicebant incru-
entas, id eſt, ſpirituales & rationales. Conſide-
randum præterea, mandaſſe dominum dum
agitatur cœna ſacra, vt ſua mors annuntietur,
quod profectò non eſt aliud quàm mentionē
facere mortis eius, vt fuit ſacrificium, quo no-
bis Deus reconciliatus eſt, & pro eo gratias a-
gere. Nemo verò vt arbitror eſt qui non intel-
ligat memoriam ſiue monimentum alicuius
rei, natura diſtare ab ipſa re, quam deſignat &
F memoriæ ſuggerit. Nam ſi idem cum illo eſſet,
non monimentum appellaretur, ſed rei no-
men haberet, quo appellatio cum natura con
grueret. Quamobrem cùm demus hanc actio-
nem eſſe memoriam oblationis Chriſti, abſur-
dum eſſet dicere, eam eſſe Chriſti oblationem.
Sed aiunt argumentum concludere, Miſſam
non eſſe illam cruentam oblationem, ſemel
factam in cruce ab ipſomet filio Dei, ſed neq;
ſe hoc aſſerere contendunt: vt qui dicunt hanc
G eſſe quandam aliam oblationem corporis &
ſanguinis Chriſti incruentam, quam debeant
frequentiſsimè repetere. Sed ita reſpondere,
eſt nil dicere: quia tantùm hic duo ſe nobis of-
ferunt

Digitized by Google

ferunt cognoſcenda, uecaliquid tertium appa
ret,niſi ipſe quippiam affingas. Neceſſe quippe
eſt,vt quæ de Chriſti oblatione dicuntur, vel
ad eius murtem referantur,quam vltro in cru-
ce obijt pro uoſtra ſalute, vel de memoria &
eius gratiarum actione intelligautur : Nil
iuter iſta duo medium, vel ex rerum natu-
ra, vel ex ſacris literis videre puſſumus,
quod ſacrificium dici poſsit, quo Chriſtus
patri offeratur. Iſtud idem à nominum pru-
prietate oſtenditur. Nam Latinis quod ſacrifi-
cium eſſe volunt, Miſſa eſt dictum, & Græcis
λειτουργία. Primùm, cuntendunt eſſe vocem
Hebraicam de qua in Deuteronomio bis. Ve-
rùm nũ aſſentior huic upinioni, quia ſi Hebra-
ica vox eſſet, inueniretur apud Græcos ſcripto
res qui Eccleſiaſtica tractarunt. Non enim La-
tina Eccleſia recepit Chriſtianiſmum ſtatim
ab Hebraica lingua, ſed per Græcam, vti patet
de Epiſtola ad Romanos Græcè ſcripta, & de
vniuerſo nouo Teſtamentu, niſi quod tantùm
de Matthæi Euangeliu eſt dubium, quud non-
uulli putaruut id ab initiu Hebraicè ſcriptum:
atque quod aſſero in his dictionibus videre
licet Allcluia, Hoſianna, Paſcha, Meſsiah
alijs id generis, quæ non ſolùm videas à Lati-
tinis ab Hebræis integra eſſe vſurpata, ſed à
Græcis ante illos: Eſt enim Græca Eccleſia
Latina vetuſtiur. Quare firmum certumq́ eſt,
vocem nun eſſe Hebraicam in Latina Eccleſia,
quæ in Græca perinde nun fuerit ſeruata. Qua
re cum in Græcis, quod attinet ad Eccleſiaſti-
ca, nunquam vox Miſſæ inueniatur, ſed loco
eius λειτουργίαν ſcribant, ſequitur uon Hebraicá
eſſe vocem, ſed Latiuam. Iu qua re Auguſtini
ſententia me confirmat, qui ait in quodam ſer
mone, Puſt prædicationem miſſa fit Catechu-
menis, & cæteri fideles manent, ſic eſt appella-
ta communio fidelium ac myſteriorum tracta
tio, quòd tunc illam auſpicarentur, quaudo
Catechumeni miſsi fiebant: vnde Miſſa uihil
eſt aliud quàm miſsio, quando videlicet copia
fit abeundi. Et miſſam hoc ſignificare, adhuc
habemus certum teſtimonium, quia myſterijs
abſulutis clamat diacouus, Ite miſſa eſt, facit
miſsionem, eſt inquit abeundi copia. Hoc
ego de iſta voce ſentio, quamuis ab aliquibus
audiui, & fide non indignis, dictam inde quùd
mitterentur à fidelibus duna ad altare, panis
vinum, & alia permulta, ex quibus deinde ca-
piebatur pars quædam panis & vini, vt ad my-
ſteria deputarentur: & reliquum pauperibus
diſtribuebatur, quud nun ſulùm ex Irenæu &
Cyprianu videre licet, ſed & ex multis preci-
bus quæ hodie in Miſſali leguntur. Imù veriſi-
mile eſt ob id illas preces obtinuiſſe vt Collc-
ctæ vocareutur: quamuis nunnulli dicant id-
eirco ſic dictas, quud miniſter ibi uret nõ tantũ
ſuo, ſed potius multitudinis collectæ nomine.
Parum itaque refert, vel dicatur Miſſa pro miſ
ſiue, vel quùd tuue fideles dona mitterent,
nimirum quãdo canitur uffertorium, ibi euim
myſteria iucipiunt tractari, vtroque modo vox
eſt Latina à verbo mitto. Sed eſto, vt volunt,

A vux Hebraica, quæ in Deuteronomio legitur,
tamen pro eis nil facit, quia ſignificat primiti-
as & dona, quæ populus ad Tabernaculum
Dumini afferebat quaſi tributum, nec vacuus
coram Deo appareret. Quid hoc ad oblatio-
nem Chriſti? Nun enim ſacerdos illa offere-
bat, ſed populus. At modù ſacrifici volunt i-
pſum Chriſtũ offerre, & laicos ab illa immola
tione excludunt. Græci λειτουργίαν dicunt, quæ
vox nun ſacrificium, ſed publicum ſignificat
B miniſterium, vude λειτουργὸς qui tractat publicũ
munus, id eſt, tributa, vectigalia, ad ſpectacula
ad claſsis extructionem vel exercitum aleudũ
& alia id generis: per tranſlationem conueuit
miniſtro Eccleſię, nam is cùm docet, profert ſa
crameuta & diſtribuit: ſe declarat boua publi-
ca & communia tractare, quod vt in priuatis
miſsis locum habeat, alij viderint. Paulus ali-
cubi pro collatione vſurpauit. Imò & ad Phi-
lippenſes appellauit Epaphroditũ λειτουργὸν id
C eſt, miniſtrum ſuarum neceſsitatum, nomine
quippe Philippenſium illi inſeruiebat. Quî fit
vt λειτουργία, nõ ſignificet propriè ſacrificium. Ne
que vox deducitur à λιτὴ quod eſt preces, ſed
à λειτὸν quud eſt bona publica. Atque huius vo
cis nun ſemel Demoſthenes meminit atque
illius interpres. E uominibus tùm Miſſæ tùm
Liturgiæ nil colligunt, quod pru ſe faciat ad o-
ſtendeudum Miſſam eſſe ſacrificium, imù po-
tius declaratur hæc nomina lougè aliud ſigni-
D ficare. Neque miſſæ priuatæ fuerunt antiqui-
tus, nimirum vſque ad tempura Gregurij.
Quod apertè declarat Chryſoſtomus, qui in-
quit, ſacerdotem ſtare ad altara & inuitare aſtã-
tes vt accederent. Neque apud veteres menti-
onem vllam inuenies priuatarum Miſſarum
vſque ad Gregorium.

Quid itaque faciemus patribus, qui vbi-
que videntur nobis iſtam immolationem & ſa
crificium ubtrudere? Hi non de propitiaturio
E loquuntur, ſed de Euchariſtico, ad quod ge-
nus pertinent laudes, gratiarum actiones, cõ-
feſsio, Eleemoſynarum oblationes, & maximè
quod uos ipſos totos Deo tradamus regendos
& gubernandos, quæ omnia cùm in ſacra com
munione locum habeant, nou eſt mirum ſi no
men ſacrificij ibi audias, illic enim gratiæ agun
tur Deo, quod ita filium ſuum in mortem tra-
diderit pro nobis. Cunfitemur nos infinitis
obrutos eſſe peccatis, & ſula Dei miſericordia
F ſeruatus. Eleemoſynæ cùm ad pauperes tum
ad altare ſuppeditantur, & nullus eſt fidelium
qui dum ſacra myſteria percipit, nuu ſe offe-
rat Deo ſubditum, mortificandum, regen-
dum & gubernandum. Nuune ſunt hęc omnia
ſacrificia Euchariſtica ſiue gratulatoria? Verũ
dices, illi luquuntur de filio Dei quòd illic im-
moletur, offeratur & ſacrificetur, non itaque
videtur ad iſta Euchariſtica confugiendum.
Imò nihil pruhibet: quia apud illos eoſdem
G patres ſi attentè legas, reperies, quod agitur
in myſterijs eſſe imitationem illius veri ſacrifi-
cij, quod Chriſtus ipſe in ara crucis obtulit,
& illius eſt, aiunt, myſterium. Nulli verò aſt

F 2

Digitized by Google

dubinm, myſteria ſiue ſacramenta & imitationes nomina rerum habere quas exprimunt. Ergo apud eos ſacrificare oil erit aliud, qnàm ſacrificium repræſentare, commemorare, ob oculos ponere, & de illo gratias agere: ſemperque in illorum ſententijs, quæ ab aduerſarijs citantur, ſi bene ac diligenter omnia excutias quæ ſnpra & infra ponnntor, aliquid eiuſmodi inuenies. Quod ſi fortefortuna aliquo in loco non ſe offerat, erit ea ſententia interpretanda per alia dicta eiuſdem patris alibi. Sed mihi erede raro eueniet, quin illæmet citatæ ſententiæ ſecum ipſæ medicinam non habeant, & raro opus erit eas slinnde accerſere: quamuis id non negarem patres nimis hyperbolis eſſe vſos, & plns quàm oportuiſſet ad veteris legis vmbras deflexiſſe. Duo adhuc in calce addenda eſſe iudicaui, iſta Euchariſtica ſacrificia in Cœna Domini non eſſe peculiaria & præcipua ſacrificorum, imò quot quot fideles adſont & communnicant, illa offerunt, neque inter miniſtrum & communicantes aliud noui diſcrimen quoad hsnc actionem, niſi quòd per illum verba Dei & doctrina populo exponitur, per illum ſacramenta

A proferuntur & diſtribooorur: popolos verò & mente ſua dictis credit, & corpore ſacramenta ſuſcipit: miniſter in actione choragū agit, & populus ad omnia ꝓ vt ſunt ſuæ partes ſuceinit. Deinde in Miſsis Papiſticis ſacrificinm boc Eucbariſticum ſiue gratulatorium oon habet locum: quia non intelligunt adſtantes quid nam dicatur à ſacrifico, quare ad landes Dei & gratiarū actiones haud poſſunt reſpondere Amen: ſolus ille communnicat, alij nil percipiunt, oblationes Eleemoſynarū, B ferè nnllæ fiunt, mors Domini minimè prædicatur. Quare vt liquet ſua priuata miſſa omnia euerterunt. Et cùm duo ſint ſacrificiorū genera, Propitiatorium inquam & Euchariſticom, propitiatoriumque haud magis quàm nos habeant (ſiquidem in totum ac perfectè Chriſtus obtulit) Euchariſtico verò quod nos habemus, illi carent: Quid ſupereſt eorum miſſæ, niſi vt mera ſit hypocriſis & ficta exitioſaque C cœnæ Dominicæ aſsimulatio? Quamobrem ſinamus quæſo eam tandem, vt commerita eſt, malè valere, & ſedulò in hoc incumbamus, vt ultus legitimusque inſtitutionis Domini vſus inſtauretur.

QVAESTIONES.

I AN Lex Exodi. 22. de pnellis conſtupratis à conſtupratoribus doeendis in repub. Chriſtiana ſit retinenda?

II. Si propter pnellarum laſciuiam Magiſtratus nimis rigidam legem exiſtimet, & ideo abrogandam, An miniſter illis author eſſe debeat abrogandi? an liberum boc illis permittere? aut quid ais debeat reſpondere?

III. An Magiſtratns rectè faciat, ſi diſcedat à lege diuina?

IIII. An hæc pars pertineat ad libertatem Chriſtianam? An legi naturæ coouenia t, an verò tota ſit politica?

Cùm ſanctiſsimi viri oon tantùm iuraſſe legantur: Viuit Dominns: ſed addnnt aliquando, & viuit anima tua, oon tantùm in aſſeuerationibus, ſed etiam in atteſtationibus: Quid reſponderi poteſt Papiſtis, qui dicunt noo per ſolius Dei nomen oportere iorare?

AD PRIMAM QVAEST.

Ex lege Dei Exodi vigeſimo ſecundo non eſt prorſus neceſſe, vt quis conſtupratam à ſe virginem docat, quoniam ibi additur: Quod ſi pater corruptori eam dare noluerit, is perſoluat dotem virginom. Hæc additio magni eſt momenti. Nam Deus vult patriam poteſtatē ſaloam eſſe, nee patitor liberos contrahere nuptias eitra parentom conſenſum. Atqoe ſi lex iſta, nuptias inter corruptam & ſtupratorem ſanciret omnino oeceſſarias, petulans puella

D facilè pateretur ſibi ſtuprum inferri ab eo, qoē patre inuito maritum cuperet, quò eitra eius conſenſum optatis nuptijs potiretur. Voloit ergo Deus eſſe in manu patris, huiuſmodi nuptias approbare vel improbare. Cùm igitur magiſtratus ſit pater patriæ, poteſt huiuſmodi nuptias ſuis legibus vel iubere vel remittere, modò crimen non euadat impunitū, quia lege Dei ad id aſtringitur, vt malum tollat de medio popoli.

AD SECVNDAM.

Mihi oon videtur conſultum reipub. vt propter puellarum laſciuiam ſen petulantiam, Lex de corropta & à ſe vitiata docenda in vxorem, abrogetnr, quia niſi timore huius pœnæ coërceantur homines à ſtupris, paſsim audebnnt laſciuas & petulantes polluere, vnde in eiuitate fœditas & turpitudo magis ac magis abondabit.

E Vt itaqoe imminueretur ſupplicio m corruptorum nunquam eſſem author, ne feneſtra peccatis aperiretur. Quare miniſtri eſſet, mea ſententia, magiſtratus videlicet admonere, vt ſois legibus, qnoad fieri poſsit, criminibus habenas magis contrahant, qoàm relaxent.

AD

AD TERTIAM.

Lex iſta partim ciuilis eſt, partim moralis. Id eſt morale ac ſempiternum, vt à Magiſtratibus ſtupra & vagæ libidines prohibeantur. Ad rationem verò politicá ſpectat, genus pœnæ decernere, quod principi liberũ quidẽ relinquitur: Sed ita liberum, vt mutet Iudaicę legis ciuilem ſententiam, vt populo ſuo magis videtur cõgruere, non ſanè ad carnis libertatẽ, ſed ad vitiorum emendationẽ Leges Romanæ vt habetur in Inſtitutionibus de Iudicijs publicis §. primo. virum honeſtioris ordinis ob tale A crimẽ admiſſum dimidia parte bonorum multabant. Viliores autem perſonas relegabant & corporali pœna coërcebant. Et Auguſtinus in lib. de Mendac. ad Coſentiũ cap. 8. dicit: furta leuius puniri q̃ ſtupra. Pœnam igitur commutare magiſtratui liberũ eſt. Sed cũ neceſſe habeat vitia coërcere, vt id conſequatur, non leuiorem, ſed grauiorẽ potius decernere debet, alioquin id vitij, vt reliqua, indies magis magiſque graſſabitur. Et ex ijs quæ dixi iam, ad B quartá Quęſtionem ſatis reſponſum arbitror.

AD QVARTAM.

Ad vltimam quæſtionẽ de Iuramentis. Reſpondebo tres eſſe iurandi formas in ſcripturis vſitatas. Vna cũ dicimus: Per Deum, per Chriſtum & conſimilia. Aliæ duæ ſpeciem habent vel precũ vel execrationis. Execrationis formę ſunt, Diſperеam, malè mihi ſit. Quod iuramenti genus eſt in Pſalmo 7. Si iſtuc commiſi, ſi eſt peruerſitas in manib. meis. Si ei qui fœdere pa nis mecum vinctus eſt, malũ rependi, imò ſi deſtitui infeſtantem me, abſq; cauſa perſequatur hoſtis animá meam, & aſſequatur & conculcet in terra vitam meam, & deducat gloriam meam in puluerem. Formula verò iurandi precibus eſt. Ita viuam, ita me Deus adiuuet, ad quam ſpeciem ea reuocantur, de quibus modò quæſitum eſt, Viuit anima tua, ſeu Viuit anima mea. &c. De prima ſanè iurandi ratione ſatis conſtare arbitror per Deum tantummodo eſſe iurandum. At in duabus alijs formulis nil prohibet, quin res creatæ quoquo modo nominẽtur, quod vtiq; obliquè fit, ſi res penitius inſpiciatur, cùm ipſius Dei recta licet tacita ſit imploratio. Quid enim aliud eſt, Viuit anima tua, quàm, Ita Deus te viuum ſeruet, vt hoc verum eſt quod modo teſtor: Vt hoc ſum facturus quod tibi polliceor? Similiter quoad execrationes ad Deum oratio dirigitur: cùm dici- C mus: Perſequatur hoſtis animam, perinde eſt ac Deus efficiat, vt ab hoſtibus perpetuò diuexer. Sunt itaq; præciſæ & abruptæ iurandi rationes, quibus vt integræ reddantur, nomen Dei eſt ſubijciendum. Sicut è diuerſo quandocunq; Dei nomẽ exprimitur & vel execrationes non explicantur: vt, Hæc mihi faciat Deus & hæc addat, Vbi reticetur quænam ea ſint quæ pati velit, ſi fefellerit is qui peierat.

EPISTOLAE D. P. MARTYRIS
AD DIVERSOS SCRIPTÆ ECCLESIÆ
Peregrinorum Londini.

HADRIANVS incommodè feciſſe videtur, qui Eccleſiam turbauerit, mouendo eam cõtrouerſiam, de qua nos hiſce diebus cõſulti ſumus. Deinde in eo minus probandus eſt, quod eam tueatur ſententiam, qua potius deſtruuntur auditores, quàm in veris & orthodoxis dogmatis ædificentur. Cùm enim ſtatuit peruerſam opinionem de carne Chriſti cœlitus allata, non ſumpta ex beata virgine, Anabaptiſtis non adimere ſalutem, ſi pertinaciter in ea hæreant, ſed adhuc illos in ea profeſsione cũ ad Chriſtum, tũ ad Eccleſiá pertinere, annon id & pondus & ſcelus illius hæreſeos eleuat? annon illos miſeros in ſuo errore confirmat? annon alios ab eius erroris cauendi ac vitandi ſollicitudine reuocat? Sed ait, qui Dei timore tanguntur, cedent monſtrantibus eos in magno & periculoſo errore verſari. At ſcire velim, quàm grauis ille ſit error, quàmue id horrendum periculum, quod homines ab æterna ſalute non diuellat, ſed eos adhuc & membra Chriſti & Eccleſiæ partes D præ cæteris exaggeret, ait quia talia faciunt, regnum Dei non poſsidebunt. Si Chriſti fideles miniſtri, quamuis certis verbis Dei teſtimonijs hanc ſententiam confutent & intonent, ſic errantes niſi reſipiſcant perituros, non efficiunt vt veritati cedant, credemus eos magis emolliendos & ſanandos, cùm audiuerint ſuá opinionem, quamuis falſam & à Verbo Dei alienam, ipſos neque à ſalute neque à Chriſto excludere? Non eſt veriſimile, imò cùm doce- E buntur vera, ſuoque delirio contraria, dicent ſano præceptori tempus & operá perdis. Non recedo ab eo dogmate, quod propugnandum ſuſcepi, quod mihi probatur, quod homines à vita æterna minimè abiungit. Dicent præterea cæteri fideles, quid iſtos euitamus & cauemus tam diligenter, cùm illorum conuerſatio non ſit peſtifera? nam & ſi eorum contagione inficeremur de ſupremo fine haudquaquá periclitabimur. Hadrianus, qui aliâs aduerſatur F anabaptiſtis, & ob vitæ ſanctimoniam, vt audiuimus, laudatur, hæc parùm attentè conſiderauit, ideo reſponſum putat illo ſuo dilemma-

Digitized by Google

mate. Is cũ quo agitur ant Deũ timet, aut eius timore deſtituitur. Si Deũ nequaq̃ timet, ſed eũ potius aſpernatur, luditur opera, cũ ob huiuſmodi cõtemptioné ſit excæcatus. Sin verò Dei timore ornatur, rectè monenti acquiſcet. Sed vtruoq; cornu dilemmatis, facilè retunditur, qui Deum non metuit & cũ ei proponitur æterna mortis pœna, illum negligere pergit, ſibi grauius iudicium & duriorem condemnationem accerſit. Qui verò Dei timore ornatus eſt adhibitis vehementiorib. calcaribus, ad veritatẽ magis citato curſu approperabit. Quare doctrina huiuſcemodi, nil habet fructus & multũ damni ſecum trahit. Hæc ſummatim de tota cauſa iudicamus. Nunc veniendum eſt ad eius partes & membra ſigillatim excutienda, quod paucis & carptim facere cogimur, cùm alia negotia ſint præ manibus, quæ ſi etiam vellemus, intermittere non licet.

Id in primis nõ poſſumus nõ mirari, Anabaptiſtas aſſeri verum habere mediatorẽ, quamuis eius carnem de cœlo allatã, nõ de Virgine ſumptam credunt, certè mediator eſſe non poteſt, niſi & ſit & fide comprehendatur, quemadmodũ illum Deus conſtituit, & in ſuis promiſsionib. patefecit. At ille decreuit vt carnẽ ex hominib. haberet, & id verbis perſpicuis & apertis in diuinis literis teſtatus eſt. Quocirca illi qui carnem cœleſtem affingunt, nõ à Deo propoſitum mediatorem habent, ſed illũ quem ſibi ex inuento & cerebro ſuo affinxerunt. Opponitur, illos homines nõ videre nec intelligere talem à Deo propoſitum & promiſſum eſſe mediatorem, quem oportuerit carnem ex Maria ſumere. Quid illi videant, quidúe nõ videant, parũ vel nihil ad cauſam refert. Ad id profectò credendum adiguntur, quod in ſacris oraculis vt teſtatiſsimum nobis relinquitur, eos hæc videre minimè cõtendimus. Sed iſta nõ videre, nec profiteri, verùm plenis faucib. negare aſſerimus eos à ſalute depellere. De Iudæis noſtrorum temporum, qui clamant ex diuinis literis compertum ſibi nõ eſſe Meſsiam adhuc veniſſe, attamen ſe in eum credere, vt patriarchæ prophetæ, ac maiores eorũ crediderunt, quid iudicabit Hadrianus? An dicet eos extra regnum cœli non eſſe? Dicat ille vt voluerit, nos cũ Ioanne dicemus, eos Antichriſtos eſſe qui negant Chriſtum veniſſe in carne. Cæcitas in ijs rebus quę ſcriptura de mediatore tradit, damnationem ab infidelibus non propulſat. Cęcitas illa infligitur, vt priorum peccatorum iuſta pœna, quæ cùm legem & cancellos fidei tranſgrediatur, æternam damnationem haudquaquam aufert, ſed potius accerſit.

Nec verè dicitur, ſæpe fieri vt qui negant cõſequens, minimè inficientur antecedens, id enim reipſa negant, tam etſi verbis dare videantur, euerſio quippe conſequentis adeo pugnat cum antecedenti, vt ſimul nequeant conſiſtere. At dixeris imprudentes illud tollunt, fateor, ſed ignorantia quoad res phyſicas & prophanas, res leuis cenſetur, in articulis aũt fidei extremũ ſummumq; damnũ apportat: & iam

A non ignorantia ſed perfidia vocatur. Chriſtũ autẽ ex Maria virgine natũ eſſe ad ſumma fidei capita pertinere nemo ſanę religionis ambigit. Naſci autẽ hominẽ ex matre, non eſt ſolũ per vterũ eius tranſire. Hoc norunt vel ipſi pueri: deinde nõ ſolũ confitemur natũ ex virgine, ſed ab ea conceptũ. Quis obſecro dixerit ea quæ tranſeunt per ventrem, cõcipi? Sed nunc in eo nõ ſumus, vt ſcripturæ teſtimonia prodamus, quib. anabaptiſtæ cõuincantur, illiſq; demon-

B ſtretur Chriſti carnem ex matre fuiſſe acceptã: ſed vt aſtruamus illos qui negant id, quod ad mediatorẽ conſequitur, ipſum mediatorẽ prorſus tollere, quamuis ore ac verbis illũ teſtẽtur ſe credere ac fateri. Si quopiam in regno, aliquis doceret nõ eſſe regi vlla ratione obtemperandũ: & nihilominus illũ fateretur eſſe legitimũ regem, atq; ipſum regnũ hæreditario iure obtinere, vt arbitror extremo ſupplicio afficeretur, nec ei quicquam prodeſſet, clamare, atte-

C ſtari ſe inter conſequens & antecedens non videre connexionẽ. Porrò qui ſaperent, vel guttã politicę gubernationis haberẽt, illi dicerent, vi deas vel nõ videas iſtã collectionẽ, id quod eſt cõſequens inficiando, etiã antecedens euertis. Neq; Papiſtæ hoc nomine liberãtur ab anathemate & ſempiterno exitio quod ſe putent non aliud Euangeliũ prędicare ab eo quod Apoſtoli tradiderunt. Et ipſi porrò negant, ſe videre connexionẽ iuſtam & efficacem, inter ſuã do-

D ctrinam & anathema. Nec tamen iſta eò rapi debent, quaſi non exiſtimemus illos qui veritatem à ſe probè cognitam reijciunt & opprimunt, longè grauius peccare, quàm ij à quib. negantur conſequentia, & verbis falſaq; opinione affirmantur antecedentia, ſed fruſtra, cùm ea exiſtere nõ poſſent vnà cũ oppoſitis conſequentis. Peccant quidem iſti leuius, ita nihilominus grauiter, vt niſi tandem eos pœniteat, æternũ ſint perituri, cùm verũ mediatorẽ non

E habeant: ſed illum quem ipſi fabricarunt.

Neq; Hadriani ſimilitudo quicquã huc pertinet, Hebræi ait, falſa opinione arbitrabantur Ieſum Dominum noſtrum nihil aliud fuiſſe niſi merum hominem, eumq; ſeditioſum & maleficum, vnde hoc errore decepti, eum cruci affixerũt, quæ illorũ iniuria etſi ex falſa opinione prodibat, in ipſum tamen verũ Chriſtum, non in cõmentitium graſſabatur: Sic etiam Anabaptiſtæ quando credunt & inuocant Chri-

F ſtum qui paſſus eſt pro nobis, qui reſurrexit, & per quem gratis condonãtur peccata. & ſi arbitrantur illum de cœlo carnẽ attuliſſe, nõ tamẽ à vero mediatore aberrant. Hic dicimus, niſi quis diligenter excutiat ſimilia, facilè illis decipietur. Verum quidẽ eſt errores hominum res non immutare, non enim Dei natura ex falſis hominum opinionibus inuertitur, vt non ſemper eadem firma & inconcuſſa maneat. Sed tamen diſtinguendæ ſunt hominum actiones:

G quædam ita circa ſubiecta ſua verſantur, vt in ea nihil prorſus imprimant, nihil immotẽt aut innouent, vt eſt actio ſciendi & credendi. Nã res quæ ſciuntur & credũtur, à credentib. & ſci

entibus

entib. nibil omnino patiuntur. Alia verò ſunt
opera, quę ſuam circa quam verſantur materiá
deformant & conuertunt, interdū in melius,
nonnunquam verò in deterius. Ita Chriſtus
verus à Iudæis licet errantibus flagellatus &
vulneratus & occiſus. Sed in priore actionum
genere, ſi error contingat, res ipſæ non cópre-
henduntur, ſed alia quædam longè ab ijs diuer
ſa. Exemplis boc illuſtrabo. Si quis in figuris
mathematicis ingenium exercens, triangulum
ſtatueret, habere quatuor angulos, triangulū
ipſum non comprehenderet mente ſua, ſed
quadrangulum, erraret ſanè, ac eo errore fieret
vt rem quam putaret, non attingeret, ſed circa
alia imprudens verſaretur. Sic etiam in Phyſi-
cis qui ſtatuunt animam humanam, flatum e-
uanidum eſſe, aut flammulam mox extinguen
dam, méte ac intelligentia ſua veram hominis
animam non comprehenderent, ſed vel flatum
euanidum, vel igniculum breui periturum.
Quamobrem errantes vulgò dicuntur vnum
pro altero acipere. Proinde Anabaptiſtæ dum
Chriſtum ſomniant carne de virgine minimè
ſuſcepiſſe, cùm in eo tàm vehementer errent,
iam in verum mediatorem non credunt, neq;
illum fide attingunt, ſed in eum feruntur, quē
ipſi fabricarunt, non quòd error eorum verum
Chriſtum immutârit, ſed quod ſua fide circa
eum non verſentur, neque is quem finxerunt
aut mortuus eſt, aut paſſus eſt, aut vſquam ex-
tat. Accipiunt quidem illi proprietates & acti-
ones veri Chriſti & ſuo quem commenti ſunt,
aſſignant, ſed fruſtra. Cum enim id ſola eorum
cogitatione fiat, totum id Chimera eſt, non ve-
rus Chriſtus. Ieruboamus item & eius compli
ces dicebant ſe non colere vitulos, ſed Iehouá
in ea figura & aſpectabili ſigno: ſcriptura verò
in Paralipomenis teſtatur eorum imaginatio-
nem eſſe fruſtratam, eò quòd illa ſacta non Ie-
houæ, ſed dæmonibus fecerint.

Neq; oportuit nobis ex Luthero inuidiam
cōflare, nos de illo nihil ſtatuimus, cùm Deus
ad extremum vel dum agebat animam, potue-
rit ipſum illuminare, ſicut mihi perſuadeo Cy
priano factum cùm ſanguinē pro Chriſto fun-
deret. Magna eſt diuinæ miſericordiæ ampli-
tudo, ſuos Deus non deſerit, & quos videba-
tur deſtituiſſe, moribundos adiuuat. Verùm
nos hic de obfirmatis & non reſipiſcentibus a-
gimus. Et ſanè poſſet eadem quæſtio moueri
de Tertulliano atque Origene, patribusque ſi-
milibus, qui de rebus grauiſsimis à veritate
aberrarunt, cùm in quibuſdam alijs orthodo-
xè admodum ſcripſerint. At nos hic de homi-
nibus non ſtatuimus, qui fortaſſe Dei benefi-
cio ante mortem reſipuerunt, ſed tantùm de
ijs qui obfirmato animo in errore vſq; ad ex-
tremum perſeuerant. Deinde contendimus
huius erroris pondus & damnum eſſe tantum,
vt in eo manentes & vſque ad finem durantes
æternum damnet. Hoc præterea vel parum vel
nibil ad rem noſtram facit, ſiquidem quod af-
fertur de Luthero, ad factum pertinet, nos ve-
rò de iure diſputamus. Ius autem non aliud

A habemus quàm quod Spiritus ſanctus in diui
nis literis collocauit, vbi Ioannes dicit, eos
qui non confitentur Chriſtum in carne veniſ-
ſe, Antichriſtos eſſe.

Verùm Hadrianus qui Anabaptiſtarum cau
ſam fideliter agit, reſpondet, illos plenis buccis
confiteri Chriſtum in carne veniſſe, quamuis
negent illā de virgine Maria ſumptam. At Io-
annis oraculū ad eius mentē & ſenſum accipe
re oportet. Ille autem cū facit mentionem car-
B nis, nō aliam intelligit ab ea quam diuinæ pro-
miſsiones expreſſerunt, nempe quæ ſemē eſſet
Heuæ, ſemen Abrahami, ſemen Dauidis, &
partus Mariæ. Nō pugnat ſecum Spiritus ſan-
ctus, ideo quod loquutus eſt per Iohannē, idē
cū eo eſt, quod promiſsiones diuinæ in alijs
canonicis libris demonſtrarūt. Nos ſcimus iu-
xta te ô Hadriane, Chriſtū in carne veniſſe, at-
que illam ex virgine ſumpſiſſe, duo eſſe, ac ita
duo, vt poſsit vnū credi abſq; altero, vt hodie
C cernimus Anabaptiſtis vſu venire. At nos mi-
nimè ſpectare debemus quid ipſi faciant, ſed
quid à Chriſtianis hominib. Deus exigat, vult
ſanè illa duo in eodem articulo coniungi, quò
beneficium præſtitum à promiſsis quæ de
illo anteceſſerunt, minimè diſcrepet.

Quis præterea non miretur, Anabaptiſtas il
lis accenſeri qui Chriſto vero fundamento cō-
ſeruato, ſuper eo fœnum, paleam & ſtipulam
ædificant, quę licet comburenda ſint, qui tamē
D ædificarunt propter fundamentū ſeruabūtur.
Profectò Chriſtus non eſt ſalutare fundamen-
tum, niſi quatenus à Deo poſitum eſt, is autē
vt apertiſsimè teſtantur diuinæ literę, illum
dedit & promiſit quo ad naturā humanā, ſemē
Heuę, ſemen Abrahami, ſemen Dauidis & filiū
hominis, id eſt, Mariæ. Cur nō potius fœno, ſti
pula & palea non intelligimus notari genealo
gias infinitas, κενοφωνίας, ἀπόκρυφα viſiones intē-
peſtiuas, allegorias, hominū quaſdā ἀδιαφόρας
E traditiones. Hæc omnia & ſi aduerſus Chriſtū
non pugnant, nihilominus tamē quia nō ædi-
ficant, igne diuini iudicij comburenda ſunt,
quamuis authores propter ſalutare fundamē-
tum à quo non receſſerunt, minimè ſunt æter-
num perituri. Credere autem carnem domini
haudquaquam ſumptam fuiſſe de virgine, cō-
memoratis quiſquilijs non ſunt accenſenda.

Neque vllo pacto dabitur, carnem de virgi-
ne ſumptam, nō eſſe Chriſti ſubſtantiam, ſed le
F uem potius (vt dicitur) circumſtantiam, cùm
ipſa corporis Chriſti οὐσία fuerit caro ex virgi-
ne ſuſcepta, materia ſiquidē corpulenta, & ſub
ſtātia Ieſu mediatoris Dei & hominū inde tra
cta eſt, quî fit vt ad circumſtantiam nullo mo-
do referri debeat. Quibus addendū eſt homi-
nis generationē, potius ad eius efficientē cau-
ſam, quam ad circumſtantiam ſpectare. Non
ignoramus à Dialecticis & Rhetorib. parētes
inter circumſtantias collocari. At id nō fit pro-
G pter eorum corpulentam ſubſtantiam, ſed pro
prietatum & conditionum ergò, nēpe vt inde
argumenta probabilia ſeu laudis ſeu vituperij
natorū deriuentur. Si enim parentes nobiles,

argumenta probabilia ſeu laudis ſeu vituperij
natorum deriuentur. Si enim parentes nobiles
generoſos & fortes quis habuit, ex eo lauda-
tur, & de illo quòd talis euaſurus ſit, argomen-
tum veriſimile colligitur. Conſueuerunt etiã
eiuſmodi artifices circumſtantijs modum ac-
cenſere. At caro de virgine ſumpta, neque ad
modum neq; ad qualitatem Chriſti pertinet,
ſed eius eſt vt diximus quoad humanitatem
ſubſtantia. Illius autem generationis modus is
eſſe dicetur, quod abſque virili ſemine fuerit
procreatus, quòd fœtum ex beata virgine col-
lectum, non vis eius mariti, ſed Spiritus ſancti
facultas delineauerit ac effinxerit. Has vtique
poſſem dare circomſtantias eſſe, verùm ita cre
ditu neceſſarias, vt qui non confiteatur, Chri-
ſtum abſque virili ſemine conceptum, & ope-
ra ſpiritus ſancti fictum atq; formatum ex car-
ne virginis, & ab Eccleſia & à ſalute ſit alienus.
Dicimus itaque carnem de virgine ſumptam
non eſſe circumſtantiam Chriſti quatenus ho
mo eſt, ſed ad ſubſtantiam eius pertinere. De-
inde ſi etiam daremus id ad circomſtantias
pertinere, inde non colligi, rem illam non eſſe
creditu neceſſariam, quandoquidem pati, mo-
ri, ſepeliri, ſurgere, in cœlis regnare, cùm ſint
Chriſti actiones, eius porrò circumſtantijs an-
numerantur, quas quicunque fideliter non
credit & confitetur, à ſpe ſalutis, niſi reſipiſcat,
prorſus excidit.

Et res mira eſt conſtituere, vt Hadrianus fa-
cit, ſumptionem carnis ex Maria virgine, rem
fuiſſe ad noſtram ſalutem neceſſariam: Et rem
deinde ſic eleuari, vt credentes oppoſitum, di
cantur ſalutis eſſe participes. Nec multum id
miror, quod rem per ſeipſam duram quodam-
modo leniens, dicat, ſe illos prorſus nõ damna
re, ſed iudicio Dei committere. Hoc non eſt in
religione ac ſacris dogmatis [illegible]. Cur Pau
lus illos pronunciabat naufragium feciſſe à fi-
de, qui dicebant reſurrectionem iam factam?
Vtrum obſecro ex diuinis literis manifeſtius
apparet, reſurrectionem fore, an Chriſtum ve-
rè ſemen Heuæ, filiom Abrahami, filium Da-
uidis & eorum ſemen fuiſſe? Vtrunque ſcriptu
ræ apertè ac luculenter aſſirmant, vtrumq; ad
fidei articulos pertinet. Fatemur quippe nos
credere in Ieſum Chriſtum Dei filium, conce-
ptum & natum ex Maria virgine, non in eum
qui per eam ceu per canalem tranſierit. Paulus
illos non relinquere ſe dicit iudicio Dei, ſed
palàm prædicat excidiſſe à fide. Nos verò iſtos
condemnatione minimè dignos cenſebimus?
Eccleſia item Arrianos, Neſtorianos, Eutychi-
anos, Ebionitas & ſimiles peſtes, iudicio Dei
non relinquebat, ſed manifeſta & apertiſsima
ſententia damnauit, qui tamen clamare non
deſinebant, ſe non videre connexiones atque
collectiones inter verba diuinarum literarum
& ſententias quas Orthodoxi tuebantur, pro-
inde res metiamur non prout hæreticis viden
tur, ſed prout in diuinis literis ſont relatæ.

Nec facit Hadrianus rem dignam ſua pro-
feſsione, qui nobis ex eo faceſsat negotium,

A quòd pueri ac mente capti abſque fide ſalu-
tem habeant, cùm tamen diuinæ literæ affir-
ment homines fide ſeruari ac Deo placere, ſi-
quidem hæc ad ſtatum & conditionem Ana-
baptiſtarum pertinent, cùm & adulti ſint &
mentis compotes, quibus & ſcripturas legere
vacat, & ſacras conciones, nec non reſponſa
piorum virorum audire licet. Iudicamus etiã
ſuperuacaneam eſſe quæſtionem de fide, cur
Deus illam à nobis requiſiuerit, cùm potuerit
B ſi voluiſſet citra illam homines beare? Quid
enim de voluntate Dei oportet diſputare,
quando ea ſatis manifeſtè in diuinis literis con
ſtat? Id potius aduitendum & contendendum
eſt, vt illam & eius quotidianas acceſsiones à
Deo precibus impetremus, & quæ fide ſuaden
te credimus, vita & factis, quantę ſunt vires no
bis collatæ à Deo, exprimamus. Non ij eſſe de-
bemus qui ſcire velimus diuinorum conſilio-
rum cauſas & rationes.

C Illud prętereà pluſquàm mirum videtur, cõ
ſtitui ab Hadriano id credito neceſſarium eſſe
ad ſalutem, citra quod non poſsit credi, pecca-
ta nobis per Chriſtum gratis condonari. Eſt
quidem illud Euangelij ſumma ſummarum,
& potiſsimum caput, ſed vide obſecro an ſi
quiſpiam id ſe dicat credere, interea verò ne-
get reſurrectionem mortuorum eſſe futuram,
is dicendus ſit verum Chriſti Euangelium am
plecti? ego non arbitror, imò affirmo illum dũ
D ſic eſt parſuaſus, æternæ ſalutis non eſſe parti-
cipem. Dicet item alius illum articulum ſe,
vt indubitatum amplecti, qui tamen ex altera
parte inficiabitur, filium Dei æqualem atque
conſubſtantialem eſſe patri, & ſpiritum ſan-
ctum creaturã eſſe opinabitur. Quid hîc fiet?
Salutem ijs & pacem dabimus iuxta regulam
hanc, eoſque vt membra Chriſti & partes Ec-
cleſiæ amplectemur, dum modo peccata ſibi eſ
ſe gratis cõdonata per mediatorẽ crediderint?
E Nunc deueniendũ eſt ad notas demonſtra-
tiones vel proprietates, cũ inquit permultę fu-
erũt, ſi quis omnib. vna duntaxat excepta con
ſentiat, profectò abſurdum eſt & inhumanum
ab ęterna ſalute illũ excludere, quòd vnã tantũ
illarum demõſtrationum reijciat, imò inquit,
rationem potius eſſe habendam earũ plurima-
rum quas admittit, quàm illius vnius, quam re
pudiat & oppugnat. Ad hoc reſpondemus, O-
mnis verba Dei quatenus ab eo fluxerũt, paris
F eſſe ponderis atq; authoritatis, atque idcircò
nemini fas eſſe pro ſuo arbitrio iſtud recipere,
aliud verò cõfutare, atq; vt falſum aſpernari. Ia
cobus audacter dicit, Qui peccauerit in vno, fa
ctus eſt omniũ reus. Id ſi locũ habet quoad mã
datorum obedientiam, verũ etiam erit quoad
credenda. Et nõ videt Hadrian9 recepta huiuſ-
modi ſua ratione, vel ipſum Arriũ eſſe agnoſcẽ
dũ vt Chriſti membrũ, dicet enim, omnes alias
demonſtrationes, proprietates & notas admit
G to, quas cæteri fideles credunt, vna tantũ dem-
pta, quod Dei filium ſcilicet, pono creaturam.
Neque tantum Arrius, verùm & innumeri a-
lij hęretici hac Adriani leni ac remiſſa cenſura,
Eccle-

Eccleſiam ſuis hæreſibus implebunt,& in cor-
pore Chriſti tanta erit ſectarum colluuies , vt
omnia denique immunda & turpiſsima ſint
euaſura.

Neque id præterea verum eſt Anabaptiſtas
quando contendunt filiom Dei carnem de cœ
lo ſecum tuliſſe, nec eam ſumpſiſſe, de virgine,
tantùm vnam demonſtrationem, proprietatē,
ſeu notam Chriſtianæ fidei oppugnare , nam
hic error eorum permultos alios vnà ſecum
trahit. Etenim eadem opera negant, Chriſtum
quoad naturam humanam , ſemen Heuæ fu-
iſſe, ad eius quippe ſubſtantiam ſemen ipſius
pertinet, non eſt cœleſtis naturæ. Inficiantur
item ſemen Abrahami eſſe, in quo nationes o-
mnes terræ benedictionem aſſequantur. Ne-
que poteſt illis conſtare Meſsiam Dauidis eſſe
filium, quod ſcriptura omnino fore paſsim te-
ſtata eſt, nec licet eis admittere virginem con-
cepiſſe filium ſuum ac illum peperiſſe, vt Pro-
phetæ & Euangeliſtæ confirmant. Quomodo
ad hæc dicent cum ſcripturis Mariam fuiſſe
matrem Ieſu? Vel quo pacto illom filium ho-
minis confitebuntur? Non erit iuxta eos fra-
ter noſter, neq; cũ ſuis fratribus cõmunicauit,
vt ad Hebręos factom eſſe ſcribitur.

Poſſem & alia facilè colligere, quibus expla
narem, non vnam demonſtrationē ſeu notam
ab Anabaptiſtis hoc ſuo impio dogmate, ſed
complures de Orthodoxa fide tolli. Verũ quo-
niam ea ſatis eſſe puto, quæ adduxi, propterea
ſuperſedebo: Atq; id iam attingam, quod parũ
Dialecticè, imò Sophiſticè dicimur agere, quã-
do conficimus Chriſtum non eſſe mediatorē ſi
carnem humanam ex virgine minimè aſſum-
pſit, ſiquidem, vt Hadrianus ait, id non ſimpli-
citer, verùm ſecundum quid à nobis concludi-
tur, nempe quoad Anabaptiſtas, illorum autē
opinio rerum naturam non transformat. Non
ſatis mirari poſſum quid iſtud commentum
faciat, ad argumenta illa diluenda, quæ admo-
dum bona ſunt, & plos ſatis aperta. Non eſt ibi
noſtrorum animus demonſtrare Chriſtum nõ
eſſe verum mediatorem, id enim pro indubita
to atque certiſsimo dogmate habent, ſed in eo
ſunt, vt probent , Anabaptiſtarum ſententia
recepta , id omnino conſequi. Nec à patrum
ſeu Philoſophorum conſueta diſputandi for-
ma dum ſic argumentantur, diſcedunt. Solent
quippe doctores Eccleſiaſtici dum cum hære-
ticis congrediuntur , ſententiam in medio po-
nere, quæ non tantum vera ſit, ſed etiam vtriq;
parti communis. Etenim illam è diuinis literis
depromunt, ſubijciunt ei deinceps falſum do-
gma eorum, aduerſus quos agunt. Inde ali-
quod craſſum & odioſum abſurdom colligũt.
Id autem cum ex communi propoſitione, quę
admodum euidens & vera eſt, non poſsit colli
gi, reſtat vt ex aduerſariorum placito conſequa
tur. Non eſt rarum ſed vſitatiſsimum argumē-
torum genus , quo ad abſurda confitenda illi
adiguntur , quos diſputando premimus. Ita
etiam Ariſtoteles contra Parmenidem , Me-
liſſum , aliosque antiquos diſſerit, id primum

A ſumit , quod & manifeſtum eſt & veriſsi-
mum: deinde veterum illorum aſſumit opini-
onem, vnde ſententias abſurdiſsimas conclu-
dit, non vtique quas ipſe velit ſibi retinere;
ſed quibus illis oſtendat, qui veterum placita
probabant , in quæ inepta & abſurda ſe præ-
cipitarent. Non enim omnes demonſtratio-
nes vel argumentationes eſſe poſſunt directæ
ac ſimplices , ideo permulti fiunt ac reperiun-
tur, quæ ad certos quoſdam homines vel erro
B res diriguntur, eoſque tantummodo non itē
alios quoſuis vrgent.

Deinde illud parum conſultè videtur à no-
bis requiri, vt locum certum ac euidentem in
diuinis literis oſtendamus, quo dicatur eos &
damnandos & extra ſalutem eſſe, qui non cre-
dant Chriſtum ſuam carnem ex beata virgine
ſumpſiſſe, quandoquidē id ſatis eſt nobis eſſē
mandatũ generatim, (vt ijs omnib. credamus,
quæ filius Dei ſanctusq; ſpiritus per ſeipſum,
C per Prophetas & Apoſtolos, eſt loquutus: Hic
eſt, filius meus, ipſum audite. Nec viſum eſt
Deo, in ſacris literis omnes errores, qui ex hæ-
reticorum cerebro erupturi olim eſſent, ſingil-
latim conſignare, ſatis fuit ea ibi tradere, quæ
credenda erant, Profectò (vt in Scholis dicitur
à doctis) rectum & ſui & obliqui eſt index.
Expreſsio illa nimis fuiſſet operoſa, & quodã-
modo infinita, ſi quid me à ſcopo qui vno mo-
do attingitur, innumeris propemodum vijs
D aberratur. Quis tandem finis fuiſſet ſcribendi,
ſi omnia peruerſa dogmata errantium, fuiſſent
vnà cum eorum damnatione diſertis verbis
deſcribenda? Satis generatim à Paulo dictum
eſt, Qui ſecus Euangelizauerit atque nos, ana-
thema eſto, quòd non ita cenſemus, in angu-
ſtias detrudendum , vt Hadrianus arbitratur,
oporteat illud tantùm intelligere de illo capi-
te, quo prædicatur: Peccata nobis per Chriſtũ
gratis condonari. Eſt quidem nuncius ille o-
E mnium fœliciſsimus, at euangelium etiam eſt
quod Apoſtoli etiam de alijs capitibus doce-
bant, vnde Paulus ad Timoth. 2. cap. 2. Memor
eſto Ieſum Chriſtum reſurrexiſſe ex mortuis
ex ſemine Dauidis , ſecundum Euangelium
meum. Ecce iam eo loco, Euangelij vocabulo,
ea cõprehenditur doctrina, quę tradit & Chri-
ſtum à mortuis reſurrexiſſe, atq; ortũ ex ſemi-
ne Dauidis. Nec aliud apoſtolo eſt ſecus Euan
gelizare, quã id quod ad Timoth. priore dixit
F cap. 6. ἑτεροδιδασκαλεῖν. Quocirca nõ eſt feren-
dum vt illud Apoſtoli dictũ ad vnũ duntaxat
articulum cõtrahatur. Nec vlla ratio poteſt aſ-
ſignari, cur bonus nuntius & læta prædicatio
nõ poſsit ea iure vocari, qua mundo teſtatũ fit
& indicatur, Deum ſtetiſſe promiſsis , qui filiũ
ſuum miſerit ad carnē ſumendam ex Heuæ ſe-
mine, Abrahami & Dauidis, quemadmodũ o-
lim per ſuos vates recepit ſe facturũ . Proinde
cũ habeamus hæc generalia dicta, nõ expectan
G dum eſt, vt in ſcripturis diuinis oſtendamus
hunc aut illum errorem, diſertis verbis & no-
minatim damnatũ atq; confoſſum. Vbi nã ibi
reperiemus eos dãnatos & à Deo alienos, qui

libros veteris teſtamenti non recipiunt: quæ tamen ſententia Marcionitis, Manichæis & compluribus alijs hæreticis cõmunis fuit. Nec vſquã traduntur expreſsis verbis damnandi, q negãt animas poſt mortẽ corporis viuere, ſed vnà cum ipſa carne mori putant, quò ad vitã vnà cum corporib. circa ſæculi finem exciten tur. Illi etiam qui nolunt fratribus lapſis veniã & reconciliationẽ dari, nuſquam dicuntur in ſacris oraculis vel condemnati, vel extra viam ſalutis eſſe. Quare Hadrianus cùm hoc à nobis exigit de Anabaptiſtarum errore, cùm ineptè facit, tùm permultis erroribus, demptis vno vel altero, ampliſsimã portã aperit, de pauciſsimis quippe ſcriptura ea phraſi ac forma loquitur, quã hic noſter à nobis in præſentia exigit.

Reſtaret ad extremum, vt ſyllogiſmos excuteremus, quos Hadrianus ad exemplũ noſtrorum induxit, vt eos quemadmodũ putat, euidentius dilueret, ſed hoc miſſum facere duplici de cauſa viſum eſt: primùm quòd parum licere videtur pijs eſſe pueriliter argutis, præſertim in ſententia tuenda, quæ vt ab initio dictũ eſt nullis ædificationem affert, & permultis obeſſe plurimùm poteſt. Deinde quoniam ea ſcribenda in hac quæſtione iudicamus, quę à maiori parte ſacri cœtus intelligantur, pauci verò admodum ſunt, qui ſe in ſtrophis Dialecticis & Sophiſticis argutijs exercuerint. Veritas ipſa potiſsimum Euangelica plana eſt, & apoſtolica luce ac ſimplicitate, doceatur & illuſtratur. Adhæc iam ea ſuperius allata ſunt, quibus liquidò manifeſteq́; detegitur quicquid in illis ratiunculis eſt fallaciæ.

Nunc pro ſcripti huius coronide adijciendũ eſt, Miſericordiã Dei ampliſsimã ſummis encomijs eſſe celebrandã, quod omnib. in rebus admirando fulgore ſeſe prodat, & in ſæculũ, hoc eſt, æternum (vt cecinit Dauid verſu intercalati) vigeat. Sed tamẽ ita laudes eius celebrari o-

A portet, vt è diuerſo iudicia Dei erga incredulos & hæreticos nõ conuellantur. Hoc idcirco ſcribitur, quoniam Hadrianus ait ſe ad iſta defendenda quæ tuetur, bona ex parte fuiſſe impulſum, quòd maximè conducerent ad miſericordię dignitatem & amplificationem. Verũ ad hunc modũ & illi fortaſsis ſe excuſabant, q Cainũ & Iudam ſanctis adnumerabant. Origenes itẽ & fautores eius ad hanc Dei clementiã immoderatè ſpectabant, cũ docuerunt ſuppli-
B cia impiorũ tandem aliquando eſſe terminanda, nec reuera ſempiternos fore ignes gehẽnæ. Dumq́; ipſis etiã diabolis poſt multa æui ſpatia veniam & ſalutẽ dandã eſſe ſcripſerunt. Nõ ſunt iuſtæ laudes eæ diuinę clementiæ, quę ſeueritatẽ ac iuſtitiam Dei nimiũ infuſcant. Proinde miſſa doctrinæ huius nouitate, cenſemus quieti & paci Eccleſiaſticæ omnib. modis eſſe ſtudendũ. Satis vtiq; eſt tricarũ & inaniũ quæſtionũ. Quare veſtrarum partiũ erit, vt ſalua &
C incolumi veritate quamprimũ in gratiam redeatis, id apud vos ſeduló cogitantes, Beneficium ſummũ eſſe, vt iſthic Eccleſiam cũ Gallicam tũ Flandricã habeatis. Diabolus hoc ferre non poteſt, & ob eam cauſam diſsidia & cõtentiones inter vos de hiſce rebus excitat, quò peregrini ciuib. Anglis inuiſi, ac odioſi magis ac magis reddantur. Adlaborate itaq; ſumma cura & diligentia, ne Cacodæmon fiat voti compos, & filij Dei Eccleſia damnũ capiat: qui re-
D prehenſus eſt non id minus ęquo animo ferat, quàm Petrus cũ à Paulo corriperetur. Et contra, illi qui veritatis patrocinium ſuſceperunt, fratrem ſuum qui à recto, nõ malitia, vt videtur ſed potius quodam errore deflexit, ſi bene monentibus acquieſcat, non minus quã antea, loco miniſtri Dei & dilectiſsimi collegæ habeant. Valete optimi fratres, veſtris precib. nos iuuate, dantes operam vt pacem pro virib. inter vos colatis. Tiguri 15. Februarij 1561.

SERENISSIMAE ELIZABETAE, DEI GRATIA REGINAE ANGLIAE, FRANCIAE ATQVE

Hyberniæ, à Deo patre, per Ieſum Chriſtum ſeruatorem noſtrum, Gratiam & æternam fælicitatem.

ORbem terrarum gymnaſium ſeu palæſtrã quandam eſſe Dei Opt. Max. Regina illuſtriſsima, vbi ſuos ille per diuerſa laborũ exercitia, per cruciatus interdum, & nonnunquam per diuerſa rerum diſcrimina, erudit atq; inſtruit, pro certo & indubitato haberi à pijs hominibus arbitror. Nec tamen id cœleſtis pater agit, vt eos quos diligit, perpetuis afflictionib. colluctari & ſempiternis ærumnis premi decreuerit, ſed mala ſuperare quandoq; dat, & pro ea quã apud ſe habet cõſtitutam opportunitate cõcedit è fluctib. vorticibusq́; periculorũ emergere, quò ſe illũ eſſe declaret q ad portas mortis deducit & reducit, dũ in ſuis

E adoptatis filijs lucere curat eius imaginẽ, quẽ ſibijpſi ante omnẽ ęternitatem, natura genuit, ſiquidẽ noſter ille primogenitus frater Chriſt. Ieſus antea mortuus eſt, quã ſua & patris vi à mortuis excitaretur. Quocirca & nos qui deſtinati ſumus, vt ad eius exemplũ cõformemur, prius oportet mori quã reſurgere. Ad hũc modũ Iſraelitę propè mortui erant, dum in Ægypto ſub Pharaonis grauiſsima tyrannide premerentur: At liberati per Moſem & Aharonẽ à
F morte quodãmodo ſunt erepti. Deinde in vaſtæ ſolitudinis multiplicib. periculis & varijs caſib. rurſus videbãtur perijſſe, q poſtea ingreſſu terræ Chanaan reuixerunt. Denique in captiuitatem abducti, credebantur funditus ex-

qui tamē poſt ſeptuagiota āños reuerſi, denuo
floruerunt, vt tū vitæ reſtituti fuerint. Quod
idē Elizabetha Regioa potentiſsima, cū Deus
erga te fecerit, à ſuo quidem ille veteri ioſtitu-
to non diſceſsit, ſed illud potius confirmauit,
magiſque perſpicuum reddidit. Nam eius ope
ra dum in obſcoris & abiectoribus hominibus
exetcentut, vtique minns apparent: At è di-
uerſo qoando in ampliſsimis & ſummi otdinis
viris ac mulieribus extant, tunc animaduer-
ſione omnium quodammodo nobilitantor.
Quamobrem cùm tu Elizabetha Regina illu-
ſtriſaima non ſanè molli, plana, facili, iucunda-
q́oe via ſis ad regnum euecta, ſed per aliquot
annos iam elapſos, vix paſſu à morte diſtare vi
ſa ſis (nam pericula tam vehementia & alta ſoe
rūt, vt cymba tuę vitę iam propè mergeretut)
diuinitus ea, non bumana ope conſeruata, &
vt modò videmus, ad iſtios nobiliſsimi regni
poſſeſsionem ptomota. Clemeotia itaque &
bonitate filij Dei, eui vnicè fidebas, teuixiſti,
regnomq́ue paternum atqne aoitum Deo be-
ne iuuante obtines, idq́oe ad Eccleſiæ Chriſti
ſalutem, & ad Reipublicæ Anglicanæ collabē-
tis reſtitutiooem: ptopterea pijs omnibua hoc
tempore id eſſe in ore cōgruit, quod in Pſalmis
feſtiuiſsimè canitur: A Domino factū eſt iſtud
& eſt mitabile in oculis noſtris: Lapidem
qnem reprobauerunt ædificantes, bic factus
eſt in caput aoguli. In Chtiſtum quidem iſta
competere fateor, ſed cùm homines pij mem-
bra eiua cenſeantur, de illis ea quoqoe vſurpa-
ri poſſe cenſeo: nam ornamentis & dignitate
eapitis cætera membra corporis & decorari &
frui, Paulus Chriſti Apoſtolus abunde teſti-
ficatur. quod planè de ijs præſertim exiſtimao
dum eſt, quæ in corpore Domini tam perſpi-
cua ſunt, quàm Deua Maieſtatem ſuam in po-
pulo ſuo tandem voluit eminere. Hoc porrò
tantom eſt Dei beneficium, vt in te vna mini-
mè claudatur, ſed per te ipſam ad magnum fi-
deliom numerum deriuetor. Nam quotquot
in iſto tegno aut ciues nati ſunt, aut illi bona
cupiunt, quiq́oe nihil aliud atque Chriſti glo-
riam qoærunt, ij omnes videntur ſibi vnà ſecū
à mortuis excitati. Quorum ego quia nec ſum
nec volo eſſe poſtremua, vti me ſeoſi hoc exo-
ptabili ountio, vehementi ac incredibili affici
lætitia, ita exiſtimaui Deo Opt. Max. cum pri-
mis gratias agendas, deinde maieſtati tuæ, oec
non Eccleſiæ Anglicanæ ac eius regno gratu-
landom. Laudandus itaque Deus & Pater Do
mini noſtri Ieſu Chriſti, qoi plebem ſoam pe-
nè mortuam viſitarit, & viam quæ nimis diu
obſtructa fuerat, Euangelio filij Dei prædican
do aperuetit. En rurſus cotnu ſalutis erectum
eſt in regno Angliæ, qoo electi Dei, potentia io
uicta Setuatoris noſtri Ieſu Chriſti de manu
inimicorum aſſerantur, & Deum ſanctum ad
literarū diuioarum prę́ſcriptū ſanctiſsimè co-
lant. Gloria iam ſit in altiſsimis, Pax in Eccleſia
& bona Dei voluntas erga populum Anglica-
num, quò ductu & auſpicijs piæ hoius reginæ,
ciues eius iuſtitia & ſanctitate ornati, coram

A ipſo perpetoò & innocenter verſentur, eiſq́ue
ſic diuinitus illuceſcat, vt qui per noctem quæ
præceſsit, rurſus in tenebras & vmbram mor-
tis propemodum reciderant, orto iam die pa-
cis vias citra vllam offenſionem ambulent. Id
verò potentiſaima Regina quò fiat, poſt Deum
in tua manu ſitum erit. Nec dubitamus quin
pro antiqua tua fide, pietate ac Dei gratia, quę
te à prima ætate ad hanc diem vſque protexit,
defeodit ac gubernauit, Deo & verbo eius illū
B quem debes honorē ſis prę́ſtitura. Deus prohi
beat à candido & religioſo animo tuo, ingratæ
voluotatis notam, quę licet ſit in qoouis homi
ne turpiſsima, in ta quæ Chriſti beneficio iſto
loco es, foret omnino intolerabilis. At Maieſta
tē toā omnioo perſuaſum habeo & prompto
animo eſſe & voluntate ad Euangelicam religi
ooem inſtaurandam. Et quamuia ad boc agen
dum ſis per te ipſam ſatis inſtructa ac edocta,
nec aliorum ſancta conſilia & piæ hortatiooes
C deſint, qoibus aures tuæ aſsiduè perſonent:
attamen viſum eſt mihi quoque pro mea in
tuam Maieſtatem obſernantia, quæ maxima
eſt, nonnulla quæ ad hoe apprimè faciant, non
minus breuiter, qnàm modeſtè ſuggerere. Ea
verò precor, vt nō aliorſum abs te accipiaotor,
ꝙ ego ſcripſerim. Etenim quæ dextra fide lo-
quor, dextro itē animo velim ſuſcipi. Noui ꝙ te
neræ ſoleant eſſe Regū huins mundi aures: ve-
rū de tuis, cū Chriſti ſis, nō huius mundi, ma-
D gnoperè cōfido. Proinde ſepoſitis Ethnicorū ſa
pientū ratiooib. ad ſingulare, nobiliſsimumq́;
Dauidis exemplū paulisper te dedocam. nā is
dū vixit, & regia poteſtate fuit illoſtris, & exi-
mia ſanctitate celebertimus. Vnde ſi te perſi-
milem eius cupio euadere, nibil à tua vel dignī
tate vel pietate alienum cogito. Is cū ad regnū
gerendū in Iſrael eſſet deſtinatns, priuſquā id
aſſequeretur, quemadmodū tu, grauiſsima eſt
paſſus, verū cū eò perueniſſet, nihil antiquius
E habuit, quàm vt religionē iam collapſam reſti-
tueret, cuins caput & ſumma illa ætate in eo ſi
ta erat, vt area fœderis præcipuū Dei ſymbolū
ad honores priſtinos reduceretor, quæ negli-
gētia Saulis regis in Ciriat. Iearim apud neſcio
quē Aminadabū in priuatis ædib. iacebat ne-
glecta. Id ſanctiſsimus Rex pati nō potuit: illā
itaq; ad arcē Regiam aduehere ſtatuit, ſed in eo
quod piè agere nitebatur, Sacerdotes nō rectè
ſuo munere fungebantur. Quocirca pius Rex
F de ſpe ſua propemodum deciderat. Verùm nō
moltò poſt, ſeipſum colligens, & illoa adegit ad
officiom ritè faciendum, & ipſe gaudio incredi
bili, populiq; ſingulari lætitia, Omnipotentia
Dei Arcam ſocceſſu fœliciſsimo in Zionē de-
duxit. Idē hoc opns Elizabetha illuſtriſsima re
gina, eſt à Deo tuæ fidei vnà cū regno manda-
tum: ſanctum quippe Chriſti Euangeliū, qood
temporum iniuria, & aduerſariorum importu-
nitate, elapſis annis iacuit neglectum, ne con-
G eoleatum dixerim, in ſuum locum reſtituas o-
portet. Hoc ſi perfeceris, omnia tibi non mi-
nos quàm Dauidi ſanctiſaimo Regi proſperè
ſuecedent. Nam ſi cuiuis homini Chriſtiano dI

Digitized by Google

ctum eſt, vt regnum Dei prins quæratur, dein A
de cętera facilè adijcienda, nónne idem Regib.
iuſſum putabimus? Certè non, ſi omnibus ho-
minibus imperatur vt Deum quàm ſyncerisſi
mè colant, ab ea præceptione Reges eximun-
tnr, imò quò maioti pollent inter homines di-
gnitate, eò magis illa Dei lege tenentur, ſed tuę
Maieſtati prolixo monitore non eſt opus, cui
cœleſtis Pater ſpititnm principalem ſicnti Da
uidi afflauerit. Illud tamen periculum immi-
net, vt ne qui dicuntur hodie ſacerdotes in B
Eccleſiæ reſtituendæ opere aberrent, qnemad
modū tunc nō abſq; magna perturbatione vſu
venit, cùm Dominns Ozam percuſsit. Non
enim plauſtro arca Domini vehenda etat, ſed
portanda ſacerdotum humeris, ceu lex diuina
præſcripſerat. Videndum itaq; nunc etiam at-
que etiam ne talia contingant, vt dum Eccleſię
gubernatores vel errore falluntur, vel euitate
labotes & inſtam diſciplinam ſtudent, non ver
bo Dei & vitæ putioris exemplo, ſed plauſtris C
ceremoniarum inutilium, & mercenariorum
ſordidis operis, Euangelij arcam nituntut ve-
here. Hoc ſi animaduerteris illuſtrisſima Regi
na ita fieri, non plus æquo inſtat Dauidis com
mouearis, náue inchoatum opus intermittas,
vt ille ad tempus deſtitit, verùm id è veſtigio
facias, quod ipſum paulò poſt feciſſe legimus:
errotem ſacerdotum correxit, Leuitas in ordi-
nes certos digeſsit, & ad legis amuſsim omnia
fieri mandauit. Hęc ſnnt quæ abs te omnes pij D
ſanctiſsima Regina expectát. Hucuſqne reges
terræ, quod grauiſsimè dolendum eſt, conue-
niunt & reſiſtunt adnerſus Deum & Chriſtum
eius, à qnorum ſocietate, vti maieſtas tua eſt a-
liena, ita qnid tibi cæterisq; regib. dicatnr, au-
dire debes. Nunc reges intelligite, erudimini
qui iudicatis terram, ſeruite domino in timore.
At dixeris, Qniſnam tandem erit, is qui requi-
ritur erga Denm religioſus cultus? Nō vtiqne
alius, niſi ea quæ contra Dei legem committū- E
tur, pręſertim in eo colendo, pia ſeueritate pro
hibere atq; corrigere, ſiqnidem neceſſe eſt Re-
gem bis Deo ſeruire, tùm quà homo eſt, fideli-
ter credendo atq; viuendo, tùm quà rex popu-
lo præeſt, legea iuſta piaque præcipientes, nec-
non contraria ptobibentes, conuenienti vigo-
re ſancieodo. Hoc Ezechias præſtitit, cum lu-
cos & templa idolorum, ac excelſa illa deſtru-
eret, quæ aduerſus mandatum Dei extructa
fuerant, quamnis in eis aliquando non impiè F
ſacrificarūt. Hoc idem ſanctus Ioſias diligentia
ſumma & pietate incredibili effecit: Hoc Nini-
uitarum rex non detrectauit, qui ciuitatem v-
niuerſam ad iram Dei placandam compnlit.
Hoc Datius, vt in Daniele ſcribitur, Deo vero
contnlit: hoc & Nabncadnezar impleuit, cùm
in regno ſuo degentes, à maledictis in viuentē
Deum lege grauiſsima compeſcuit. Hoc idem
facilè poſſem monſtrare, permultoa Reges at-
que potentiſsimos Imperatores poſt Chriſtū G
factitaſſe. Cōſtantinum inquam, Theodoſium,
Carolum Magnum & alios plnrimos: verùm
ne vel à memoria noſtrorum temporum, vel à

tua Illnſtrisſima ſtirpe diſcedam, hoc frater tu-
us Eduardus Angliæ Rex præclariſsimus, pro
viribus & ſanè præ quàm eius ætas pateretur,
facete ſtuduit, cnius tegnum diutius extrahi,
peccata noſtra & ingratitudo intoletabilis nō
ſiuerunt, eximias illius adoleſcentis virtutes,
& egregiam pietatem Deus orbi tantum oſtē-
dere voluit: deinde vt nos, quemadmodum
mala noſtra merita exigebant, aliquantulum
caſtigaret, illum è terra citius ad ſe reuocanit.
ſed bene babet, quia noſtrûm poſt qnandam
paternam correctione m eſt miſertus, cùm te
ſororem eins dulciſsimam hoc tempore ſurro-
gaoit, quæ multò plura quàm ille poteris ab-
ſolnete, magisq́ue opinioni de te conceptæ re
ſpondebis, quòd maior natu ſis, atqne ob id re
gnum non alieno, ſed tuo ipſius arbitrio admi
niſtrabis. Habes itaque Regina præclatiſsima,
Regum veternm, necnon poſteriotum, & de-
nique ſuaniſsimi fratris exempla ſplendidiſsi-
ma, quorum veſtigia ſi volueris (velle autem
debebis) religioſè premere, commoda pluri-
ma & ingentia conſeqnèris. Primùm Deo
Optimo Maximo te ad eius verbum adinngen
do, rem gratiſsimam facies, Eccleſiam Chriſti
tantum non funditus collapſam reſtitues, nati
oni tuæ, quod ad pios attinet, ſatisfacies, exte-
ris ptincipibus regnandi ſanam, piamq; ratio-
nem tuo illnſtri exemplo commonſtrabis. Nec
illis rogo te unquam aſſentiaris, qni fingunt,
emendandæ religionis cnram ad Ptincipes mi
nimè pertinere: non enim Pij reges quos an-
tea commemorani, ſic exiſtimarunt: non ſic ſa-
cræ literæ nos inſtituunt, nec ita vel ipſi Ethni
ci atque Philoſophi arbitrati ſunt. An pij ma-
giſtratus eſt vnam tantùm, eamq́ue poſterio-
rem diuinæ legis tabulam tueri? An cæterarū
omnium facultatum Rex curam ſnſcipiet, vt
rectè ac ſine dolo tractentnr, vnins autem reli-
gionis cogitationem abijciet? Deus prohibe-
at, ſi Epiſcopi & Eccleſiarum miniſtri officium
non fecerint, ſi ttadendis dogmatis & ſacramē
tis adminiſtrandis à literarum diuinarum iu-
ſtis regulis deſciuerint, quis eos niſi Piua prin-
ceps in viam reuocabit? Non expectet Maie-
ſtaa tua, qnemadmodnm nunc res habent, vt
illi pet ſeipſos ad hæc extimulentnr: niſi regia
illis admoueantur calcaria, templi Dei ruinas
minimè teſarcient. Ioas Iudæorum Rex, cùm
ſacerdotes hoc minimè præſtare animaduer-
tiſſet, prouinciam inſtaurandorum ſarcta te-
ctorum templi ad ſe recepit. Age itaque noſtro
rum temporum ſancta Debota, qnempiam ti-
bi adiungas pinm Baraccum, Iſraelitas vatijs
modis oppreſſos in Euangelij ſynceram pu-
ramq́ue libertatem aſſeras. Ne verearis, cona-
tus enim iſtos fauote Deus nō ſolet deſtituere,
illnm tecum habebis, vt inſtar Iaelis mnlieris
fortiſsimæ, Iabini caput malleo tuæ potentiæ
petcutias, atqne terræ vnde ortum habuit, in-
figas, quò piæ tuæ genti moleſtus eſſe deſinat.
Te illam Heſteram fore magnopere confidi-
mus, quæ Amanum ſitientem cædis & ſangui-
nis populi Dei, ad ſuſpendium adigat. Addant
Maie-

Digitized by Google

Maieſtati tuę animum ſanctæ hę mulieres, nec eo nomine labaſcere te ſinas, quòd non vir, ſed mulier nata fueris, Dei virtus vbi nam potius quàm in infirmitate ſe aperit? Porrò fortia mũdi non adhibuit ad regni Chriſti propagationem, ſed humanam ſapientiam, carniſque ſublimes rationes, per debiles atque humiles Euangelio ſubiugauit. Et in eo bello quod Xerxes aduerſus Gręcos geſsit, ſi tamen res Ethnicorum ſpectandæ ſint viri Perſæ cæſi ſunt, & ignominioſæ fugæ ſe mandarunt, cùm interim Artemiſia illuſtriſsima regina virili animo fortiſsimas pugnas ediderit. Quo intellecto, Xerxes ait, Viros in eo prælio fœminas fuiſſe, mulieres verò ſeſe fortiſsimos viros præbuiſſe. Imperium quoq; Romanum Zenobia fortius multò, quàm Galienus defendit. Quamuis in tua Maieſtate, nihil poteſt, Dei Gratia, præter ſexum, aut muliebre, aut infirmum iure notari. Sed ne videar quippiam tuis auribus dare, prætertire ſtatui eruditionem incomparabilẽ, ſcientiam linguarum, clementiam, pudicitiã, prudentiam, & cumprimis pietatem, cęteraſq; virtutes, quibus ornata Dei beneficio, non tan-

A tùm diceris, ſed verè es Illuſtriſsima. Quamobrem ad ſanctum opus quod abs te omnes boni expetunt, audacter accingere, nihil diaboli fraudes, nihil prauorum hominum impedimenta, nihil ſexus debilitaté verita. Deus hæc omnia, vno ſui oris flatu diſsipabit. Meæ verò ac mei ſimilium partes interea erunt, Deum aſsiduis atque inflãmatis precib. orare, vt Maieſtati tuæ primùm largiatur, vt optima quæq; tuopte ingenio atq; intelligentia perſpicias: deinde vt ſa-
B na & vtilia per alios conſilia ſuggerantur: adhæc vt ea quæ rectè fuerint oſtenſa, recipias: ac deniq; vt ijs quæ facienda ſuſceperis, fortunatus fœlixq; ſucceſſus diuinitus concedatur: Ego ſanè pro te vota hæc, Regina illuſtriſsima, Deo quotidie facio, meq; recipio, quoad vixero, nunquam ab ijs poſtulatis deſtiturum. At cœleſtis Pater, quia corda Regum in ſua manu habet, per quem Reges regnant, quiq; imperia ſuo arbitratu ad quoſcunq; voluerit, transfert,
C ille Maieſtatem tuam vnà cum Eccleſia & gente Anglicana ſuo ſpiritu dirigat, & ſalutari gratia quàm diutiſsimè incolumem conſeruet. Tiguri 22. Decemb. An. 1558.

Tuæ Maieſtatis cliens obſeruantiſsimus.

Petrus Martyr.

DOMINIS POLONIS EVANGELIVM PROFITENTIBVS, ET *Eccleſiarum miniſtris.*

SVM planè perſuaſus clariſsimi Viri ac fratres in Chriſto amabiles, tanta Dei gratia eiuſq; vberrimo ſpiritu vos abundare, itaque repletos eſſe cœleſti doctrina & ſapientia, vt non ſolùm vos ipſos de via Dei erudire ac inſtituere, ſed alios quoque monere ac docere poſsitis, attamen quę mea eſt cum omnibus Chriſti membris cõiunctio, quæ propenſiſsima volũtas erga regni Chriſti ſanctam renouationem, quique ſingularis quidam affectus erga Poloniæ regnum, hæc ad vos vt certum habeatis animi mei teſtimonium, ſcribere ſum auſus. Primùm quidem gratias ago Deo Patri per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, quòd veſtra Euangelij noua profeſsio, vbique propemodum cum ſumma piorum laude diuulgetur. Quid enim aut illis gratius aut iucundius accidere poteſt, quam vt Euangelium Dei vel in extremis partibus orbis adminiſtretur, vt oblatio gentium, vbi minus videbatur expectandum, fiat accepta Deo, & ſpiritu eius opulentiſsimè ſanctificetur? Qui micam porrò pietatis habent in animo ſuo, & aliquo ſtudio cultus diuini tanguntur, ſanctos veſtros conatus, quos in repurganda Chriſti religione ponitis, non ſolùm plurimi faciunt, ſed in maxima voluptate ſummiſque delitijs habẽt. Pergite itaq; vt cœpiſtis, quandoquidem iam Deo, angelis & hominibus facti eſtis iucundiſſimum ſpectaculum, vobiſque omnibus ex partibus ab optimo quoque applauditur. Ego verò qui duris caſibus Eccleſię Anglicanæ mirificè affictor, ſanctorum virorum nouas cædes quotidie lamentor, & flammas quib. mem-
D bra Chriſti ſanctiſsima torrentur aſsiduè ploro, non poſſum ob veſtrum ſuſceptæ pietatis inſtitutum non recreari, nam video apud vos creſcere ac ampliari, quod alibi acciditur, & per ſummam Antichriſti tyrannidem imminuitur. Cæterùm vt noſtra gratiarum actio ſit plenior, voſque inſtituti veſtri lætos, copioſos, diuturnoſque fructus capiatis, illud in primis curare debetis, vt veritatẽ Dei, quam ipſe vobis. dignatus eſt patefacere, cũ innocẽtia &
E vitæ puritate coniungatis. nihil alioqui prodeſt, imò nocet ſummopere Dei ſenſum habere cognitum, exploratam eius voluntatem, & diuinarum literarum arcana intellexiſſe, cum factis & vita omnia hæc negauerimus. Quid obſecro id aliud eſſet, quàm Dei veritatem in iniuſtitia, vt loquitur Paulus, detinere? Eſt ſanè primus ad pietatem gradus, illa rectè noſſe, quibus velit Deus à nobis coli: at in eo laborare, vt ipſa quæ iam Dei gratia nouimus, præ-
F ſtemus, fructus eſt illius fidei certiſsimus, quo profectò adempto, ad condemnationem, eamque grauiſsimam facit quicquid notitiæ, vel ipſo ſpiritu Dei prælucente anteceſſerit. Videndum itaque fratres chariſsimi, ne lux no-

ſtra ſit abſq; calore, folia ſine fructib. & nubes
quæ à veotis circumactæ careant aquis. Ete-
nim quæ ſunt euanida, quia ſoliditatis robur,
& firmamentum noo habeot contra Sataoæ
aſtutias, & aduerſariarum poteſtatum impe-
tus, nequeunt conſiſtere. Agat itaque fides in
cordibus veſtris altiſsimas radices quò magis
fructifera ſit, & non pœnitenda ſtabilitate con
firmetur. Cùm verò dico fidem, oon eam intel
ligo, quam bomines argutia ſua, cogitationum
figmento & humanæ prudentiæ indicio fabri-
carunt; ſed illam dieo, quæ vt Paulus docet, eſt
ex auditu, auditu autem non quouis, ſed vnius
verbi Dei, vt iam illud gratia Dei oomprehen-
ſum in diuinis literis habemus. quod idcirco
adieci, quia paſsim obuij ſunt, quos ipſum di-
luere atque adulterare non pudet. Aiunt enim
ſe verum Deum prædieare atque colere: nam
illum ioquiunt, docemus & adoramus, qui æ-
terous eſt, qui ereanit cœlum & terrã, qui Pa-
ſer eſt Domioi noſtri Ieſu Chriſti: at poſtea cũ
vlterius pergunt, vel Arrianum, vel Seruetanũ
vel phanaticum dogma illi affigunt. Chriſtum
qnoque Dei verum filium, redemptoremq́ue
noſtrũ iactant ſe vencrari & amplecti, ſed mox
aut duas eius naturas cõfundunt, aut iuxta hu
manã ereaturã eſſe negant, corpus illius vbiq;
diffondi, ac eſſe non minus audacter quàm im-
peritè dicunt, per omnes Euchariſticos panes
multiplicari atq; contineri ſtatunot, & in illis
includi. aut ſubſtantiam carnis eius non ex ma
teria beatæ virginis Mariæ deſumptam, ſed vel
de cœlo allatã, vel è ſubſtantia ſancti Spiritus
conceptam & formatam inſanè confingunt.
Quis iſtos oiſi deſipiat ac deliret, verũ Deum,
verumq́ue Chriſtum, vt in ſacris literis deſcri-
bitur, conceſſerit ſateri atq; ſuſeipere? Proinde
ab ijs neq; verus Deus, oeq; verus Chriſtus co
litur & adoratur, ſed ille Deus & ille Chriſtus
quem ipſi eogitatione ſua ſibi ſabriearunt. Nee
ſecus ipſis euenire arbitror ac Palæſtinis, qui
pro vero Deo colebant Dagonem, euius nomẽ
à piſce deductum eſt, Si Hebraieum etymon
ſpectes דג enim Hebraicè piſcem ſignificat.
Simulachrum quippe ſie finxerunt, vt à capite
vſq; ad femur humana forma extaret, pedes ve
rò eius piſeis cauda eſſent, vt Neptunus, Phor-
cys & Syreoæ à nonnullis deſcribuntur. Nihil
porrò hæc aliud ſunt quàm monſtra. Hominũ
verò ſie aucta eſt impietas & inſania, vt non v-
na tantùm ratione Dei veritatem in mendaciũ
cõmutariot. Etenim pro Deo vero & bruta ve
nerati ſunt, & brutis ipſis abiectiora. quin eò
ſunt progeſsi, vt mõſtra ſibi finxerint, quę in re
rũ oatura ooo extant, vt illa Deorũ loco habe-
rent, & ſimulachra huiuſmodi plerunque ſie
inſtituerunt, vt à figura hominis auſpicarẽtur,
deinde vel in brutum aliquod vel in piſcem tor
piter deſinereot. Ita hæretici & omnes qui à
ſyncera pietate deuiaot, ſuum numen quod fa-
bricant, à Deo ereatore cœli & terræ plerunq;
anſpieantur, & Chriſtum à filio Dei & noſtro
redemptore, verùm poſtea in portenta & pro-
digia ſuarum deformium cogitatioõũ deſinũt,

A neq; verum Deum, verumq; Chriſtom, ſed ſua
ipſorum ſpectra, ſimulachra & phantaſmata
eolunt. Hæc ego non ieeireo fratres chariſsimi
ſcribo, quòd vos ijs malis nunc laborare ſoſpi-
cer, ſed vt quam apertiſsimè oſtendam, Patrem
noſtrum Deum immortalem, Chriſtumq́ue
Dei filium & veriſsimum Deum atq; hominẽ
ea fide apprehendendum, atque ſuſcipiendũ,
quæ fuerit ex ipſis fontibus diuinarum litera-
rum, non ex lacunis humanorum ſomniorũ
B hauſta. quæq; de Chriſto Deoq; iam diximus,
eadem intelligere oportet de noſtrum gratui-
ta electione, de Iuſtificatione, de Sacramentis,
de bonis operib. de Eccleſia, & de omnib. alijs
quæ ad ſalutem humanã ſpectãt, quib. ita fides
noſtra aptanda eſt, vt illa in eanonieis literis de
finita & conſtituta legimus. Nullius creaturæ
dignitas aut fulgor oeulos nobis perſtringat,
non Reges, non Patres, non Epiſcopi, non Ro-
mani antiſtites, non Concilia, oõ denique viri
C docti noſtræ ætatis, qui ſanè permulti ſunt &
cũ veterib. optimo iure cõferri queuot. Vnius
ſanctæ ſcripturæ ſit hęc prærogatiua, vt noſtrę
fidei dominetur, illa ceu regula certiſsima,
quid ſit nobis credendum pręſcribat, nulli prę
terea creaturę, niſi quatenus cũ ea facit, credatur.
Voſq; reuerendi Paſtores, qui iam Eccleſijs
Dei pręfecti eſtis, rogo & obſecto per Chriſtũ,
ne ioſtaurãdo eius tẽplo moras nectatis. Quis
non videat cùm res differtur, optabiles & op-
D portunas oecaſiones labi? Hoe agit diabolus,
ne quod agendum eſt, cito fiat. modo fingit ex
pectandum Concilium, nunc fabulatur comi-
tiorũ authoritatem ioterponendam, Principũ
virorũ cõſenſum impetrandum. Quare ſi eius
remoras moremini, perſuadete vobis, nihil vn-
quam efficiendum. An Apoſtoli, quiq́ue ſuc-
ceſſerunt eis viri ſanctiſsimi, hęc expectarunt?
Quando hęreſis Arriana orbem terrarum cœ-
pit vaſtare, non ne illicò paſtores Eccleſiarum
E cœperunt in eam detonare? Non diſtulerunt
profectò quo ad Nicenũ Conciliũ haberetur.
Neq; per Germaniã expectatus eſt Epiſcopo-
rũ Principum aut Comitiorum aſſenſus. Hæc
vijs viri Dei quicquam nec effeciſſent neq; ob
tinuiſſent vnquam. Media iſta oon repudian-
da cenſeo, cùm offeruntur, & interea ſi quærã-
tur non reprehendo, modò eorum cauſa, tem-
pus oon teratur, & occaſiones à Deo conceſſæ
non corrumpantur. Itaque ſatagite fratres, do
F mum Dei ab Antiehriſtis contaminatã & pro-
pè fuoditus euerſam inſtaurate, atq; ædifican-
do id quæſo diligenter curate, vt prauas falſas
q́ue opiniones radieitus extirpetis. quod ideo
moneo, quòd nonnullos interdum viderim,
qui mala folia, flores, froctusq; ſuperſtitionũ
ſolùm abraſerint, radicibus tamen pepercerũt,
quæ poſtea maximo eum damno vineæ Domi
oi, repullularunt. auerruncentur ſub ipſis Initijs
mala ſemina & putres radiees. nam ſi à prin-
G cipio oegligantur (ſcio quid loquor) poſtea
multò difficilius tolluntur, idque prouidendũ
eſt vt in Sacramentis, & præcipuè in Euchari-
ſtia, quàm ſynceriſsimè fiat. ibi ſunt, ibi, mihi
cre-

credite idololatriæ peſtifera ſemina, quæ por-
rò oiſi ſublata fuerint, ounqoam Eccleſia Chri
ſti puro ſynceroq; cultu erit ornata. Non con-
temnantur Sacraméta vt inania & vana ſigna:
rurſumq; nó illis plus tribuant homines, quá
illorom inſtitutio ferat. Qui Sacramenta non
diſtinguit à rebos, præter id quod fallitur, ele-
mentis mundi non abſque ſua pernicie turpi-
ter hæret, atq; diuinis inſtitutis carnaliter ab-
utitur. Tota ſacramentalium elementorum
dignitas ex eo metienda eſt, quod illa Spiri-
tus ſanctus vt inſtrumenta, quibus noſtram
ſalutem promooeat ſibi delegerit, ideoq; hac
ratione à ſignis humano cogitatu inuentis
plurimum differunt. At differunt etiam à re-
bus, cùm ſint vt natura & definitio eorum exi-
git, illarom ſigna, non enim propriè panis eſt
corpus Chriſti, niſi ſuo quodam modo, nem-
pe quia eſt corporis Chriſti Sacramentum. At
corpus Chriſti & ſanguinem Chriſti fideles
præſertim, inficiamur percipere? Minimè. Sed
quonam ore iſta percipiunt? corporis. Ne-
quaquam. Vt enim Sacramentum ſigno, & re
ſignificata conſtat: ita qui Sacramentum per-
cipit ore corporis, ac ore animi eſt præditus,
vtq; credentes ore corporis panem & vinum
edunt ac bibunt, ita eorum animus beneficio
Spiritus ſancti, verbis Dei & ſymbolis exter-
nis exuſcitatus, in cœlom ſubuehitur, ad Chri
ſtum vſque pertingit ore fidei, carnem eius &
ſanguinem, vt pro noſtra redemptione in cru-
ce tradita ſunt, apprehendit & percipit, ijs, vt
ſalutifero & viuifico cibo paſcitur, Chriſtum-
que totum cum omnibus eius fructibus, me-
ritis & donis, verè habet & poſsidet, oeq; vti-
litas cibi huius in animo duntaxat concludi-
tur, ſed ad corpus etiam ex ipſo Spiritu redun
dat, illudq; capax beatę immortalitatis reddit,
& idoneum inſtrumentũ Spiritus ſancti ad re
ctè pieqoe operandum efficit. Hæc eſt Sacra-
mentorum Dei proprietas, vt per illa Deus
exhibeat res, quas pollicetur; ſed ratione ac
modo, qui rebus promiſsis congruat. Non
autem corpori Chriſti conuenit, vt ſit eo-
dem tempore in cœlis atque in terra, imò in
infinitis locis, minuſque vt in pane illo ſacra-
mentali claudatur, vt dentibus frangatur &
manducetur, vt ab impijs qui prorſus fide ca-
reant, percipiatur. Neque mihi nunc animus
eſt omnia commemorare quę huc faciunt, ſa-
pientes eſtis, præſentia illa corporali, carnali,
vel (vt dicere audent) oaturali, videte obſecro
ne fallamini, Neque in dogmate aliquo rectè
confirmando contenti eſſe debemus oudis
ſimplicibusque quatuor verbis ex diuinis li-
teris allatis, verùm & alia permulta loca dili-
genter expendere oportet, quæ hoc ſpectant,
nec minus atque illa qoatoor, è Scripturis ſan
ctis depromontur. Cæterùm non eſt modò lo
cus ceu dixi huius rei fuſius tractandæ ac ex-
plicandæ. Hoc vnom oro, vt omnia quàm dili-
gentiſsimè probetis, nam ita confido, vt quod
bonum fuerit teneatis. Interea tamen hoc re-
petere non omittam, id me certò certius habe

A re, nunquã Chriſti Eccleſiam quietum ac tran
quillum in doctrina conſenſum, aut pacem ſo
lidam inter fratres habituram, & ſynceram à ſo
perſtitionibus puritatem, niſi ad hunc vel cõ-
ſimilem modum Euchariſtiæ ſacramentum
creditum fuerit. Quæ aotem ſiot huius meæ
diuinationis certę rationes, in præſentia expli
care ſuperſedebo. In ritu verò adminiſtrando-
rum Sacramẽtorum, is amplectendus eſt, qui
fuerit quàm ſimpliciſsimus, atque à Papiſticis
B nugis atque ceremoniolis, maximè remotus,
ad puritatem, qua Chriſtus cum Apoſtolis v-
ſus eſt, plurimum acceſſerit. Non ſunt Chri-
ſtianorum animi ritibus & ceremonijs exter-
nis multum occupandi, ſed paſcendi verbo,
Sacramentis imbuendi, ad preces inflamman-
di, & bona opera & vitæ optimis exemplis cõ-
firmaodi. Conſulo præterea vt diſciplinam
quantocyus fieri poterit, in veſtras Eccleſias
omnino invehatis. nã ſi ab initio non recipia-
C tur, cùm homines Euangelij cupiditate fer-
uent, non facilè, cùm poſtea (vt fit) aliquod
frigus obrepſerit, admittetur. Vt verò abſque
illa fruſtra laboretur, Eccleſiæ quàm plurimæ
vobis eſſe poſſunt exemplo, quæ à ſuæ inſtau
rationis fundamentis, cùm hoc tam ſalutare
iugum ſubire noluerint, nunquã deinde quo
ad mores & vitam, iuſta vlla regula potuerunt
in ordioem redigi, qui fit (quod magno cum
dolore dico) vt omoia propemodum parum
D firma ſint, & vndique ruioam minentur. Eſt
igitur graue damnum & certa Eccleſiarum
pernicies, ſi neruus diſciplinæ illis defoerit.
Neque verè ſolideque habere ac profiteri E-
uangelium illæ dicendæ ſunt, quæ diſciplina
vel carent, vel illam contemnunt, nullòue ſtu-
dio eius tenentur. Certè in Euangelijs & A-
poſtolicis Epiſtolis cùm tanta diligentia tra-
datur, illam oportet fateri non minimam Chri
ſtianæ religionis partem. Quî fit, vt Euange-
E lium ab ijs videatur negligi, qui tam præclarã
eius portionem à ſeipſis ablegarunt. Quo au-
tem commento ſeu prætextu reijciatur hodie
in pleriſque locis, operæpretium eſt audire.
Periculum aiunt imminere, ne diſciplinæ co-
lore, miniſtri Eccleſiæ tyranoidem occupent,
corrigant, arguaot & excommunicent, non
iuſtis de cauſis, ſed pro libidine. Adhæc magi-
ſtratus noſtros inquiunt, Dei gratia hodie
Chriſtianos eſſe, ideoque cùm illi grauiora
F crimina puniant, diſciplioam hanc Eccleſia-
ſticam videri ſuperuacaneam. Nec attendunt
ij ſuaues homines, nil à miniſtrorum tyranni-
de poſſe timeri, vbi Euangelij regula de cor-
rectione fraterna ſeruatur, non enim vnius au-
thoritati atque libidini hoc munus eſt conce-
cedendum, ſed in excludendis à fratrum ſocie
tate ijs qui corrigi nolunt, Eccleſiæ cõſenſus
eſt adhibendus, cuius authoritate ſi agatur, ne
mo de vnius aut paocorum tyrannide iure po
G terit conqoeri. neque minus friuolũ eſt, quod
affertur de Chriſtiano magiſtratu, ſiquidem
bona ex parte Principes noſtri orbis, Anti-
chriſti Romanenſis legibus obtemperant, &

Digitized by Google

idcirco inſtauratis & reformatis Eccleſijs infenſi ſunt, tantum abeſt, vt quicquã illis velint cõmodare. Adhęc, ſicubi à Papa defecerunt, & in ſuo principatu Eccleſias Euangelicas habent, nõ vtiq; alijs legibus quàm Cæſareis aut ciuilibus iudicant, quare vitia multa prætereunt, & impunita relinquunt, quæ tamen vt diuinis literis acriter taxantur, ita Eccleſię Chriſti nõ vulgariter nocent, exemplo ſint ſcortationes, ebrietates, luxus, & huiuſmodi vulgares peſtes, quæ à ciuili iudicio diſsimulantur & à corrupta plebe ridentur. Deinde magiſtratus politicus permulta crimina vel carcere tẽporario, vel pecuniaria mulcta caſtigat, quæ cùm quis luerit vel in corpore vel in ære, liber dimittitur, neque vlterius prouidetur ſaluti animę eius qui peccauerit, verũ Eccleſia ita corripit & interdum excõmunicat, vt ſpiritus ſaluus fiat in die Domini. Neq; hoc pacto caſtigatus, vel ad tẽpus donec reſipuerit pudefactus, vt hoſtis habetur, verũ de ſalute ſua vt frater vtiliter admonetur. Ad hanc verò de qua modò loquimur, diſciplinã inducendã & retinendã, conducit plurimũ aſsidua ſcripturarũ tractatio in Eccleſia. Ibi enim perpetuò loca ſe offerunt, ad quorũ præſcriptum vita Chriſtianorum exigenda eſt. A Patribus quidẽ & à Conciliorum canonibus multa interdum, quod fatendum eſt, ſatis vtilia præcipiuntur, ſed quæ fuerint ex ipſo ſacrorũ librorũ armamentario deprompta, longè potentiora ſunt, & ad permouendos animos efficaciora. Id autem quò fiat, & diutius queat ſalubriter fieri, Scholas Theologicas inſtituere oportebit, quę viuaria quædam & ſeminaria ſint veſtrarũ Eccleſiarũ, cuius miniſtrorũ ſeges, niſi curetur, vt ſit reſtibilis, vna vel altera ætate facilè abſumetur. Exerceantur itaq; in Schola Eccleſiaſtica Eccleſiæ filij, quibus & valetudo non infirma, & ingeniũ ac ſtudia non ineptũ à Deo conceſſum fuerit. linguas addiſcant, quò nouum & vetus Teſtamentũ propius & familiari9 valeãt intelligere. Vt verò ſobrietati religioſa & prudenti dexteritate in Chriſtianis gymnaſijs diuinas literas tractare oporteat, pluribus ac fuſius dicerẽ, niſi peſsimis exẽplis Papiſticarũ Scholarũ, eſſem9 magno noſtro malo iam admoniti. Quę ad ędificationem pertinent, ibi ſubinde inculcentur, & legendo ac relegẽdo ſacros Bibliorũ codices, notare ſumma diligentia non grauentur noſtri θεοδίδακτοι, loca omnia, quæ huc ſpectant, eaq; ne innumerato habeant, certis inquam claſsibus & ordinibus diſtincta, quæ ſic memoria frequenter, imò propemodum aſsiduè repetantur, vt deniq; cùm opus fuerit, ſpõtè ſeſe offerant. Quæſtiones verò ſuperuacaneas, quæ ſemper coniunctas habent rixas, &c. vt Paulus ad Titũ dixit, inutiles & vanę ſunt, omninò in ſchola Chriſtiana deuitandas cenſeo. Nã quicquid temporis illis impertimur, id totum cognitioni verborum Dei, quæ citra controuerſiam vtiliſsima eſt, deciditur. Cumq; vita hæc ærumnoſa breuis admodum ſit, & ſubinde multiplicibus ac varijs accidatur oc-

A cupationibus, non eſt meo iudicio ſani cõſilij, verùm dementis, ab indagatione rerũ neceſſariarum ad quærenda ſuperflua, & interdum pernicioſa, deflectere. Sed vt doctores huius methodi ac ſtudiorum periti, Scholis præfici debẽt, ita paſtores ex his poſtea deligendi ſunt & ad ſacra miniſteria promouẽdi, qui fuerint in huiuſmodi gymnaſijs ſacris exercitati, & pietatis ac eruditionis progreſſus magnos fecerint. Quorum vbi vocati ad tantum munus fu-

B erint cumprimis interérit, eſſe totos in ijs quæ patris eorum ſunt, de quibus nil carni, ſanguini, parentibus, cognatis, amicis, principibus aut regibus concedant oportet. Et quia non ſolùm condemnationem peccatorum, verùm etiam pœnitentiam populis prædicare iubentur, ideo vitia vt merentur perſtringenda ſunt non eleuanda, non minuenda, vt fit ab eis qui non Domino noſtro Ieſu Chriſto, ſed ventri ſuo ſeruiunt. Hoc autem non præſtabunt qui

C generoſo erectoq; animo non fuerint. Quòd ſi quia ſunt homines, percelli ſe metu, vel aliquo turbari affectu ſenſerint, verborum Dei ad Hieremiam non obliuiſcantur, Ecce dedi verba mea in os tuum, ecce conſtitui te hodie ſuper gentes & regna, vt euellas & deſtruas, diſsipes & plantes. Magna ſanè ac grandia ſunt hæc opera, ſed à paſtoribus Eccleſiæ non queunt præſtari armis, gladio, vel vlla externa potentia: Non item efficiunt humanorum ſermonũ

D terriculamentis aut truculentis minis, quę audacia impotenti ſint conficta. Videas quippe non paucos rabulas è ſuggeſto inaniter detonare, ſed illorũ tonitrua, ſtuppea vel ſtraminea ſequuntur fulmina, imò potius bullæ, quę nullum ictum cordibus auditorum infigunt. Proinde tantummodo verbo Dei euellitur, deſtruitur, diſsipatur & plantatur in Eccleſiæ veræ agris & caſtris. Vnde Paulus, de diuinis literis ad Timotheum ſcripſit: Omnis ſcriptura diui-

E nitus inſpirata vtilis eſt ad docendum, arguendum, corrigendum, inſtituendum in iuſtitia, vt perfectus ſit homo Dei, & ad omne opus bonum apparatus. Quicquid porrò miniſter verbi eſt euulſurus, aut deſtructurus, diſsipaturus, aut plantaturus, vel ad dogmata quæ credenda ſunt, vel ad mores & actiones pertinet. Deinde iſta duo aut inſtituimus cũ bona ſunt aut ſi praua fuerint explodimus. Itaque rectè Paulus quo ad ſyncera dogmata quę firmanda

F ſunt, diuinas literas vtiles ait eſſe ad docendũ, quo verò ad corrupta, quæ ſunt amouenda, verbum Dei ait vtile ad redarguendum. Cùm verò de moribus agitur & diſciplina, ſubijcit ſermones Dei conducere ad inſtituendum. ſin autem prauas actiones emendare oportuerit, verbũ Dei prædicat aptũ eſſe ad corrigendũ. Videmus itaq; vt paucis & eleganter Apoſtolus argumenta vniuerſa complexus ſit ſacrarũ concionum. Et poſtremò quò nihil deſidere-

G tur, omnium iſtorum finẽ ſcopumq; demonſtrauit, nempe vt homo Dei ſit in credendo ad iuſtitiam perfectus, & quo ad actiones & morum exercitationem, ad omne opus bonũ ap-

para-

patatus. Ideoq; vt cõmemoraui, prouidẽdũ eſt, vt ea in veſtris Eccleſijs theologicæ Scholæ ratio habeatur, quę poſsit miniſtros idoneos pro tẽporum oportunitate ſuppeditare. nã illi verba Dei promptius & alacrius tractare ſolent, qui ea ſtatim à prima ætate imbiberint. Quare Paulus non immeritò ſuum Timotheum commendabat, quod à puero ſacras literas didiciſſet, quæ illum valerent inſtituere ad ſalutem per fidem in Chriſtum Ieſum. Det Deus pro ſua benignitate, vt paſtores Eccleſiarum, quas habetis per diuerſa loca, inter ſeſe pacem colant, idem in Domino ſentiant & idem loquantur. Et ad hanc quam vobis cupio mutuam cõcordiam retinendam, ſpero non paruum adiumentum allaturam pietatem, induſtriam, doctrinam, ſanumq; iudicium reuerendi Domini Franciſci Lyſmanini, qui (vt video) veſtrûm cauſa nullos labores non ſuſcipit, & confido ſanè fore, vt neque illum ſuæ operæ, neq; vos beneuolentiæ veſtræ in eum vnquam pœniteat. Hoc tamen admonere non prætermittam, quo ad Eccleſiarũ curã & adminiſtrationẽ, quia hominum ingenia (vt probè noſtis) varia ſunt, & incerta, vnde iudicia noſtra de illis perſæpe falluntur. moneo inquam, vt iam ab initio vni alicui non nimiam tribuatis autboritatẽ. Eccleſijs maneat ſalua & ſarta tecta ſua libertas. Prudentibus loquor, noſtis per vos ipſos, vt gregi Chriſti diabolus inſidietur, & res ipſa docet, vt ſint faciles egregij quoq; viri, quæ humana eſt infirmitas, ad tyrannidem affectandam & inuadendam. Cæterũ de ijs omnib. videor iam mihi lõgè prolixius atq; verboſius egiſſe, quàm prudẽtia & ſapientia, qua vos minimè dubito à Chriſto eſſe opulenter donatos, requirebat. Ideo rogo vt quæ optimo animo ſcripſi, vos dignemini boni conſulere. Nunc reſtat vt de quæſtionibus nõnullis à Domino Lyſmanino, veſtro nomine propoſitis, meum iudicium patefaciam.

1. Chriſtum quo ad naturã diuinã paſſum eſſe pernego. Conceſſerim verò, Deum natum, paſſum & mortuum, & crucifixum, quia Chriſtus vt vna perſona eſt indiuiſibilis, ita duas naturas in ſe ipſo coniunctas habet, non quidem cõfuſas aut permixtas. ideoq; is Chriſtus, qui verè Deus eſt & homo, creditur paſſus, crucifixus & mortuus. At ſi quęratur, vtrius naturæ merito & ratione? reſpondebitur humanæ, idcirco Paulus cùm Dominum gloriæ crucifixũ dicit, toti Chriſto id attribuit, quod ob alterius partis conditionem illi conuenit. Quemadmodũ homo vocatur claudus, cùm tamẽ ob crus aut pedem claudicationis vitio ſit affectus. Ita etiã Chriſtus dictus eſt natus & factus, quod quia iuxta naturã humanã intelligendũ eſt, ideo in ſcripturis additur ſecundũ carnem. Quomodo abſq; ſui mutatione Dei natura pateretur, & moreretur? Deum verò nõ mutari quàm aperſiſsimè teſtatur ſcriptura. Quòd ſi Deus natura ſua pati valuiſſet, ſuſceptione hominis nõ opus erat, Deus, inquit Paulus ad Rom. Miſit filium ſuum in ſimilitudinẽ carnis peccati & de peccato damnauit peccatũ in catne. quòd ſi iuxta diuinitatẽ Chriſtus eſſet paſſus, peccatũ in natura diuina, non in carne diceretur damnatum, Deusq; Chriſtum propitiatorẽ per ſanguinem ſuum poſuit, & deniq; diuinæ literæ cũ paſsionis Domini & redemptionis noſtræ per illam meminerunt, corporis, carnis & ſanguinis perpetuò mentionem faciunt, nuſquam verò diuinæ naturæ, quæ pro nobis paſſa fuerit.

2. Mediatorem quoq; noſtrũ fatemur eſſe Dominum, quà conſtat vtraq; natura, cùm diuina
B tùm humana. Si enim quà homo, eſſet mediator, non video rationẽ, cur homini puro id attribui non poſſet, at id omnino eſſet nefas, purum nudumq; hominẽ ſtatuere noſtrũ mediatorem: neq; moueri debemus, quod Apoſtolus dixerit, Mediator Dei & hominũ homo Chriſtus, quia cũ Chriſti nomen addit, naturam diuinam ſignauit, cũ in Chriſto vtraq; natura cõiungeretur. Curue Moſes aut quiſpiam alius vir ſanctiſsimus, non potuit inter Deum & ho-
C mines eſſe verus mediator? Nulla porrò alia cauſa redditur, aut reddi poteſt, niſi quia mediatorem verum congruebat in ſe ipſo duas litigantium partes habere coniunctas. Ita patres loquuntur, & præſertim Chryſoſtomus in illa verba Pauli ad Timotheum: Vnus mediator Dei & hominum, dominum, propter vtranq; naturam mediatorem eſſe definit.

3. Chriſtum credo natura filium Dei, & natura filium hominis. Vt autẽ ſit natura filius Dei,
D ex diuinitate habet, ex humanitate verò, quòd ſit filius hominis. Neq; hoc eſt diuidere Chriſtum, illum enim veriſsimè vnũ amplectimur. at cùm varia illi tribuimus, rationem, cauſamq; conſideramos, ex qua ſeu propter quam, illa ei congruant. Vnde cũ dicitur & creditur filius Dei ſecundùm naturam, cogitamus nobiſcum, vnde nã hoc illi proueniat, ex natura hominis, an ex natura Dei? videmusq; id ex hominis minimè deriuari, cùm illa ex Dei ſubſtantia nullã
E materiam vel eſſentiam, vt ita dixerim, traxerit, ac Verbum ipſum Dei quantum quantum eſt, ex Deo patre naturam & ſubſtantiam genitam habet. Quà itaque Chriſtus Deus eſt, naturalis Dei filius creditur & dicitur, qua verò eſt homo, filius hominis appellari debet. Vtique ſi volumus cauere abſurda, illud cumprimis cauendum eſt, ne duas Chriſti naturas miſceamus & confundamus. quod ſi non cõmiſerimus, difficile haud nobis erit, principia eius
F proprietatum intelligere.

4 Iuſtitiam eſſentialem, quam Oſiander confinxit, vt peregrinam & à ſcripturis alienam reijcimus. Non enim iuſtificationis aliam rationem ab ea intelligimus, quam Paulus ad Rom. & ad Galatas nos docuit, cùm de illa ex profeſſo ageret in 4. cap. præſertim ad Rom. per fidem imputari nobis iuſtitiam, & Abrahami exemplo, & Dauidis apertiſsimo teſtimonio, adeo clarè probatur, vt eum valde luſcioſum eſſe
G oporteat, qui velit ibi cæcutire. Præterea ſi iuſti ex fide ſua viuunt, vt Habacuk eſt atteſtatus, & vita noſtra eſt noſtra iuſtitia, iam non eſſentialem habemus iuſtitiam, ſed imputatam

per fidem, vt apoſtolicæ literæ tradiderunt. Neq; aliter illud Iſaiæ accipiendũ eſt, notitia ſua iuſtificabit multos. Deinde ſi iuſtitia eſſentiali præditi eſſemus, nihil nobis de vera iuſtitia deeſſet, neq; deprecaremur iudicij diuini tribunal, quod tamen Dauidem vehementer feciſſe nouimus cùm oraret: Ne intres in iudicium cũ ſeruo tuo, quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens. Neq; in Sole tàm clarè veritatis hoc noſtro tempore lucerna opus eſſet, ſi, vt monuit Paulus, euitaremus τὰς βεβήλους καινοφωνίας, καὶ ἀντιθέσεις ψευδωνύμου γνώσεως. Potuiſſent nõ diffiteor, multò fuſius explicari hęc omnia, pluribusq; diuinarum literarũ & Patrum teſtimonijs confirmari: Verùm quia noui me ad imperitos non ſcribere, ideo ſatis habui, quid ſentiã

A indicare. Atq; de Serueto Hiſpano, quid aliud dicam non habeo, niſi eum fuiſſe genuinum Diaboli filium, cuius peſtifera & deteſtanda doctrina, vndique profliganda eſt, neque magiſtratus qui de illo ſupplicium extremum ſumpſit, accuſandus eſt, cùm emendationis nulla indicia poſſent in eo deprehendi, illiusq́ue blaſphemiæ omnino intolerabiles eſſent. Cæterum Epiſtolæ iam finem imponam, quæ ſi vt prolixa eſt, ita meæ in vos propenſiſsimæ charitatis non infirmum aut ambiguum B teſtimonium fuerit, bene ſanè mecum actum exiſtimabo. Chriſto fœlices viuite, & me in eo diligite, quandoquidem ego vos in eodem ſynceriſsimè diligo, Argentinæ 14. Februarij. 1556.

ECCLESIAE ANGLORVM N. S. D.

NOs fratres in Chriſto chariſsimi, Quamuis Eccleſiam veſtram mirificè diligimus, ac iure meritoq; plurimi facimus, de ſpinoſis attamen quęſtionibus, & quę nihil aut certè parum ædificationis adferunt, nõ libenter imò perinuiti iudicamus. Nam cùm inter vos duæ ſint partes, quarũ vna affirmat, altera verò negat, facilè poſſet fieri, vt latam ſententiam non ferentes, Eccleſiam ſcindere malint, quàm fidem vel opinionem commutare. Proinde cùm vnitatis Eccleſiæ ſimus cupidiſsimi, mirum in modum coortam inter vos altercationẽ optaremus eſſe conſopitam, quod fieri poſſe arbitraremur, ſi liberos veſtros ijs Eccleſijs poſthac tingendos traderetis, cum quib. in fide ac doctrina conſentitis. Nã ſi ad hunc modum fieret, & illi qui exiſtimant illud baptiſmi genus, de quo diſputatur, eſſe illicitũ, ſuæ conſcientiæ eſſe ſatisfactum vehementer gauderent: qui autem è diuerſo rectum & conceſſum opinantur, propterea ſuam fidem ſeu conſcientiam nulla ex parte cõtaminarent. Huc accedit pios homines in rebus dubijs maximè decere, vt quæ tutiora ſunt maximè amplectantur. Ex verbo Dei quod extet, diſertis & expreſsis verbis pronunciatum, res quam proponitis, non legitur definita: quare de illa oportet diſputare iuxta id quod ex conſequutione diuinarũ ſcripturarum licet conijcere: ſed eas connexiones & concluſiones, quando non omnes admittãt, hinc difficilis & periculoſa euadit iſtarum rerũ tractatio. Attamen, quia conſulti à vobis non poſſumus quidnam indicemus de propoſita controuerſia tacere, ea paucis referemus, quæ in præſentia videntur magis conſentanea. Ea ſi placuerint, grato animo recipietis: Sin minus, ſalua & incolumi Chriſtiana charitate, quæ meliora fueritis aliunde conſequuti, amplectimini. Videtur itaque nobis ante omnia fideles admonendos, ne Baptiſmum à Lutheranis perceptum repetant, quandoquidem nec illum reiteramus quem Papiſtæ nobis miniſtrarunt. Cùm verò poſtea de vobis quæritur, An liceat hominibus Euangelicis Baptiſmum à Lutheranis accipere: Dicimus id ab eis citra vitium non poſſe fieri, non ſanè quòd illorum Eccleſias eſ-

C ſe negemus, neq; quod vitio crudelitatis, quo miniſtri earũ in nos laborant, baptiſmũ ipſum infici arbitremur, ſed alijs cauſis, ijsq; vt videtur iuſtiſsimis, ita ſentimus. Primùm Baptiſmum affirmamus obſignationem quandam eſſe fidei eius qui tingitur, aut ſi per ætatem is adhuc fide non eſt imbutus, eam intelligimus obſignari quam offerentes baptizandum profitentur. Quare cum Lutheranorum & noſtrũ ſit diuerſa fides, non poſſumus noſtram Luthe-

D ranis obſignandam tradere, cùm illi ab ea vehementer abhorreant, tantum abeſt, vt ipſam baptiſmi ſigno velint comprobare. Quocirca id agendo potius videbimur eorum fidei conſentire, noſtrumq; animum & ſenſum iam ad illorum Eccleſiam & fidem tranſtuliſſe. Porrò Eccleſiam N. non arbitramur in aliam fidem baptizare, quàm in eam, quæ in illa viget & traditur. Baptiſmum verò fidei obſignationem

E eſſe Paulus demonſtrat, cùm ad Rom. inquit: Abrahamum prius crediſſe, idq; imputatum ei fuiſſe ad iuſtitiam: deinde ſigillum iuſtitiæ fidei, hoc eſt circumciſionem accepiſſe. Nec dubium fidelibus eſſe poteſt noſtrum Baptiſmũ circunciſioni ſucceſsiſſe. Quin & Iudęi nõ alia ratione circuncidiſſent externum hominẽ niſi ante proſelytus effectus, religionem & fidẽ eorum fuiſſet profeſſus. Et noſtri adultos minimè tingebant, niſi eos per quadraginta dies antea inſtituiſſent. At fortaſſe putatis contro-

F uerſiam Euchariſticam leue quoddam eſſe diſſidium, quod non ita ſe habet, cùm in ea de pręcipuis religionis capitibus ſit certamen. Deinde ſi res parui momenti eſt, cur tam acriter ob eam contendimus? Cur minutã differentiam non diſsimulamus? Sin verò eſt, vt eſſe docemus, grauiſsimi ponderis, cur à ſpecie taciti cõſenſus nõ cauemus cum ijs Eccleſijs quas malè ſentire certò ſcimus? cur Lutheranos miniſtros

Digitized by Google

ſtros potius nõ imitamur, qui ſuos liberos no-
ſtris miniſtris tingendos minimè cõmitterẽt?
Porrò ſi tradendis filijs veſtris vt baptizaren-
tur, illis miniſtris conteſtaremini vos ea fide
circa Euchariſtiam illos velle tingi, quam reti-
netis & profitemini, eos proculdubio non ba-
ptizarent. Pij quoque Hieroſolymitani olim
ſuos liberos Hieroboamitis circuncidendos
non dediſſent, qui vitulos aureos vnà cum Ie-
houa colebant. Exemplis etiam noſtrorũ ma-
iorum haud parũ cõmouemur. Etenim Theo-
doſius ille magnus, vt Socrates lib. 5. cap. 6. ſcri
pſit, cùm Theſſalonicæ grauiter ægrotare cœ-
piſſet Chriſtianoq; baptiſmo vellet initiari, e-
piſcopum vrbis ad ſe accerſiuit, eum in primis
rogans, quam illa Eccleſia fidem profiteretur,
Arrianã ſcilicet an orthodoxam. cumq; ipſam
audiuiſſet ὁμοούσιον confiteri, & alienam ab Arri
anis eſſe, tum alacri animo ſe baptizari iuſsit.
Quin & Valentinianus iunior, cùm in Gallia
tingi potuiſſet, tamẽ ob hęreſium ſuſpiciones
quibus Eccleſiæ tum laborabant, Mediolanũ
contendit, vt ab Ambroſio illic initiaretur, cu-
ius Eccleſiam ſciebat ſynceram & orthodoxã
fidem ſequi. Iis addam Satyrum ipſius Ambro
ſij fratrem, qui cũ è naufragio periculoſiſſimo
euaſiſſet, neq; baptiſmũ vellet vlterius differre,
Arrianorum Eccleſijs quàm diligentiſsimè vi-
tatis, ad Catholicam vbi tingeretur, ſeſe celerri
mè contulit. Cur iſta cautione celeberrimi viri
tantopere vſi fuiſſent, ſi baptizari à rectè ſenti-
entibus & ab errantibus in præcipuis fidei ca-
pitibus nil intereſſet? Pręterea baptiſmi ſymbo
lo qui baptizantur, Eccleſiæ viſibiliter inſeri di
cuntur, & illi præcipuè in qua baptiſmi ſacra-
mentum ipſis diſpenſatur. Cùm itaq; nolitis,
& rectè quidem, cum N. Eccleſia ſentire, cur il-
li filios veſtros tingendos offerretis? In eo prę-
terea fratres chariſsimi noſtro iudicio haud pa
rum fallimini, quòd illos miniſtros de ſacramẽ
to baptiſmi vobiſcũ ſentire arbitramini. Res
profectò multò aliter ſe habet: Nã ſacramentis
plus nimium quã par ſit, attribuunt, & Dei gra
tiam baptiſmo alligant, perperam id interpre-
tantes, quod in Ioanne habetur: Niſi quis rena
tus fuerit ex aqua & ſpiritu, non intrabit in re-
gnum cœlorũ. Et qui crediderit & baptizatus
fuerit, ſaluus erit. Adhæc ex eo colligimus illos
plus æquo tribuere baptiſmo, quòd nobis ac-
cedentibus ad eos, Euchariſtiam nõ darent, cũ
tamen baptiſmũ veſtris paruulis negare nõ au
deant, quòd abſq; illo ſalutem eos habere poſ-
ſe deſperent. Deinde paruulos fide prędiĉos eſ-
ſe credunt, quod neq; vos neq; nos credimus
qui ad illorum ſalutem ſatis eſſe arbitramur, vt
ſint ſpiritu Chriſti prędit, qui fidei radix & ini
tium eſt, quiq; ſuo tempore illam in eis excita-
bit. Cùm itaq; de neutro ſacramento inter nos
& illos rectè conueniat, neſcimus cur veſtris
liberis inde velitis baptiſmum accipere? Adijci
endum prӕterea his cenſemus offenſionẽ ſeu
ſcandalum infirmorũ Eccleſiæ veſtræ, quando
non ex impietate vel ſuperbia vel nimia obfir-
matione proficiſcitur, ſed ex religionis purio-

A ris magno ſtudio. & rationes habet non malas,
quibus nitatur à paſtoribus & ſenioribus eſſe
pro viribus euitandum. Quid obſecro emolu-
menti vel ſpiritualis ædificationis tandem ha-
betur ex baptiſmo à Lutheranis petito? Profe-
ctò infantes veſtri de ſalute non periclitantur
ſi abſq; baptiſmo intereãt, quia nec gratia Chri
ſti nec prædeſtinationis effecta externis rebus
& ſacramentis ſunt alliganda. Certè pueri He-
bræorum, qui per annos quadraginta præpu-
B tiati moriebantur, minimè credẽdi ſunt omnes
ob id æternæ pœnæ damnationem ſubijſſe, nã
id à pacto & fœdere cum patribus inito, necnõ
à Dei bonitate ac eius promiſsis longè alieniſ-
ſimum eſſet. Nec parentib. fraudi erit Baptiſmi
Lutherani prętermiſsio, cũ ex cõtemptione ſa-
cramenti non accidat, ſed tantũ vt conſcientiæ
& fidei conſulatur. Hortamur itaq; vos fratres
in Chriſto chariſsimi, vt ab ipſo baptiſmi gene
re tantiſper ſaltem abſtineatis, dum veſtros in-
C firmos, quemadmodũ eos appellatis, licere ſa-
cramenta ſumere à Lutheranis docueritis. Nã
ea res vel eſt interdicta, vel ad ſalutẽ neceſſaria,
vel neutra. Ad ſalutẽ neceſſaria non eſt, cùm ſa-
cramentis gratia Dei non ſit aſtricta. Si verò id
fieri, vt ipſi opinamur, à Deo prohibitũ eſt, eò
magis abſtinere debetis. Deniq; ſi res eſt ἀδιάφο-
ρος, vt videmini ſtatuere, ſi vobis etiã hoc dare-
mus, illam cum ſcandalo infirmorum vſurpare
nõ liceret. Cùm Paulus in hiſce rebus neutris,
D conſcientijs debilium velit conſultum, idq; vt
minimum ad tempus, donec res, quemadmo-
dum optamus, liquidius pateſiat. Neq; obliui-
oni tradenda eſt Pauli regula, qua dixit de hoc
toto rerum genere: Omnia mihi licent, ſed nõ
omnia expediunt. Cogitetis, oramus, vobiſcũ,
etiamſi liceret baptiſmus Lutheranorum, atta-
men huic tempori & veſtris fratribus nõ expe-
dire. Nec eſſe videtur Chriſtianæ pietatis, tan-
tum audere ac velle cõſequi, quantũ per leges
E liceat. ſiquidem nonnunquam oportet fratrũ
cauſa de iure ſuo cedere, præſertim in ijs rebus
quæ pro indifferentib. habentur. Sed interea
dicitis, inter nos & Lutheranos diſsidiũ etiam
atque etiam augetur. Verum fortaſſe id eſt, at
noſtra culpa nõ accidit, quandoquidem nos il-
los amamus, atq; vt fratres non ſemel habere il
los voluiſſemus, quod illi nõ modò recuſarũt;
ſed nos ferè vbiq; proſcripſerunt, & ex Eccle-
ſia modis omnibus eijcere conantur. Neq; diſ-
F ſidium credi poteſt, idcirco diminutũ iri, quòd
filijs veſtris baptiſmum ab eorum miniſterio
petatis. Imo fortaſſe veſtri ex iſta communione
Sacramenti periclitabuntur, ne poſthac tam
fortiter atq; conſtanter eam veritatem circa ſa
cramentarium articulum propugnent, quam
hactenus magna laude ac virtute defenderunt.
Eſt enim flexibile humanũ ingeniũ, nec magis
alia re cõciliatur malè ſentientib. quàm eorun-
dẽ Sacramentorum vſurpatione. Hæc itaque
G fratres hac de re viſum eſt in præſentia reſcribe
re, vos boni conſulite, ac pro noſtris Eccleſijs
inſtanter orate, quemadmodum nos pro vo-
bis impensè oramus.

D. PETRI MARTYRIS VERMILII EPISTOLA AD AMICVM QVENDAM,

De Fuga in Perſequutione, ab ipſo authore Italicè ſcripta; & à Thadæo Dunò Locarnenſi Medico, in Latinum ſermonem tranſlata.

PETITIONEM tuam vir præſtātiſsime, cùm animo meo voluerē, ancipiti deliberatione diſtractus fui: vna enim ex parte morem tibi, ſicut debeo, gerere volebam: ex altera verò, controuerſiam de Fuga, inter fratres agitatam, ſcriptione mea denuo exacerbatum iri metuebam. Tua tamen fretus prudentia, quæ mea ſit de hac quæſtione ſententia declarare aggreſſus ſum, te in tuum, non in aliorum vſum, hoc petijſſe ratus. Si tamen quæ ſcripſero alijs cōmunicare libuerit, non dubito quin ea moderatione facturus ſis, vt tumultus hinc nullus exoriatur. Vt igitur rem, quàm fieri poteſt, breuiſsimè perſtringam, ſic accipe. Vterq; quidem fratrum, hac de re diſceptantium, Chriſtianis infirmioribus tempore perſequutionum fugam ſuadet, ſed ſuadendi modo diuerſo. Alter enim fugam, quatenus cum abiuratione confertur, probat, tanquam minus malum: alter verò, vt per ſe bonā, aut è bono maloque mixtam. Fugere autem, vt Epicureorum more carnis cupiditates commodius expleamus, & valde turpe, & Chriſtiano homine planè indignum ab vtroq; cenſetur. Quamobrem controuerſiæ huius capita præcipua mihi videntur eſſe duo: vnum quidem: An mortis metus in homine Chriſtiano peccatum ſit, necne: alterum verò: An præceptum hoc, quod Matthæi decimo capite habetur: Cùm vos perſequuti fuerint in vna vrbe, fugite in aliam: hodie adhuc vigeat, an à Chriſto ſit abrogatum, ſicuti illud: In viam gentium ne abieritis, & in vrbes Samaritanorum ne ingrediamini. Duo hæc ſi expediantur, facilè, opinor, diſcrepantes fratrum ſententiæ conciliabuntur. Principiò igitur, timorem nihil aliud eſſe animaduerto, quàm animi affectum, quo propter imminentia pericula perturbamur, & affligimur. Perturbatio autem hæc bifariam vitioſa eſſe poteſt: priore modo, cum quis metuit tanquam malum, quod reuera malum non eſt: ſicuti videmus pueros, vmbras, & eos, qui intelligentia minimum valent, medicos & medicinas, vbi ægrotant metuere. Huiuſmodi enim timor vitioſus ducitur, vt qui à iudicij defectu atque prauitate omnino proficiſcatur, & in ſacris literis damnetur. Hoc peccati genere impliciti ſunt, qui metuunt ne quid ventri deſit, aut mundus hic cum ſuis carnalibus voluptatibus ſit relinquendus. Altero modo vitioſus timor eſt, quando quis quod verè malum eſt, timet, ſed non in eum finem, vel non eo, quo oportet, modo. Hoc vitio laborant qui ti-
A ment pœnas legis violatoribus in ſacris literis propoſitas, ſua ipſorum commoda, non autem Dei gloriam reſpicientes: ſic Eſau, Ahithophel, & Iudas proditor diuinam iram, & damnationem æternam timuerunt. Etſi enim timuerūt quod timendum erat, peccarunt tamen timentes abſque modo & abſque fide. Diſtinctio hęc adeo clara eſt, mea quidem ſententia, vt quiuis facilè intelligere queat. Videndum porrò eſt, num mortis terror, qui cum vitio coniunctus
B ſit, ad prius à nobis dictum erratum, an verò ad poſterius referri debeat: id eſt, pecceturne, quia quod malū reuera non eſt, malum eſſe putetur, an verò, quia timendi modus non ſeruetur? Equidem mortis metum vitioſum ex eo non æſtimo, quòd mors metuenda non ſit: hanc enim animantia cuncta naturæ inſtinctu magnoperè exhorreſcunt: id quod non experientia modò, ſed etiam naturalibus & efficacib.
C rationibus probare poſſem: ſed breuitatis cauſa ſolius ſacrę ſcripturæ teſtimonijs contentus ero. Primo homini mortem Deus propoſuit vt horrendam pœnam ſi præcepta ſua non ſeruaſſet. Similiter & Moſes legem Dei nomine ferens dicebat: *Ecce propoſitam tibi mortem & vitam: vitam, ſi præcepta ſeruaueris, mortem ſi non ſeruaueris.* Sanè niſi mors res mala & timenda eſſet, eam Deus non minaretur contumacibus. Quid multa? Paulus primo ad Corin-
D thios mortem, hoſtem vltimum, per Chriſtum debellandum appellat. Idem in ſecunda ad Corinthios ſcribit: *Nollemus expoliari, ſed ſuperindui.* Quòd autem ſancti viri non pauci, vt Dauid, Helias, & prophetæ illi, qui propter Achabi & Iezebelis crudelitatem in ſpeluncis latitabant, mortem timuerint, ſacræ literæ luculenter docent. Sed ne ipſe quidem Chriſtus, qui verè homo fuit, huius timoris expers eſſe voluit. Friuolum autem eſt, quod
E quidam dicunt, non Chriſtum, ſed Eccleſiam in Chriſto mortem timuiſſe. Etenim ſi confitemur, quemadmodum verè res habet, illum pro nobis mortem, crucem, reliquaſque humanas ærumnas pertuliſſe, & non modo eius mortem, ſed mortis quoque horrorem ſaluti nobis fuiſſe (quanquam firmiter credam, & ab omnibus credendum ſit, omnia quæ noſtri cauſa Chriſtus fecit, iuſtè, ſanctè & honeſtè facta fuiſſe) ſi, inquam, mor-
F tem noſtri cauſa timuit reuera, ſicut ab Euangeliſtis traditur, timorem illum ſuapte natura vitioſum eſſe, non eſt quòd dicamus; alioquin in Chriſtum minimè cadet. Neque in eo quicquam contra patris voluntatem fecit

Digitized by Google

ſecit dominus uoſter, tum quia patris voluntaa fuit, vt pro nobis uon modò mortem oppeteret, verumetiam vt illam timeret: tum quia mortem uaturali inſtiuctu metuendo, patris autem voluutatem & decretum conſiderando, timorem iſtum ſuum ei ſubijciebat, præcepto illi ſatisfacieus, quod Deum tota anima, totiſque viribus amaodum eſſe iubet. Proculdubio timor animi affectua eſt & Dei opus, quod ad eius cultũ tuuc dirigitur, quando voluntati & præcepto ipſius ſub ijcitur. Dicat verò aliquis: timor iſte quanquá in Chriſto vitioſus uon fuit, in hominib. tamen vitioſus eſt. Reſpoudeo, timorem buuc per ſe, uaturaũ e ſua cõſideratum vitioſum nequaquã eſſe: ueq; euim à nobis requirit Deus vt affectiooe prorſus omni careamus, cùm has uobis ingeuerauerit, nec vt obiactorom naturas immutemus, hoc eſt, quod natura ſua horrendum atque terribile eſt, placidũ reddamus, vel quod aſperum & acerbum, dulce faciamus: verũ poſtulat vt à voluutate ſua iuſta ſauctaq; propter hæc auelli nullo pacto patiamur. Qoiuimo eſt Dei voluntas, vt ſi peccatũ, æterua dãuatio, & mors cum ſuia ſatellitibus omuibus, quæ ſuut vitæ huius calamitates, uobis ob oculos ponãtur, omoia hæc timeamus, nec aliter ea accipiamus, quàm natura ſua ſint comparata, quando quidem malorum metus auimis noſtris à Deo ioſitua eſt. Si tamen metum honc conſideremus quatenua à uobis penitus vitiatis & corruptis proficiſcitur, vtiq; eſt, vocarique debet peccatum: quia oemo uoſtrûm metuit quantũ quomodo, & quem iu finẽ metuere debet. Hoc tamen uou eſt peculiare & propriũ metus mortis, cum iuſit etiam ſpei, fidei, & amori: ucmo enim quantumuia ſauctus, ſperat, credit, nec amat vt oportet, occ vt diuina lex exigit. Io Chriſto itaque metus peccatum nou erat; iu uobis autem peccatum eſt, uou ſoopte ingeuio, ſed vitioſitate, quá à vitioſo vaſe noſtro, per quod meat, coutrahit: quemadmodum accidit generoſo viuo iu dolium nun ſyncerum infuſo. Sed dixerit rurſus quiſpiã: Si res ita baberet, quomodo Chriſtus mortem optaſſet diceus: *Deſiderio deſideraui boc paſcba comedere vobiſcum?* & Apoſtolua: *Cupio diſſolui, & eſſe cum Chriſto?* & iterum: *mori mibi lucrum eſt?* Quomodo diuua Andreas (ſi vera ſunt, quæ de illo uarrantur) ad ſupplicij locum eductus tam alacri animo dixiſſet: *Salue crux pretioſa, ſuſcipe nunc diſcipulum, eùm prius ſuſtinueris magiſtrum?* Manifeſtũ enim eſt hos omnes vel affectibus caruiſſe, vel quod malum erat, bonum iudicaſſe. Reſpondeo, mortam, vt dictum eſt, per ſe bonam uon eſſe: ideoque quatenus à nobis ſic accipitur, terrorem ſemper incutit. Verùm uou raro fit, vt cogitatio noſtra in morte nou ſubſiſtat, ſed vlterius proſpiciens videat quòd morieodo peccandi finem facimus, ad ęteruam vitam trauſimus, accleſiæ ædificatiouem promouemus, euangelicæ veritati teſtimonium damus, quæ nemo non Cbriſtiauus vehemeuter appetit. Dum itaque talia tantaq́oe boua eõtuemur, animus

Deut. 6.

Luc. 22.

Philipp. 1.

A præ gaodio cxultat, timor autem, qoem mors uaturaliter incutit, cedit, & à gaudio illo magno ſie obruitur, vt tunc noo ſic ſcntiatur, ſicuti cùm mortem ipſam per ſe ſolam ſpectamus. Sæpeuumero quoque Deus tantùm ſauoris ſpiritusque ſui martyrum animis infuudit, vt timor, qui natura ſua moleſtus alioquin illis eſſet, ita debilitetur, & mortificetur, vt nihil noceat. Doctrina hæc, oiſi fallor, facilis eſt, manifeſta & clara, ideo propoſitas quæſtiones

B facilè ſoluit. Quapropter prior noſtræ ſuprà poſitæ diſtinctionia para, vel membrum declaratum iam eſt: videlicet, quòd nou ideo quis peccet mortem metuendo, quia timeat quod timeudum non eſt, nam mors per ſe horrenda eſt, crudelis & dura, auiuiſq; noſtris Deus beuedictus timoris affectum indidit, vt eo ad obiecta eiuſmodi excitato, prompti atque parati ſimus malis à uobis propulſandis, quateuus per Dei verbum licet.

C Nuuc ad alterum diuiſiouis membrum veniamus, ad peccatum ſcilicet quod io mortis metu exiſtit, cùm quis timet non in eum finé, uec quo oportet modo. Vitioſos mortis metus eſt, quo ad finem, ſi de ſalute noſtra duntaxat ſolicitt, Dei gloriam verbumq; illius nil curemus. Quis enim ooo videt lougè turpiſsimom eſſe, ſi ſummum fiuem vtilitate uoſtra metiamur? ſi res noſtras, uon Ieſu Chriſti ſpectemus? Is potius fiois ſtatoendus eſſet, vt cor noſtrum, mortia

D terrore perculſum, à peccato, quod mortis cauſa fuit, ſibi caueret, vt Dei iram & offenſionem vitaret, vt diuinam bouitatem confidenter pro liberatioue deprecaretur, denique vt mundum hunc tot periculis nos inuoluentem ſperneret. Vt autem paucis abſoluam, timoris huiua finis is potiſsimùm eſſe debet, vt ipſum Dei voluntati ſubijciamus, quò illum affectib. animi noſtri omuib. amemus. Modus verò timoris mortis eſt, ue ſie percellamur, vt verbum Dei depo-

E namua, gloriamq́ue illioa uegligamus. Proinde peccatur, ſi præ metu veritatem quis aboeger, ſi vocationem ſuam deſerens, ouiculas ſibi cõmiſſas à lupis rapi patiatur. Ex his quæ dicta ſunt, colligimus, fugam peccatum uon eſſe ſi pro Dei gloria ſoſcipiatur. in eum videlicet finem, vt puro corde illi ſeruiamus, idololatrias atque ſuperſtitiones reliuqoamus, iu abiurationis periculum temerè nos non conijciamus, ſancti coniugij beneficio impolluti vi-

F uamus, Deum pura conſcientia inuocemus, melius in ijs, quæ ad diuinum cultum pertiuent, ab eruditis viris iuſtituamur, ſanctorum ſocietatem viſamus, iu Eccleſia beoe reformata vitam tráducamus, vt nos denique ſic roboremus, quo opportuuiori tempore alios ad ædificationem erudire poſsimus, prout Deus nos vocauerit, Spirituq́ue ſuo impulerit. Fuga, iuquam, hæc peccatum nou eſt: tametſi adiuuctum babeat mortis metum: nam,

G vt diximus, metus ille vitioſus non eſt, uiſi à fine, aut metueudi modo vitietur & corrumpatur. Quod igitur ad boc attinet, à fratrum horum vtroque diſſeutio, à priori quidẽ

quidem, qoia fugam mio oris mali rationẽ habere dicit: ijs enim circomſtantijs ornatã damnare noo poſſom, oec vitioſam dicere: ab altero verò, qoia mixtam eſſe ſcribit, vt ſi culpã in ea aliquam agnoſcat, tametſi boni aliquid inſit. Diuerſom eoim ego ſentio, qoi mortis metum, vt poſui, moderatum, opos bonum & laudabile iudico, oihil quidem mali admixtũ habeos, niſi quatenus à vitiata & corrupta natura ooſtra proficiſcitur. Sed hoc, vt ſupra diximus, cómooe illi eſt cum fide, ſpe, & dilectione Dei. Non poſſum aotem non aliquantulũ mirari, quòd clariſsimi duo iſti fratres, cũm exiſtimeot fugam malũ eſſe, aut mali aliqoid in ſe habere, eam fratrib. infirmioribus ſuadeant, quò veritatis profeſsionem tueantur, & nõ abiurent: boc etenim pacto malum ſuadent, vt boo um adipiſcaotur, qood Paulus ad Rom. vetat: neq; enim permittit nos facere mala, prætextu boni alicuios ſequuturi. Nec eſt vt qois objciat: Deum præcepta ſua omnia omniſq; generis opera bona nobis ſeruãda proponere, tametſi ſciat nos ea facere noo poſſe abſq; peccato: nam Deus hoc ſolo excuſari poteſt quòd nihil ab ipſo præcipiator, quod oatura ſua bonom noo ſit: ſi verò quid peccetur, id nõ diuioo præcepto, ſed vitioſitati nobis iohærenti acceptum eſſe referendum. Horum autem perſuaſio hoc modo excuſari non poteſt, nã fugã mortis matu ſuſceptam vel peccatũ eſſe, abiuratione tameo minos, vel ſaltem peccatũ habere commixtum, & quidem per ſe, iudicant. neq; circomſtantias vllas neq; modos terrori mortis, vel fugæ ob mortis terrorẽ, triboont, propter qoæ fuga natora ſua ſit bona. Cogitabit autẽ ſecum ipſe quiſpiam: Ecquid mortis metus, io prædictis etiam caſib. & com prædictis circumſtantijs, vitioſus non erit, cùm voluntati diuinæ reluctetur? Manifeſtum enim eſt, quod Chriſtus mortem noſtram interdum requirit propter nomen ſuum, ait enim: *Qui perdiderit animam ſuam mea cauſa, ſeruabit eam: & qui ſeruare voluerit, perdet.* Apud Ioannẽ qooq; legimus, officij ooſtri eſſe, vitam pro fratribos ponere Proinde ſi quilibet noſtrûm Deo obedire debet totis viribus, & animo toto, qoa ratione præcepto huic ſatis facimus, cùm mortẽ metuendo à Dei præcepto manifeſtè auocemor, peccatum autem omnino ſit, qoicqoid Dei voluotati pateſactæ repognat? Nonnulli qui peccati naturam non ſatis iotelliguot, dicere ſolent, primos illos motus, qoi ſine deliberatione in nobis excitantor, peccata nõ eſſe donec ipſis aſſentiamur. Sed qoaotopere iſti fallantor Paul. ad Rom. declarauit, cùm legẽ membrorum manifeſtè peccatom appellârit, de ijs loquens motibus, qui nolentibos nobis tomultuaotur, fereque captiuos nos per vim tenent, dum mens noſtra (quæ Dei lege ſummopere alioqui delectatur, ad ſe quod attinet) illis repugnat & contradicit, vt exclamet: *Miſer & infælix ego, quis me liberabit à corpore mortis huius?* Fateor qoidem reſponſionem baoc vtconqoe obſcuram eſſe, ſed me illuſtraturũ ſpero. Aliqua ſont, à Deo ita vetita, vt oulla in parte qoioquã habeant iuſti booeſtiúe, cuioſmodi adulteriom eſt, furtum, periorium, idololatria, & ſoperbia. Quod ad has itaque actiones omnes attioet, tam in ioſtificatis, quàm in oondum renatis, ſiue deliberationẽ & aſſenſionem adionctam habeant, ſiue in primo motu ſior, vitioſæ ſemper ſunt quatenos per ſe conſiderantor: quanquam primi illi motus, ijs, qui per Chriſtum iuſti facti ſont, cõdooentur, nec ad exitium imputantur, propterea quòd integra & vera fides, per quam promiſſæ ſalutis cõſortes fiuot, in ipſis oon extioguitor. Alij verò affectus qoidam, humanæúe actiones ſunt, à Deo per ſe nequaquã vetitę, vt timere aduerſa, vtilib. oblectari, vitæq; huius bona poſsidere, & huius generis alia, quę Deus nõ vetuit, niſi qoateous ab ijs pertrahimur ad ea facienda, quæ preceptis ſuis aduerſaotur. Quanquam igitur primi illi motos, quibus ad adulterium ad furtum, ad blaſphemiam: ad idololatriam incitamur, vitioſi ſunt, licet expreſſa aſſenſio noo accedat: timor tamen, qui naturaliter in nobis expergiſcitur morte ſeſe offerente, vitioſus non eſt, modò Dei voluntati & præcep. ſubijciatur, ſi fortè tuendi honoris illios cauſa mori oporteat. Quateous igitur voluntati diuinæ repognat, vitioſum eſſe coocedo: & eom qui affectum eiuſmodi ſuo impetu ferri abſq; fræno ſiuerit, ſanctis præceptis repugnare nõ dubito. Secus autẽ ſi fides, & ſyncera charitas ei moderetur, vt com alijs animi affectibus & motibus volontati diuioæ ſobijciator & conquieſcat. Nec primus eius motos cum earum rerom cupiditatibus, qoas vel habere, vel conſequi hooeſtas vetat, comparari debet: hæ ſiquidem per ſe, naturaue ſua vitioſæ ſont. Rebos autem proſperis gaudere, aduerſis dolere, cùm non raró, imò perſæpè iuſtè fiaot, vitioſi motus per ſe non ſunt, ſed tantum quatenus à nobis vitiatis prsoi aliqoid cõtrahunt, quemadmodum accidit virtutibus omnibus. Vitioſi etiam eſſeot affectus eioſmodi, ſi eòuſqoe efferri pateremur, vt contra Dei voluntatem quippiam faceremus. Quin & illud addã, mortem ſimpliciter & per ſe conſideratam timeodam eſſe, ſed quatenus verbo Dei pręcipitur, toto corde, tota aoima, omnibosq; affectibos amplectendã. Tametſi aũt à timore, vt conſeotiat nõ reqoirim⁹ (alieoũ enim à natura illios eſt) ab eo tamẽ poſtulam⁹ vt accedat: qood ſi fecerit, ipſe qooq;, qooad eios facere poteſt, Deo paret. Vbi verò mors nobis oõ præcipitor, neq; boc oomioe io conſolatiooẽ veoit, eius metus, modò iuſtos intra limites ſeſe cõtineat, iure dãnari nõ poteſt. De his cũ abundè dictum ſit, primę tractationi finẽ imponimus, qoa ſententiã noſtrã de mortis metu, vitioſus ſit, nec ne, apertè declarauimus: alteram verò tractationẽ agrediemur, de præcepto Chriſti Apoſtolis tradito: *Si vos perſequuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam*, qood à Chriſto poſtea abrogatum fuiſſe, ſicut illud: *In viam gentium ne abieritis, & in vrbem Samaritanorum*

ne in-

Margin notes: Rom. 3. — Luc. 9. — Iean. 15. — 1. Ioan. 3. — Rom. 7. — Matt. 10.

Section letters: A, B, C, D, E, F, G.

ingrediamini, multi ſunt qui ſibi perſuadẽt. Cui A
opinioni ſubſcripſit Tertullianus de fuga ſcri-
bẽs. propterea quòd vigẽte & durãte præcepto
illo, ſugam fidelibus iure denegari non poſſe
videbat. Sed vt quod ſentio, breuiter dicam,
idem pondus habere nunc præceptum illud
exiſtimo, atque tum, quando Apoſtolis tradi-
tum fuit. Quod autem ad id attinet: *In viam*
gentium ne abieritis, & in vrbem Samaritanorum
ne ingrediamini, temporarium præceptũ fuiſſe
Marc. vlt. cenſeo: nam contrarium poſtea Chriſtus præ- B
cepit, quando hinc in cœlum migraturus, di-
ſcipulos in orbem vniuerſum emiſit ad prædi-
candum Euangelium. Quapropter cùm nullũ
extet Chriſti mandatum, quó fuga prohibea-
tur, præceptum illud de fuga inuiolatum con-
ſeruare oportet, vt ſcilicet tantundem valeat,
hodie quantum olim, quando Apoſtolis pri-
mùm propoſitum fuit. Nec, mea ſententia,
obiectio illa quicquam euincit, quòd Domi-
Matth. 10. nus dixerit: *Nolite timere eos, qui occidunt* C
corpus: quo tanquam fundamento nituntur,
quicunque fugam illicitam eſſe arbitrantur.
Obſeruandum enim eſt, quòd in eodem apud
Matth. 10. & in eodem ſermone Domini ad A-
poſtolos vtraque ſententia contineatur, & v-
traque illis ad prædicandum miſsis recitata
fuerit. Si igitur ambæ ſententiæ tunc ſimul
conſiſtere potuerunt, quoad Apoſtolos, quid
prohibet quo minus hodie quoque ſimul con
ſiſtant quoad nos? Nihil enim abſurdi video, D
ſi quis perſequutionum tempore (dum legiti-
ma fugiendi via & facultas datur, eo animo fu
giat, vt Deo, non ſibiipſi viuat, vtq́ue Deum
tentare, periculo non neceſſario ſeſe exponen
do, caueat: per fidem certior factus viam ad ef-
fugium ſibi à Deo monſtrari, quòd ſine eius
voluntate effugiendi ratio non pateſiat: para-
tus veritatis & Euangelij hoſtibus reſiſtere,
quando hora ſua aderit: interim tamen ita ani
matus ſit, firmiſsimeq; ſibi propoſuerit, ſi cape E
retur, & ad tyrannos duceretur, non ſemel ſed
millies mori potius, quàm veritatem abnega-
re, ſuauemq́ue Chriſtum ſuum relinquere.
Sanè qui tali præditus eſt animo, quiq́ue ſic
apud ſe decreuit, fugiendo Chriſti doctrinam
ſequitur, cùm eos, qui corpus occidunt, non
ita timeat, vt propter illos, etiamſi captiuus
ab ipſis teneretur, fidem confiteri, aut confeſ-
ſam tueri nolit ad mortem vſque, ſanguinem,
ignem, & extremos cruciatus. Hoc enim mo- F
Ioan. 10. do fugiſſe ipſum Chriſtum Dominũ noſtrum
Actor. 9. puto, quando hora ipſius nondũ venerat: ſic
Paulum, quando à ſanctis fratribus per Dama
ſci vrbis murum demiſſus fuit: ſic nonnun-
quam fugerunt martyres, Polycarpus, Cypri-
anus, & alij, fugientes ad tẽpus. In veteri quo-
que teſtamento hoc ipſum à prophetis factita
tũ legimus. Cũ itaq; à Chriſto reuocatam, aut
abrogatã fugiendi permiſſam poteſtatem nõ
inueniamus, ea nõ videtur à nobis coarctanda G
ſi modis, & circumſtantijs æquis cõtineatur.
Si quis otij, aut mundi huius deliciarũ cauſa
fugiat: aut quia Chriſtum confiteri erubeſcat:

A aut alios eiuſmodi carnales ſcopos propoſitos
habeat, dubiũ non eſt, quin hoc illi vitio ver-
tendum omnino ſit. Sed qui propter ſuperius
dictas cauſas, potiſsimùm autẽ periculi animę
impendentis (cui nemo temerè, niſi Deum tẽ-
tare velit, exponere ſeſe debet) declinandi grã
tia fugit, qua ratione reprehendetur? Mihi qui
dem reprehenſione dignus non videtur, præ-
cipuè cùm fugiendo ſemetipſum abneget, &
cum Chriſto crucem tollat: neq; fugam talib.
B de cauſis ſuſceptam confeſsionis ſpeciem eſſe
inficiari quiſquam poteſt. Facile enim eſt in-
telligere, ſi rem recta expendas trutina, euange
lium, puramq́ue in Chriſtum fidem ijs, qui ſic
fugiunt, nõ parũ eſſe cordi. Quis enim nõ ma-
luerit domi ſuæ manere, bonis ſuis frui, ſuæ
gentis hominum familiaritate vti, quã pauper
& ignotus in longinquã regionẽ peregrè pro-
ficiſci, vbi gentis linguam non intelligat, vbi
hunc & illum pro neceſſarijs ſine intermiſsio-
C ne rogare oporteat, vbi plerunq; pro viro mi-
nimè probo habeatur, vbi non raro (vt pere
grinorum fert conditio) & reijciatur, & malè
accipiatur, vbi vel propter aeris mutationem,
vel propter ciborum & hoſpitiorũ varietatem
incommoda perpetuò ferenda ſint non leuia?
Qui pro Chriſto, proq; ipſius veritate perpeſ-
ſionem hanc eſſe negant, præter tormenta,
præterq́ue mortem violentam quę, qui, (ſicut
dictum eſt) fugiunt, ſuſtinere nihilominus pa-
D rati ſunt, ſi à tyrannis capti profeſsionẽ ſuam
eo modo defendere cogantur, alias afflictio-
nes nullas agnoſcunt. Enimuerò ſi quis in me
dium procedat, ac ſe dedat veritatis hoſtibus
Chriſtiq́ue doctrinam ſponte confiteatur, ob-
latam fugiendi occaſionem reſpuens, magnũ
quid, & ſingulari admiratione dignum eſt, vt-
pote quod à fide charitateque feruentiſsima
proficiſcatur: verùm hoc non cuiuſuis eſt. De-
bet etiam noſtrûm quilibet Spiritus ſancti af-
E flatum ſequi, qui intus quenq; ad ſalutem im-
pellit per eam viam, quæ conueniat magis vi-
ribus & donis à ſe tributis, non ſecundum vo-
luntatem noſtram, & ſecundum prudentiſsi-
mum & ſapientiſsimum iudicium ſuum. Qui
verò præſenti ad martyrium ſubeundum ani-
mo præditus eſt, huc q́ue à ſpiritu impellitur,
is contemnere, damnare, maledictis inſectari,
eum non debet, qui vitandæ abiurationis cau
ſa fugit: qui ſi vitam non ponit, patriam tamẽ
F deſerit: ſi nec cruciatus, nec carceres ſufferr, in
commoda tamen grauiſsima ſuſtinet: ſi ſan-
guinem non fundit, veritati tamen teſtimoni
um reddit, cor habens promptum atque para-
tum ad extrema quæque ferenda, quoties ma
nifeſta Dei voluntate, & Spiritus impulſu huc
adactus fuerit. Exemplo ſuo nos inſtruxit
Paulus, qui ſeſe modo ſubtrahebat inimicis ſu *Act. 9. &*
is cedens, modò ſponte periculis obuiam ibat *17.*
& neque lachrymis, neq; precibus vllis ab ani *Actor. 21.*
G mi ſui firmo propoſito diuelli poterat. Qui
igitur prudenter fugit, quando & occaſio ad-
eſt, & periculum imminet, is Deum in primis
ad hunc modum orare debet:

Cùm erga me tam benignè egeris, Domine A
mi, vt veritatis tuæ participem facere, mihi que
mundi ſeruatorem Ieſum Chriſtum, redem-
ptorem meum patefacere volneris, da prę̨te-
rea, rogo, vt theſaurus hic ſancti Euangelij cor
di mei pridem inſcripti, apud me conſeruetur,
ereſcat, & fructus proferat quacunq; ratione ti
bi viſum fuerit. Quod ad me attinet, ecce me
ipſum tibi offero, de me ſtatuas prout tuæ vo-
luntati adlubet, citius, aut tardius tua cauſa
mori non magnopere curo: fiat voluntas tua, B
non mea: adſis mihi, meque ſic regas, vt in in-
ſtituto hoc nihil peccem. Me totum tibi dedo,
& commuto. Scio non exortum nec pateſactū
præſens periculum tua abſque voluntate, nec
ſine te viam ad effugium patentem inuenire
me confido. Cùm itaque ſic dubius & incertus
ſim, ne me carnis & prudentiæ meæ ſenſu duci
patiaris, miſericordiarum pater, voluntatem
omnem, & indicium meum, bonæ tuæ volun-
tati ſubmittas, ne errem, neue infeliciter res mi C
hi ſuccedat: me vt exaudias precor per vnicū
filium tuum Ieſum Chriſtum dominum no-
ſtrum, amen. Qui ſic hoc in caſu Deo ſe ex a-
nimo commendat, diuini ſpiritus fauore deſti-
tutum iri credendum nō eſt: iccirco ſi intus ſe
ad fugam ſtimulari ſenſerit, & rerum ſuarum
curam abiecerit, quærens tantùm quę Chriſti,
non quæ ſua ſunt, rectè faciet, neque accuſari
poterit, ſi aufugerit, conſcientia ipſius per ver
bum Dei certiore facta, nihil à ſe illicitum ten- D
tari: ſcriptum eſt enim: Si vos perſequuti fue-
rint in vna ciuitate, fugite aliam: præcipuè cū
nullus ſit in ſcripturis locus, quo poteſtas hæc
reſtringatur, aut reuocetur: & in eodem Mat-
thęi capite doctrina vtraque inueniatur, de fu-
ga videlicet, & de non timendis ijs, qui ſolius
corporis occidendi poteſtatem habent. Cùm
ergo ſibi inuicem non repugnent duo hæc, cō-
ciliari poſſunt & ſeruari, ſicut anteà dictū eſt.
Cui rei fidem faciunt Apoſt. exempla. nam & E
illi poſt acceptū Spiritum S. fugiebant: & quē-
admodum Chriſtus hoc loco prę̨cepit, pulue-
rem de pedibus excutiebant. Me quidem non
latet, aliquos è Patribus exiſtimaſſe: præceptū
illud temporarium fuiſſe, quod non perpetuò
ſeruandum eſſet, ſed illi tantùm tempori ac-
commodandum: non memini tamen, me apud
quenquam illorum legere, fugam Chriſtianis
interdum non eſſe licitam. Vnum excipio Ter
tul. hac de re, pace illius dictum ſit, aſperè nimis F
ſcribentem: cuius rationes ſi quis diligentius
expenderit, multò plus elegantiæ, quàm firmi
tudinis habere comperiet, quas omnes, niſi
quod tempori parco, & minimè neceſſarium
puto, confutarem. At dicet iam quiſpiam: Si
præceptum de fuga, vt ais, abrogatum non eſt,
fugiendum omnibus erit, & nemini manen-
dum? Reſp. præceptum fuiſſe vt maneremus,
& idem præceptum fuiſſe, vt fugeremus: ſed
prę̨cepta hę̨c vniuerſalia non ſunt, nunc huic, G
nunc illi parere oportet. Cùm quis intus Spiri
tus ſancti opera confirmatur & inuitatur ad
manendum, & hoc ad Dei gloriam magis face-
re credit, manere debet (præſertim ſi iam vin-
ctus ſit magiſtratus iuſſu) & neque carceres ef
fringere, neque fraude vlla effugium ſibi para-
re. Etenim quòd in vinculis ſit, hoc ipſo Deus
declarat horam illius veniſſe, quare abeundū
ei non eſt. Quod ſi res ſecus habeat, vt nec in
manus hoſtium traditus adhuc ſit, nec vires
neceſſariæ ſuppetant, nec ſpiritus afflatu ad
manendum adigatur, nec priuata vocatione
aliqua obſtrictus ſit, tunc fugiendum ei eſt. Vt
enim communium legum beneficio, commo-
di alicuius gratia, aliò ire quis poteſt, vel mer-
caturæ exercendæ, vel ſimilium rerum occaſi-
one: eodem modo vitandi lapſus, & veritatis
Euangelicę, vt vt licet, confitendæ cauſa ſe ſub
ducere poteſt: tum enim præceptum de ſuga
locum habere iudico. Quòd autem præcepta
duo, prima facie contraria dari poſsint, quæ
tamen, cùm ſint particularia, ſecum ipſa non
pugnent, luculentis exemplis demonſtrabo.
Vna ex parte Chriſtianam libertatem tueri &
conſeruare, nec eam hypocritarum tyrannidi
& abuſui ſubijcere: ex altera verò fratrum in-
firmitati inſeruire iubemur, vt in epiſtola ad
Rom. habetur. Videntur quidem hæc contra-
ria, ſed qui temporum rationem rectè ſequi- *Rom.14.*
tur, facilè apparentem repugnantiam tollit:
id quod pulcherrimè factum à Paulo fuit, qui
Titum circuncidere tum renuit, quando hoc *Gal.2.*
vt ſaluti neceſſarium poſtulabatur. Timotheū *Act.16.*
tamen circuncidi paſſus eſt, quando ad ædifi- *Gal.1.*
cationem facere, & abſque periculo, quod ne-
ceſſariò conſequeretur, fieri poſſe cognouit.
Idem Petrum Iudaiſantem ferre non potuit, *Matt. 10.*
quòd videret exemplo illo multos grauiſsimè *& 19.*
offendi: Romanos tamen poſtea ſuos ſapien-
ter hortatur, vt nouitiorum & infirmiorū fra-
trum infirmitatem leni charitate ſufferāt. Hæc
primo intuitu valde contraria, pugnantia non
ſunt, ſi quodque in tempore fiat. Quis eſt, qui
neſciat diuina lege præcipi vt parentibus, prin *Matth. 6.*
cipibus & magiſtratibus obediamus: contra
autem præcipi, vt Chriſti & Euangelij cauſa
parentes relinquamus, filios, fratres, & quic-
quid poſsidemus? Hæc ſimul optimè conſi-
ſtunt ſine repugnantia, modò ſuis horis & mo
mentis fiant. Poſtulat nonnunquam tempus
vt bona noſtra opera faciamus in occulto, quē
admodum de oratione & ieiunio Chriſtus mo
nuit, interdum etiam poſtulat vt ea faciamus
in propatulo, vbi videlicet cū laude & gloria
Domini noſtri fieri poſsunt. Olim præceptis
Dei nō paucis ſacrificia erant inſtituta, quæ ta
mē propter miſericordiā, aut rē aliam grauio-
rem interdum omittebantur. Bonum erat ali-
quando quieſcere ab omnibus corporalibus
operibus ſabbathi die, nonnunquam verò pu-
gnare oportebat. Sunt itaque præcepta non-
nulla particularia, quæ in ſpeciem videri poſ-
ſunt contraria. at hoc nihil refert, quia vtrunq;
ſimul eodem tempore locum non habet. Vt
igitur præcepta illa, quibus manere & nō fu-
gere iubemur, firma manent, ita etiam firmum
manet præceptum, quo iubemur fugere, quia
quod

quodlibet ipſorum opportunè vſurpandum eſt. Fundamentum aotem doctrinæ malorum qui præceptum hoc abrogatum eſſe contendunt, eſt hoc, quòd fugam, quæ mortis metum coniunctum habet, gloriam Dei illoſtrare non poſſe exiſtimant: verùm falluntur, quoniá mortis metus per ſe, ſicut monſtrauimus, vitioſus nequaqoam eſt. Ac ſi pij ſunt, qui fugiunt, ſcopum hunc ſi propoſitum in primis habent, veritatem nolle abnegare, ſatagentea eam conſeruare fidem, quam à cœleſtis patris benignitate ſe accepiſſe ſciunt: quæ oemo dubitat ad Dei gloriam promouendam pertinere. Timore igitur boc id conſequimur, vt mala multa vitemus, corporia ſcilicet cruciatus, & murtem, ne horum aſperitate compulſi veritatē negemus, aut fidei iacturam faciamus. Nemo igitur eſt, qui noo intelligat timorem illum bonum eſſe, quia mortem, & cruciatus corporis non conſiderat per ſe (quod ſi faceret, non ideo vitioſus per ſe eſſet) ſed quatenus Chriſtianum hominem paulò infirmiorem in abiurationis periculum præcipitare, aut Chriſtiana fide priuare poſſet, quod proculdubio ad Dei gloriam facit.

Ad duas initio propoſitas quæſtionea cùm reſponderim, dicendi finem facerem, niſi animaduerterem te plura meritò deſiderare poſſe, nimiroın vt etiam reſpondeam ad argumenta eorum, qui cōtrariam de fuga ſenteotiam ſumma contentione tuentur: qui nos ſecum ſentire omnino vellent, vt peccati euitandi prætextu, ſuis io amœnis regionibos commodè permanerent, cum opibus, quas habent, vſitatam in religionis negotio ſegnitiem & diſsimulationem retinentes. Vt igitur plenius tibi ſatisfaciam, cum oſtenderim mortis metom ſuapte natora vitioſum non eſſe, neq; præceptum de fuga fuiſſe reſciſſum, quæ obijci ſolent, vtvt potero, receoſebo. poſtea etiá, quantú res pręſens poſtulare videatur, refellam. Primùm obijciūt noonulli quod Paulus habet ad Timotheum. *Non enim dedit nobis Deus Spiritum timoris, ſed fortitudinis, charitatis, & temperantiæ.* Hoc ſi ſic habet, ioquiunt, Chriſtiaoum hominem fuga minimè decet, vt qoę timoris indicium ſit. Debet ergo fortitudiois ſpiritu roboratus maoere, & tyraonorum minas nihil prorſus facere. Quib. reſpondeo, decere quidem Chriſtianom fortē eſſe, atque conſtantem, & vitioſi timoris expertem: atqui fortitodo bæc ſpiritus oec in omnibus, nec ſemper eſt eodem modo. Nonounquá enim hominem ſic animat, vt & veritatem cōfiteri, & pro illa mortem obire oon detrectet, quemadmodum martyrum multorum exempla teſtantur: oonnunquam verò ad hoc aliud confeſsionis genus impellit, vt ſcilicet vnà cùm patria commoda omnia & delectamenta relinquat, & eorum vice incommoda multa, ærumnaa, pericula, atque detrimenta (quę qui aliò commigrant, ſuſtinere cogūtor) accerſat. Qui Chriſtum confiteri oentro modo audet, is torpiter à timoris metu rapitur, & veritatē aboegare, aut diſsimulaodo ſupprimere, quàm

A mori, dulcemúe patriæ, terrenarumque voluptatum nidum relinquere, mauult. Admonet igitur præſens ſacræ ſcripturæ locns Chriſtianos, vt ſpiritom fortitudinis retineant, & ad vſum adhibeant: ſed quia plures ſpiritus illius ſpecies ſunt, non magis ad hanc, quàm ad illá reſtringi debet. Cæterum quando hæc, quando illa ad vſum ſit neceſſaria, ex ſolo ſpiritus afflatu dignoſcitur, qoi nunc ad hanc, nunc ad illam confeſsionis ſpeciem impellit, prout tum

B loca, tum tempora, perſonarumque conditiones & virea requirunt. Sciendum præterea, quòd Paulus hoc loco de eccleſię miniſtro priuatim agit, nam prius dixit: *Excita donum quod in te eſt per impoſitionem manuum mearum.* quibus deinde ſubnectit ea quæ nunc obijciuntur. *Non enim dedit nobis Deus ſpiritum timoris*, &c. Hia quippe verbis aliud nihil docere voluit, quàm quòd miniſtrorum officia (quæ grauia ſunt, laborum & periculorum plena, carnisq;

C affectibus terrorē magnū incutientia) ſpiritu forti ſint obeunda. Etenim ſpiritus, quē Deus tribuit ijs, qui iam ad miniſteriū promooētur, propriè ſpiritꝰ fortitudinis eſt, dilectionis atq; temperantiæ. Nam eruditio, mores boni, cæteræque dotes ante requiruntur, quàm in miniſtrum quis eligatur. qui enim dotibus huiuſmodi deſtituitur, dignus non eſt vt eligatur. Spiritum autem illum, cuius ductu miniſtri munera quæque aoimo forti, dilectione mul-

D ta, ſingularique modeſtia ad Eccleſiæ ædificationem exequuntor, à Deo plebs Chriſtiana petit, & tum impetrat, quando miniſter iam eligitur, & manuum impoſitione ſacro miniſterio inoeſtitur. Si igitur de hoc hominum genere, ſicoti Paulus, priuatim loquamur, facilis erit reſponſio, dicam enim quod & Chriſtus dixit, mercenarios eos eſſe, non autem paſtores, qui oues ſuas deſerunt, oiſi Eccleſia miniſtros habeat multos, vnus autem duntaxat *Ioan.* 10.

E ex eis periclitetur. Hoc enim in caſu cùm Eccleſia carere illo poſsit, fugere ei licebit: ſic etenim exiſtimo fugiſſe Paulum ex vrbe Damaſcena, Eccleſia illic abſque paſtoribus minimè relicta. Illud tamen aduertendum, oe fortè ıa in Eccleſia ſic emineat, vt & veritatis defenſio, & Eccleſię ſalus ab eo maximè pendēere videatur, veriſimileq; ſit poſt eius diſceſsū omoia turbatum iri: rebus enim ſic conſtitutis manere debet, & pro ouib. ſicut bonū paſtorē decet,

F vitam ponere. Docet præterea Auguſtinua epiſtola 180 ad Hooratum, quòd ſi Eccleſia moltis oroata ſit miniſtris, è re ipſius ſit, vt perſequutionibus impendeotib. pars illorū latitet ne omnes ſimul voo momento tollantur: nam ſi primi ſublati fuerint, qui latitaruot in aliorū locum ſuccedere poſſuot. Et hanc quidem ob cauſam Achabi & Iezebelis temporib. Abdiam Prophetas multos in ſpeluncas abdidiſſe putauerim, vt ſi primi illi occiſi fuiſſent, prophetæ

G tameo adhuc alij ſupereſſent, quorū opera populua opportuno tempore iuuari poſſet. Hūc itaq; Pauli locū bifariam enarrauimos, priore quidē modo quod fuga, vt à nobis deſcripta,

fuit, fortitodinis op⁹ ſit: altero verò, quod de Ec- A cleſię paſtorib. & miniſtris priuatim autor agat.

Obijcitur præterea, quòd qui ſugiunt, ob mortis metum ſugiant, quòd ſcripturis repugnat, nam iubemur nihil timere eos, qui occidunt corpus. Quibus reſpoodeo, ſicut anteà expoſitum eſt, mortis metum iuſtos inter fines ſeſe continentem per ſe vitioſum non eſſe: præcipuè ſi qui timet, non tantùm mortem timeat, ſed eò potiſsimùm reſpiciat, ne videlicet (quando nundum io magiſtratos poteſtatem B veoit, nec à ſpiritu ad maoendum, cruciatuſq; vel mortem ipſam perfereodum incitetur, fugiendi ioterim occaſione oblata) veritatem abneget, & à fide ſemel accepta excidat, quod alioquin euenire ipſi poſſet. Qui mortem hoc pacto metuit, & metum iſtom ſuum ad Dei gloriam dirigit, ſicut dinina lex in omnibus iubet, præcepta Dei oò violat, nec peccat. Si quis fide infirmus eſt, inquinnt aduerſarij, non mox ad fugæ remediom, ſed ad preces cōſugere debet, C quemadmoduin Chriſtus docuit, orareq; ne tentationibus ſuccumbat: hac de re præceptum habemus, quod ſi ſequuti fuerimus, exaudiemur. *Matth.10.* De fuga autem nullus ſcripturæ locus nos inſtruit. Qui bæc obijciunt, præcepti illius, quod apud Matthæum extat, abrogationem ſemper ſupponunt, nos autem eos errare oſtendimus: nec ipſi quod dicont efficaci vllá ratione probant. Quòd ſi liceat abſque ratiooe quicquid libuerit afferre, dicam & ego, præce- D ptum illud de non timendis ijs, qui occidunt corpos, reſciſſum eſſe, quia traditum fuit Apoſtolis in prima legatione, & in eodē Matth. 10. cap. ſcriptum. Firmū itaq; manet vtrunq; præceptum, ſed cauendum ne ſiniſtrè accipiantur. Ei igitur, qui ſecundum præſcriptos modos fugit, non ſcriptura modò, verumetiam prophetarum multorum, Apoſtolorum, martyrumq; exempla fauent, imò Chriſti ſeruatoris noſtri, licet nō fugerit peccādi metu, fugit nihilo min⁹ E vt exemplo ſuo doceret quid nobis liceat, quádin hora noſtra nondum adeſt: quá tum adeſſe intelligendum eſt, quando ſpiritus nos iotos ſtimulat & ſolicitat ad manendnm: vel neceſsitas alioqui poſcit, uimirum ſi iam in magiſtratus poteſtate ſimus, ſi vocatione quapiam obſtricti abire nequeamus, quemadmodum paulò ante de paſtoribus dictum fuit. Quod ad preces attinet, eas non reijcimus, ſed probamus plurimùm: ideoq; ſuperius monuimus, debere F eos, qui fuga ſibi cooſulere velle cogitant, precibus intentiſsimis Deo ſeſe commendare, ne quà fiat vt errent. Cæterùm ſi fuſis precibus ſpiritus eos adhuc ſolicitet ad fugá capieodá nec vires vel fideotiam maiorē ſuppeditaret, eo vti debēt remedio, quod Dei benignitas porrigit, niſi Deū tentare veliot. Iccirco legim⁹ io ſacris literis, Dauidem ipſum à facie Abſalomi filij ſui fugiſſe: quia in fuga elegantem Pſalmum illum, qui ordine tertius eſt in libro Pſalmorū, G cecinit. Fugit itaque, & ceſsit furori filij, quaoqoam regni promiſsionem haberet, ſciretque illā non poſſe fieri irritam. Si dixeritis, non de A fide, religioneoe, ſed de regno controuerſiá fuiſſe: veſtris rationib. inſtructus reſpondebo, debuiſſe illum fidem habere promiſsis Dei, atq; orare, regnum, quod ad ſe per verbum Dei pertinere ſciebat, non deſerere. Fugit tamen ſed ſe reſtitutū iri ſecundū promiſsionē credidit. Ad hunc modum vir pius fugiens, Deum fidem ſibi conſeruaturum, & ne abiuret effecturum credit, quod etiam ex intimis affectib. ab eo petit, Verùm ſi fuga interim vtitur, quá & Deus B illi apperuit, & ſacræ literæ, ſanctorumque exempla comprobant, non peccat, quinimo recta ratione fidem ſuam confitetur.

Alij fugam prorſus damnari putant, propterea quòd Paulus in poſteriori ad Tim. conqueritur, ſe in prima defenſione ab omnibus fuiſſe derelictum. Nam quod hac in re peccatum ab illis fuiſſet, inde liquet, quòd Apoſtolus orat ne ipſis imputetur. benefacta enim venia opus nō habent. Sed hæc, ſi rectè expendantur, ad fugá C minimè transferenda iudico: contra eos potius ſcribuntur, qui vel ob vitioſum timorem, *2.Tim.vlt.* vel ob rerum ſuarum curam, officia ea prætermittebant, quæ Chriſtiana charitas requirit. Veriſimile non eſt Paolum de ijs conqueri, qui tum temporis Romæ noo erant, tametſi perſequutiooe inualeſcente non ita pridem aufugiſſeot: qoippe boc illis vitio verti non debebat: niſi ideo fugiſſent, quod dilexiſſent ſecundum hoc, quemadmodum fecerat Demas. A- D poſtolus itaque non de abſentibus, ſed de ijs conqueritur fratribus, qui Romæ quidem erant, ſed charitatis officia, vel quia Chriſtum confiteri erubeſcerent, vel quia tædio, aut vitioſo timore afficerentur, ſic prætererunt, vt in prima defenſione nemo ipſi adſuerit. Enimuerò torpiſsimè fecit Romana Eccleſia, quæ Apoſtolum ſuū ſic deſeruit. Mirum itaque non eſt, ſi hoc Paulo doluit plurimùm, ſique oraoit ne illis imputaretur. Quocirca in prædictis E verbis nō agit Paulus de iuſta fuga, quàm nos paulo ante ſuis numeris deſcriptam dedimos, ſed eos duntaxat reprehendit, qui in oppreſſos Chriſti cauſa, ea beoeficia noo conferebant quæ & poterant, & debebant. Sed obijcietur boc loco: Quid? Ioannes ſcribit quenq; debere vitam pro fratre ſuo ponere: quando itaque ſcimus, & videmus Chriſti membra carcerib. eſſe coocluſa, ea deſerere fugiendo non licet, *1.Ioan.3.* dum ſalutem noſtram qoærimus, & afflictorū F fratrum miſeria non tangimur. Hîc diſtinctione opus eſt, nam mors proximi vel corporalis eſt, vel ſpiritualis. Si de corporali & externa morte proximi loquamur, corporalem vitam noſtram pro illo non ſemper eſſe poneodam iudico, quod tum exemplis compluribus, tum etiam rationibus confirmare poſſem. Si verò de ſpirituali fratris morte agamus, ſi quis corporali ſua morte ſic illum iuuare poſsit, vt æternum oon pereat, vtiq; mori debet: eteoim G Chriſtus hoc pacto pro nobis mortuus eſt, diſcipulorum verò fuerit magiſtrum ipſum imitari. Quapropter ſi qois certò ſperet ſe, præſentia ſoa, cohortatione, & conſolatione fratrem adiu-

adiuturum, ne in exitium ruat ſempiternum,
manere debet,tametſi cum vitæ periculo id fa-
ciat,&,ſicut ſcriptura requirit,corporalem vi-
tam pro fratris æterna ſalute pooere. Sed cùm
hoſtium noſtrorum crudelitas adeo ſit effera-
ta, vt ad eos, quos Euangelij cauſa vioctos te-
nent,præter inquiſitores, & eos, qui quę cõtra
fidem ſunt perſuadere illis poſsiot, neminem
plerunqueadmittant, qui cum illis loquatur,
officium hoc eis non ſemper præſtari poteſt:
quotquot enim puræ religioni,quam aduerſa-
rij Lutheraniſmum vocant,fauere ſuſpicãtur,
Actor. vlt. excludũt.Clementius actum fuit olim cũ Pau-
lo,nã vt primũ Romam peruenit,ſicut in Actis
legimus,in ſuo conducto babitare ei licuit,ſub
vnius tamen militis cuſtodia: quo in ſtatu E-
uangelium omnibus ſe inuiſentib. magna con
ſtantia prædicabat. Ex hiſtorijs quoque Eccle
ſiaſticis apparet, licuiſſe olim fratribus marty-
res vinctos cõuenire, & corpora cibo, animos
autem conſolatione & adhortatione reficere.
Non eſt itaque quòd miremur,Paulum & eius
ſimiles conqueſtos,quando à fratribus ob pu-
ſillanimitatem & tepiditatẽ adeo turpiter deſe
rebantur, vt ne vnus quidem ipſis aſiſteret in
iudicijs, quod alioqui tum temporis liberum
erat. Deinde,quod Ioannes præcipit,vt corpo
ralem vitam ooſtram pro ſpirituali ſalute pro-
ximi ponamus,non ſic eſt accipiendum,quaſi
omni in caſu nos obſtringat,etiam cùm io ma
niſeſtum abiuratio ois & damnationis æternæ
periculum venimus: nam hinc duo ſequeren-
tur incommoda,vnom, quòd vincti fratres ex
lapſu eorum, qui ſeſe periculis commiſiſſent,
dolorem acerbiorem caperent,offenderentur-
que, ac fortaſſe ipſi quoqne deficerent: vnde
diuina lege cautum erat, vt egredientibus Iſra
Deut. 20. elitis ad bellum, timidi & puſillanimes domũ
remitterentur, ne quando fortiũ virorum cor-
da timore ſuo diſſoluerent: alterum,quòd æru
mnis vinctorum & martyrum Chriſti remediũ
ſolamenúe nullũ adhiberetur: imò ad reliqoas
calamitates accederet,vt infirmi fratres & labe
rentur,& perirent. Cupientes itaq; vni occur-
rere malo,in duo incideremus. Illi ergo de qui-
bus Paulus cõqueritur, nõ ob id, quo de nunc
agimus, ipſum deſeruerant, ſed potius quòd
mundum & ſua commoda nimium diligerẽt,
vel quòd tædio, aut deniq; pudore Euangelij
Chriſti aſſicerentur, quemadmodum ſuprà ex
poſitum eſt.

Obijciunt pręterea multi: fieri nõ poſſe quin
Eccleſiæ Italicæ, Gallicę, cęterarumq; regionũ
minuantur & diſsipentur, ſi tam multi aofugi-
ant: rectius itaq; facturos ſi manſerint,vt Eccle
ſiæ conſeruentur & creſcant. Rectè quidẽ mo-
nerent hi,ſi qui in Eccleſijs manent conſtantes
poſteà eſſent: ſed cùm pleriq; in abiurationem
labantur,plus detrimenti Eccleſiæ inde capi-
unt,quàm ſi fugiſſent: fugiendo enim,quo di-
ximus modo, veritati teſtimoniũ aliquod red-
dunt, hoc ipſo declarantes ſuperſtitiones & i-
dololatrias nullo modo eſſe ferẽdas: neq; enim
fugerent, ſi ſalua cõſcieotia Papiſticis ritibus aſ

A ſentiri poſſent. Qui verò abiurant,primũ qui-
dem ſemetipſos in exitium cõijciont: deinde
malo exemplo Eccleſias deſolant & labefactãt.
Si duo hæc,fuga inquam,& abiuratio, inter ſe
cõparentur, dabunt fortaſſe multi,fugã minus
malum eſſe: ſed ijs reſpõdeo, vt etiã ſuprà feci,
veritatem agnitam negare peccatũ eſſe grauiſ-
ſimum, fugere autẽ iuſtis de cauſis bonũ eſſe,
Deo placere, & ſacris literis probari. Deinde
quales iſti Eccleſias in Italia,in Gallia, in Bel-
B gio,alijsóe regionibus ſibi fingant neſcio: illud
quidẽ minimè negauero, fratres ijs in locis in-
ueniri multos, qui reuera Chriſti mẽbra, & de
eius Eccleſia ſint, ſed quòd illis in regionib. a-
ſpectabiles Eccleſię ſint cõſtitutę,bonis inſtitu
tis fundatæ,in quib. pura Chriſti doctrina pro
ponatur, Sacramenta ritè adminiſtrentur, &
diſciplinæ forma aliqua habeatur, quomodo
concedam nõ video. Etenim fratres rariſsimè
conueniunt, & ſacramenta nunquã ferè vt o-
C portet adminiſtrant, paſtores ordinarios non
habent,ſectę ibi ſupra modum creſcunt,contu
maces nulla Euangelicæ cenſuræ forma puni-
untur. Rectius ergo illinc fugientes,Eccleſijs
ſeſe adiungere,quàm eccleſias relinquere dixe
rimus. Qui enim religionis cauſa fugiunt, fere
eò ſe conferont,vbi ſacra concio quotidie habe
tur,vbi Sacramenta datis tẽporib. rectè admini
ſtrãtur,vbi Deus à cõgregatis fidelib. collauda
tur,vbi paſtores boni ſunt cõſtituti,vbi cũ cęte
D ris fidelib. ordinatè verſari licet, vbi deniq; qui
frugi eſſe volũt,bene viuẽdi rationẽ ſibi negatã
prætexere non poſſunt: quare in ſe ipſos culpã
omnem transferant neceſſe eſt. At videmus,in
quiet aliquis,fratres multos, nondum ſatis in-
ſtitutos,ijs in locis, quæ nos fugiendo linqui-
mus,remanere,qui debiles & infirmi cũ ſint,à
nobis erudiri,confirmari, & in via Domini ſta
biliri poſſent: verùm ſi fugiamus,fratres hos de
ſerimus, & charitatis officia erga eos præter-
E mittimos. Hos ſanè iuuandos, quoad eius fieri
poteſt,cenſeo,cùm doctrina, tum etiam conſi-
lijs: at ſi nos ipſi poſtea periclitemur,fugiendo
haud propriè dicemur eos deſerere: quia cùm
oratione prius monuerimus, fugæ deinde e-
xemplo quid & ipſi facere debeãt declaramus,
idololatriã videlicet quã fieri poteſt maximè
deuitare. Nunquã non præterea Dominus ſu-
os quoſdam habet ijs in locis,quos ſpiritu ſuo
ſic roborat, vt Euangelicam veritatem impaui
F di tueantur,certiores ab illo facti nullum abiu-
randi eſſe periculum: à quibus, qui fide debi-
les, & rudiores ſunt,conſolatione erigi & con-
firmari poſſunt. Præceptum enim de fuga ad
eos tantùm pertinet,qui periclitantur,qui ſuã
infirmitatem exploratam habent, qui interno
ſpiritus afflatu,ad manendum non mouentur,
viam interim ad effugium patefactam cernen-
tes, & magiſtratuum poteſtati nondum ſubie-
G cti. Neq; enim verendum abituros prorſus o-
mnes,nunquã deerunt qui remaneant. At fu-
gientium quidem eſt pro ijs orare qui domi
maneot,quoniam plerunq; infœlices ſunt il-
lorum exitus.

Tranſeamus hinc ad eos, qui nemini propri
am vocationem eſſe deſerendam arbitrantur,
nam quenq; ſua in vocatione perſiſtere volũt.
Quorum ſententia ſi admitteretur, nemini vti
que liceret à patria diſcedere: id quod ſeruitu-
tis cuiuſdam intolerabilis loco habendũ eſſet.
Cũ enim leges omnes multis honeſtis de cau-
ſis ciues ſuos peregrè proficiſci permittant, ne
ſcio cur hominib. Chriſtianis ita in vniuerſum
negari debeat. Quòd ſi ipſis licet à patria diſce-
dere iuſtas ob cauſas multas, cur non liceerit
etiam fidei melius conſeruandæ gratia? Fame
compulſus Iſaac peregrinus factus eſt. Noemi
Gen. 26. quoq; eandem ob cauſam patriã reliquit. Da-
Ruth. 1. uid vitæ ſuæ conſeruandæ cauſa, Saulis perſe-
1. Samuel. quutiones fugit: Sic Moſes perſequutionem
Exod. 2. Pharaonis fugiens in terram Madian: & hi qui-
dem omnes ſola corporali vita periclitabãtur,
neq; tamen vnquam accuſati fuerunt, vt ſuæ
vocationis deſertores. Præterea minimè verũ
videtur, quod iſti pro firmo principio ponunt,
neminem ſic eſſe ſolutum & liberum, quin ali-
cui vocationi obſtrictus ſit, quæ illum fugere
non ſinat. Quam, quæſo, vocationem ſequun-
tur qui vitam in monaſterio degunt, vbi mane-
re prorſus non poſſunt, niſi mille ſuperſtitio-
nibus ſeſe polluant, ſua ipſorum cõſcientia per
petuò reluctante? Hi ſi fugiant non aliam, quã
diaboli, vocationem linquunt: nec quid eos de
tineat video. Quid impedit viduam, quæ fami-
liam nullam habet, quo minus eò concedat, v-
bi melius inſtitui, Sacramentis perfrui, & in
Eccleſijs benè inſtitutis viuere poſsit? Hoc pa-
cto multæ honeſtæ matronæ olim Chriſtum
per regiones Iudeę Euangelium annuntiantẽ
ſequebantur, nec earum inſtitutum à quoquã
vnquam damnatum fuit: imò illarum exemplo
prouocatæ aliæ multæ, Apoſtolos, vt fertur
ſequutæ ſunt. Quàm numeroſi inueniuntur ci
ues, opifices, & nobiles, ſoluti prorſus, qui vel
ex opificijs ſuis, vel redditibus viuunt? quid
hos impedit, quin vnà cum familijs ſuis eò ſeſe
recipiant, vbi Euangelica veritas floreat, & ab
omnibus prædicetur? Licuit Reginæ Seba ve-
1. Reg. 10. nire ex remotiſsimis regionibus videndi & au
diendi Salomonis gratia, ijs autem liberum nõ
erit illuc abire, vbi ipſiſsimam veri Salomo-
nis, id eſt, Chriſti ſapientiam audiant? Licuit
Eunucho reginæ Candaces ex Æthiopia Hie-
Actor. 8. roſolymam proficiſci adoratum, noſtris autem
fratribus non licebit ea loca petere, in quibus
Deus purè adoratur, & Chriſti inſtituta rectè
ſeruantur? Excipies fortaſſe, neq; Reginam Se
ba, neq; Eunuchum abijſſe vt perpetuò abeſ-
ſent, ſed tantùm vt temporariã peregrinationẽ
ſuſciperent. Dicam verò & ego, eos, qui re-
ligionis cauſa fugiunt, eo animo abire, vt tan-
diu abſint, quamdiu Deo placuerit, paratos
domum redire quotiescunque ab illo reuo-
cati fuerint, & via ad reditum per illius grati-
am patuerit.

Proferuntur etiam verba Pauli in priori ad
Timotheum, capite quinto: *Quicunque curam
non habet ſuorum, præcipuè domeſticorum, fidem ab*
A *negauit, & eſt infideli deterior.* Videndum hoc lo-
co ante omnia, quorſum hæc dixerit Apoſto-
lus. Verba faciebat de viduis, oſtendens, qua-
les eſſe oporteat, vt Eccleſiæ ſumptibus alan-
tur. Quoniam enim Eccleſia ſupra modum ab
aliquibus fortaſsis grauabatur, qui vt proprijs
ſumptibus parcerent, viduas ſuas tametſi ni-
hil illis fortè deeſſet, admitti volebant: ideo
monebat Paulus, vt pro ſua quiſque faculta-
te ſuis ſubueniret. Atque hinc eſt vt pau-
B lò inferius addat: *Si quis, aut ſi qua fidelis viduas
habet, ſubueniat eis, ne Eccleſia grauetur, vt ijs, quæ
verè viduæ ſunt, ſubuenire poſsit.* Declarat enim
his verbis Paulus, Eas ſolas verè viduas eſſe,
quæ ſe ipſas ſuis redditibus, aut lucro alere nõ
poſſunt: nec propinquos habent, qui ipſis ſub *Quomodo*
ueniant. Ad hunc ergo modum enarrata Pau- *quiſq; erga*
li verba fugam prohibere non videntur. Qui *ſuos ſe gere*
fugit, ſi viduas, aut alios ſibi coniunctos paupe *re debeat.*
res habet, de ſuo illis ſubueniat, ſi quid habet.
C Si vnà proficiſci illi velint, ne deſerat eos. Si ve-
rò pauper ſit, foris autem aliquid lucri faciat,
lucri partem illis mittere nemo vetat. Sic
affectum eſſe oportet etiam erga parentes, ni-
ſi vel propter aduerſam illorum valetudinem,
vel propter virium imbecillitatem filij præſen-
tia fuerit neceſſaria, tunc enim deſerendi non
ſunt. Quòd ſi parentibus non inuitis filius diſ-
ceſſerit, poſteà verò certior fiat præſentiam
ſuam illis eſſe neceſſariam, redire mox ad illos
D iuuandos, & conſolandos, ſecundum Dei Le-
gem debet. Quòd ſi perſequutionis pericu-
lum illic ſit, de diuino auxilio non eſt, vt diffi-
dat. Quippe cùm Deus eum in eiuſmodi
neceſsitatem detruſerit, auxilio ſeruum ſuum
non deſtituet. At ſi fide debilis, & nullo præ-
cepto adactus, manere velis, abire cùm poſ-
ſis non eſt vt diuini auxilij ſpe id facias, cùm
Deus fugiendi rationem monſtrauerit: qua ſi *De ijs qui*
non vteris, non niſi de te ipſo conqueri potes. *coniugio*
E Quid vero dicemus de ijs, qui matrimonio *ſunt copula*
iuncti ſunt? Primùm, non licere vxori perſe- *ti.*
quutionum vitandarum cauſa à marito diſce-
dere, niſi is ob fidei illius infirmitatem conſen-
tiat, vt ad tempus ſe ſubducat. Lex Dei vxo-
rem marito ſubijcit, ideo illo nolẽte diſcedere
non debet. Vxoris tamen fuerit maritum ab-
euntem ſequi, vt pacificè & abſque periculo *Durabat*
cohabitare queant. Si tamen illa iuſtis de cau- *videntur.*
ſis ſequi non poſsit, aut, obſtinatiore animo
F prædita, nolit, relinquenda non eſt, ne vterque
caſtitate periclitetur. Eſt enim in connubio
neceſſaria coniugum cohabitatio, quandoqui-
dem neuter corpus ſuum in libera poteſtate
habet: quamobrem ſi maritus manſerit, au-
xilium à Deo in perſequutionibus ſperabit, ex
preſsè enim ei præcipitur vt maneat. Quòd ſi
vterque ſingulari caſtitate præditus ſit, à ſe
mutuò diſcedere poſſunt ad tempus, quemad
modum Paulum cum ſua coniuge feciſſe ſciũt,
G quando orbem terrarum perambulabat præ-
dicans Euangelium: nam illam ſecum non cir-
cumducebat, ſicut reliqui Apoſtoli. Scienduũ
tamen illicitum hic eſſe votum, quia eo animo,
& ea

A & es lege mutuò à ſe diſcedere debent, vt in vnum conueniant, quoties alteruter poſtulauerit. Sic etenim Deus per Paulum primo ad Corinthios ſeptimo, præcepit, vt ſcilicet rurſus in vnum coniungantur, ne locum dent ſatanicæ tentationi.

Quod ad ſeruos attinet, nõ multis opus eſt: neque enim illis licet religionis aut perſequutionum prætextu à dominis ſuis aufugere: nã in ſacris literis expreſsè præcipitur, vt id non

De ſeruis.

B faciant. Cũ ergo ſic obſtricti ſint, ſi manſerint dabit Deus vt in abiurationis periculum non veniant, ſi ex animo & fide ſyncera ſeſe illi commendauerint: opportuno enim tempore, vt ſacræ tradunt literæ, adeſt, & fideliter ſuccurrit, præcipuè cùm ipſe præceptis ſuis in eiuſmodi pericula conijcit. Epiſcopos & Paſtores, diximus ſuprà, oues ſuas nõ debere deſerere, niſi vt expellãtur. At quia copioſè hac da re dictũ eſt, venio nunc ad Principes, quorũ nonnulli libe-

De Principibus.

C ri ſunt, ſummum habentes imperium, vt Eccleſias ſuas reformare puræ veræque religionis reſtitutione poſsint. Hi igitur ſi pietate imbuti ſint, ſibi ſubditos linquere non debent, ſed in ea poteſtate conſtituti ſeruire Deo (cuius etiã miniſtri ſunt, vt in Epiſtola ad Romanos ſcribitur) quo lux Euangelica per ipſos mirum in modum accendatur: nam & populi Principes ſuos imitari ſolent: & Principum ea eſt authoritas, atque poteſtas, vt ſubditos ad obedien-

D dum cogere poſsint. Facilè itaque intelligunt, ſi diſceſſerint, ſe verbum Dei non ſolũ nõ promouere, quod alioqui potuiſſent, verumetiam ſibi ſubiectos in infideliũ poteſtate relinquere, & malis grauiſsimis, horrendiſque periculis exponere. Principibus addendi ſunt ij, qui in magnorum regum & monarcharum aulis verſantur, viri ſingularis exiſtimationis & authoritatis, vel quia prudenter conſulant, vel quia armis, opibus, aut generis nobilitate illuſtres

E ſint: hi abire non debent, quando periculum ipſis non impendet, quoniam religionis cauſam ſua ipſorũ præſentia non parum iuuare poſſunt. Sunt enim in regnis clypei & defenſionis loco miſeris fidelibus: ſæpe conſilijs authoritateque ſua tyrannorum impetum compeſcunt, phariſæorum crudelitati reſiſtunt, cumque ſibi faciles atque beneuolos magnos Principes habeant, pro multis oppreſsis intercedere, & monarcharum animum ab atrocibus Euange-

F lij perſequutionibus ad occupationes alias maiores, vtiliores, & grauiores conuertere poſſunt. Tales fuerunt in regum aulis, Ioſephus, Daniel, Nehemias, alijque viri ſancti. Quapropter fugiendum ijs non eſt, niſi ſumma cogat neceſsitas. Sunt deinde alij quidam, hodie appellati domini, non pauci, cæteris non conferendi, qui ſummum imperium non habent, ſed tantùm ciuilem aliquam iuriſdictionem, reformandæ religionis poteſtate omni priuati

G (ſacerdotes enim vel epiſcopi ſubditi ijs non ſunt, vt qui poteſtate & authoritate antecellant) nec minus, quàm populus reliquus, inquiſitoribus, cæteriſque phariſæis ſubiecti.

A Hi cùm à communi aliorum hominum conditione parum aut nihil differant, de ipſis idem propè iudicandum quod de reliquis. Si ergo fugiant ſecundum modos à nobis præſcriptos non modò reprehendendi, ſed laudandi etiam ſunt, cùm Chriſtum teſtimonio ſuo celebrare minimè grauentur, quod eò dignius & illuſtrius eſt, quò è ſublimiori dignitate ad infima ſeſe demittunt, quod ad mundi honores attinet.

B Verùm quia in eos, qui fugiunt, vulgus exclamare ſolet: Quorſum vagantur iſti, qui domi ſuæ ſeſe continere poſſent: vbiuis locorum Deus coli poteſt. Paulus ad Timotheum ſcribit: Volo queuque in omni loco puras ad Deũ manus tollere. Conſiderandum ijs, qui talia dicunt, tam effrænem plerunque eſſe aduerſariorum rabiem, vt quibus in locis Papa dominetur, nemo bonus degere poſsit, niſi ſe Miſsis, idololatrijs, alijſque ſuperſtitionibus inqui-

1. Tim. 2.

C net: aliàs lictorum, inquiſitorum, deniq; carnificis ipſius manus non euaſurus: quæ, qui nondum ad vitam exponendam à ſpiritu incitantur, ſed aliquanto debiliores etiamnũ ſunt, ſibi expectanda non eſſe iudicant, ſiquidem Deus fugiendi rationem ipſis oſtendat. Huc præterea accedit, quòd ſi nullius vocationis vinculis, aut legibus de quibus ſuprà loquuti ſumus, retineantur, cæteris fidelibus & fratrib. ſeſe adiungere, & cum illis verſari, quotidiano

D pane verbi Dei refici, ſacramentorum legitimè adminiſtrationem participes eſſe, diſciplinæ puræ ſanctæque, ſicut Chriſtianos decet, ſubijci, in fidelium cœtibus linguam nemini peregrinam aut incognitam audire, & connubio, ijs, qui eo opus habent, licito atque conceſſo, potiri mirum in modum expetunt. Sciunt quidem Deum vbique locorum coli poſſe, & diſcrimen inter loca nullum ponerent, niſi impedimẽta cõpluribus in locis ab hominib.

E obiecta obſtarẽt. Paulis huc tendebat verbis illis vt ſuperſtitione liberaret eos, qui locũ loco ſanctiorẽ opinabantur: id quod cõtra nos nullo modo facit, qui non quidem ſanctioris loci inueniendi, ſed exitij vitandi, & ſolidioris minimeque dubiæ doctrinæ Chriſtianæ quærendæ cauſa fugimus. Quis iure eum reprehenderit, qui aëris noxij atque peſtilentis vitandi gratia fugiat? aut famis tempore regionem fœliciorem quærat? belloue impendente violento &

F periculoſo in tranquilla loca cõcedat? Omitto dicere de ijs, qui propter malos litigioſoſq; vicinos abeunt: vt cùm Abrahamus à Lotho diſcederet, & Iſaacus à puteis ſuis ne cum Palæſtinis contenderet. Prætereo etiam eos, qui propter inundationes aquarum, terræmotus, mutationeſq; regnorum aliò habitatum eunt. Equidem horum neminem, aliorumue multorum qui his addi poſſent, à quoquam iure reprehenſum audiuimus. Cur igitur qui propter religio-

Gen. 13.
Gen. 26.

G nem fugiunt clamoribus adeò tumultuoſis excipiuntur? Excuſatos tamen eos habeo, qui fugiendum non eſſe perſuadere conantur, quoniam alicuius boni gratia id faciunt: fideles e-

nim intrepidos eſſe,& veritatem in ipſis tormē
tis non abnegare, quin potius fortitudine ſua
Eccleſias ędificare,& cum reliquis fratribus ſi-
mul in coctos manere vellent,inſtar egregij oui-
um gregis à lupis circundati. Coi enim hæc nō
placuerint? quis conſiliom boc nō laudaoerit?
quis nō optauerit tales Euangelij progreſſus?
nemo ſanè qui vel taotilla charitate præditus
ſit: Quanquam conſideraodum etiam eſt,
num vires ſoppetant: neq; enim omnes ad hoc
ſunt idonei. Sapientis eſt ſeipſum metiri. Mini-
mè prudenter ędificat, qui ſecum ipſe priua nō
reputauit, an ſumptus ſacere poſsit. Non felici-
ter ſuccedit prælium Imperatori illi, qui viras
ſuas bena exploratas non habet. Virea à Deo
ſunt, inquies, non antem à nobis. Sunt qoidē,
ſed is illas diſtribuit ad ſuum, non ad noſtrum
arbitrium: admirandaq; prouidentia ſua varios
in Eccleſia fortitudinis gradus ſtatuit, ab alijs
veritatem cruciatibus & morte ſtabiliri, ab ali-
js antem fuga, acceptum ei eſt, prout forti-
tudinis menſura illis tributa, tulerit. Nemo
igitur qood Deo placuerit culpet. Laudamus
& celebramus fortes Chriſti equitas, qui mar-
tyrio ſuo fidem cōfirmant: Laudamus pariter
eos, qui ritè fugiendo, veritati non leua, nec va
num teſtimonium dant. Talas Chriſti ſeruos
peccati damnare non decet: qui ſi nnoc fugiſſent,
manebont olim: & nunc manerent, ſi à duce
ſuo inſtruerentur. Fideles omnes ſuos ſimul
occumbere Deus nō vult. Nemo autem legiti-
mè ſugientium in hoſtium caſtra concedit: ne-
que hoc nomine fugit, vt manum Dei fugiat:
imò illi ſe cōmittunt, firmiter apud ſe ſtatuen-
tes, Chriſti cauſa vitam & ſanguinē ponendū
eſſe quandocunq; opus fuerit: opus aotem tūc
eſſe credunt, qoādo in magiſtratuū manos per
uenerunt: quando à Deo ad reſiſtendū impel-
luntur: quando vocatione qoapiā ita obſtrin-
guntur, vt fugere omnino liceat. Quandiu aūt
horum nihil vrſerit, ſugiendo Deo ſe ſeruire
non dubitant, cùm à Domino præcepto ſimul
& exemplo edoceantur, Apoſtolorum, Prophe
tarum, Patrumq; exemplia etiā ſuffragantibus.

Nec eſt vt quis excipiat, particularia hęc eſ-
ſe, peculiaria priuilegia, aut pręrogatiuas extra
ordinarias: quia hoc tunc locum habet in ſan
ctorum ſactis, quando ſcripturæ teſtimonio cō
mendantur, licet contra generale præceptum
aliquod fiant: quæ nobis, qui pręceptis genera
libus obſtringimur, imitanda non ſunt. Exem
plo eſt Abrahami factum, quando filiom ſuum
occidere voluit, quod contra diuinam illam le
gem, Non occides, ſaciebat. Cōmendatur autē
factum hoc, quòd peculiari afflatu impulſus ſit
Abraham⁹, & ſine cūctatione obedierit: quod
tamen ſacere debuit ipſe ſolus, cæteris cōmuni
præcepto reuinctis. Fugæ verò exemplum no-
bis à ſanctis propoſitum, Scripturæ non repu-
gnare, ſed potius conſentaneum illi eſſe cùm ſci
amus, eos, qui illud ſibi imitandum ducunt, da
mnare non poſſumus: etenim Chriſtiana cha-
ritas fuga nec violatur, nec detrimento vllo af-
ficitur, quia ſæpe fugere contingit, vbi nec prę-

A ſentia noſtra manentib. prodeſſe, neq; abſentia
nocere poteſt, quemadmodum antea dictū eſt.
Præterea, ſi Apoſtoli iuſsi ſuot abire in omnē
terrā & prædicare Euangeliū, vt fides longe la-
teq; diffunderetur: cur lucū mutare nō licue-
rit acceptæ iam & partæ fidei cōſeruandæ gra-
tia? Non minus ad charitatem pertinet acce-
ptam fidem, ſanctum piæ doctrinę depoſitum,
conſeruare, quàm augere: neq; contra charita
tem eſt propinquos, modis à nobis ſuperius cō
B memoratis, relinquere. Docuit enim Chriſtus
Matthæi decimo, Patrem, & matrem, & fratres
& ſimilia eſſe relinquenda, ſi ſalutem fidemue
noſtram remorentur. Idem præceptis ſuis tra-
didit, Matth. 5. Nullum eſſe in noſtro corpore
tam nobile membrum, quod amputandum nō
ſit, ſi ſcandalum afferat, id eſt, ſi ſalutem noſtrā
impediat. Si igitur fugiendo circunſtantias æ-
quas ſeruauerimus, nullo modo Chriſtianam
charitatem violabimus.

C Nec eſt vt quis ſubijciat: Charitatem ideo
fuga violari, quòd proximorū animos minus,
quā ipſorum corpora curemus. Cui enim abſ-
que peccato licuerit alterius corpoa capitali pe
riculo expoaere? aut lupis, latronib. & ſicari-
js lacerandum linquere? Profectò charitas hîc
poſtulat, vt proximis noſtris adſimus, eosq; iu
uemus. Quo poſito, ſatis liquet charitatē fuga
violari, ſiquidē fugiendo proximos deſerimus,
& animos illorum damnationis periculo expo
D nimos, dum eos in poteſtate Phariſæorū, hypo
critarum & pſeudodoctorū linquimus, à quib.
noſtro priuati auxilio, facilè ſeducuntur & per
duntur. Ad hoc primùm reſpondeo, eos, qui fu
giunt, remanentium animos periculis non ex-
ponere: iam enim expoſiti ſunt perſequutione
exorta, cui nullam occaſionē præbuit illorum
fuga. Deinde illud conſiderandum eſt, nō ſem-
per aptos eſſe eos, qui fugiunt, iuuandis & ſer-
uandis in tentatione manentibus. Hîc fallūtur
E multi, exiſtimantes omnes eos, qui fugam de-
trectant, idoneos eſſe iuuandis fratrib. non ad-
uertentes quòd ij ipſi, qui manent, fugere alio-
qui cū poſsint, magnū ſæpe abiurando appor-
tent malū: qui ſi fugiſſent, nihil attuliſſent incō
modi. Etenim ſi manent, ipſi aliorū potius ope
ra & auxilio, debiles cū ſint, indigent, vt cōfir-
mari, quàm cōfirmare magis opus habeant. Ho
rū igitur fuga infirmis nil nocet, fortibus autē
manentibus etiam vtilis eſt, quoniā cura & ſolli
F citudine ſalutis ipſorum liberantur, exultan-
tes gaudio magno quòd euaſerint, & eò ſeſe re
ceperint, vbi inſtitutione, conſolatione, bonis
que exemplis magis cōfirmari & corroborari
queant: vt, ſi quando opus fuerit, illuc, vnde diſ
ceſſerunt, redeant, pugnam cū aduerſarijs re-
dintegrantes, ac in illorū locum ſuccedentes,
qui per glorioſum martyrium hinc ad Chriſtū
migrarunt. Hoc enim fieri ſolet in obſeſsis vr-
bibus, vt qui debiliores ſunt, bonę alioqui ſpei
G & nobiles in tutū quempiam locū ad tempus
emittātur, vt ætate & induſtria fortiores facti,
opportuno poſtea tempore patrię ſuccurrant,
& interim à periculis tuti timore ſui liberent
viros

Digitized by Google

viros fortes, qui ſtrenuè pro patria pugnát. De ijs verò, qui eruditione, fortitudine, & magnanimitate adeò præſtant, vt ad pietatẽ cũ ædificandã, tũ etiam tuendam idonei ſint, bifariam reſpondendum videtur. Primùm, ſi certò animaduertant ſe manendo fructum, ſugiendo autem ſcandalum, & ruinam allaturos, manere vtiq; debent. Sin autẽ intelligant, quod nõ rarò vſuuenit, occultè ſibi moriendũ ſi à tyrannis capiantur: aut oris & linguæ vſu ſe priuandos, vt ne verbulo quidem Eccleſiá ædificare poſsint: contra verò ſi fugiant ſcriptis & ſermonib. ſuis Eccleſiæ cauſam plurimũ adiuturos arbitrentur, & ſpiritus afflatu huc vocentur, fugam capere debent, ſi abſq; ſcandalo fugiendi via pateſcat. Quod ideo addo, quia neque ſi in carcerem coniecti ſimus, neq; ſi fide data, aut vade, magiſtratui nos ſiſtere debeamus, fugere liceat: his enim in caſibus in alterius poteſtate ſumus, nec vlterius via vlla honeſtè fugiendi pateſcit. Intelligendum autem hoc eſt ſecundum præſcriptas leges: nam ſi Deus te, vt olim Petrum, è carcere per angelum ſuum educeret; ſingulare factũ eſſet, de quo nunc non agimus. Omnia verò hæc noſtra diſputatio eò tantùm ſpectat, vt fugam, quæ modis & circumſtantijs æquis contineatur, charitatis legi nõ repugnare, ſed potius optimè quadrare intelligas.

Act. 12.

Hac de re tam fusè ideo diſſerui, quòd videã multos, noſtra præſertim in Italia, veritatis luce aliqua prǫditos, aduocatis litigantib. ſimiles. Vt enim hi, ſi iniuſtam tueantur cauſam omni ſtudio legem quampiam, quæ iniquo ipſorum ſcopo vtcunque faueat, exquirunt, vt iuſtitiæ zelo cauſam iſtam tueri videantur: ſic noſtri illi domi ſuę manent, vbi pro fide & veritate cognita in medium prodire non audent: cumq; primũ hoc prætermittant, alterum quoq; fugã videlicet (quæ luculentum ſynceræ fidei teſtimonium eſſet) omittunt, commodorum & bonorum ſæculi huius cathenis detenti. Quibus gratius nihil obtingere poteſt, quàm ſi ſcriptis & concionib. noſtris doceamus fugã Chriſtianis eſſe illicitam, vt hoc prętextu cõmodè ſuis perfrui bonis poſsint. Eodẽ modo affecti ſunt & ſtulti ægroti, qui ſi vel ex vulnere, vel abſceſſu laborent, ignem & ſectionem admittere cũ nolint, medicos illos magis amãt & audiunt, q̃ pręclari alicuiꝰ ſcriptoris teſtimonio talẽ curãdi rationem redarguant, vt remedia illa recuſare videantur, nõ quia molles ipſi nimium ſint, ſed quia remedia morbis ſuis non conueniant.

A Verùm ſicut ægroti iſti miſerè tandem moriuntur: & aduocati illi iniqui coram ſapiente & prudente iudice cauſa cadunt: ſic noſtri hi optimum ſuæ ægritudinis remedium reſpuentes, conſcientias ſuas ſimulationibus, ſuperſtitioſis ceremonijs, & profundo ſilentio, vel, quod peius eſt, abiuratione deteſtanda contaminant. Omnes enim, qui in reformatis ſanctisq; Eccleſijs rectè de rebus iudicant, iniuſtas & effrænes cupiditates bonorum ſeculi B huius in cauſa fuiſſe intelligunt. Quapropter cùm animi ipſorum propoſitũ ſit malũ, mirum non eſt, ſi deteriorem exitũ habent. Qui ſemetipſum non abnegauerit, nunquam ſanè ad Euangelij normã vixerit. Qui ſibiipſi viuere vult, & Chriſtianam profeſsionem retinere, ſimilis eius eſt, qui ſine ſumptibus vult ædificare, aut ſine exercitu bellum gerere, vel hoſtes ſine viribus vincere. Qui ſibijpſi mortuus non eſt, nec à ſeipſo fugit, Chriſtianam veritatem, nec C martyrij triumpho, nec laudabili, pia, Chriſtianáue fuga vnquam confirmauerit. Vos itaque, fratres in Domino chariſsimi, oro, vt ſeriò tandem agatis: ſimulationes & fictiones hypocritis, & comicis ſunt relinquendæ. Si Chriſtus & Euangelium eius (quod vos, Dei beneficio, & amplexi, & confeſsi eſtis) res vera eſt, cur tam frigidè illius imperata facitis? ſin autem poëſin quandam, aut fabulam iudicatis, quid cunctamini palàm dicere? cur ſimulatis fidem illi habere? D Deus irrideri non patitur: hominis vires omnes requirit: ei & mammonæ ſimul ſeruire nemo poteſt: nec duobus dominis cõtraria iubentibus, obedire. Si Euangeliũ verax eſt, vitę, rebusq; noſtris alijs anteponendum eſt. Milites pro ſuis partibus vitam exponere audent: mercatores non pauci ętatem omnem in peregrinationib. vt diteſcant, terunt: qui nauigant, dies noctesq; maris extrema pericula adeunt ob fines incertitudinis plenos. Nos verò, quib. cœleſte regnum, vita æterna, veraq; fœlicitas à E Deo firmiter promiſſa eſt, in mortali vita hac, miſeriſq; bonis his illius nomine ponendis, cũ res poſtulat, ne veritatem ipſius abnegemus, tam pigri, tam tardi, ſegnesq; ſumus? Tollat tandem Deus à ſuis ſcandalum, probrum, & contumeliam tantam, & fideles omnes conſtãtes, fortes, promptos & paratos reddat, ipſiſq; perſuadeat, eos, qui pro vero hoc mortem oppetunt, & ad vitam æternam migrare, & qui tẽporariam patriam hanc liquunt, ab inferis fu- F gere, & in cœleſtem regionem ſubuolare.

EPISTOLA D. PETRI MARTYRIS
AD FRATRES LVCENSES ITALICE EDITA

Anno 1556. Nunc verò in Latinam linguam tranſlata, à Thaddæo Duno Locarnenſe.

CVM idem corpus vnà ſimus, fratres per Chriſtum dilectiſsimi, officij noſtri omnino eſt affectiones, quibus interdum cõmouemur, mutuò nobis cõmunicare, eas potiſsimùm, quas communi ſaluti auxilium aliquod afferre poſſe exiſtimamus. Ego itaque, qui longo iam tempore iucundè ſecundum Deum vixi, propter laudabiles progreſſus veſtros, in via ſancti Euangelij Ieſu

A Chriſti,honorificam veſtri mentionem facien-
tibus vbiqoe fidelibua omnibus, calcar vobia
literia meis addere, hactenos nihil opus fuiſſe
putaui. Ideoque id vnum à me curatum eſt,
gratiaa vt agerē cœleſti Patri pro copioſia fru-
ctibua noſtria ſpiritualibus : rogaremque vt
conceſſam vobia benedictionem augere digna
retut. Quod vt facerem, mouebat me non pa-
rum, poſuiſſe apud vos initio aliqua Chriſtia-
næ veritatis fundamenta, ſecundum volunta-
B tem cœleſtis Patris : imbecilliter quidem tum
temporia quemadmodum coram Deo coofi-
teot, ſic tamen, vt non virtute mea, ſed Ieſu
Chriſti faoore, mihi ſimul & vobis vtilitatis
non parum attulerit conatus ille qualiſcunq;.
Voluptatem præterea ex eo capiebam, quod
poſt illa qualiacunque iacta fundameuta, do-
ctores alios à Deo obtiouiſſetia magis idoue-
oa, quorum prudenti opera, doctrinaque ſan-
ctiſsima cœpta in vobis agricultura creſceret.
C Gaodebam itaque & triumphabam mirum in
modum propter vos,vt propter incorruptibi-
lem coronam meam : nec veſtri mentio apud
me fiebat vnquam, quin totus ſpirituali lętitia
perfunderer. Nunc autem, cùm Deo viſum ſit
familiam ſuam tribulatiouibus probare ve-
ſtræque fidei firmitudinem tentare,heu quàm
plenæ doloris probationes, quàm infœlices e-
xitua auditi ſunt. Pro expectata enim conſtan
tia,debilitaa,pro fortitudiue Chriſtiani cordis,
D titubaos imbecillitas,fidea languida, & cor tre
mulum,cum turpiſsima veritatia abuegatione
ſeſe prodidit. Cuius rei cùm ex improuiſo tam
triſte nuntium accepiſſem, amaritie repletus
eſt illicò ſpiritua meus omnis. Cùm enim Pro-
pheta Samuel Saulia Hebræorum Regia ca-
ſum defleuerit : Hieremias Iudaicam ruinam
lamentatus ſit : Ieſus Dominus noſter lachry-
mas ſuper Hieroſolymam, illius excidiom prę-
dicena,fuderit: Paulus Corinthijs ſois Epiſto-
E laa lachrymis pleuas dederit: qua ratiooe à fle-
tu, à lachrymia, à lamentatione ego mihi tem-
perabo, cùm videam tam amœnum bortum,
qualis erat Eccleſia fratrum meorum Lucenſi-
um, vno momento à vehemeutiſsimo vento à
ſæua tempeſtate, à diabolica grandioe ita va-
ſtatum, diſsipatum, & diſiectum, vt nec bonū
vllum ſemen autehac concepiſſe, nec culturá,
nec cœleſtium imbrium Spiritus ſaucti aſperſi
onem vuquam ſenſiſſe videatur? Qui vos non
F beoè norât, meritò, ob ingroeotem vexationū
tempeſtatem, ne ſcaudalo eſſetis metuere pote
rant: ego verò adduci nunquam potuiſſem, vt
voa tam grauiter caſuros exiſtimarē. O fratrea,
ô viſcera mea in Domino Ieſu Chriſto : quis
mentem veſtrá ſic turbauit? quis corda ſic mu-
tauit? Vtiuā præſens apud vos eſſem, liceretq;
mihi viua voce flere, lachrymari, ac lamentari
in calamitoſia infœlicibusq; exequija veſtris.
Nunc quando ob præſentes perſequutiones
G valida pugna, glorioſa victoria, triumpbusque
nobiliſsimus expectabatur, contraria prorſus
ſunt conſequuta: animi vobis turpiter cōcide-
runt, victi eſtis magno cum dedecote, & io hor

A rendam captiuitatem abducti. Cùm patefactus
iam eſſet diabolicus Antichriſti furor, pericu-
lumq; ceruicibus veſtris imminere cerneretis,
neq; tamen cōmuni infirmorum remedio, vt
pleriq; hodie appellant, fuga ſcilicet (quá ego
prudentem cautelam iudico, ſi ritè adhibea-
tur) ſaluti veſtræ conſuleretis, qui bonam de
vobis ſpem conceperat ſic ſecum reputabat: fu
gam auerſantur hi, quoniam probati forteſq;
Chriſti equites ſunt, morte, ſanguine, & marty
B rio viam ſternere nolunt Euangelio per Italia
noſtrá, fratrū ſuorū Gallorum, Belgarum, An
glorumq; quotidianis exemplis prouocati. O
quā multos feſellit hæc vana ſpea O quantum
exultandi materiam præbuit iniquo Antichri-
ſto malus hic euentua. Admirandi caſus huiuſ
modi lachrymas potius, quàm verba requirūt.
Ne putetis, fratrea chariſsimi, oos hic de noſtra
tantū ſalute eſſe ſolicitos: oullū poteſt vobia in
fligi vulnua, quin ictus noa etiam ipſoa confo-
C diant. Dū vos caditia, viſcera nobis euellūtur,
ac ſub veſtro lapſu labimur & nos. Sic enim
Chriſtua corporia ſui, quod eſt Eccleſia, mem-
bra coniunxit omnia, vt affectua mutuo ſibi cō
municarent. Poſtulabat nunc à vobia Domin⁹
diuturnę pacis & tráqoillitatia cōceſſę fructua,
cūq; & vocaſſet voa, & fidem impertiuiſſet, con
feſsionem requirebat : at tantùm abeſt vt con-
feſsi ſitia, vt etiam abiuraueritia. Nunquid nō
pudebit Chriſtum veſtri, cum voa illius tam
D miſerè puduerit? Nunquid nō negabit vos, cū
ipſum tam probroſè negaueritis? Si fortè ami *Matth. 10.*
cua periret vobis, aut conſanguineua, aut filiua
aut vxor, proculdubio funera haberetia valde
lachrymoſa, ipſi cū perieritis, & ęternum qui-
dem, oihil curatis. Dixeritia fortaſſe, dolet v-
tique uobis nō parum factum noſtrum, & mul
ta amaritudioe illud deflemoa. Vtinam facere-
tia. Sed ponamua rem ſic ſe habere, peto autem
à vobia, quid abſq; emendatiooe fletus valet?
E Si abiurationis pacta ſeruatia, ſi ad Miſſas, reli-
quaſq; vanaa ſuperſtitionea acceditis, quid va-
lent lachrymæ? Expergiſcimini taodem, rogo
vos, ſi perſequutione iſta cœleſte lumen in aoi
mia veſtria prorſus extinctū non eſt, cōſidera-
teq; qoalis ſit præſens conditio veſtra priori
collata. Antea fortes a deo videbamini, vt pro
Chriſtiana veritate quiduia pati parati eſſetis,
at vbi pugna ineunda fuit, ad primaa Antichri
ſti minaa toruumq; illius aſpectū cōcidiſtis. Si
F huc vos adegiſſet tormeutorū via, prætextom
quidem aliquem, oon tamē iuſtá excuſatiouē,
haberetia, victam ſcilicet fuiſſe infirmitatē na-
turæ carniſq; humanæ. Verùm cùm neq; vul-
nera, neq; torturam, neq; carcerem, neq; exiliū
ſuſtinueritia : imò ne minima quidem in re vl
la læſi fueritis, diſpicite ipſi quid de vobia ipſia
ſitia iudicaturi. Ecce adulari nec poſſum, nec
ſcio, cogit me officiū miniſteriumq; meū vera
dicere, remq;, vt eſt, proponere : Niſi Eccleſia
G amplioribus tum confeſsionibua, tū martyrija
illuſtris eſſet, peſsimè ſecum ageretor, hia præ
ſertim temporibua, quibus, per Ieſu Chri-
ſti benignitatem, ſic veritaa illuxit in mundo
vt do-

Digitized by Google

vt doctrinæ ſatis quidem habeamus, cæterùm vires deſideremus quib. illa defendatur in perferendis afflictionibus, tormentis, & morte quantumuis horrenda. Hæc non ideo vobis ſcribo, fratres per Chriſtum chariſsimi, vt cauſam veſtram grauiorem faciam, neq; vt cõmiſſum facinus plus, quàm par ſit, amplificem, teſtis enim mihi eſt Deus: ſed vt mali, quo opprimimini, ſenſum animis veſtris imprimam, vt eo vehementius incitati è fœda & lethali fouea, in quã cecidiſtis, reſurgatis. Quòd liberè & audacter ſcribo, non ideo ſine meo maximo dolore fit, qui me meritò ſic afficit, vt magnopere B
Exod. 32. doleat quòd cum Deo tam familiariter agere non poſsim, vt olim bonus ille Moſes, qui, cùm populus aureum vitulum conflaſſet, & diuinũ cultum illi exhibuiſſet (vnde diuinam iram in ſe tam grauem concitarat, vt periculum fuerit extremi excidij) ſupplex coram Deo, vt aliàs ſæpe, procidit, & ait: Verè quidem populus grauiſsimè peccauit, qui Deum aureum ſibi fecerit, rogo tamen ignoſcas illis, & condones ſcelus hoc, aut me deleas de libro, quem ſcripſiſti. C Simili affectu & ego ſupplico Chriſto pro vobis, adeò me calamitas veſtra premit & angit. Ac dolet, quemadmodum dixi, meam authoritatem meamque fidem tanti apud Deum non eſſe, quanti Moſis fuit, non quidem Dei vitio aut culpa, cùm idem ſit nunc, qui fuit olim, ſed vitio fidei, & imbecillitate fiduciæ erga illum
Rom. 9. meæ. Atque hinc eſt vt tardius meæ exaudiantur preces, ſed & inde, quòd vos tardius exoptatos pœnitentiæ fructus edatis. Pergo tamẽ in iiſdem precibus, cùm ſciam neque Paulum ipſum, cupientem anathema eſſe à Chriſto pro ſalute Hebræorum fratrum ſuorum ſecundum carnem, tam citò fuiſſe exauditum. Vt autem preces illius vanæ non fuerunt, ita illud mihi Dei bonitate polliceor, me, vbi opportunum fuerit, exauditum iri. Ne verò longior ſim quã par ſit, neùe citra fructum verba faciam, duo mihi conſideranda videntur: vnum eſt, vt ipſi vobiſcum rectè expendatis quænam fuerit tãti cauſa mali, vt cognitam ex animis veſtris radicitus extirpetis. Fieri enim nequit vt à morbo quopiam liberemur, niſi morbi cauſa tollatur. Quamprimum autem mali veſtri cauſa detecta fuerit, mox ad remedium quærendum ſecundo loco conuertemur: illud attendentes vt animæ ſaltem quoquo modo per Dei gratiã ſeruentur, tametſi grauem naufragium perpeſſæ ſint.

Quod igitur ad mali iſtius cauſam attinet, nihil aliud homines ab incœpto fidei ſtudio magis auocaſſe cenſeo, quàm diuitiarum amorẽ, vt ſcilicet opes, & honores vel pararentur, vel parta cõſeruarentur. Hę ſunt petræ, ſuper quas nec radices agere, nec hęrere poteſt bonũ illud ſemen verbi Dei: hæ ſunt ſpinæ, quæ ſuffocant
Matth. 13. & perimunt ſanctam doctrinã, tametſi fructus ſuos ferre iam cœperit: hęc eſca, hic hamus, hæc retia, quib. diabolus perpetuò in mari hoc nempè mundo, piſcatur. Sanè multi inueniuntur, vt experientia compertum habemus, deli-

A tiarum vitæ huius, bonorumque terrenorum catenis ita conſtricti, vt mori malint, quàm hæc relinquere. Magna miraq; importunitate Matth. 19.
petebat à Chriſto iuuenis ille, quid ſibi facto opus, vt vitam æternam poſsideret: at vbi audiuit, vendendas eſſe poſſeſsiones, abijt inde admodum triſtis. Et hæc quidem fidei cõparatio 1. Tim. 6.
eſt. Quapropter dicebat Apoſtolus: Qui volunt diteſcere, incidunt in tentationem, laqueũ & cupiditates multas, quæ demergunt homines in exitium & perditionem. Studium enim diuitiarum radix eſt malorum omnium, quas qui ſequuntur à fide excidunt transfigentes ſe metipſos doloribus multis. Tu autem homo Dei hæc fuge. Ecce radicẽ tentationũ, laqueorum, & defectionis à fide. Nemo ſanè veſtrum abduci ſe iam comprehenſa luce, à verbi Dei cognitione paſſus vnquam fuiſſet, niſi bonorũ vitæ huius iacturam timuiſſet. Quid vero tandẽ proderũt opes, ſplendores, omniaq; carnis cõmoda, quorum acquiſitio laborem, poſſeſsio timorem, relictio deniq; dolorem cum coniunctum habet, imò ſæpe multos in extremam perpetuamq; conijciunt miſeriam? O quã multi decepti ſunt villarum amœnitate, palatiorũ ornatu, patrimoniorum amplitudine, ſocietatumq; opulentia. Si pacis tempore animos veſtros retinaculis his, atq; laqueis liberaſſetis, dubiũ nõ eſt, quin alacri fortiq; animo crucem veſtram in perſequutionibus ſumpſiſſetis Chriſtum ſequuti. Sed qua ratione ſeſe expediet, qui tum manus, tum pedes vinculis conſtrictos habet? Cui vnquam in mentem veniſſet, inquietis fortaſſe, tantam calamitatem euenturam? Bonis noſtris quietè perfrui ſancta cum pace Euangelica nobis propoſueramus, nunc ex vrbe rus eundo, nunc è rure in vrbem redeundo. Intelligo quidem, at hoc eſt quod prouerbio dicitur, Rationẽ ſine hoſpite ſubducere. Cũ Chriſto non poteſtis niſi iniuſtè expoſtulare, is enim prædixerat vobis: Qui meus voluerit eſſe Matt. 16.
diſcipulus, tollat crucem ſuam & ſequatur me. Promittebat diſcipulis fidelibusque ſuis Chriſtus ampliſsima bona, ſed non abſque perſequutionibus. Docuit etiam, non oportere diſcipulum eſſe ſupra magiſtrum. Si igitur illum Matth. 10.
mundus miſeris accepit modis, non eſt quod arbitremur nos clementius acceptum iri. Proinde cùm vxor Zebedæi ipſum rogaret vt filios ſedere faceret in regno ſuo locis dignitatis pleniſsimis, conuerſus ad illos matre relicta: Poteſtis vos bibere calicem meum? Quibus innuebat, neminem eo peruenire poſſe abſque cruce. Paulus denique in poſteriori ad Timoth. ſcribit: Quicunque propoſuerint ſibi piè viuere cum Chriſto, perſequutiones patientur. Quis igitur è familia Domini noſtri iure dixerit, ſe non fuiſſe admonitum? Nemo equidem alius quàm qui audire noluerit. Illos dicti Ieſu Chriſti meminiſſe vos ſemper oportuit, fidelium ſuorum mercedẽ eſſe copioſam, abſconditam etiamnum, & repoſitam in cœlo: beatos autem eos, qui perſequutiones paterentur propter nomẽ ſuũ. In epiſtola verò ad Ro-

manos ſcriptum legimns : prædeſtinatos nos
eſſe vt cõformes ſimus imagini fillj eius, vt ipſe
ſit primogenitus inter multos fratres. Quòd ſi
oportuit Chriſtum pati, vt intraret in gloriam
ſuam, nimirum & nos pati oportet, ſi illic eſſe
velimus cum ipſo: eomplures alios ſcripturæ
locos monſtrare poſſem, quibus certiores antè
facti fuiſtis, quid nobis eventurum eſſet circa
vitæ hnius bona atq; cõmoda, ſiquidẽ Chriſtũ
ſeriò ſequi ſtatuiſſetis, vt iam nulla iuſta excu-
B ſatio vobis reliqua ſit. Potiſsima autem veſtræ
calamitatis cauſa hæc ſuit, quòd derepente in
hoſtium manus incideritis, non attendentes
conſiliũ Chriſti, dicẽtis : Qui turrim ædificare
volnerit, primũ quidẽ apud ſe ſuppntat, quos
Luc.14. ſumptus facere oporteat, ne, ſi opus aggredia-
tur, perficere autem nequeat, riſui ſit omnibus
tranſeuntibus, qui illudant dicentes : hic cœ-
pit ædificare, ſed non potuit ad ſummum per-
ducere. Similiter ſi rex bellum alteri inferre
C cogitauerit, conſilinm prius capit ac conſide-
rat, quod militum milibus cum hoſte pugnare
poſsit: ſi ſe imparem animaduertat, à propoſi-
to diſcedit. Ad hunc itaque modum & vos con
ſilium inire debuiſtis, tum, quando per otium
& tranquillitatem licebat, talia vobiſcnm repu
tando : Si fortè ſæna perſeqnutionum tempe-
ſtas oriretur (quod facilè fieri poteſt) ſatisne
fortes ſumus? ſatisne animoſi? Si cum aduerſa
rio congrediamnr, opes, honores fortaſſe & vi-
D tam hanc amiſerimus. Si igitur huc ventũ ſuẽ-
rit, an parati ſumus iſta omnia perſerre? Si ita-
que animum vobis addidiſſet ſpiritus (quę res
à Deo in primis petenda erat) ſapienter forti-
terq́ue in cœpto opere perſiſtendum fuiſſet, &
cum hoſte depugnandnm. Quòd ſi debiles &
hæſitantes animos veſtros ſenſiſſetis, vt bono-
rum omnium, honorum, vitæq́ue iacturam ſu
ſtinendo non eſſeut, aliud conſilium capiendũ
erat, non vt fidem deſereretis, neqne Chriſtia-
E nam profeſsionem relioqueretis, ſed vt aliò
cũmigraretis (cùm nec temporis diuturna op-
portunitas, nec reliquarum rerum cõmoditas
vobis defuerit) vbi cum alijs Ieſu Chriſti ſeruis
ab imminentibus periculis tuti eſſetis, & ſynce
ri verbi Dei auditioni iugiter attendentes ma-
gis magisq́ue vos armaretis, ſi fortè noua ſub-
eunda fuiſſent pericnla. In hunc quippe finem
tranquilla tempora nonnunquã cõcedit Deus
vt quantæ ſint noſtræ à Spiritu ſancto tributę,
F quamq; ad ferendas imminentes cruces parati
ſimns commodè expendere valeamns. Chri-
ſtiani enim hominis nõ eſt otiari. Inducię qui-
dem aliquando inter Chriſtianos, & ſatanam
atq; Antichriſtum eſſe poſſunt, firma verò pax
nnnquã. Qui itaq; pacis quietisq; conceſſum
tempus non bene collocat, vno momeuto ab
hoſtium furore opprimitur, cumq; in loca tuti
ora ſe non receperit, nec præſentes vires ſuas
æſtimauerit, neq; maiores ardentibos precib.
G impetrare ſtuduerit, neq; ſe ad certamen para-
uerit, vt in prælio Ieſu Chriſti fortiter pugna-
ret, quid mirũ ſi poſtea cadit, ſi ruit, ſi reliquis
fratribus, incredibili ſuo damno, veritstem ab-

A negans, coufuſionem, atq; ignomiuiam parit?
Vt paucis dieam, fratres, malum & miſeria ve-
ſtra omnis inde eſt, quòd opes, honores volu-
ptates, & ſolatia ſeculi huius pluris, quàm par
erat, feceritis: quòd ſtatum conditionemúe ve
ſtram, in qua tum eratis conſtituti, carnali ſeu-
ſu veſtro firmam iudicaueritis, vt ſi perpetua
futura eſſet, & rerũm viciſsitudo nulla vnquã
ſequutura. Quibus de cauſis factum eſt, vt in
tranquillo rerum ſtato animos ad imminentia
B in dies pericula excipieuda, nõ præparaueritis.
O quantũ ſemper nocuit, ſemperq; nocebit in
Eccleſia Chriſti, cunctari felicioribus tempori
bus: tunc enim animos confirmare, & nobis
proſpicere, rebus, inqnam, noſtris Chriſtiana
prudentia bene conſulere debemus. Quorſum
putatis pacem aliqnam nobis à Deo Patre o-
ptimo nonnunquam cõcedi? Vt caro noſtra
oblectamentis voluptatibusq; ſeculi huius diſ
fluat? Vt pauliſper, imò nimiũ ſepoſito diuini
C cult⁹ ſtudio, fidei exercitijs, bonis action ib. &
precib. toti intenti ſim⁹ auro, argẽro, poſſeſsio
nib. diuitijs accumulãdis? Profectò hæc nõ eſt
voluntas, non conſilium, non propoſitum pa-
tris noſtri optimi. Iam vobis expoſui quem in
finem pace & quiete frui aliquando permittat
Dens, quod vos vel non cognouiſtis, vel cogni
tum nou exequuti eſtis, ideoq; minimè mirũ, ſi
res infeliciter vobis ceciderunt.

De veſtri lapſus origine abundè ſatis diſſe-
D ruiſſe mihi videor: remedium itaq; tanto malo
adhibendnm monſtrare nunc operæpretium
eſt. Si enlm nnlla adhiberetur medicina, de
duobus alterũ, aut vtrunq; ſimul ſequeretur:
nempe vt vel in æternam deſperationis mortẽ
incideritis, vel ex Euangelij fautoribus atqne
deſenſoribns, oſores & oppugnatores fieretis,
quemadmodum recentia aliorũ exempla plus
ſatis declarãt. Cauete, rogo, quantopere vobis
ſempiterna ſalus cordi eſt, tum à deſperatione,
E tum ab odio cognitæ veritatis Chriſtianæ: ac
potius malorum horum loco & vice, ſyncerã
puramq́ue, & minimè fictam pœnitentiam am
plectimini. Hoc enim ſalutis initium poſuit
cœleſtis pater, ſi quando filij ſui ſe relicto, in
peccati & mortis manus incidiſſent. Inter prę-
deſtinatos & reprobos quantũ ſit diſcriminis
accipite. Illi vt primùm lapſi ſunt, mox ad ſe re-
deunt, dolent, lamentantur, & Deo ſupplices Luc.15.
facti, lachrymis ardentibns clamant : Peccaui
F pater, peccaui coram te, peccaui in cœlu & in
terra: oculos faciemúe meã ad te tollere nõ au-
deo. Heu ille ego ſum, quẽ tu pro tua immenſa
miſericordia in filiũ adoptare dignatus es, at e
go te nunq̃ vt patrẽ reueritus ſum, ſed tanquã
extraneus & alien⁹ pręcepta tua ſum trãſgreſ-
ſus: dignũ itaq; me nõ iudico, qui tuus dicor fi-
lius. Ille ego ſum, ꝑ quo vnigenitũ filiũ tuũ Ie-
ſum Chriſtũ in crucẽ dediſti, Deum verũ & ho
minẽ ſapientię tuę theſauros omnes in ſe habẽ
G tẽ, creaturarũ omniũ, quas verbo ſuo ſuſtinet
& cõſeruat, autorem: hunc inquam, iam excel-
lentem filinm tuum mei cauſa in ignominio-
ſam crncis mortem tradidiſti, id vnum ſpe-
ctans,

Digitized by Google

ſtans,vt conformis factus imagini illius, ſimul
cum ipſo in filium tuum euaderem. Ego verò
tanti beneficij immemor veritatem illius,ſan-
ctamque fidem turpiſsimè pernegaui. Peccaui
itaque pater, peccaui grauiter coram te,pecca-
ui in cœlo & in terra:dignus non ſum amplius
qui tuus dicar filius. Ille ego ſum,quem tu pro
benignitate tua(alijs multis, me multò præ-
ſtantioribus,in tenebris relictis)lure verbi tui
illuſtraſti,vocaſti,in corpus Eccleſię tuę inſeru
iſti: quem regenerationis, & remiſsionis pec-
catorum, ſanctorumque ſacramentorum parti
cipem feciſti: quem denique ſpiritualibus the-
ſauris, quos potentibus,philoſophis,& ſapien-
tiſsimis huius mundi viris patefacere nolue-
ris,locupletaſti. Ego nihilominus pretioſiſsi-
ma dona hæc,mihi & à te,& à Ieſu Chriſto filio
tuo,Domino,ſapientia,ſanctitate,redemptio-
neque mea tributa,nihili faciens, perfidè defe-
ci,meque ſancti nominis tui hoſtibus,rebellib.
atque perſequutoribus perditè adiunxi. Pec-
caui pater, peccaui coram te, peccaui in cœlo
& in terra:dignus non ſum, qui tuus dicar fili-
us. Ille ego ſum,quem peccatorum ſordibus,&
ſcelerum luto inquinatum, Ieſu Chriſti ſangui
ne mundaſti, Spiritu illuminaſti, ſanctæ vitæ
reſtituiſti,æternæ felicitatis hæredem,conſor-
tem & participem feciſti. Quid præterea abs
te petere vnquam potuiſſem,cùm omnia mihi
cum Chriſto donaueris? Quanquam autem
dona & ornamenta hæc verè incomparabilia
mihi tribuiſti, me tamen erga te peſsimè egiſſe
confiteor. Melius cognoſcit bos & aſinus poſ-
ſeſſorem ſuum, canis quoque, viliſsima beſtia,
maiori fide obſeruat ac ſequitur dominũ, quá
ego,quem tu, Deus meus, tantopere extuliſti,
glorificaſti, & bonis omnis generis ornaſti.
Proinde nullam amplius excuſationẽ habeo.
Tibi optime iure debetur gloria & honor,mihi
verò aliud nihil, præter ignominiam & confu-
ſionem cordis,vultus,atque factorum. Peccaui
pater,peccaui coram te, peccaui in cœlo & in
terra. De me ſtatuas quicquid libuerit,tuus ta
men eſſe volo. Doleo quod tam turpiter pecca
uerim, & factum iſtud execror. Quò grauius
peccaui, eò ardentius tuam imploro inexhau-
ſtam miſericordiam. Cùm immundus totus
ſim, memetipſum mundare nequeo:id ſi facere-
re coner, amplius me inquinauero. Tu Domi-
ne mi Ieſu Chriſte, qui ipſiſsima puritas es,qui
in hunc mundum non pro iuſtis,ſed pro pecca
toribus veniſti, munda me denuo,quæſo,ſan-
guine tuo: reple me totum fide, vt viuificam
mortem tuam, ſanguinem tuum, pretium æ-
ternæ vitæ,& paſsionem tuam amplectar, quę
requies eſt,conſolatio, portus & refugium mi-
ſeris & infelicibus peccatoribus. Cùm Petrũ,
qui te negauerat, in priſtinam gratiam recepe-
ris: Apoſtolos, qui te reliquerant, benignè ite-
rum complexus ſis: Dauidem,grauiſsimis ſce
leribus obrutum,tibi reconciliaris: Hebræum
populum, multiplici ſua defectione te quoti-
die prouocantem, magna clementia tuleris:
cumque infirmæ & ſtultæ creaturæ tuę caſum

A miſeratus, per prophetam tuum ſignificaueris
te nolle mortem peccatoris,ſed vt conuertatur
& viuat: miſerumque peccatorum non ſemel
modò,verùm etiam ſeptuagies ſepties,ſi opor-
tuerit,recipi velis,ſi reſipiſcat,& ad gregem tu-
um redeat: ecce adſum damnans,deteſtans,re-
uocans, renuntians quicquid contra tuam di-
gnitatem, tuamque ſanctam voluntatem admi
ſi, proteſtorque me vitam omnẽ meam melius
inſtitutam exhibiturum. Rogo igitur te, pater
B bone,quandoquidem me ſic, per Ieſum Chri-
ſtum Dominum noſtrum, animaſti, virium
quod ſat ſit ſubminiſtrare velis. Opus tuum
ſum, tum quoad naturalem conſtitutionem,
tum quoad hanc ſpiritualem & nouá regenera
tionem. Precor itaq;,me ne deſpicias,ac quod
per merita mea, quæ nulla reperio bona, fieri
nõ poteſt, fiat per merita Ieſu Chriſti, perque
ſanctum nomen tuum, cui honor & gloria in
ſecula ſeculorum, Amen.

C Expoſui, vel potius craſſa Minerua delinea-
ui,quid filij Dei ad æternam vitam prædeſtina
ti facere ſoleant,quando grauiter lapſi ſunt: ad
patrem enim ſuum cœleſtem, quẽ ſe offendiſſe
peccando ſciunt, niſi prædictis verbis, ſimili-
bus ſaltem, confugiunt. Contrà verò reiecti,ij
enim,peccata cùm excuſare nequeant,diſsimu
lant: &,perinde ac ſi nulla,vel leuia ſcelera per-
petraſſent,locis,temporibus,& pręſentibus oc
caſionibus ſeruiendum eſſe dicunt. Cor purũ,
D animumq; immaculatum ſufficere prętexunt,
nec magnopere curanda eſſe exteriora facta,vt
ſi Deum animorum duntaxat Dominũ agno-
ſcerent,& ad illum nihil pertinere putarẽt,quę
verbis,exterioriſq; factis exprimuntur. Sic iſti
peccata ſua velare ſolent. Quibus ſi vir pius,vt
ſæpè fit, commiſsi peccati imaginẽ ob oculos
ponere ſtuduerit, nonunquam cognita patrati
ſceleris atrocitate,fide,ſpirituq; deſtituti, Cai-
E ni, & Iudæ modo deſperant,in miſerrimamq;
amentiam incidunt, aut ſemetipſos perimunt,
quemadmodum noſtra ætate accidiſſe ſcimus
horrendo & formidabili Dei iudicio. Quando-
que verò minimè grauiter peccaſſe ſibi perſua
dentes,placent ſibijpſis,vt ſi elegantes & ſancti
eſſent: capitaliq; odio eos interdum proſequũ-
tur,à quibus ſeuerè,& bono zelo correpti fue-
rint: qua quidem ratione ex abiuratoribus per
perſequutores fiunt. Nocentiores autẽ hoſtes
Chriſti Eccleſia hodie habet nullos,ſicut olim
F habuit Iulianũ apoſtatam, qui Chriſto ini-
tiatus,hoſtis poſtea factus eſt,& cæterorum ty
rannorum,quib. Chriſtus nunquam innotue-
rat, ſæuitiam omnem & crudelitatẽ ſuperauit.
Cauete itaq; fratres, ne poſt primum hunc la-
pſum, in æternæ dãnationis mortiferas ruinas
& præcipitia incurratis. Ad pœnitentię ancorá
potius confugite,& cum electis ad eum, quem
læſiſtis,redite. Nouas ſalutis conſequendę for-
mas vobis ne fingatis: hæc vna à Deo lapſis eſt
G propoſita. Pſeudoprophetarum illecebris ſe-
duci ne patiamini. Dicite cũ Dauide,& cũ filio
prodigo,peccaui: ſed dicite ex corde. Flete cum
Ezechia,ſed lachrymis fidelib.& ſynceris. Pro-

Digitized by Google

combite coram Chriſto cum muliere peccatri A
ce. Flete amarè,cum Petro precibus & ieiuoijs
è vera fide manantibus. Clamate ad Deum cũ
Niniuitis. Conuertimini cum ijs Iudæis,à qui-
bus Chriſtus fuerat crocifixus: quib. ſi parſum
fuit,haud dubiè vobis parcetur: hoc.n. vobis
ego polliceor authoritate verbi Dei,modò pœ
oitentia iſta,quam vobis propono,valida atq;
efficax ſit. Quid autem per validam & efficacẽ
pœnitentiam intelligam,ſi rogetis,cauſam eſſe
ctaque illius depromam,vt à vaoa,ficta, & hy- B
pocritica diſcerni poſsit. Origo & mater illius
neceſſariò vera & perfecta fides eſt: ſiqoidem
quicquid à nobis ſine verbi Dei fundamen-
to fit,infructuoſum & damnoſum eſt. Verbum
autem Dei pro ſundamento non habemus,ni-
ſi quatenus credimus. Si igitur doletis,ſi lamẽ
tamini,ſi defletis prçteritum caſum,verbo Dei
vos moueri neceſſe eſt. Et ſi quis credit,copio
ſos fructus percipit. otiari enim id oeſcit in fi-
delium cordibus.Ecce itaq; vobis priocipium, C
ſontem,& originem veræ pœnitentiæ: effecta
nunc conſideremus. Vera & efficax pœniten-
tia peccatum commiſſum impunitom, & abſ-
qoe iuſta emendatione abire non patitur. Ec-
quid fieri vnquã poterit,inquietis,vt infectum
quod ſactum eſt? Quod factum eſt infectum
quidem eſſe nequit, in poſterum tamen coo-
trarium eius, qood ante ſactũ fuit, fieri poteſt.
Veritatis aboegationi prius factæ, eootraria
erit eiuſdem confeſsio. Oportet itaqoe vt teſti D
monio veſtro affirmetis, qoicquid abiurando
negaſtis: hoc autem duobos fieri poteſt mo-
dis. Primùm,ſi iſthic, vbi crimen commiſiſtis.
erraſſe vos intrepidè confeſsi ſueritis, viuaque
contradictione teſtemini, vos nequaqoam ſic
ſentire,ſicut abiurationis forma habet. Verum
enimuero quia hoc remedij genus ſortitudinẽ,
conſtantiam, animique præſentiam ſingularẽ
requirit, propterea qoòd via ferè certiſsima eſt
ad martyrium(qood ſubire non ſemper cuiuis E
datur) iccircò rem tantam à quolibet veſtrûm
poſtulare oon auſim. Metiatur quiſque vires
ſibi à Deo tributas, diſpiciatque an eximium
& laudabile opus hoe conficere poſsit. Si fido-
ciæ ſatis adſit,aggrediatur in nomine Domioi
nihil enim noui ſaciet in Eccleſia Chriſti. Pe-
tros, qui Chriſtum negauerat, pro Chriſto cru
cis ſuppliciom paſſus eſt. Marcellious epiſco-
pos Romanus cum prius idolis ſacra ſeciſſet,
pœnitentia ductus prædicauit quod negaoe- F
rat, ſanguineque ſuo martyr effectos, veritati
teſtimonium perbiboit. Diuus Cyprianus in
ſermone, De lapſis, Caſti & Æmilij mentionẽ
facit, qui perſeqootionũ acerbitate victi cum
ſoiſſent,humiliter poſtea ad pœniteotiam con
uerſi ſunt, & à Chriſto ita roborati, vt pugna
cum aduerſario redintegrata,vicerint,igni ſor
tiores, & flammis potentiores ſacti, confiten-
tes interim magna conſtantia qoicquid antea
negauerant. Sed nihil opus eſt(Dei beoeficio) G
vetera commemorare exempla . noſtra enim
ętate ſimile quid accidit Londini in Anglia. Sa
cerdos quidam diris crueiatibus, & diuturna

captiuitate deoictus,abiurauit. Epiſcopus ab-
iuratiooe non contentus, Chirographum pe-
tit:datur. Inde miſellus ille domum abit, ibiq;
tanto dolore,tanta compunctione,tam vera &
efficaci pęnitentia afficitur,& incitatur, vt (cũ
nulla conſolatione, quiete, aut animi tranquil-
litate frui, neque rigidas conſcientiæ minas
amplius ferre poſſet) Deo ſe commendans, ad
epiſcopi domum redijt, & Chirographũ pau-
cis antè diebus datũ ſibi oſtẽdi petit,oſtenſum
que per vim accipit & lacerat, ſemetipſum in-
crepans quòd tam perfidus, tamque inſignis
proditor fuiſſet Domini ſui Ieſu Chriſti: ad-
dens præterea: En adſum, me pro animi veſtri
libidine tractate, contraria ijs, quæ prius dixi
ſcripſique, dico, ſentio & aſſirmo. Quòd verò
tam ſplendidè, tamque animoſè confeſſus ſit,
captus eſt denuo, & noo multo pòſt combu-
ſtus. Vtinam tantum ſaltem fortitudinis cuili-
bet veſtrum obtingeret à patre æterno, vt hoc
pacto veritas Chriſti in vobis illuſtris fieret, &
qui infirmiores propter vos facti, & ſcandalum
paſsi ſunt, confirmati iterum in viam Dei redi-
reot, & in inſtituto itinere pergerent. Si verò
ea ſit virium veſtrarum imbecillitas, vt mon-
ſtratam pœnitentiæ ſurmam & fructum edere
nequeat, ad alterum remedij genus veniendũ,
quod in eo conſiſtit, vt ſuga atque diſceſſu ab-
iurationem irritam faciatis. Alioqui illa etiam
num ardet coram Deo, hominibusque. Quo
pacto enim à pœnitẽtia extinguetor, aut dele-
bitur, dũ eodem io ſtatu permanetis? Dũ cõtra
rię ſentẽtię ſignificatio nulla in vobis apparet?
Dũ manẽdo & tacendo, quod feciſtis, nũ obſcu
rè confirmatis? Diſcedite ſaltem, qoæſo ab iſti-
uſmodi intolerabili morte: diſceſſus enim ve-
ſter martyrij & confeſsionis ſpecies quædam
erit. Quoties rerum veſtrarum ſtatum animo
meo voluo, ſi qois fortè pietatis ſenſus, ſi qua
luminis ſcintilla, ſi qoa ſpiritus ſaocti guttula
in vobis reſidua ſit, quemadmodum certè reſi-
duam puto, miror, imò obſtupeo quòd ſic vos
contioeatis. Quomodo enim viuere, qua ani-
morum tranquillitate vti, qua fidocia orare,
quos ſermones inter vos mutuò habere poſsi-
tis noo video. Ecquid poteſt res vlla quantum
uis bona, ſioe ea ad ſpiritum, ſiue ad corpus
pertineat, ſuaois & iucunda vobis eſſe, voſque
recreare? An noo toti quanti eſtis tremore cõ-
cutimini qoaodo miſſas aditis, Chriſti præce-
pta ſuſque deque habendo, homioibus aotem
ſeruiendo, & vt teſtes atque conſentienes fi-
liom Dei deouò crucifigeodo? Cruciatus hic
ao non vobis mille mortibus amarior eſt? Hac
vna idololatria cum Antichriſto communica-
tis rebus in omnibus. Miror quî fiat vt illic nõ
eõcidatis, niſi mortui, mortuis tamen ſimiles.
Adhæc, quando communioois participes ſitis
ſemel quotãnis, vel eo ſæpius, quo animo, qoo
eorde, quo conſilio aoguſti ſacramenti huius
ordioẽ à Chriſto inſtitutũ corrumpitis, pertur
batis, laceratis? Cùm Dei donum guſtaueritis,
veritatem cognoueritis, manibus vel ipſis hy-
pocriſim ſummam, iniurias, blaſphemias, dia-
boli-

Digitized by Google

bolicis iſtis ritib. &ſacris coutentas palpaue-
ritis. amens profectò fio quoties cógito vos do
lore nó diſrumpi, cùm ad ea faciēda cōuenitis.
Tam itaq; iufœlix & miſera cùm ſit conditio
veſtra, quid vos iſtic remoratur? patriane? do-
mus? villa? conſanguinei? opes? ſolatia huius
mundi? Hæc igitur omuia pluris, quàm Daum
ipſum facitis: hæc Deus veſter ſunt, ſiquidem
præ bis aliud quiduis contemuitis: quò ſanè
pacto cordis veſtri idololatriam patefacitis. Si
durum videtur, patrimoniũm, hæreditates, poſ
ſeſsiones relinquere, quid facietis vbi morien-
dum vobis arit? Tum enim velitis nolitis relin
quere cogemini. Si impiè agere pergitis, quo-
modo verè vnquam dixcritis, dolore vos affici
ſerio propter abiurationem iſtam? Tollite ma-
lũ è vobis, tũ vos pœnituiſſe credemus. Chri-
ſtus vt de ſuo erga nos incomparabili amore
certos omnino faceret, gloriam ſuam reliquit,
regnum depoſuit, peregrinns & pauper pro-
pter nos factus eſt, infamiá & probroſam mor
tem non eſt aſpernatus. O quàm malè ei reſpó
demus, qui propter illnm, vel potius propter
noſtram ipſorum ſalutem, tantillum pati recu
ſamus. Longior iuſto eſſem, ſi præter exemplũ
Chriſti, Apoſtolorum quoq;, & cęterorum ſan
ctorum omnium, qni cũ illo viuunt regnantq́;,
exempla proferre vellem. Illis ergo omiſsis, de
fratribus veſtris dicam, qui ue talia committe-
rent, ſolũ verterunt, vos ad Imitationem pro-
uocantes. Hi è carne facti ſunt, ſicut vos, eiuſdē
patriæ, eiuſdem conditionis: ipſi quoque in pa
tria commorari, ciuilibus & familiarib. iucun-
ditatibus perfundi, eum amicis verſari, patcr-
niſq; bonis perfrui, quoad carnis deſiderium,
maluiſſent. Verùm tamen Chriſtas gratia ſua
magis, qnàm mundus, illos impulit: vicerunt
ſeipſos, Chriſtum ſequuti ſunt, vt tranquillam
haberent conſcientiam, vt à Deo non diuclle-
rentur, demum vt luculentum Euangelio te-
ſtimonium perhiberent. Quamobrem uon eſt
quod dicatis, fieri boc uon poſſe, cùm non mo-
A dò ſuperiorum ætatum fidelibus v[illegible] fu-
erit, ſed nuuc quoq; à fratribus veſtris planè
conſummatum. Hortor itaq; vocationi huic
anres vt præbeatis, & ſurditatem nó ſimuletis.
Cogitate flagella eſſe parata, vobiſq; periculũ
imminere, ne breui vel nolentes ea ſitis relictu-
ri, quæ veſtra ſponte, fide, virtute, & ſpiritu du-
ce linquere recuſatis.
Hactenus rogaui vos, nunc autem rogo, & ro-
gabo Criſtum, vt ſecundum conſiliũ ſuũ cómi
B ſerationis plenum corda veſtra aperiat, volun-
tatem accendat, & ſpiritui vires ſuppeditet,
vt alterutrũ de duob. propoſitis remedijs (quę
ſolidę pęnitētię fructus hoc in caſu ſnnt) alacri
ter ſuſcipiatis. Si vtrũq; ſpreueritis, abſit, quod
tametſi calamitas alia nulla inde ad vos redeat,
inſelicitas tamen hæc vos comitabitur: verita-
tis lumine priuabimini, longius indies à cœle-
ſti patre recedetis, cor vſq; adeo iudurabitur, vt
mente & intelligētia deſtituamini. Quod verò
C aliud eſt æternæ damnationis initium, ſi hoc
nó eſt? Auerte, quæſo, Domine mi Ieſu Chriſte
horrendam hoc inſortunium à chariſsimis fra-
tribns bis, à luxatis membris tuis, à miſellis o-
uiculis deuijs. Tu qui eos primũ códidiſti, po-
ſtea reformaſti, cœleſti cibo, verbo, inquã, car-
neq́; tua pauiſti, ſpiritu viuificaſti, donis preci-
oſiſsimis ornaſti, ſuccurre illis forti & extento
brachio tuo, quo Hebræos olim ex Ægypto, ſo
cios tres è fornace, Petrum è carcere, Paulum
D è naufragio, Abrahamũ è terra & cognatione
ſua eduxiſti. Ne contempſeris, rogo, hæredita-
tē tuã. exaudi propter nomē ſanctũ tuũ, libera
eos à peccato, ſuſcita à perditione, ad fidelē gre
gem tuũ duc eos, vt ibi fratres ſuos agnoſcant,
& ab illis viciſsim cũ pace ſpirituali, charitatis
gaudio, & ſyncera dilectione accipiantur, in-
ſtruantur, & confirmentur, cóſcientiæ ſuę ipſo
rum fidam pacem & qnietem inuenturi: quó
E omnes boua ſanctaq; ſocietate iuncti, illi nobi-
ſcum, nos cum illis, quando tibi viſum fuerit
ad te migremus, bouis ſempiternis fruituri.

VNIVERSIS ECCLESIAE LVCENSIS FIDELIBVS, SANCTIS, VOCATIS, GRATIA ET PAX

à Deo Patre noſtro, per Dominum Ieſum Chriſtum.

DIVTVRNVM ſilentium meum
in hac ſuga, vobis quidem iucom
modum, ingratnmq́; foret, me ve
rò magnopere dedeceret. Qua-
propter diuinitus (vti autumo)
inſpiratus, biſce vobiſcum literis, qnando id
coràm non datur, colloqui cóſtitui. Baſileæ có-
moratus vſque ad 16. Calendas Nouembris
F gratus licet, acceptuſq; omnibus eſſem, nullã
tamen aptam ſtudijs meis vitæ conditionem
nactns ſum, quòd ciuitas doctoribus uon indi
geret. Itaq; cùm paupertatem atq; inopiã abſq;
honeſto aliquo labore tolerare minimè valerē
animus autem aliud inſtitutum, quàm meum,
exponendi ſcilicet verbi diuini, ſuſcipere non
daret, anxius bærebam, expectans, quid me fi-
diſque comitibus meis, factum vellet Domi-
nus. Nobiſcum ipſi nonnunquam dolebamus,
quod vbi Tignrum peruueneramus, Geneuam,
quo pridie ante aduentum noſtrum iter fece-
rat Bernardinus Ochinus, uon perrexeramus.
Verùm accuratè expenſus rei euentus demon
ſtrat ſatis omnia contigiſſe Dei prouidentia,
qui præſentiam noſtram Argentorati oppor-
tuniorem fore, quàm Geneuæ, proſpexerat.
Buccrus enim, qui primas núc tenet in Argen-
toratenſi Eccleſia, certior factus, Baſileæ nos
abſque certa vocatione viuere, huc per literas
accerſiuit. Hoc nuntio læti quòd alias quoque
ob cauſas eum videre auebamus, immenſas

Deo Optimo Maximo gratias agẽtes, propter huiuſmodi occaſionem nobis oblatam, Baſilea Argentoratum profecti ſumus. Simulatq; huc peruenimus, amantiſsimè à Bucero, io ipſius ædibus excepti ſuimus. Dies ſeptemdecim apud eum ſum diuerſatus: quibus in ipſius cũ doctrina, tum etiam vita, exempla pietatis perſpexi admiranda. Eius domus hoſpitio ſimilis videbatur: vſque adeò erga Peregrinos, qui Euangelij & Chriſti cauſa perigrinari cõguntur, eſt hoſpitalis. Familiæ tã bene pręeſt, vt tot dierum ſpatium ne minimã quidem offendiculi occaſionem io ea aoimaduerterim, ſed vndiqne ædificationis materiam conſpexerim. Mẽſa ipſius neq; luxum, neq; ſordes præ ſe fert, ſed piam frugalitatem. Nullum facit io cibis dierũ diſcrimen, verùm quibuſuis cibis, prout apponuntur, abſq; ſuperſtitione veſcitur, agens ſæpe gratias Deo per Ieſum Chriſtum, pro tot tãtisq; beneficijs. Ante ac poſt ſumptum cibum aliquid ex ſacris literis recitatur, quod pijs & ſanctis ſermocinationibus ſuppeditat materiã. Auſim affirmare, me ab illa menſa ſemper diſceſsiſſe doctiorem: quoniam ſemper aliquid audiebam, quod nunquam antea tam accuratè expenderam, vel in quo non ita ſatisfactum mihi fuerat. Quod ad cæteras eius attinet actiones, occupatum ſemper ipſum vidi, neq; in priuatis negotijs, ſed in ijs rebus, quib. proximos iuuare queat: In aſsiduis oimirum concionib. in rebus Eccleſiaſticis rectè adminiſtrandis, vt Parochi creditas ſibi animas ex verbo Dei regaot, & ſanctis exemplis confirment: in ludorum literariorum viſitatione, vt opera quæ illic impendirur, omnis ad Euangelij promotionem, Eccleſiæq; vtilitatem referatur: in cohortationibus quibus aſsiduè magiſtratum ad Chriſtianam pietatem excitat, atque inflammat, nulla propè abit dies, quin curiã inuiſat. Quoniam verò totum diem eſt in huiuſmodi negotijs, noctem priuatis ſtudijs, ac precibus tribuit. Ego (vt dicam, quod res eſt) noctu nũquam à ſomno exc tatus fui, quin eum vigilantem animaduerterem. Tum ſtudijs comparabat ſe ad ea, quæ dicturus erat interdiu: tum precibus vires ad diurnas actiones impetrabat. Ecce, fratres dilecti, noſtra ætate in terris, imò potius in Eccleſia Chriſti, verè ſanctos Epiſcopos. Hoc eſt Paſtoris officium: hæc eſt Epiſcopalis illa dignitas, à Paulo epiſtolis ad Timotheum & Titũ deſcripta. Multum iuuat Io ſanctis illis epiſtolis deſcriptionem iſtiuſmodi legere: verũ, longè etiam magis placet oculis cernere ipſamet exemplaria. Obijcient fortaſſe veſtri illi nominetenus Epiſcopi dignitatẽ atque adeò maieſtatem Epiſcopalem ſeruari hoc modo non poſſe.. ſi Epiſcopo quotidie concionandum, docendum, in curias ludosq; literarios eundum eſt: Si egeoorum, aduenarum, & peregrinorum cura ſuſcipienda: ſi paupertas æquo animo, abſq; proneotnũ magnitudine toleranda, vbi erit dignitas, vbi gloria, vbi maieſtas Epiſcopalis? Reſpondemus, Animarum Paſtoribus, Epiſcopisq; Apoſtolicis,

A dignitatem, opes, gloriã minimè in prętio eſſe. Damns contrà, Epiſcopis, non Eccleſiæ, ſed Mundi: Parentibus, non animarum, ſed nepotum: Paſtoribus, non hominum, ſed canum, equorũ, accipitrũ, hæc eſſe in primis curæ, hæc eſſe in delicijs, in hæc ſummo ſtudio incumbẽdũ, in hęc neruos omnes intẽdendos. Verũ ne nimis excreſcat epiſt omiſsis ineptis eiuſmodi epiſcopis ad id redeamus, de quo dicere cęperimus. Bucerus honeſtum mihi ſtipendium, vn
B de poſſum commodè vitam ſuſtentare, à Senatu impetrauit: ſimulq; prouinciam demendauit, locum aliquem ex S. literis ſingulis diebus interpretãdi. Prophetas minores, quos vocãt, Interpretor in præſentia, Hamoſo extremam manum breui impoſiturus. Et quoniam plerique in hac ſchola Hebraicè norunt, Hebraicũ contextum Latinè expono. Capito, vir cùm eruditione, tum pietate clarus, locum mihi deſignatum tenebat antea. quo defuncto ãni iam
C vertente, oemo fuit adhuc in eius locum ſubſtitutus. Deus clementiſs. Pater huc me adduxit, quò infinitos Buceri labores ex parte leuem: cui ante aduentum meum, erat quotidie docẽdum in ſchola. Quando Capitoni ego ſum ſubſtitutus, vt cætera non leuioris momenti negotia adminiſtret, iam de ſcholaſticis muneribus poteſt ſuperſedere. Qootidie conciooatur, docet nonnunquam magno cum totius ſcholæ fructu, meique ipſius, qui eum prælegẽ
D tem audio. Res igitur meæ, diuinæ miſericordiæ beneficio optimo ſunt loco. Porrò nõ poſſum verbis explicare, quàm gratus & charus ſim omnibus, & quàm toti ſcholæ ſatisfaciam. Benedictus ſit Deus Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui pro immenſa ſua clementia eſt mei miſertus. Vtinam iſta Eccleſia huiuſmodi politia foret ornata. Longè maiorem profectò fructum ex quotidianis cõcionibus, publicisque S. literarum prælectionibus perciperetis, quã
E ex tot miſsis, neq; à ſacrificis, qui illas peragũt, neque ab auditoribus plerunq; intellectis. Verbum Dei nunquam cadit infructuoſum. Quare omnibus cuiuſuis conditionis, generis, ætatis, ſexus hominibus cõduceret: atq; ita veſtra cũ Eccleſia, tũ etiam ciuitas melior præſtantiorq; redderetur. Niſi me animus fallit, reſpõdebitis omnino in hunc modũ: Hoc lõgè ſatius, lõgeq; vtilius profectò foret, ſed Paſtorib. opus eſt, quorum penuria laboramus. Quòd ſi pau-
F ci illi qui nobis reſtant, fugam tuam, qua nos deſeruiſti, imitarentur, prorſus deſtitueremur, neque vllus eſſet, qui aut conſolari ac erudire ex Euangelio nos poſſet. Fratres dilecti, ne propterea exterreamini, neq; animum deſpondeatis. Licet enim ereptus vobis fuerim, nõ deſeret tamẽ nos clemẽtiſs. Pater noſter Deus: ſed aliquem ſemper excitabit, qui veritatem vos doceat. Precatus ſum, ac denò precor, quod cõferre vobis iudico: at non ſum ego Deus, qui
G vobis ante præſtitutum tempus id largiri poſſim. Clementiſsimus Deus pro infinita ſua ſapientia, loco ac tempore maximè opportuno ſtabiliet Eccleſiam veſtram, quę perculſa nunc

& con-

& conſternata videtur, quam ſpiritus virtute non eſſe prorſus deſtitutam certò liquet. in exilio enim, & perſequutionibus, quibus vexatur quotidie nõ minorem adfert fidei fructum quàm hæ Eccleſiæ, quæ Dei beneficio quiete ac pace fruuntur. Adde quod tametſi miniſtris verbi, quibus prædicandi Euangelij demandata eſt prouincia, prorſus deſtitueremini, (quod malum auertat Deus) nunquam tamen deerit Dei ſpiritus, qui concionatorum vices in cordibus veſtris obibit. Præterea ſunt ex vobis, qui per Dei gratiam vſque adeò veritatis luce ſunt illuſtrati, vt cæteris quoq; prælucere, & veritati teſtimonium dare queant: & præter illos, quos iam donauit hac gratia, alios ſemper excitabit Dominus. Quare ex his omnibus colligo, diſceſſum meũ ſaluti veſtræ minimè fuiſſe detrimentoſum. Agnoſco fieri non poſſe, quin grauiter feratis, priuatos vos eſſe ſolatio ſpirituali, quod per conciones, prælectiones, collocutionesque meas vobis interdum largiebatur Deus. Verũ quando ampliore ſpiritus virtute hanc iacturam compenſat Dominus, conſtat non eſſe ſaluti veſtræ damnum allatum. Præterquam quòd huiuſmodi conciones, prælectiones, collocutiones durare non poterant amplius, niſi aut tenebras veritati inducere, aut apertè falſa profiteri voluiſſem. quorum illud, nimirum veritatem obſcurare, nonnunquam feciſſe piget: hoc verò, nempe, falſum docere, nullo modo faciundum fuit. Romæ apud eos, qui in hiſce rebus verſantur, percrebuerat iam rumor, mihi in primis tribuẽdũ, quòd veſtra ciuitas in errore permaneret. Imò Lucæ in os mihi obiectũ illud fuit, poſſe me concionibus meis, meaque auctoritate hiſce malis omnibus mederi. Ipſi quoque monachi mei quotidie murmurabant, peius audire propter me monaſterium noſtrum, Auguſtinianorum monaſterio, & poſſe me tribus verbis pro ſuggeſtu hanc labem abſtergere. Hæc eadem fama ad præfectum primoresque ordinis iam peruenerat. Quare vndequaque proſpiciebam fore, vt mihi concionandi munere interdiceretur, vel à Romano Pont. vel à ciuitate veſtra, vel à noſtra ſocietate, & pœnæ præterea, abſque vllo veſtro commodo, corporales infligerentur: etenim quânã in re vos ſilentio meo iuuiſſem? præſertim quando hominibus minimè ſurdis expoſueram tot concionibus, totq; prælectionibus, ea doctrinæ cœleſtis capita, quæ ſunt ad ſalutem neceſſaria, imò propè omnia, quæ ego ipſa intelligebam. Obijcietis Perſeuerandum fuiſſe, atque expectandum, dũ imminentes oppreſsiones ingruerent, eas conſtanti, patientique animo ferendas. Id demum ad Eccleſiæ ædificationem magnopere contuliſſet, quoniam exemplo tuo cæteros ad conſtantiam animauiſſes. Minimè omnium probatur, quòd fugam arripuiſti. nulla vrgente neceſsitate. Hìc totius cõtrouerſiæ vertitur cardo, vt intelligamus, quando vrgeat neceſsitas. Neceſsitatem atque opportunitatem huiuſmodi Deus illis retegit, qui ſeſe totos in aduerſis

A ipſius fidei committunt. Illud autem temporis momentum, quo diſceſsi, fuiſſe ad eam opportunum, ita mihi perſuaſi, vt diuinam inſpirationem eſſe iſtiuſmodi perſuaſionem minimè dubitem. Quanquam verò nouiſsimas ante diſceſſum ærumnas non tuli, non potui tamen omnes prorſus vitare. Quid Neapoli & iſthic malorum paſſus ſim, ſatis noui. Vos ipſi iudicate, quantum moleſtiarum anno toto proximo deuorauerim, quantumq; aduerſitatum

B quę licet non fuerunt grauiſsimę calamitates, earum tamen erant prænuntiæ atque indices. Tam multa igitur mihi tuliſſe videor, vt Euangelium abſq; afflictionibus non prędicauerim; poſtea opportunè oblatam incolumitatis occaſionem non neglexi. Dum hîc ſum, Dei beneficio, alicurſum viui. Si rebus veſtris aliquam dederit quietem Deus, rurſus fortaſsis vobiſcũ vitam degam. Neque vllum diſcrimẽ, ad quod me vocabit Dominus, pro animarum ſalute

C declinabo. Præterea vos minime fugiunt cruciatus, quibus angebatur conſcientia mea, propter illam, quam ſequebar, vitæ rationem. Innumeris quotidie ſuperſtitionibus contaminandum erat, ſuperſtitioſi ritus nõ mihi ſolũ peragendi, verùm etiam ab alijs importunè exigendi, multa faciunda aliter quàm ſentiebam & docebam. Paſtor veſter eram, quod concionibus & prælectionibus aſſequi potui, id præſtiti, cũ non poſſem Eccleſiam regere, quemadmodũ

D veritas Chriſtiana poſtulat, ſatius eſſe duxi, tã ardua prouincia ſuperſedens, me aliquò proripere, vnde per literas ſaltem vos cohortari queam, quàm eo loci manere, vbi interdictum mihi fuiſſet veſtra omni conſuetudine, neque licuiſſet aut corã aut per literas vobiſcum agere. Conſcius mihi non ſum, propter fugã meã cõiectum fuiſſe quenquam in vllum diſcrimen. Hìc ſum Dei beneficio, vbi poſſum S. literas interpretari, vos per literas conſolari, atque ad

E retinendam Euãgelij puritatem cohortari. Neque verò (hoc ad vnius Dei gloriam illuſtrandam dictum velim) diligenter expenſa diſceſsio mea caret mei ipſius mortificatione, nõ dignitatis atque honorum neglectione, quib. ſecundum hominem eram abundè decoratus: non commodorum deſertione, quibus vndiq; affluebam: non auctoritatis ac gratię abdicatione, quã apud omnes multum valebam. Atq; hæc omnia multifariam augere potuiſſem, ſi à

F veritate Dei atque Euangelio diſceſsionem facere voluiſſem. Quapropter quando à tanto periculo appulſus, ærumnarum iſtiuſmodi minimè ignarus, Roma, à ſocietate, à monaſterio, à ciuitate veſtra, imminentis oppreſsionis certior factus, nullo cuiquam damno illato, ſed concionibus & prælectionibus veritate manifeſtata, dignitatibus, opibus, commodiſque omnibus poſthabitis, ſuperſtitionum vinculis ſolutus; externis ſimulationibus ereptus, ab im-

G minenti oppreſsione caput meum redemi. nõ eſt quod offendiculi anſam quis arripiat. An non concedit Dominus Ieſus, vt perſequutiones vitemus? Ego ingenuè dicam, quod res eſt

nullam hîc culpam agnoſco. Vtinam cæteræ omnes actiones meæ mihi æquè probarentur. Si tamen peccatum eſt aliquid, rationi magis quàm voluntati eſt tribuendum. De his, fratres dilecti, paulò fuſius ſcripſi: verùm vti autumo, non inutiliter. Nam interpres verbi Dei dictorum factorumque quæ magni ſunt momenti, & aliter ab alijs accipiuntur, rationem populo debet reddere: ne magis deſtruat actionibus, quàm ędificarit ſermonibus. Crebriores poſthac literas ad vos dabo, neque aliud quã Chri- B

A ſtianam doctrinam, & ſpirituales conſolationes ſcribam. Volui primùm certiores vos facere, vbi nam terrarum ſim, & quid rerum agã: ſimulque diſceſsionis meæ rationem reddere. Mentionem veſtri facio in omni precatione mea: quare obnixè peto, vt par officium mihi reddatis, diuinæ miſericordiæ me in precibus veſtris commendantes. Gratia & pax per Chriſti ſpiritum vobis omnibus indies multiplicetur. Amen. Datum Argentorati octano calendas Ianuarias anno M D. XLIII.

AMICO CVIDAM.

QVAE literæ, vir eximie, quas ad me ſcripſiſti plenas humanitatis, ita mihi fuerunt iucundæ, vt de illis ingentes gratias tibi agã, certè ipſis eo potiſsimùm nomine recreatus ſum, quòd adeo te intelligã mei eſſe memorem: videamque non alia cauſa id fieri, niſi quòd pietatem & ſacras literas vehemẽti amore proſequeris. Itaque cùm in me Deũ, & operam (licet ſit admodum tenuis) quam C impendo Eccleſiæ diligas, iſtam voluntatem atque animum tibi gratulor, Deumque Optimum Maximum etiam atque etiam rogo & obſecro, vt ſtudium pietatis & ſacræ doctrinæ, quo te hactenus ornauit, indies magis ac magis augeat. Doleo pluſquam dici poſsit, tanta vbique in Anglia verbi Dei penuria laborari, & eos qui oues Chriſti doctrina paſcere tenentur, cùm vſque eò remiſsè agant, vt officiũ facere prorſus recuſent, neſcio quò fletu, qui- D buſue lachrymis deplorari poſsit. Verùm fore confido, vt meliora ſimus viſuri. Faxit autem Deus vt hac mea ſpe non excidam. Tantiſper verò dum Eccleſiarum paſtores à functione ſibi diuinitus impoſita ceſſant, tu ſtudeas & cõfirmare teipſum Dei ſermonibus, & domeſticis tuis pro viribus non deſis. quòd ſi feceris, non modò carne, ſed etiam ſpiritu familiæ tuæ præeris. Atque hæc ſcribo non quod te deſidem eſſe putem, ſed vt ad id quod te facere arbitror, intentius faciendum animum addam. De Controuerſia quam mihi explicandam proponis, non exiſtimo eſſe multa dicenda. ipſe enim vſque eò, tuo iudicio, ſanam piamque dixiſti ſententiam, vt ego in id quod abs te approbatum eſt omnino deſcendam. Quare cũ iſta ſint ἀδιάφορα per ſe ipſa pium aut impium faciunt neminem: attamen vti tu quoque cenſes, magis expedire iudico, vt ea veſtis & alia plura id genus, cùm fieri commodè poterit, auferãtur; quò Eccleſiaſticæ res multò ſimpliciſsimè gerantur. Etenim dum ſigna tam obfirmato animo defenduntur & retinentur, quæ nõ ſunt verbo Dei ſuffulta, ibi perſępe videas homines rerum ipſarum minimè cupidos. Et vbi oſtentatio plurimùm valet, non rarò vſu venit, vt id quod ſerium fuerit admodũ negligatur. Proh Deum immortalem quot hodie videas, vt videri volunt, Eccleſiaſticos viros, qui ſi ab eis veſtem & pileum detraxeris, nil ſanè habẽt quod Eccleſiæ miniſtrum referat: ſed ſi ſtomacho indulgendum eſſet, nullus eſſet finis querelarũ. Adoleſcentem de quo mihi ſcribis D. Coxo, cũ ad nos venerit, qua fide ac diligentia potero, commendabo, & ſi quid aliud eſt quod me velis, audacter iubeas, me promptũ ad obſequendũ habebis. Vale & me in domino vt facis, ama. Cũ nihil habeam noui quod tua cognitione dignũ iudicẽ, id tantũ ſignifico, omnia quemadmodũ cũ tu hîc aderas, agi. Oxonij. 1. Iul. 1550.

R. V. DOMINO IOANNI HOPPERO EPISCOPO GLOCESTRIENSI. VIDETVR HVIC

inſcripta, quamuis in αὐτογράφῳ authoris nullum nomen ſit appoſitum.

REVERENDE, ac in Chriſto E Ieſu dilectiſsime, Literis quas ante paucos dies ad me dediſti, priuſquam nunc reſpondere ſtatueram, ſed grauibus multiplicibusq; negotijs ſui adeo impeditus, vt neq; meę voluntati, neque tuo fortaſſe deſiderio, niſi modò ſatisfacere licuerit. Quare hanc dilationem quæ tua eſt humanitas atque prudentia, boni æquique conſulas. Quæ de controuerſia inter te, atque reuerendum Dominũ Londinenſem F orta, quoad veſtes miniſtrorum Eccleſiæ, literis conſignaſti & legi, vt rogaueras, & quanta cum attentione potui per anguſtiam temporis conſideraui. Quod ideo dico, quia tuum ſcriptum non niſi vna nocte retinere potui. Nuncius enim per quem ipſum acceperã, poſtridie eius diei ſummo mane, Cantabrigiam hinc diſceſsit, quò tu monueras, vt per eundem, quæ legiſſem, ad Dominum Bucerum tranſmitterẽ. Quod & diligenter & ſine mora effeci. eo breui ſpatio quod tum dabatur, vniuerſam cauſam ita mecum ſum complexus, vt primùm non mediocrem voluptatem cœperim de tuo ſingulari & ardenti ſtudio, quo niteris, vt ad caſtam ſimplicemque puritatem Chriſtianæ reli-

gio

gio denuo aſpiret. Quid enim omnibus pijs o-
ptabilius eſſe debet, quàm vt omnia paulatim
eeſecentur, quæ parum aut nihil habens quod
ad ſolidam ædificationẽ referri poſsit? & poti-
us redundare ac ſuperflua quodammodo eſſe
à pijs animis iudicantur? Equidem vt de me i-
pſo dicam, ægrè patior ab ea ſimplici puraque
cõſuetudine auelli, qua tu noſti Argentinę diu
nos omnes vſos eſſe, vbi veſtiũ diſcrimina quo
ad ſacra erant ſublata, morẽ illũ vti candidiorẽ
& apprimè reſipientem Apoſtolorum Eccleſi
am, maximè omnium ſemper probaui. Atque
rogo Deum immortalem, vt & ibi quàm diutiſ
ſimè cõſeruetur, & vbicunq; reſtituitur Eccle-
ſia Chriſti, tãdem recipiatur. Videa itaq; quod
in ſummo & in pręcipuo capite abs te nõ diſsẽ
tio, ſed vt id quod conaris, locum habeat, vehe-
menter cupio. Accendit hoc meum deſideriũ
partim quod in ritibus quam proximè vellem
ad ſacras literas accedere, atq; meliorũ tempo-
rũ Eccleſię imitationẽ perſequi, partim quòd
animaduerto, Papæ ſectatores adhuc his reli-
quijs conari ſpeciem ſaltem miſſæ inſtaurare,
atque in illis plus inhęrere, quàm natura indif
ferentium rerum exigat.

Non tamen eò iſta me adducunt, neque etiã
rationes abs te allatæ, vt ſtatuam vſum huiuſ-
modi veſtium exitioſum eſſe, aut natura ſua
verbo Dei contrarium, quem omnino ἀδιάφορον
arbitror, non ignarus quòd ea quæ ſunt indiffe
rentia, quandoque vſurpari poſsint, quandoq;
verò debeant remoueri. Præfocatum comede
re per ſeſe indifferens eſt, attamen eius vſum
interdum conuenit ſeponere, interdum verò il
lo veſcendum eſt liberrimè. Atque hoc pacto
licet, vt dixi, retinendum veſtium in ſacris di-
ſcrimen haud putem, impium nihilominus eſ-
ſe nequaquam dicerẽ, ita vt quoſcunq; viderẽ
illum vſurpare, damnare audeam. Certè ſi per-
ſuaſum id haberem, nunquã cum Eccleſia hîc
in Anglia cõmunicaſſem, in qua diſcrimen hu-
iuſmodi adhuc eſt conſeruatũ. Nã licet, vt dixi,
parum illud approbem, attamẽ video quãdoq;
in his indifferentibus, nõnulla quamuis mole-
ſta ſint & oneroſa, quoad non aliter liceat ferẽ
da eſſe, ne ſi pro illis acerbius quã oporteat cõ-
tendatur, id & progreſſui Euangelij ſit impedi
mento, & quę natura ſua ſunt indifferentia no
ſtra vehementi cõtentione doceantur eſſe im-
pia. Quę, niſi fallor, duo grauiſsima ſecũ appor
tãt incõmoda. Nã ſi pateremur Euangeliũ pri9
& propagari & altas radices agere, melius for-
taſſe atq; facilius perſuaderentur homines vt
hos externos apparatus remouerent. Dũ quis
ægrotat & paulatim conualeſcit, ęgerrimè pa-
titur leuicula & inepta quędam à ſe remoueri,
tam in cibo quàm in potu, attamen is idem ſa-
nitate recuperata ea per ſeipſum vt incongrua
parumq; vtilia reijcit. Si Anglia in capitibus
de religione maximè neceſſarijs prius bene di-
ligenterque inſtituta & confirmata fuerit, quã
tum mihi videre videor, non indignè denique
feret, hæc vtcunque ſuperuacanea remoueri.
At nunc quando mutatio in capitibus neceſſa-
A rijs de religione inducitur, atque id tanta cum
difficultate, ſi etiam illa quæ indifferentia ſunt
vt impia prædicemus, adeò ferè omnium ani-
mi à nobis alienantur, vt doctrinæ ſolidæ atq;
concionibus neceſſarijs attentos & patientes
auditores amplius non ſe præbeant. Multum
citra controuerſiam Anglia tua tibi debet, quã
doquidem prædicando atque docendo nõ vul
gariter laboraſti. Et viciſsim tu magnum tibi
ex eadem Anglia fauorem magnamque autho
B ritatem conciliaſti, per quam multa vtiliter ad
gloriam Dei poteris efficere. Tantùm id caue-
as, ne intempeſtiuis nimiſque acerbis concio-
nibus tibiipſi obſtaculo fias. Non tamen hinc
colligas me ſentire, nunquam pro aſſerenda ve
ritate ſcripturarum & dogmatum, miniſtro
Euangelij contendendum eſſe: non hoc ego aſ
ſero, qui quotidie in diſputationibus & publi-
cis & priuatis, in grauiſsimis cõtrouerſijs pro
religione me oppono. Sed hoc dico, quod hæc
C quæ minoris momenti ſunt, non deberent per
noſtram contentionem impedimento eſſe, ne-
que pluris facienda ſunt, vt aut induci aut in-
ducta confirmari poſsint. Deinde ſi pergamus
hæc indifferentia quaſi pernitioſa & impia diſ-
ſuadere, permultas Eccleſias nũ ab Euangelio
alienas damnamus, & innumeras quæ antiqui
tus vt laudatiſsimæ celebrantur, nimis acerbè
taxamus. Nõ me latet Eccleſiarum authorita-
tẽ ſiue præſentiũ ſiue pręteritarũ nõ eò debere
D valere, vt illis verbi Dei veritas prematur, nam
ea etſi fractus orbis illabatur, incõcuſſa & im-
mota permanere debet, ſed propter ἀδιάφορα id
minimè faciendũ eſſe cõtendo, vel vt damnen-
tur, vel vt de eis minus honeſtè loquamur. Et
quia te animaduerto arbitrari, hęc nequaq̃ eſſe
indifferentia, iam rationes quibus hoc tibi per
ſuades, fortè vtile fuerit expendere. Ideo eas vt
compendio agam quemadmodum tu facis, ad
duo capita præcipuè redigam. Primùm dicis
E Aharonis ſacerdotium non eſſe reuocandum,
ad quod iſta diſcrimina veſtium pertinere vi-
dentur. Nam cùm habeamus Chriſtum ſacer-
dotem, ceremoniæ Aharonis abrogatæ ſunt,
neque ſalua pietate rurſus accerſiri debent. Al-
terum fundamentum eſt tuarum rationum:
Hæc Antichriſti eſſe inuenta, cumque non tan
tùm à Papa, ſed ab omnibus eius commentis
nos alienos eſſe oporteat, vis etiã differentias
& ornatus miniſtrorum abijciendos. Cùm hi
F ſint duo tui præcipui arietes, primo loco de il-
lis videbimus: deinde quoque addendum erit
ſi quid aliud præter hęc memoria ſuggeret, pro
tua opinione confirmanda, eſſe abs te allata. In
lege ſeu Aharonico ſacerdotio, fuerunt ſacra-
menta quibus Deo placuit obſignare promiſ-
ſiones Chriſti venturi, quæ omnia noui fuiſ-
ſe abrogata, & Chriſtum iam datum, non
dandum credendum eſſe, cumque aliæ promiſ
ſionum diuinarum σφραγῖδες ab ipſo Domino
G ſub Euangelio traditæ ſint, panis inquam vi-
num & aqua, nos antiquas notas minimè de-
bemus repetere. Fuerunt nihilominus ibi ali-
quæ actiones ita comparatæ, vt ſacramenta

propriè dici non poſsint,faciebaot enim ad de A
corum, ad ordinem & aliquam commoditatē
quæ vt lumini naturę congrua & ad noſtram
aliquam vtilitatem conduceotia,ego & reuoca
ri & retineri poſſe iudico. Quis non videt Apo
ſtolos pro pace & conuictu credeotium facili-
ori mandaſſe gentibus,vt à ſanguioe ac præfo-
cato abſtinerent? Erant hæc citra controuerſiā
Aharoolca, ſi generaliter omnia quæ in lege
fuerunt,complecti volueris. Decimas quoque
hodie in infinitis locis inſtitutas eſſe ad aleo- B
dos miniſtros Eccleſiæ, oemo noſtrûm igno-
rat. Pſalmos & hymnos cani in ſacris cœtibus
non facilè monſtrabis ex literis noui Teſtamē
ti,quod in veteri fuiſſe factum manifeſtiſsimè
conſtat: Mitto quod Ambroſius dum inter-
pretatur Epiſtolam ad Corinth. priorē cap. 14.
apertiſsime dicit, morem à Paulo ibi traditum
propbetandi,à ſyoagogis deſumptū,in noſtras
Eccleſias fuiſſe transfuſum. Adhæc ſi diligen-
tius inſpicerem atq; cōſiderarem, quod tēpus C
minimè patitur, non pauca poſſem iouenire,
quæ noſtra Eccleſia ex Moſaicis decretis mu-
tuata ſit,idq; iam inde à primis temporib. Vtq;
hoc non omittam,dies habemus feſtos in me-
moriam dominicæ reſurrectionis, natiuitatis,
pentecoſtes & mortis Chriſti, num omnia iſta
erunt abolenda, quia ſunt veſtigia legis anti-
quæ? Ex his omnibus iam arbitror te videre
non ita omnia ſacerdotij Aharonici ſic eſſe abo D
lita,vt nihil eorum vel retineri vel vſurpari poſ
ſit. Neque mihi ſtatim dixeris,aperietur iam fe
neſtra omnib. abuſibus, aquæ luſtrali, ſuffitui,
atque alijs infinitis id genus,quia reſpondebūt
aduerſarij, modum in his quæ reuocant & reti
nent,eſſe conſtituendum,vt non oneretur cœ-
tus fidelium hoc rerum genere, neque ibi cul-
tus aut vis religionis collocetur, vt in aqua lu-
ſtrali & ſuffitu factum vidimus. Deniq; Chri-
ſtiana libertas cauendum ne periclitetur, vt E
etſi qua reſtituta fuerint, uon ita reponantur,
quaſi neceſſaria ſint ad ſalutem conſequendā.
Sed ita oportet quæ ſunt huiuſcemodi tolera-
re,vt quando viſa fuerint minus vtilia ſeponā-
tur,vt iam ſum teſtatus mihi videri de hoc ve-
ſtium diſcrimine hodie agendum, illud enim
reuera ſepoſitum voluiſſem,verùm quando nō
ſucceſsit id quoad meliora dentur,ferre ſtatui.
Vtinā Eccleſiæ quæ ſunt in Germania, hoc v-
no diſpendio ſuam priſtinam libertatem redi-
mere poſſent, licet omnibus modis optem vt F
nihil ſuperfluum eis obtrudatur. Sed iam allud
argumentum expendamus, quo videbatur nō
licere harum veſtium vſum,quòd à Papæ tyrā-
nide fuerint inuentæ. Hìc ego non video quo-
modo firmiter ſtatuatur, nihil nos vſurpare
poſſe quod in Papatu ſit conſuetum fieri. Ca-
uendum profectò eſt, ne Chriſti Eccleſiam ni-
mia ſeruitute premamus, vt nihil vſurpare va-
leat,quod Papæ fuerit,certè maiores noſtri re-
ceperunt idolorū templa & conuerterunt in ſa G
cras domos,in quibus Chriſtus coleretur, atq;
redditus conſecratos Dijs gentium, ludis thea
tri,& virgioibus veſtalibus, tulerūt ad alcodos

miniſtros Eccleſiæ,cū hæc prius nō modò An-
tichriſto,ſed diabolo inſeruierint. Quin & car-
mina poetarū quę dicata fuerant Muſis atq; di
uerſis Dijs,vel fabulis agendis,in theatro ad de
os placandos, quando cōmoda & pulchra ve-
raq; fuerint Eccleſiaſtici ſcriptores vſurpant,
atq; exemplo id Apoſtoli qui Menaodrū, Ara-
tū & Epimenidē citare noo eſt dedignatus. At
qoe id in ipſa diuina ſcriptura, quam tradebat,
& ea verba quæ alioquin prophana erant, diui
no cultui adaptauit, niſi fortaſſe dicere velis,
minus ad cultum Dei facere verba illius deſcri
pta in ſacris literis, quàm verba viſibilia quę in
ſacramentis verſantur. Quis præterea nō intel
ligit,vinum conſecratum fuiſſe Baccho,panem
Cereri,aquam Neptuno,oleam Mineruæ, lite-
ras Mercurio,caotū Muſis vel Apollini, & alia
permulta huius generis inuenire poteris apud
Tertullianum de corona militis, vbi verſatur
ferè in hoc eodem argumento, quibus tamē o-
mnibus nos vti liberè non veremur, tam in ſa-
cris,quàm in prophanis vſibus,tametſi vel dæ
monibus vel idolis dedicata foerint? Neq; ſta-
tim concedo has indumentorum diuerſitates
à Papa ſuum ortum habuiſſe, quandoquidem
legimus in hiſtoria Eccleſiaſtica Ioannem A-
poſtolum Epheſi geſtaſſe Petalum ſeu Laminā
pontificalem. Et de Cypriano Martyre teſtatur
Pontius diaconus, quòd cùm eſſet mox capite
plectendus, Birrum dederit carnificibus, Dal-
maticam veſtem diaconis, & ſteterit in lineis.
Præterea veſtis candidæ miniſtrorū Eccleſiæ
Chryſoſtomus facit meutionem. Atq; Chriſti-
anos cùm ad Chriſtum acceſsiſſent, veteres te-
ſtantur mutaſſe veſtem & pro toga induiſſe pal
lium,de quo cùm irriderentur ab Ethnicis, Ter-
tullianus libellum eruditiſsimum de pallio
ſcripſit. Neq; te latere puto illis qui baptiſmo
initiabantur fuiſſe traditam albam veſtem. Ap
paret itaq; priuſquam eſſet Papæ tyrannis, di-
ſcrimina nonnulla veſtium fuiſſe in Eccleſia.
Verū eſto, fac iſta eſſe à Papa inuenta, nō mihi
perſuadeo papatos impietatem eſſe tantam, vt
quicquid attingit omnino reddat cōtaminatū
& pollutum, quò bonis & pijs vſui ſacro non
poſsit cōcedi. Iam exiſtimo te intelligere quid
ego vel de Moſaicis ritibus vel de Papiſticis ſen
tiam,aut reuocandis aut retinendis: Quare bis
ita breuiter annotatis,de duobus præcipuis ca
pitibus tuarū rationū,nunc ad id venio, quod
ipſe quoq; fateris,omnia humana inuenta non
illico damnanda eſſe,alioquin humanum inuē
tum eſt,vt mane potius quam à prandio com-
municemus. Et humanum inuentum fuit, vt
pretia rerum diuenditarum in primitiua Eccle
ſia ponerētur ad pedes Apoſtolorum. Fatebor
vnà tecum veſtes illas humanum inuentū eſſe,
& per ſeſe non ædificare, ſed à nonnullis puta-
bitur conducere vt ad tempus ferantur,nam id
fortaſsis efficiet vt euitentur iſtę contentiones
quibus maiores fructus ac vberiores cōmodi-
tates periculū eſt ne impediantur,ac ne vt fieri
videmus ſtatim ab Euangelio animi hominū
auertantur. Mitto quod illi qui hæc defendūt,
præte-

pretexere poterunt aliquã honeſtam iuſtamq́; ſignificationem à ſcripturis oonal enam Miniſtri Eccleſiæ ſunt angeli & ountij Dei vt Malachias teſtatur: Et angeli ſemper ferè albis apparuerunt veſtibus induti, quomodo priuabimus Eccleſiá hac libertate vt nõ poſsit ſuis ſ-ctionib. & ritibus aliquid ſignificare, modò id fiacibi nõ ſtatuendo cultũ Dei, modeſtè atque paucis, vt popul9 Chriſti ceremonijs nõ oneretur & oe meliora impedisntur? Dicas præſtêt ſe angelos, nõ id ſignificent: aodio. At idem potuiſſet Paulo reſponderi, qusndo ſtatuebat ad Corinth. vt molier eſſet operto capite & vir aperto, rationem quippe ſignificatioois tsntummodo vrget, nam quiſpiam illi ex Eccleſia Corinthia reſpõdere potuiſſet præſtet ſe vit caput mulieris & mulier ſubiectam v to ſe factis & vita demooſtret, non id ſignis declarare contendant. At vidit Apoſtolus & hoc vtiliter fieri, vt non tantùm rectè vioamus, ſed etiam verbis & ſignia de officio admoneamur, Quod ſi datur hinc infirmis occaſio errandi, moneantur vt hæc indifferentia credant, concionibus doceãtur vt cultom Dei in hoe ſitum non iudicent.

An aoté ocoli aſtant.ũ propeer veſtium diſcrimen aueitantur à rebus ſerijs cogitãdia, nõ ab omnibus fortè iudicabitur verum. Primùm enim reſpondere poteront aduerſarij, id non euenturum ſi abſq; luxu & ad modũ ſimplices atque in ſacris hactenos vſitatę fuerint illæ veſtes, quas adhibebunt, nam vſus & vilitaa admiratiooem auferunt, quin & fortaſſe reſpondebunt veriſimile eſſe, vt illa permoti admiratione qoæ ſeria ſunt magis attentè cogitent, ad qoem fioem ſacramentorum ſymbola vidẽtur eſſe teperta, vt vel ipſo aſpectu ac ſenſu ad cogitaodum de diuinis rapiamur. Neq; illicò tyrannidé ioduci arbitror, ſi quid in Eccleſia indifferens ſuſcipiatur agẽdom, & à moltis cõſtanter ſeruetur. Hodie ſic adminiſtramus Euchariſtiã tempore matutino, vt à prsndio nolimus in ta crocętu ſynaxim habere. At quis dicet hoc eſſe tyrannicum, quod voluntate atque conſenſu pari omnes facimus? Mihi ſanè, vt ſæpius iam

A cõmemoraui, magis placeret vt ſulũ quę Chriſtus geſsit & Apoſtulis tradidit, ageremus. Verò ſi aliqua indifferentia ſunt adiecta, non hac de cauſa, nunc velim acrius cõtendere, præſertim cũ videamus eos per quos Euangelij lux multũ promota eſt in Anglia, & adhuc magis promoueri poteſt, ſe nobis oppunere. Agnoſco quidẽ tecũ omne qood non eſt ex fide, peccatum eſſe, verùm vt in actionibus tranquillã conſcientiam habeamus, id potiſsimùm facero B videtur, qood in Apoſtolo ſcriptum eſt ad Titum: Omnia munda mundis, Et ad Timoth. Omnis creatura Dei bnns eſt, non autẽ requiritur neceſſariò, vt in ſacris literis expreſſam mentionem exhibeamus ſingularõ rerũ quas vſurpamus, id ſatis in vniuerſum fide cognoſcete, indifferentia non poſſe illos qui pura ſynceraque agunt mente atq; cõſcientia cõtaminare. Hæc tibi psucis perſtrinxi de controoerſia quam mihi propoſuiſti, ex qua toto pectore tiC bi opto vt te fœliciter explices. Quæ q; ſcripſi oro vt boni conſulas, nam ſi vel meliora vel dilucidiora potuiſſem reſpondere, tuæ petitioni fortaſſe magis ſatisfeciſſem, verùm quis non omnibus de his commodè ac expeditè ſcribere datur, mihi te oportebit ignoſcere. Scies præterea me ſemper eſſe paratum, ſi aliter fuero edoctus, veritati cedere. Neq; ſententia quã modò expoſui tecens eſt animo meo perſuaſa, ſed iam inde ab initio, cũ ad Euangeliũ animũ apD plicaui, diſcriminibus his veſtiom non vtendũ cenſui, verũ illorum vſum ſi cætera, quæ nobis à verbu Dei præſcribuntur, ſalua manerent, neq; impium neque pernicioſum per ſeſe, aut ſua natura eſſe potaui. Oro Deum Opt. Max. vt te vnà cũ tua familia per Ieſum Chriſtũ Dominũ noſtrũ ſaluum & incolumẽ ſeruet: mea coniunx te plurimum ſaluere iubet, atq; ſimul mecum optimæ vxori tuæ ſalutem impertit. Vale Oxonij 4 Nouemb. 1550. De diuortio E nil reſcribo, partim quoniam tu ipſe rem in aliud tempus differs, partim quoniam optimè ſcio, te noſſe quid ego cũ Argentinenſi Eccleſia & omnibus alijs in Chriſto fratribus ſentiam.

AMICO CVIDAM. IN ANGLIAM.

TE totom mi N. in tuis literis vidi. Vtrinq; times. Nam ſi reijcias miniſterium, videris occaſionem tei bene gerendi cotrũpere. Sio verò functionem oblatam ſuſceperis, iure meritoq; oe verearis, ne ijs inſtitutis aſſentiri videsris, quæ potũ Dei cultum non taotùm imminuuot & dilount, ſed etiam corrumpont, & mirum in modum labefactsnt. Etſi homioibus erga Euangeliũ infirmè animatia, parum habere ponderis ac momenti videantur. Nam es omnia pro adiaphoria habeot. At quis paulò rectius de religione inſtitutus, videna te Chriſti nuntiũ & ſtrenuũ Euangelij buccinstorem, ad altare veſtibus induiũ coram imagine crucifixi precari, verba ſacra recitare, diſtribuere ſacramenta, non exiſtimabit abs te quoque ritus iſtos non tsntùm ferri, ſed etiam approbari? Vnde tibi poſtea ſecus docẽti fides minimè habebitur. Qui enim aliter docet, atq; faciat: qoæ deſtruit, ædificat, & quæ ædificat, viciſsim euertit. Neque tali facto exemF plum Apoſtoli prætexi poteſt, qui Iudaicas ceremooias aliqoandiu integra conſcientia retinoit: quoniam Moſaica Dei suthoritate ac lege olim inuecta toerunt, non humano conſilio reperta, neque damnati cultua gratia. At iſta de qoibus nonc agimus, & ab hominibua inſtitutæ ſunt citra vllum diuinum oracolom, & cultui quem hodie quotquot pij ſunt execrantur, ſplendidè inſeruierunt. Vtinam vidiſſent, qui hæc ceolucrunt cõletuanda, Euange-

lium ijs manentibus non ſatis eſſe firmum. Profectò ſi ex animo ſuperſtitiones odiſſemus, vel ipſa eorum veſtigia omnibus modis curaremus extirpanda. Vtinam hoſtium noſtrorũ peruerſo ſtudio euaſiſſemus aliquantò doctiores. Illi omnia ſedulò euitant, quæcunque noſtram religionem quocunque modo reſipiunt, & data opera, quantum poſſunt à ſimplici cultu Chriſti & Apoſtolorum vetuſtiſſimo ritu diſcedunt. Cur nos viciſſim non curamus ab illorũ pernitioſis inſtitutis quàm longiſſimè abeſſe, atque ſimplicitatem Apoſtolicam, non tantùm in doctrina, ſed etiam in adminiſtratione ſacramentorum æmulari? Non video qui hæc à vobis retenta poſſint rectè adiaphora iudicari. Certè ſpectatoribus quandam referunt peſtiferæ miſſæ expreſſam ſpeciem, qua ſibiipſis impij homines admodum placebunt, miſſam quippe adeo rem ſanctam fuiſſe dicent, vt eius illuſtre ſimulachrum nec nobis quidem diſplicere potuerit, nam quamuis eam non retinemus, multis attamen & præclaris modis imitamur. Quis ad hæc obſtabit, quin ex adſtantibus, ij quibus adhuc in præcordijs hæret papatus, imaginem crucifixi adorent? facient porrò nec animi eorum motus prohiberi poterit. An dicent iſtorum conſiliorum architecti non id ſuo verum illorum vitio fieri, qui malè ſunt imbuti, & ſuperſtitionum ſuarum nimium tenaces? At ſe occaſionem dare non poterunt inficiari: Væ autem hominib. per quos

A venerit ſcandalum. Neque ſuæ cogitationis vllum argumentum vel ex diuinis literis, vel ex Eccleſiæ primitiuæ inſtitutis aſſerre poterunt. Quòd ſi ſtudium tantummodo faciendi noui fœderis ad hæc impellit: meminerimus pactũ inter nos & Deum ſancitum olim, humania fœderibus præſtare, ac videndum quàm attentiſſimè, nedum ciuilia ſectamur, cœleſtium iactura fiat. Quare mi N. chariſs. in Chriſto frater cùm res hoc loco ſint, duo tibi conſulo, primũ

B vt concionandi functionem retineas, nec deſinas publicè ac priuatim veritatem dogmatum propugnare, atque ritus offenſionis & ſcandali plenos conuellere. Alterum vt à miniſterio ſacramentorum tantiſper abſtineas, donec iſtæ non ferendæ maculæ auferantur. Hac ratione rei bene gerendæ occaſio non amittetur, neq; tuo exemplo alios in ſuperſtitionibus confirmabis. Atque hoc non mei vnius conſiliũ eſt: Sed idem quoque reuerendo atque viro clariſ-

C ſimo D. Bullingero videtur. De quæſtione autem priori me reſcripſiſſe memini, fortaſſis literæ aut aberrarunt, aut ſunt interceptæ. Atque nunc denuo reſpondiſſem. Verùm vbi ſint tuę literę ignoro, nec quęſitas reperire valui. Quod ſi ad eas reſcribi optas, non grauueris quæ rogaueras iterum ſcribere. Salutes omnes amicos. Hic D. Bullingerus, vxor mea & Iulius cũ ſua, & reliquis domeſticis te ſaluere iubent. Ego verò tuæ vxori ac Giannæ priuatim ſalutem di-

D co. 25. Iulij. 1559.

EIDEM. IN ANGLIAM.

QVAS literas ad me 27. Auguſti dediſti, circa finem Octobris accepi, quare ſi reſpondeo tardius culpa in me non hęret, pręſertim cùm tabellarios fidos Argentinã crebro non habeamus. Verùm de tota ea re de qua nunc rogas, me ſcio ad te alijs meis literis luculenter ſcripſiſſe. Quare vel aberrarunt literæ, vel cùm iſta ſcriberes nondum acceperas. Attamen vt operam & conſilium meũ hîc non deſideres, quæ antea ſcripſi repetã. De impropriationib. nihil videtur eſſe laborandũ, non.n. in tua manu eſt, vnde aut quomodo Regina velit, aut Epiſcopo aut parochis victum ſeu ſtipendium perſoluere. Quod ſi videantur illi egeſtate premi, poteritis vos ipſi precari ac intercedere poteritis, vel ſi abũdatis, de veſtro victu, ſi lautior fuerit, aliquid impertiri. De pileo quoq; rotundo vel habitu extra ſacra geſtando, non arbitramur eſſe plus quàm oporteat rixandum. non enim ibi ſuperſtitio videtur propriè locum habere. At de veſtibus vt ſacris in miniſterio ipſo adhibendis, cùm ſpeciem miſſæ referant, & ſint meræ papatus reliquiæ, Dominus Bullingerus cenſet non eſſe illis vtendum, ne tuo exemplo res quæ ſcandalo eſt, cõfirmetur. Ego verò etſi vſui eiuſmodi ornamentorum ſemper ſum aduerſatus, quia tamen videbam eſſe præſens periculum, ne concionandi munere abdicareris, & ſpem fortaſſis aliquam fore vt quemadmodum altaria & imagines ablatæ ſunt, ita etiam illæ ſpecies miſſę auferantur, ſi tu & alij Epiſcopatũ adepti prorſus in id incumberetis: quod minus fortè procederet, ſi loco tuo alter ſucceſſerit, qui non tantùm illas reliquias repelli non curaret, ſed potius defenderet, foueret ac tueretur. Idcirco tardior eram ad ſuadendum vt potius Epiſcopatum recuſares, quàm vt illarũ ve-

E ſtium vſum reciperes. Attamen quia ſcandala eius generis vidi prorſus euitãda, propterea in ſententiam eius facilè ceſſi. Altaribus verò ac imaginibus conſeruatis, ego ipſe vltrò quemadmodum alijs literis ſcripſi, nequaquam miniſtrandum cenſeo. Hæc ſunt quæ poſſum de re præſenti ſcribere, Tu verò id videto ne aduerſus conſcientiam quicquã facias. Ceterũ vereor ne literæ ſerò veniant. quam tamen culpam ego præſtare non debeo, cùm facultatem nullã

F ſcribendi omiſerim. Ad extremum ego id te ſcire velim, quæſtiones huius generis nobis quoque duras eſſe, ideo conſiliũ non tã facilè dari poteſt. Ego cũ eſſem Oxonij veſtib. illis albis in Choro nunquam vti volui, quamuis eſſem canonicus, mei facti ratio mihi cõſtabat. Quare tibi quoq; cõſulo, vt in arena cõſilium capias. Noui exemplũ meum non debere tibi iuſtã eſſe confirmationem, quod verò me mouit & adhuc mouet, & te fortaſſe mouere poterit,

nempe

nempe id non eſſe faciendum, quod ea confirmet, quæ coſcientia mea non probet. Breoiter ioſsiſti vt ſcriberem. ſcripſi breuiter. Tu boni conſule, pro me ores, ſalutes amicos. Tibi
A ſalotem dicit D. Bullingerus, vxor mea, Iulius cum ſoa. Plurimùm vale ſuauiſsime frater & domioe in Chriſto coleodiſsime. Tiguri 4. Nouemb. 1559.

EIDEM. IN ANGLIAM.

BINAS abs te literas mi frater io Chriſto chariſs. ac domine, magna reuerentia ſoſpiciende, vnas Octobri menſe datas, alteras verò Decembri, ſimul accepi, nempe. 24. Iaouarij. Vides igitur qoàm tardè perferantur. Ad tuas ioterrogatiooes iam antea bis reſpondi. Sed ſi literæ iotercipiootur, aut qoòd tardiſsimè redduntor, noo ſum accuſandus negligentiæ, qoin potius literarũ ooſtraruio doleoda eſt infœlicitas, qoàm noa damnandi, quaſi ſcribendi officium intermiſerimua. Cæterum miſsis querimonijs, ad ipſas res de quibus rogas venio. Primùm te hortor, ne oblatæ functiooi te ſubdocas, propter mirã iſthic mioiſtrorum penoriam. Vnde ſi vos qui eſtis veloti columnæ, detrectaueritis Eccleſiaſtica monera obire, & paſtoribus deſtituentor Eccleſiæ: & lopis & Antichriſtis locom cedetis. Extra functiooem permaoentes, ooo emendabitis quæ diſpliceot, imò vix coočeſſa retioebitis. Qood ſi ad gubernacula Eccleſiæ ſedeatia, ſpes eſt multa, & ſi oon omnia poſſe corrigi. Abſtulerunt, inquis, prædia, ſed cogita vos oon alieoaſſe: Incooſultis vobis hæc facta ſunt, nollam ergo culpam hic præſtare tenemini. Parochis ioterea quid ſtipeodij relinqoitur? Ab epiſcopis paſcendi erunt. Hic fidendũ eſt Deo, qui aliquam viam pateſaciet, & rationem eos alendi. Paſcit volucres cœli, lilia veſtit io agris: nec queoquam deſerit in ſua vocatione rectè ambulantem. Caueodum verò ne iudicemini ab ijs, qoi occaſiooea quęrunt, ſpectare cõmoda & opes. De pileo qoadro & veſtitu externo Epiſcopali, oon arbitror multom diſputaodum, cùm ſuperſtitione vacet, & rationem cioilem in iſto regno præſertim poſsit habere. De veſtibos qoas vocaot ſacras, fateor aliqoid eſſe durius, & quod me ipſum noonihil pertorbet, vt mirer illas adeo mordicus retineri. Optarim enim omnia quàm ſimpliciſsimè fieri, cùm tamẽ cogito, ſi inter Saxonicas & noſtras Eccleſias qooad dogmata pax obtioeri poſſet, propter huiuſcemodi veſtes haodquaquàm ſeparationem foturam. Etſi eoim illas minimè probaremos, ferremus tameo, nobis gratulando quòd eas abrogaoerimus. Veſtibus ergò iſtis vti poſſes vel in conciooe habeoda, vel in Cœna Domioi adminiſtranda, ſic tamen, vt dicere & docere contra earum vſum pergeres. Nuoquam verò conſolam, vt vel conciooatu-
B rus, vel cœnam dominicam adminiſtraturus, crucifixi imaginem ſuper menſam habeas. De correctione Papiſtarũ quoad præterita meminerìs, pro pace nõ ſemel intermiſſam: Et io Eccleſia factã quaodoq; [illegible]. Hęreticoſq; receptos cum priſtinis honoribos, & gradibus modò ſanæ religioni ſubſcriberent. Id vobis prouidendum eſt, vt in poſterum nihil admittant, quod religioni modò receptæ adoerſetur. Illi verò qui vobis per aduocationes offeruotur
C promooendi à patroois, non debent à vobis ioſtitui niſi religioni quæ modò viget, ſubſcripſerint. quod ſi non feceriot, puto vobis relinqoi liberum vt eos repodietis. De pane infermentato qoi adhibetur cœnæ ſacræ, tu ipſe noſti omnes Eccleſias noſtras non litigare, imò omoes paſsim vti. Qood verò ſcribis permoltos voſſendi veſtitu illo Epiſcopali & ſacris veſtib. vt eas vocant, facilè credo. At vos ibi culpã effugietis, ſi veſtris concionib. oſtenderitis, eas
D vobis qooq; diſplicere, atq; omni ſtudio conabimini vt aliquando tandem abrogentur. De illis autem ambulationibus in hebdomada rogationum, quæ videntur ab Ethnicorum ambaroalibus defluxiſſe, quid rectè conſulere poſſim vix habeo. Id dico ſoperſtitiooes omnino vitandas. At ſi tantũ in ijs ambulationib. Deus oretur, vt pro ſua miſericordia & nouos fructus benignè, ac illorũ bonũ vſum concedat, & vnà gratiæ agantur de alimẽtis præteriti anni;
E videbontor fortaſsis euitatæ ſoperſtitiones: Quamuis & cõtra eiuſmodi ritom ſit, & magiſtratus & popolos edocendus; & pro virib. agendũ vt explodaotur ceu reliquiæ Amorrhęorũ. Hæc haboi mi frater in præſentia qoæ ſcriberẽ. Deos aut hęc tibi perſuadeat, aot meliora ſuggerat. Hac de re tota cũ D. Bullingero cõtuli, qui & aſſentitor, & plorimã tibi ſalotem dicit. Mea qooq; vnà cũ Iulio & Aña tibi ac tuis omnibus ſalutem voluot aſcribi. Tiguri Cal. Februarij 1560.

EIDEM. IN ANGLIAM.

AD eas literas, quas ad me 6. Iaooarij ſcripſiſti, oõ ante reſpondi, quoniam Cal. Martija eas accepi, neq; Tiguri tabellariorum copiam facilem habemus. Nunc id tibi perſuadere debes, quæ tibi & tui ſimilibos dolent, & mihi & fratribus vehemen-
F ter dolere. Vt aotem quęſtionib. tuis denuo reſpondeam, nõ arbitror eſſe admodũ operępretium, qoia meas omnes exiſtimo ad te peruenifſe, quibos vt potui, nõ fortaſsis qoantũ res exigebat, quantumúe ipſe deſiderabas, reſpondi, attameo ea dixi, quæ tonc ad oegotiom facere videbantur. Quæ vos timetis, nos à vobis

Digitized by Google

non poſſumus niſi precibus auertere, quod ſedulo, mihi crede, facimus, & faciemus. Deniq; vt ad tuam poſtremam quæſtionem veniam, Crocifixi habere ſignum in ſacra menſa dũ Cęna Domini adminiſtratur, Ego inter ἀδιάφορον non habeo, neq; cõſulerem cuiquam vt eo ritu ſacramenta diſtribueret. Tu autem qui es in ipſo certamine, conſilia hioc non expectes, valde quippe ſumus à vobis procul, in ipſa cõſultetis arena, vocatio non eſt temerè abijcienda, nec etiã cũ veritatis iniuria ſuſcipienda. Sũma eſt; Imaginum coltus oullo modo toleretur. Nec D. Bulliogerus nec ego talia pro ἀδιαφόροις habemus, imò tanquã prohibita repudiamus. Tu verò niſi ad hæc adigaris, nee miniſterium recuſes, quod vltro tibi offertur. De ſcribendis literis ad Reginam iſta de cauſa ſic accipito. Tãtis ego nunc obruor occupationibus, vt etiãſi maximè velim non poſsim. Etenim à duobus propemodum menſib. in Schola ſolus doceo, eauſam verò non arbitror literis cõmittendã. Huc deinde accedit, quòd meas literas non exiſtimem habituras multum ponderis. Scripſi

A quidem bis publicè & priuatim, nec intelligere potui an quæ ſcripſerim accepta fuerint. Prætcrea ſi, vt dicitur, conſilium eſt veſtratum, vt Auguſtanam confeſsionem amplectantur, & fœdus Proteſtantiũ ambiant, ipſe cogitare debes, quo loco meæ ac mei ſimilium literæ ſint babcodæ. Quod vnum poſſum, non deero precibus, vt regnum & Eccleſia veſtra vnà eum potentiſsima regina in Chriſto fœliciſsimè viuant. Cauſam tamen egi vt volebas cum Do-

B mino Bernardino. is valetudinarius eſt, cùm ſenio, tùm recurrentibus ſenum morbis, attamen ſcribendi prouinciam non recuſauit, imò ſe facturum pollicetur cum poterit. De Bullingero non dubito quin ſit ſcripturus. eſt enim in iſta cauſa quàm optimè animatus, quandoquidem ipſe tuas literas legit, mihi nil adhuc indicauit, quod tibi queam ſignificare. Vale. Bullingerus, omnes ſymmyſtæ, mea vxor, Iulius cum ſua tibi ſalutem dicunt. Mihi natus

C eſt filius 2. Martij & 10. obijt. Omnes tuos meo nomine ſalucre iubeas, & Martyrem tuũ amare non deſinas. 20. Martij. 1560.

AMICO CVIDAM.

EQVIDEM vir ob pietatem iuxta ac eruditionẽ ſuſpiciende, mihique in Domino chariſsime, probè cognoui ex tois literis, te me ſententiam de fructu Cœnæ Dominicæ pulchrè aſſecutum, quare minus erit negotij ſuſcipiendum, vt epiſtolæ tuæ humaniſsimæ ac eruditiſsimæ reſcribam. Status quæſtionis eſt vt rectè colligis, an iuxta incrementa fidei, quæ vtrique fidelibus cõcedi in vſu Euchariſtię conſentimus, magis etiam Chriſto Domino ac Deo per illum vniamur ſeu incorporemur, quod ego aiebam, tu verò negabas, vt qui exiſtimes quantumuis fides noſtra creſcat, coniunctionem quam habemus cũ Chriſto ob id nõ augeri. At ego meam volens confirmare ſententiam, iudicaui operæpretiũ eſſe, vt loca ſcripturarum prodam, quibus noſtrum augmentum in Chriſto quàm apertiſsimè declaratur. Paulus ad Epheſ. cap. 4. inquit: Vt impleamini in omnem plenitudinem Dei. His Apoſtoli dictis aperitur ac docetur, fideliũ eſſe quotidie impleri & perfici. Cæterùm atteſtatur idem Apoſtolus, Chriſtum eſſe ſolũ quo implemur atq; perficimur, imò is eſt qui & impletur & perficitur in nobis. Nam in eadem Epiſtola legitur, Eccleſiam eſſe corpus Chriſti & plenitudinem eius, qui impletur per omnia in omnibus, vt dum augetur vnum membrũ iſtius corporis, Chriſtus in eo dicatur augeri, hoc eſt, in eo efficitur maior eiq; coniunctior. Capite 4. eiuſdem Epiſtolæ ad Epheſios dicitur, datos Eccleſiæ, Apoſtolos, Prophetas, Euangeliſtas, Paſtores atq; Doctores, qui profectò non agunt niſi organo verbo Dei & ſacramentis ad inſtaurationẽ ſanctorũ in opus adminiſtrationis, in ędificationẽ corporis Chriſti, donec per ueniamus omnes in vnitatẽ fidei, & agnitionis filij Dei, in virum perfectum, in menſurã ętatis plenitudinis Chriſti, vt non ſimus amplius pueri. Huc itaque dicentur iſta ſpectare miniſteria Eccleſiæ & ſacramenta, vt quiſque inſtauretur in ſua vocatione & miniſterio, atque vt non ſemper imperfectam viuat ætatem, ſed in

D corpore Chriſti augeatur, fiatq; tandem adultus, atque perfectæ ſtaturæ, quò perfecti & virilis capitis, Chriſti inquam, nõ ſit infantile ac puerile membrum: neque augmentũ membrorum aliud ſtatuendum eſt, quàm vt Chriſtus ipſe amplificetur maiorq; reddatur in quolibet ſuo membro, id autẽ fit ſi magis indies fideles efficiantur eius participes. Mox verò ait idem Apoſtolus, Sed veritatem ſectantes in charitate adoleſcamus in illum per omnia qui eſt ca-

E put nempe Chriſtus. hic etiam non demõſtrat aliam acceſsionem niſi quæ fiat in ipſum Chriſtum. Et ſubdit: In quo totum corpus ſi coagmentatur & compingatur per omnem commiſſuram ſubminiſtrationis iuxta actũ in menſura cuiuſque partis incrementum corporis facit, in ædificationem ſuiipſius per charitatem. Auditur etiam hoc loco augmentum corporis quoad vnamquanq; partem pro ſua menſura, & acceſsionis modus exponitur, nimirũ quòd

F vnum quodque membrum per compages & commiſſuras quibus capiti iungitur, ab illo eam habeat ſibi influentem: quod ſane quid aliud eſt quàm indies magis ac magis fieri participes capitis? Habes præterea in eadem Epiſt. cap. 2. Iam igitur non eſtis hoſpites & aduenæ ſed eſtis ciues ſanctorum & domeſtici Dei, ſuperſtructi ſuper fundamentum Apoſtolorũ & Prophetarũ ſummo angulari lapide ipſo Chriſto Ieſu, ſuper quo omnis ædificatio aptata creſcit

ſcit in templum ſanctum, in Domino, in quo & vos coædificamini in habitaculum Dei per Spiritum. Deſcribit Apoſtolus, vt audis, noſtrum augmentum ſub metaphora ædificationis, quæ non ſolùm habeat Chriſtum fundamentum, ſed etiam ſummum angularẽ lapidẽ. Quamobrem vt parietes quodammodo à fundamento enaſcuntur & aſſurgunt, atq; ad ſummum angulum & extremam pinnam tendũt, ita nobis ab initio Chriſtus inſtar fundamenti adiungitur, & pro angulari ſupremo lapide in vertice ſabricæ noſtræ conſtituitur, idcirco veluti ab illo per regenerationẽ orimur, ita quotidianis acceſsionibus in illũ aſſurgimus, illiq; indies efficimur propiores. In Epiſtola ad Philippenſes capite tertio. Sector ſi etiam apprehendam quatenus apprehenſus ſum à Chriſto Ieſu. Fratres ego me ipſum nondũ arbitror aſſequutum eſſe, vnum autem illud ago, ea quidẽ quæ à tergo ſunt obliuiſcens, ad ea verò quæ à fronte ſunt enitens, iuxta pręfixum ſignum, inſequor ad palmam ſupernæ vocationis Dei. Video hic ſua bonitate ac miſericordia Chriſtum ſe cuique noſtrûm adiunxiſſe, & omnib. præfixam diſtributamque diuino conſilio certam menſuram participationis Chriſti, ad quã dum viuimus perpetuò tendimus, relinquentes imperfectiora, ſectantes meliora, deponentes veterem hominem, ac nouum induentes. Et quamdiu hîc ſumus nullus noſtrũ oportet vt ceſſet, quaſi ſe aſſequutum exiſtimet: quî fit vt omnes ſancti ſemper in hoc mundo, progrediantur & acceſsiones habeant ad ſupernam vocationem. neq; eſt aliud noſtra ſuperna vocatio quã Chriſtus. Ad illum vocamur, ad illũ inquam, qui vt dum in terris erat, dicebat ſuis, venite ad me, aut ſequimini me: ita nos in præſentia minimè aliò quàm ad ſe vocat, vnde illi qui magis ac magis proficiunt, ei non iniuria dicuntur magis ac magis coniungi. Ad Coloſſenſes idem habes: Nec obtinens caput, ex quo totum corpus per commiſſuras & compagines ſubminiſtratum & compactũ augeſcit augmẽto Dei. Addas Petrum priori ſua Epiſtola dicẽtem cap. 2. Quaſi modò geniti infantes lac non corporis ſed animi concupiſcite, quod dolum neſcit, vt per illud adoleſcatis. Is quoque fidelibus ac modò renatis tribuit in Chriſto ſuas acceſsiones. Cũ iam liquidò patuerit Chriſtũ in nobis creſcere & nos in Chriſto, videndum ſupereſt, vnde nam hoc habeamus, num ex operibus aut ex noſtris viribus? nequaquam. habemus enim id totum quantum quantum eſt ex mera Dei miſericordia, quanquam bona opera credentibus nunquam abſunt. Dei veri miſericordia nobis propoſita per verbum & ſacramenta, non alio medio organo vel inſtrumento à nobis apprehenditur quàm fide, ideo illa dicimur iungi Chriſto, quam tamen auſit nemo prædicare à ſe ipſo eſſe, cùm Paulus eam donum Dei manifeſtiſsimè doceat. Neque eadem conſideranda eſt vt à nobis proficiſcitur, vtq́ue à noſtra mente ſeu voluntate elicitur. etenim hac ratione, vt omnia noſtra ſunt, per-

A plurimum habet imperfectionis, ſed cogitamus de illa quæ à Deo illius authore in nos deriuatur. Atque vt in obiecto promiſsionum Dei acquieſcit. Veluti dixeris Chriſtum ipſum prout magis aut minus dederit ſe fide à nobis apprehendi, eò magis aut minus nobis coniungi. Sed cùm hoc in perceptione verbi & ſacramentorum ſuis fidelibus concedat, ei ſanè tum magis vnimur & incorporamur, ideoque vis non aſcribitur fidei, quatenus res noſtra B eſt, Sed Chriſto ipſi, prout nobis per illam ſe magis minusq́ue apprehendendum exhibet. Deinde ſic fieri demonſtrabitur alia ratione, Manducare Chriſtum eſt reuera credere, Sed manducationem eiuſmodi, vt Chriſtus ipſe indicat, conſequitur vt Chriſtus in nobis maneat & nos in Chriſto. quare infertur, vt ſi manducatio, id eſt, fides augeatur, creſcat etiam manſio, id eſt, vnio noſtra cum Chriſto. nã hęc natura & vis cõiunctorũ eſt, vt vno aucto alterũ quo- C que acceſsionem habeat. Quod idem concludere poſſum non alia ratione ex Epiſtola ad Epheſios vbi dicitur: Corroboramini per Spiritum ſanctum in interiorem hominem vt Chriſtus habitet per fidem in cordibus veſtris. Iſta inſinuant Chriſtum per fidem in nobis habitare, quare conuincitur habitationi eiuſmodi augmentum accedere, ſi fides creſcat, idq́; coniunctorum lege, quorum ſi vnum maius efficiat, alterum quoq; maius fieri conſequitur. Hęc ego D & conſimilia habeo argumenta pro mea ſentẽtia. Sed hic tu à me cùm diuerſum ſentias, vir doctiſsime, interrogas, num potius Chriſto iũgamur, quà ſumus ab illo apprehenſi, idq́ue vt Paulus loquitur, cùm adhuc inimici eſſemus, cumq́ue ante mundi conſtitutionem nos elegit, an per noſtram fidem, quę & infirma eſt, & ſua indies habet incremẽta? Et perſuaſum habes nos vnitos & cõiunctos eſſe dudũ Chriſto qua ſumus ab illo cõprehenſi, non autem vt il- E lum ipſi per fidem apprehendimus. Ego verò ſic iſti rationi occurrendum iudico, vt fieri vtrunque confitear, primũ quidẽ nos à Chriſto per dilectionẽ apprehendi, qua ab ipſo electi ſumus ante mundi conſtitutionẽ, & cuiq; noſtrũ modus menſuraq́; eſt diſtributa cõiunctionis & adhęſionis cum illo, ad quem modũ menſuramque nobis deſtinatam, perpetuò fide anhelamus, adnitẽtes, vt loquebatur Paulus ad Philippenſes, & antea citaui, apprehendere, quate- F nus apprehenſi ſumus à Chriſto Ieſu. Quare finis erit incrementorum noſtræ fidei, vt eò vſque perueniat, quò eam Chriſtus peruenturam ſtatuit, eiusq́ue acceſsionibus nos Chriſtum magis magisq́ue apprehendimus. Licet non extra fines limitesq́; apprehenſionis qua ipſe nos cùm inimici eſſemus & ante iacta mũdi fundamenta complexus eſt. Tueris deinde tuam opinionem hoc ratiocinio. Fides noſtra eſt parum abſoluta, infirma ac ſæpe nutans, G quid igitur ab illius incrementis pendere volumus noſtram cum Chriſto coniunctionẽ? Cũq́ue ea πληροφορία quæ à quoque noſtrũ requiritur nunquã haberi poſsit, fruſtra expectabi-

mus ab eius incrementis & acceſsionibus, vt
nobis Chriſtus magis magisq; vniatur. Equi-
dem adhæc non inficiabor quàm ego ſentio &
ipſe obijcis noſtræ fidei infirmitatem, ſed eius
hæc infirmitas nihil efficit quo minus haberi
debeat fides, organum & inſtrumentum, quo
Chriſtum, vitam æternam, remiſsionem pec-
catorum & alias huiuſmodi promiſsiones ap-
prehendamus, quemadmodum è ſacris literis
apertiſsimè liquet. Vnde ſi quantumuis mini-
ma fides, modo vera ſit, iſta conſequitur, nõ vi-
deo quî fiat, vt cũ ſubinde maiores atq; maio-
res, quemadmodum ipſe quoque fateris, acceſ-
ſiones habeat, non debeat etiam exiſtimari in-
dies illa eadem magis ac magis apprehendere.
Neq; eſt meo iudicio firmum argumentum. Fi-
des non habetur vnquam à nobis plena atque
perfecta: igitur per eius incrementa & acceſsio-
nes non magis adhęremus & vnimur Chriſto.
Mutuemur ſimilitudinem à charitate. ea ſem-
per imperfecta eſt dum hîc viuimus, & illa ne-
mo dubitat nos coniungi proximo, non itaque
ſequitur, acceſsionẽ habet iſtius vel illius cha-
ritas, igitur magis vnitur & iungitur ſuo pro-
ximo? Arbitror ſequitur, & nullus qui ſapiat
eius generis argumentum reijciat. Vtilitatem
pręterea quam tu demonſtras exercitiorum fi-
dei, vt nimirum infirmitati noſtræ conſultum
ſit, ne ſcilicet ab ea excidamus, ſi neglectam &
otioſam illam iacere ſinamus, libenter ample-
ctor, ita tamẽ vt huic tuo alterum quoq; cõmo-
dum adijciam, exercitia videlicet fidei non tã-
tùm valere ad eam retinendam, ſed eam robu-
ſtiorem maioremq; reddere. ea verò quò euaſe-
rit vegetior & auctior magis inſeruit ad Chri-
ſtum apprehendendum. quare illi per eam au-
ctam magis vnimur, quã per eam debilẽ & im-
minutam. Vocabula verò vniendi & incorpo-
randi, ſi, vt dicis, euitas, mihi dubiũ non eſt id
te bono animo facere. quid enim de te ſiniſtri
ſuſpicer, quem videam pietate, doctrina & ſan-
ctimonia tàm luculenter à Deo inſtructum?
Sed vt arbitror, nõ erit abs re, vt exponam cur
ego è diuerſo ab illis nõ abhorreã. etenim præ-
ter id quod huic negotio expediendo pulchrè
inſeruiunt, & hoc accedit quod à ſacris literis
nõ ſunt aliena. Habemus enim ad Epheſ. cap. 3.
εἶναι τὰ ἔθνη συγκληρονόμα καὶ σύσσωμα καὶ συμμέτοχα.
vt gentes eſſent cohæredes & eiuſdem corpo-
ris: quaſi diceres, ſi liceret concorporatæ nimi-
rum inter ſe in Chriſtum, & cõparticipes pro-
miſsionum Chriſti. Et in 2. cap. eiuſdem Epiſt.
A vt duos cõderet in ſemetipſum in vnum nouũ
hominẽ, faciens pacem: & vt reconciliaret am-
bos in vno corpore Deo per crucem, & quæ ſe-
quuntur. Audimus Apoſtolũ docentẽ, Chriſtũ
duo nimirũ gentiles & Iudæos, in vnũ redigiſſe
& id in ſe ipſo, quod nõ poſsũt eſſe inter ſe vnũ,
niſi quis Chriſto ſimul copulantur & vniun-
tur, ſubditque illos conciliari ſimul, ſed in vno
corpore, nimirum ipſius Chriſti. nã addit, per
crucem, ex quibus elicio, vniendi & incorpo-
B randi verba ſacris literis eſſe affinia, idcirco vt
peregrina & à ſæculo inuenta ea non reſpuo,
quód ſi qui illis abutantur, malè faciunt. Sed
quid? Nũ ſi abuti volẽt hęretici ſacris literis, ab
illarum vſu deſiſtent fideles? non arbitror. qua-
re præſtat abuſum corrigere, quam legitimum
& commodum iſtarum vocũ vſum euitare. At-
tamẽ hîc abundet quilibet, vt per Apoſtolum,
ita etiam per me, in ſenſu ſuo. Quòd verò po-
ſtremò ſcribis, me dicere, vſu ſacramentorum
C nos magis vniri Chriſto, id me dixiſſe, non ab-
nuo, modo non impingatur, ne quod elemen-
tis vel operi (vt loquuntur) operato id tribuã.
ſed hæc mea eſt ſententia, vt paucis expediam,
quemadmodum ſermonibus ſacris dum vel
audiuntur vel leguntur, fides noſtra excitatur,
incaleſcit & augetur, ita etiam contingit dum
ſacramenta percipimus, quæ verba Dei ſunt,
ſed viſibilia, vt fides noſtra reddatur firmior &
creſcat, cuius acceſsionis beneficio, quod nimi-
D rum à Deo eſt, nos magis magisq; Chriſto red-
dimur iuncti atq; incorporati. Tu quidẽ dicis
iſtam vnionem ſiue incorporationem cũ Chri-
ſto, nos prius habuiſſe, verùm illam in percepti-
one ſacramentorum obſignari. Quod ego mi-
nimè inficior, nam ſacræ literæ id nos docent,
ſed adhæc illud quoque mihi videtur aſſeren-
dum, quod ad obſignationem conſequitur. Vt
enim diplomata ſi fuerint obſignata, ſuę verita-
tis quam continent, magis fidem faciunt, ita ſa-
E cramenta adiuncta donis Dei reddunt illa cer-
tiora & clariora, vnde lumine ac ſplendore qui
additur ex obſignatione mens excitatur, vt ma-
gis credat: quo autẽ magis credit, Chriſtum ve-
hementius apprehendit, illiq; propior & acce-
dit & adhæret. Hæc habui nunc vir doctiſsime
quæ reſcriberem. Et certiſsimè ſcio te boni cõ-
ſulturũ, quandoquidẽ non minus humanitate
quàm alijs Dei donis te ornatum cõſpicio. Va-
le & caue putes, me iſta ſententiæ diuerſitate,
quæ non magna eſt, vnquam remiſſurum, vt
minus te quam antea & amem & venerer &c.

AMICO CVIDAM.

IAM, quod tibi ante paucos di-
es, vir clariſsimè, ac mihi plurib.
nominibus obſeruande, promi-
ſeram, ſcriptam illam confeſsio-
nem transmitto, ita quibuſdam
virgulis cõſignatam, vt eam accepi. dumque
ipſam preſsius conſidero, non exiſtimo, ita vt
eſt conſcripta, fuiſſe à noſtris exhibitam. quo-
niã apprehenſionis corporis & ſanguinis Do-
mini per fidem non ore corporis nulla fit men-
tio, quę clauis totius huius controuerſiæ vide-
tur eſſe. non ſanè offendor nomine ſubſtantię,
quód ſcio fidem noſtrã in corpus inane aut fi-
ctum nõ ferri. Sed illud miror quod in ſecun-
do ar-

Digitized by Google

do articulo dicitur, ſymbola rẽ ipſam ſemper habere coniunctã. Et in tertio declarari cõiunctionis eius modum, qui dicitur non vocari figuratiuus tantum aut typicus. Ego ſanè carnis & ſanguinis coniunctionem cum ſymbolis non aliam vtique noui quam ſignificationis, quam tamen haud vulgarem pono, ſed efficacem, quod ea Spiritus ſanctus vt certo quodã inſtrumento, quemadmodũ & externo verbo vtatur. Nec minus obſcurum eſt, quod ſubdit. *Sed qui verè ac certò, ſub ſpecie rerum viſibiliũ repreſentet.* Si verbum repreſentare, typum aut figuram notat, bene habet, ſin verò vt crebrò ſignificat, rem verè præſentem ſtatuere, verum non eſt, & occaſio datur errandi. Cumque in ijs rebus maxima ſit perſpicuitate agendum, declaratione vtique fuſiori meo iudicio fuit opus. Deinceps in eodem tertio articulo ſcribitur, *Controuerſum duntaxat eſſe præſentiæ modum, qui ſoli Deo ſit cognitus,* at mihi videtur à noſtris cõfirmatum ſemper fuiſſe, modum illum eſſe viuæ fidei apprehenſionem: quare obſcurum aut dubium huius præſentiæ modum habendum non cenſeo. Lutheranæ præſentiæ modus non

A valet percipi: dum enim realem & ſubſtantialẽ præſentiam ſtatuunt, aut corpus Domini fundunt in immenſum, aut eodem tempore in mille locis eſſe prædicant, quod reuera omnem cũ veritatem tum rationem ſuperat. Neq; in ſumma video in iſta confeſsione vſquam ſignificari noſtram coniunctionem veram cum Chriſto eiuſmodi eſſe, quæ patiatur inter nos & corpus Domini locorum diſtantiam, ita vt realis aut ſubſtãtialis eius præſentia hîc inter nos

B minimè requiratur, ad id vt verè cum ipſo cõiuncti ſimus. Hæc tantùm referre nunc volui, quòd me nonnihil torquerent, ſi verè à fratrib. rẽ ita conſcriptam & conſignatam cenſerẽ, ſed quoniã id mihi perſuadere nequeo, minus crucior, crucior tamẽ quòd talia ſub noſtro nomine circumferri audiã. Nec dubito plura te animaduerſurum, qui monſtratore non opus habeas, nam ego aliqua benignè interpretor, & mihi omnino perſuadeo, quæ ſcripſi abs te in

C bonam partem accipienda, cùm ambigere non debeas ab optimo animo ea omnia proficiſci, ſed tuis occupationibus non vlterius obſtrepam. Vale & me in domino, vt facis, ama.

AMICO CVIDAM.

EST ſanè vt ſcribis, vir clariſsime, ac mihi ſingulari charitate in Chriſto dilecte, atq; indies magis ac magis experientia docet ipſa, mortem per corpus Eduardi regis Angliæ ſanctiſsimi adoleſcentis ad cõplures Eccleſiæ partes pertinere, ac tantum in

D ferre damni quantum nunc multi non vident. Sed faxit Deus pater D. N. Ieſu Chriſti ne magno cũ dolore non multò poſtea ſentiant. Ego verò lapis ſim & plumbum, qui illarũ rerũ pars qualiſcunq; fuerim, ſi ob miſerandũ clariſsimorum fratrum caſum, & præſentiſsima cũ animi tum corporis eorum pericula acerbè non ingemiſcerem, imò iuſtis quotidie lachrymis tanta illius populi mala non proſequerer. Dum iam vehementer affliguntur, offenſionibus vndiq;

E exponuntur, tentationum flammis omnibus horis incenduntur, dum ſumma hypocritarũ impietate conculcatur illa Eccleſia atq; proteritur, qui fieri poterit, vt ego & mei ſimiles temperatè ac mediocriter doleamus? Fuerunt dũ ibi docerem permulti diſcipuli diuinarum literarum atq; Theologiç alumni non pœnitendi. quorũ meſsis erat propemodum matura, quos nunc videre cogor aut incertis ſedibus errantes miſerè, aut manentes infœliciſsimè ſubuer

F ſos. Fuerunt in eo regno permulti ſanctiſsimi iuxta ac doctiſsimi Epiſcopi, qui duriſsimo carcere clauſi detinentur, iam iam ad extrema ſupplicia quaſi latrones rapiendi. Fuerunt in ea gente Euangelij fundamẽta & nobilis Eccleſię iacta, & aliquot annorum laboribus ſanctum ædificium nonnihil proceſſerat, ac indies meliora ſperabantur. Nunc deniq; niſi Deus ἀπὸ τῆς μηχανῆς ſuccurrerit, futurum videtur, vt ne veſtigium quidem pietatis quoad externam profeſſionem futurum ſit reliquum. Hæc & alia vir ſapientiſsime, vt tranquilla mẽte ac animo ſim quieto nõ patiuntur. Quare toto pectore Deũ oro, vt & de pœnis aliquid remittat, & effuſionem tantæ iræ per Ieſum Chriſtum non nihil

D ſuſtineat, alioqui tanta ingentium malorum ſacile opprimemur. Quodq; tã enixè peto, quæſo te vt identidem à Deo poſtules, vt tandem aliquando miſeræ Angliç miſereatur, quã probè noui, tui aliorumq; piorum virorum, ac bonarum literarum, ante calamitatem hanc fuiſſe perſtudioſum. Quod verò mones vt cõiunctionem hîccum ijs qui docent colã & tuear, abs te mihi dici beneuole atq; amãter interpretor, & bona fide recipio, quatenus erit in me pacẽ

E charitatemq; manſuram inuiolatam. Fui ſemper natura lenis, pacis tranquillitatisq; mirificè amans, quare ab ingenio in ſenectute præſertim (ni fallor) non deſiſtam. Profeſſores bonarum artium ac literarum omnes propemodum magna me charitate cõplectuntur, eos quoq; viciſsim amo. Erga miniſtros Eccleſiæ res eodem modo habet, niſi quod eorum aliquot animo alieniori in me animaduerto, ipſe tamen eos habere eo, quo ſacrum decet mini-

F ſterium loco non deſino, atq; cõfido. nõ ſum deſiturus. Pacẽ itaq; vt mones colã & tuebor, ita tamen vt de ea re, in qua illos à me diſſentire noui, quod verũ iudico ſim docturus & dicturus, vbi ſe aliqua obtulerit occaſio, non quidẽ captata aut accerſita, ſed iuſta ac neceſſaria, atq; id tanta moderatione ac temperamento, vt vel neminem qui ſecus exiſtimet, inſecter, vel vlla acerbitate perſtringam. Silentium verò aut indici mihi, aut palinodiam imperari, neq; ſum

paſſus hactenus, neq; patiar. Nam hæc pio animo, & viro, qui docet publicè ſacras literas, iodigniſsima iudico, eò dum ex verbo Dei ſecus eſſe quam credam non liqueat. nam vbi hoc cõſtaret, & ita eſſe cogooſcerem, verum teſtari, publicè confiteri nulla ratione detrectarẽ. Hæc tecum, vir clariſsime, ac frater in Chriſto (vt ſcribis) cooiuoctiſsime, vt vides familiariter A ago, animumque & pectus vt affectũ habeá ſynceriter aperio, quia tua iuſtitia & æquitate ita fretus ſum, vt teipſum rectũ iudicẽ ac probum æſtimatorem nunquam mihi videar aut velle aut poſſe recoſare. Vale ac fœliciter Chriſto & eius Eccleſię viuas, vtinam te aliquandn tandẽ vti vehemẽter copio, videam & corã alloquar. Argentinæ 26. Iunij 1554.

COLLEGIO AD D. THOMAM
ARGENTORATI.

FVISSET certè, Domini obſeruandi, & fratres in Chriſto chariſsimi, longè mihi charius, læta meis literis quàm triſtia ſignificare, ſed quando prouidentiæ Dei nunquam accuſandæ ita viſum eſt, me quoque quod accidit eo animo quo poſſum, ferre oportet. Hactenus potui fortaſſe oomine negligentiæ ſuſpectus eſſe, quod ad vos nõ ſcripſerim, ſed quia id ſciebã à D. Bucero diligẽter fieri, noo opus eſſe meis literis exiſtimaui. ex eo certò ſcio ſubinde cognoſcebatis, quid ambo ageremus, quisue rerum expectaretur ſucceſſus. At nunc ille ad ſuum noſtrumque Dominum noſtrum Ieſom Chriſtum in pace migrauit, idque pridie Calendas Martias magno omnium piorum luctu, & meo inter cæteros maxim. Neque dubito qoin & vos collegæ venerandi magnum dolorem accepturi ſitis, cum Eccleſia, Schola, noſtrumq; Colleginm tãti viri iacturam fecerit. Hic iam grauiores diffi- B cultates vicerat, & moleſtias quæ principijs obſtare conſueuerant, ſuperauerat, ita vt iam omnibus fermè doctis & pijs illius vniuerſitatis, acceptus eſſet, in qua profitebatur. Idcircò voluit Deus vt laborum ſuorum iam fructum caperet, & vt triumphi honore ſua emerita militia ornaretur. Illi optimè conſultum eſt, nos miſeri potius & infœlices habendi ſumus, qui adhuc procellis calamitatum iactamur. Rogo itaque Deum immortalem, qui illum pro ſua C miſericordia in pace quieſcere fecit, nos quoq; ab impendentib. flagellis eripiat. Neq; minus cupio vt noſtro capitulo, decanꝰ & collega prouideatur, qui cũ ſuo prædeceſſore pietate atq; doctrina conferri poſsit. Vos omnes opto in Domino bene valere. Oxonij in Anglia, 8. Martij 1551.

VIDVAE D. MARTINI
BVCERI.

CVM filijs Adami, veneranda & in Chriſto chariſsima ſoror, infœliciter comparatum eſſe animaduerto, ſiquidẽ fœlices fieri non poſſunt, niſi eos quos in vita ipſa vita chariores habuerunt, in lachrymis acerbiſsimis & luctu incredibili relinquant. Bucerus vir tuus, ſummus amicus meus, & omnibos qui Chriſti Euangelio ſtudent longè chariſsimus, ad Deum ſuum, quem vnicè ac ſuper omnia dilexit, per mortem concedere non potuit, quin te atq; me vnà cum omnibus pijs hominibus dolore penè inæſtimabili confecerit. Quis mortem crudelem non dicat, quæ inter amicos & fratres diuidit, & per quas marctiſſimæ neceſsitodines & chariſsima nomina diſſocientur. Coniogum nexu nihil poteſt eſſe cõiunctius, inter veros amicos omnia candidè atque ſyncerè communicantur, ideo has neceſſitudines quicunq; homo eſt, indiſſolubiles atque perpetuas eſſe vellet. At ſæua mors iuſtũ Dei telnm hanc ooſtram voluntatem iuſtiſsimè impedit, & qui per peccatum à Deo nos ſeiunximus, ab his quos vehementiſsimè amauimus, inuiti diuellimur. Vellem ſanè in tanto luctu aliquam tibi meis literis conſolationem afferre, ſi vlla conſolatio à triſti & afflictiſsimo ququo modo poſſet exprimi. Sed cũ id à meo ingenti dolore impetrari nõ poſsit, hoc vnũ tã- D tum ſupereſt, vt de cõmuni vulnere tecum vnà conquerar. Vt ſi perſæpe gauiſus ſum cũ gaudentibus, quando Buceros vir tuus erat ſuperſtes, nunc viciſsim, vt Paulus iubet, flenti vxori eius lachrymis quoq; meas adiungá. Quod enim patitur vnum membrũ in corpore, dũ alterum membrum ſimul patitur, & leuius & tolerabilius nonnihil fieri ſolet. Non quod per ſeſe dulce aut expetendum ſit, vt dolur atque afflictio latius propagetur, cũ mala ſint eò præ- E ſertim graniora, quod ſerpant contagio, & per complures à ſe infectos vim calamitatis explicent: ſed ideò conduplicatus multorum luctus mœrentẽ animũ alleuat, quòd ſocietas charitatis, quę ſuauiſsima eſt, percipiatur. Deinde quã do recens eſt vulnus facilius voces cõplorantium admittuntur, quá eorum conſilia auſcoltentur, qui modũ finemq; lachrymis imponendum ſuadent. Hoc ego de meipſo his diebus didici, quo enim aliqui magis adhortabantur F vt me non afflictarem, eo magis renooabatur dolor, & oculi nolẽti mihi lachrymis copioſius implebantur. Neq; ſuos proſequi luctu Chriſtianis interdictũ eſt, quorũ fortitudo non eò ſpectat, vt illos ferreos aut ſaxeos reddat, ſed fides

des quá è ſcripturis didicerunt, mortē peccati pœnā & ſuppliciū eſſe docet, vnde ſenſus eius & iræ Dei admonet, & peccatū magis magiſq́ horribile eſt, ac deteſtandū prędicat. Plorabant in Euangelio duæ ſorores Lazari, quáuis neutra earū ignoraret, illum extremo ſaltē iudicij die à mortuis excitandum. Fleuit & Chriſtus, qui tamen probè nouerat, qnomodo ad vitam, quam ante quatuor dies deſeruerat, eſſet illum reuocaturus. Paulus itē quem nō latebat, compendium eſſe mori, & lucolēto magnoq́ lucro deputandum eſſe, vt hinc ad Chriſtum ſoluatur. In Epiſtola tamen ad Philip. Deo gratias agit, qui Epaphroditum à morbo conualeſcere dederit, ne illius afflictionibus, quarum cumulo vehementer premebatur, altera quoq́ afflictio accederet. Quamobrem cū Deus optimus pater, ſuorū gemitus de amiſsione charorū, boni conſulat, me ipſum ego cohibere nō poſsū, quin Eccleſiæ Chriſti tam bonū paſtoré, ſcholæ tam fidum doctorem, tibi adeo ſanctum virum, mihi amicū incomparabilem, familię tuæ diligentiſaimum & optimum patré, ſubtractū grauiſsimè lamentor. Meis temporibus ab eo fui nó raro & adiutus & recreatus, ad eū quicquid moleſtiæ paterer, ſolebam protinus deferre, in illo vno tutiſsima & fideliſsima cōſilia mihi ſemper vt parata fuerint, nullo vnquam die obliuiſci potero Et nunc me cum primis id male habet, quod moriēti non adfuerim, & extrema verba, quæ ſummæ pietatis fuiſſe non dubito, cū alijs exceperim. Quiq́ fui ei tam diu iunctiſsimus, vltima funeris obſequia reddere nō potui. Conſtitueram omnino poſt Paſcba me ad vos cōferre, idq́ illi iam ſigoificauerá. reſcripſit ſe meum probare conſilium, & ardentiſsimis verbis indicabat, quá ſibi meus aduentus optatus eſſet. Verè Cygneus cantus extremæ literæ eius ad me fuerunt. De morbo aiebat ſe bene ſperare, idcirco ego miſer vaná concipiebá ſpem, breui fore vt conualeſceret, vtq́ incolomem illum ſoſpitemq́ Cantabrigiæ inuenirem. O meam mentem iocertá futuri, atq́ adeo malè credulá. In cœlom, mens Bucerus, Martyre ſuo nec ſalutato, nec expectato ſe proripuit. Quid igitur faciam? Quo me conuertá? in Cœlum niſi euocer, hinc ire non poſſum. viuere ſolos & diuulſus ab eo non valeo. te Chriſte precor, vt doloré meū pro tua bonitate miſeratus, oon diu me miſerum ab eo diſionctū eſſe patiaris. Nunc me ſentio exulare, nunc me patria carere animaduerto, & quæ antea dū ille viueret noo ducebá incōmoda, modo cū ſolus relictus ſim, eorum grauitaté atq́ moleſtiá experior. Nunc ille ſemel eſt mortuus, vt qnotidie mori deſineret. tutus ipſe iam agit, nos doleodi ſumos, qui ſtamus in prelio & vulnera ſemper accipimus. Noſtrá itaq́ nō Buceri qui abijt, ſorté lugeo, qoia ille cū fracta ſit hydria teſtacea corporis, ad Deum qui ſe in mūdum miſerat, reuerſus eſt. Et licet nos hîc amicos chariſaimos deſeruerit, ab alijs amicis longè digniorib. quá nos ſimus exceptus eſt. Nunc verò quá te mihi ob oculos proponá & afflictam &

A triſtem, ideo ſcribere non audeo, quia cómemoratione recrudeſceret dolor, & renouaretur triſtitia. Sed ex his quę de me ipſo narro facilè poteſt intelligi, qd de te dulciſsima eius olim vxore, nunc auté deſerta vidua exiſtimé. Verū cū aliud facere non poſsim, te oro per Chriſtū, cui te ſeruire in ſpiritu & veritate non dubito, quemadmodum ab illo quem modò lamentamur & doctrina & vita edocta es, vt ad ſcripturas cunfugiamus, quo noſter dolor ſic tempe-
B retur, vt Chriſtianum modum & fines pietatis non egrediatur. Illic veram reperiemus vulnerum medicinā, & dolorū noſtrorū certa remedia. Turbis dicebat Chriſtus, *Non eſt mortua puella, ſed dormit*, atq́ de Lazaro qui iam obierat, *Lazarus amicus noſter dormit*. Paulus quoq́ dormientes vocat, de quibus non vult vt ita cōtriſtemur, ſicut impij qui de vita æterna ſpem omnem abiecerunt. Docet etiam nos Iobus noſtræ militiæ dux fortiſsimus, vt ſecū dicamus,
C *Dominus dedit, Dominus abſtulit, ſicut Domino placuit ita factum eſt. Si bona recepimus de manu Domini, cur non etiam mala ſuſtineamus?* Hanc pietatem & fortitudinem ſcripturæ nos doceot, qoarum cū ampliſsima bibliotheca viri tui pectus eſſet, non dubito quin eam ita ex illo didiceris, vt admonitione mea opus non habeaa. Verū dum iſta cōmemoro, nō te doceo, ſed te vnà mecum excito, vt quorū per caliginem doloris & lachrymarum parū quandoq́ ſumus memo-
D res, ea mudò cū maximè neceſſaria ſunt animo repetamus. Qui ſpe Chriſtiana deſtituti ſunt, abſq́ vlla conſolatione ſuos mortuos lugent, quandoquidem ſe ab illis in perpetuum diuiſos animaduertūt. At nos certo certius ex Chriſti Spirito nonimus, eos qui obierunt diem nō eſſe amiſſos, cū illos ad Deum & in æterna tabernacula præmiſerimus. Dolemus qoidem quod à tam grato, cōmodo & ſapienti ſocio, ſimus diuulſi, pręſertim in huius tenebroſæ vitę
E itioere, ſed etiam gaudere debemus gratias Deo agere, quòd eum tam diu nobiſcum habuerimus. Conſtantiſsimus & in fidę Domini noſtri Ieſu Chriſti obijt, multa mala non vidit, quæ nobis & Eccleſiæ Chriſti propter peccata impendent. Vtinā nos quoq́ hinc ſoluamus, priuſquam calamitatū diluuiū inundet; Ah quantum nobis miſeria ego timeo, qui perpetuò Chriſtum & Euangeliū crepamus, cū interim meram puramq́ viuamus impietatem:
F Mortuus eſt in pace noſter Bucerus, in manus hoſtiū Chriſti non incidit, & quæ bona dum vixit largiter ſeminauit, nunc in regno cœlorū ſumma cum voluptate metit. Noo tamē exiſtimes, quod mecū ſæpe non cogitem, poſſe tibi videri Dei ſeoeritatem admodum rigidā, quæ te non raris funeribus tuorum exilio, magnæ familiæ oneribus, & corporis non leuibus morbis, adeo frequenter exerceat. Verū fac quæſò viciſsim in mentem veniat, Deum eſſe qui per-
G cutit, quare idem cū ſit optimua Pater, vires ad ferendum verbera ſuppeditabit. nō quod ipſe noſtris calamitatibus lætetur & gaudeat, ſed quod ſua infinita prouidentia ſapienter intelli

gat, quàm nobis interdum expediat, iactari & premi aduerſis caſibos. Iſrael non niſi multis plagis & doloribus eruditur, *& tribulatio patientiam operatur, patientia probationem, probatio verò ſpem, ſpes autem non confundit.* Atque ideo ne terreamur, ſcriptura nos præmonuit, vt accedentes ad ſeruitutem, cor noſtrum non ad voluptates & delirias, ſed ad tentationes præparemus. His rationibus, quæ verè vidua eſt impellitur, vt Deum ſuum diu noctuq; precibus fatiget. Verùm oe fines, modumq; iam egrediar epiſtolæ, hoc extremum obſecro, ne re deſertá aut deſolatam arbitreris, cũ habeas Chriſtum per fidem in corde babitantem, virum, qui ſe tibi deſpõderat, carnaliter amiſiſti, ſed Chriſtũ, cui pietate & religione integerrima nupſiſti, vlla mortis violentia nonquã amittes. Conſoletur te Deus, qui totius conſolatioois & pater

A eſt & author. Fides tua, ſpes & charitas conſolentur. conſoletur denique Spiritus Chriſti, quem in corde tuo diffuſum opulentiſsimè nõ dubito. Atque id cum primis & ante omoia cures, vt in prutectione domini cor tuum ſemper habitet. Vxor mea & Iulius adeò ſunt ob hoc tam graue vulnus dolore atque triſtitia cõfecti, vt ſi veſtrum luctũ non æquant, ad ipſum tamen quamproximè accedant: precántur autem toto pectore vt ibi torique iſti ſanctæ fa-
B miliæ Dei luculentum auxilium cito affulgeat. De me autem caue putes vt quippiam tibi minus polliceri poſsis, qoam dum tuus meuſque Bucerus viueret. Vnde etiam, rogo, vt ſi quid opera mea exiſtimaueris tibi commodari poſſe, vt ea digneris vti. nam perpetuò expoſitam, promptamque ſanctis tuis obſequijs eam reperies.

ILLVSTRISSIMO PRINCIPI N.
IN ANGLIAM.

PER multis magniſq; de cauſis, Illuſtriſsime Princeps, tuæ celſitudini ſum vehemẽter obſtrictus. Etenim erga me ſatis vilẽ & obſcurum homuncionẽ, quẽ tantũ ſemel, & vix quidem in Anglia videris, ita es affectus, vt nunc Iulium adminiſtrum meum humanitate atque beneuolentia ſingulari exceperis, illumq; proſequotus fueris fauore non mediocri, ſed maximo, in ſuo oegotio exequendo. Quamobrẽ tuæ Celſitudini gratias ingẽtes ago. Præterea id huc accedit, quod ad me literas dediſti, literas autem? Imò laudes & præconia cũ doctrinæ tom virtutum mearũ, quas licet in me non agnoſcam, attamẽ iudicio too nõ potui nõ oblectari, quod id amoris & beneuolentiæ tuę in me teſtimonium certiſſimom eſſe intellexerim, neq; alia de cauſa me ſentiam abs te amari, quàm pietatis ac religionis ergò. Mitto commemorare quàm egregiã voluntatem oſtendas mei reditus in Angliam, quam etiam tibi cũ pijs & doctis viris affirmas eſſe communem. Quanti verò id eſt, quod Maieſtati Reginæ ſuggeſſeris vocationis meæ rationem eſſe habendam, atq; me apud illam in gratiam poſueris? Deniq; pollicitus es omnia ſtudia & commoda, quibus me poſsis afficere, ac dixiſti caoſas & quidẽ pręclariſsimas huiuſcemodi tui affectus, charitatẽ patrię, & excellentem verbi Dei promouendi curam. Talẽ principem quis non amet? Porrò mihi pietas, oedũ humanitas defuerit, ſi tantæ beneuolentiæ totque beneficiorum obliuio animum meum vnquam cœperit. Dabo itaque operam, & quidẽ maximopere, vt mihi nunquã excidant. Quod autem ſupereſt de reditu meo in Angliam, & ſi quod vehementer cuperem, nequeo reſpondere. tu Illuſtriſsime princeps, qoæ tua clementia eſt, in booam partem accipias quod reſcribo. Primùm nolim putes à me qoicquam vehemẽtius expeti, quàm Angliæ ſolidam firmamque

io domino ſalutem. Vnde illius commodis & ædificationi æquè ac olim feci, optarim etiam nunc inſeruire, atq; regno veſtro & Eccleſiæ tũ
C gratificari cùm prodeſſe. Verùm in præſentia rationes meæ ſic habent, vt ciuitati & Eccleſię Tigurinæ ſim addictus, & ideo non mei iuris. Propterea tam magiſtratus q̃ ſymmiſtarũ iudicium & voluntatem hac de re quæſiui. Et ſaoè in ais reperi ſingulare ſtudium, propenſiſsimumque animum ſatis faciendi veſtro deſiderio. Etenim caue putes illis quicquam aut gratius aut antiquios eſſe, quàm vt veritas Euangelica latiſsimè propagetur. Verùm altera ex
D parte quæ ſit conſtitutio, ſtatus, ætasue mea, non minus prudenter quàm amanter expendunt. & ſatis verentur ne iam grauis annis, & quodammodo fractus, laborem itineris ferre nequeam, quod ſatis longum eſt, varium & nõ vbiq; facile. Vident præterea in diuerſis locis pericula nõ leuia imminere, Deinde cõſiderãt me ad labores multò grauiores, quàm hic ferã, euocari. Quamobrem facilè fore conijciunt, vt neque ſibi neqoe vobis poſsim inſeruire. iudi-
E cant itaq; multò ſatius eſſe, vt hic maneã, quo docendo, ſcribendo ac edendo qoæ fuerim cõmentatus, ipſis, vobis, & alijs pro mea virili ſim adiumento. In hoc verbo bipartito reſponſo, primum caput mihi ſimilitudinem veri habere videtur. nam ipſe quoque metuo ne ſim ferendo itinera & labores. At in altero vereor ipſos falli, qui arbitrentur me hîc manendo, & qoieſcendo poſſe tam moltis prodeſſe. meas quippe locubrationes pluris faciunt, quàm mere-
F antur. Ego verò quem tenuitas, ieiunitas & exilitas meæ doctrinæ minimè latet, ſolùm prioris capitis ratione illis aſſentior, vt maneam. Nam facilè adducor vt credam, itinere ac laborib. me facile debilitandum, ac labefactandũ, ita vt inutilis prorſus reddar. Quamobrem tuã celſitudinem in primis, deinde probos & doctos viros quæſo, vt voluntatem accipiant, vbi

rem

rem ipſam, quam ſibi optant impendi, ob meã imbecillitatem aſſequi non poſſunt. Durum quippe telum neceſsitas, contra quam luctari, videtur nihil aliud eſſe, quàm Deum tentare. Sed illud interea te velim meminiſſe Illuſtriſsime Princeps, vbi vbi gentiũ fuero, me tuæ celſitudini ſemper fore deditiſsimum. Viciſsim autem rogo, vt charitatem patriæ, religionisq́ue promouendæ ſtudium non tantum retineas, verùm in dies cures etiã atq; etiam, in tuo Chri A ſtiano pectore augeri, quo pennę olim Euangelio filij Dei præeiſę renaſcantur, & ita renaſcantur, vt celeri curſu omnes veſtras prouincias, vrbes & vicos vberrimo fructu peruadat. Hoc vtique duplici ſtudio, ſi vt occepiſti perpetuo inflammeris, & Deus Opt. Max. te probabit, & omnes cordati pijq́ue viri, vt probum ciuem vtilemq́ue principem celebrabunt. Deus per te Chriſtum incolumem ac fœlicem diu tueatur. Datum Tiguri 22. Iulij 1561.

PETRO STVRMIO ARGENTORATVM.

QVIA non me latet Magnifice atque clariſsime Vir, prudentibus doctis hominibus admodũ ſententiam Ciceronis probari, qua ſcripſit ad Curionem, *Ingenui eſſe animi, cui multum debeas, ei plurimum velle debere*, idcirco ingenuitatis cupidus & agreſtis animi oſor, tibi etiam nunc plurimum debere aueo, cùm antea multum debuerim non ſolùm tibi, verùm etiam Iacobo piæ memoriæ fratri tuo chariſsimo & pietatis & literarum ſingulari patrono. Idcirco volens meo, quemadmodũ arbitror, honeſto deſiderio ſatisfacere, peto abs te ſatis fidenti animo, vt meum debitum, nouo quodam beneficio non renouas augere. Id verò eſt, vt doctorem Zanchum, ea quæ præſtas authoritate non graueris tueri, quantum veritas & iuſtitia non patiuntur, eſſem alioqui grauiter impudens, ſi quicquam rogarem, præſertim abs te, quod hiſce virtutibus vllo modo aduerſetur. Hoc autem ideo peto, quod nõnulli iuuenes Tigurini qui Argentinæ ſtudiorum cauſa per aliquod tẽpus verſati ſunt, ante paucos dies huc redierunt: de quibus audiui, eum virum, quem vt pium & egregiè doctum pluri mi ſemper feci, & minimum à vigintiquinque annis chariſsimum habui, nunc delationibus & criminationibus tam grauiter premi, vt de omni ſua exiſtimatione periclitetur. Docendi quippe functionem referũt ei iam vel penitus ablatam, vel ſaltem ad tempus interdictam. Id ego, vt quid eſt dicam, pro eo in quanti cum facio moleſtiſsime tuli. Cumq; animum meum inducere nequeam, vos ea ſapientia & lenitate qua polletis, ad tam dura & extrema remedia deſcendiſſe, niſi vrgente grauiſsima neceſsitate: neque rurſus mihi perſuadere poſsim, tantum virum à ſana doctrina, quam ſemper eſt amplexus, ad aliena & impia dogmata ſuum animum traduxiſſe. Vnde neſcio quo me vertam, quidúe ſuſpicer, niſi fortaſſe quiddam tertium ſit, vnde huius viri accuſatio tã acerba initium cęperit. id verò eſt inuidia æmulorum, ac maleuolorum dixerim, qua fieri poteſt, vt ęquo laboret, quemadmodum ſolet interdum peregrinis hominibus vſu venire, præſertim cum aliqua induſtria & doctrina excellunt, interceſſeritq́ue de nonnullis rebus aliqua iudicij & opinionis diuerſitas. Propterea ſum huc adductus, vt per pietatem ac iuſtitiã, quæ duo apud B te plurimum valent, orem atque obſecrem, ne cauſa eius indiſcuſſa relinquatur, ſed cognoſcatur quamdiligentiſsimè, ne homo pius & inſigniter doctus præiudicijs & potentia gratioſorum opprimatur. De doctrina porrò cũ etiam tunc Argentinæ, mecum non ſemel contulit, contulit autem libere admodum atque amicè. Quæ autem ab eo dicebantur attentè ac diligenter obſeruaui, & animaduerti eum de prædeſtinatione ac electione diuina, de ſanctorum C perſeuerãtia in fide, ac ſuſcepta Chriſtianiſmi profeſsione, de libero arbitrio, de cauſa peccati & conſimilibus quæſtionibus, quas nunc audio aduerſus eum agitari, nihil diuerſum ſentire, quàm diuinæ literæ tradant, Auguſtinus doceat, Lutherus ac Bucerus ſcripſerint. Proinde res eſt etiam atque etiam conſideranda, ne videamini eo damnando ea dogmata improbare, quæ aliàs vt rata, pia & firma in veſtra Eccleſia & Schola iudicaſtis. Altera quæſo illi D ſeruetur auris, vt niſi diligenter & attentè auditus non condemnetur. Deinde quæ fuerint Eccleſiæ veſtræ bonis priſciſq́ue temporibus Euangelij renaſcentis dogmata, de miniſtris grãdiorib. natu interrogetis. Id certè affirmare poſſum, Zanchum noſtrũ doctrinæ Buceri ætatis noſtræ Theologi præſtantiſsimi ſemper fuiſſe obſeruantiſsimum, & putaſſe quàmdiu eius doctrinæ veſtigia premeret, & illius Ariadnes filum in maximarum quęſtionum labyrintho E ſequeretur, ſe iſti Eccleſiæ atque Scholæ tùm fructuoſum, tùm etiam gratiſsimũ fore. Quod ſi nunc apud vos Eccleſiæ facies ac doctrinæ ratio aliquibus in rebus eſt commutata, quàm rectè, quamúe perperam non dico, id nollem doctori Zancho vel eius cauſæ fraudi eſſe. Proinde malim de tantis rebus maturo conſilio, ſedata & placata diſputatione diſceptari, quàm politicis rationibus & delatorum & criminantium numero, gratia & autoritate. Deinde F quod attinet ad hominem, illud velim, præſtãtiſsime vir, vt in animo tecum agites, hunc virũ ea eſſe doctrina & ætate, vt Eccleſijs atq; Scholis vtilitatis plurimum afferre poſsit, quæ tota ſpes omnino peribit, ſi veſtra ſententia & præiudicio notetur. nam macula inuſta præſertim veſtro calculo, non facilè poteſt elui. Sed quæ veſtra ſapientia & bonitas eſt, id non arbitror ita fore, attamen accedere commendationis huius cumulum volui, quo demonſtrarem, eo

Digitized by Google

iuuando, me putare à iuſtitia non recedi, ſed è diuerſo neceſsitati Eccleſiarum nõ leuiter conſuli, quæ noſtra ætate bonorũ, doctorũ ac miniſtrorũ incredibili penuria laburat. Adhęc ſignificare volui clementiam & benignitatem, quæ illi à vobis impenſa fuerit, mihi ipſi relatum iri A acceptam. Vale clariſsime vir Senatus Argentinenſis columen, Deus te plurimos annos ad Eccleſiæ ac Reipub. vtilitatem ſaluum atque incolumem tueatur, & per tuam prudentem facilitatem dignetur iſtius perturbationis fluctus componere. Tiguri 13. Aprilis. 1561.

PIETATE ATQVE DOCTRINA CLARISSIMO VIRO, DOMINO PHILIPPO MELANCHTHONI,

Domino meo colendiſsimo, Vuormatiæ.

CVm te arbitrer, Vir clariſsime atq; mihi plurimũ obſeruande, in iſto Vuormatienſi conuentu plus quã dici aut credi poſsit, occupatum fuiſſe, vt literis meis tibi non obſtreperẽ cauendum cenſui. At nũc ijs cognitis quæ reuerendus noſter D. Bullingerus cõmunicauit, adduci non potui, vt à ſcribendo mihi temperarem. Video iſtic accidiſſe quod in Synodo Nicena olim cõtigit, vbi Epiſcopi qui cõuenerant, cauſa propè deſerta, quæ aduerſus Arrianos agenda erat, accuſationib. & libellis mutuo ſeſe proſcindebãt. Sed inter noſtri cõuentus & eorũ Synodi rationẽ hoc interceſſe cerno, quòd Niceę Cõſtantinus Imperator pius præfuit, qui leuitatẽ, ne ſtultitiã dixerim, imprudentium Epiſcoporum repreſsit, ac in officio tandem cõtinuit: Iſthic verò non ea piorũ principũ authoritas fuit, quæ à diſceſſa ἀποτάκτας theologos vel retardare potuerit. Hæc ideo cõmemoraui, vt cũ hanc cernamus Eccleſiæ Chriſti ſortẽ eſſe, vt intus & extra expugnetur, nihil noui nũc accidiſſe cogitemus. quo genere cõſolationis, etſi te ſtrenuũ bellorũ Domini αὐτοκράτορος opus habere nõ exiſtimo. illud tamẽ cõmemoraui, vt hanc lõgo interuallo repetitam, & tantũ nõ perpetuã hominum quantumuis piorũ infirmitatẽ commiſerarer. Tu quidẽ, vt probi viri & integerrimi defenſoris æquitatis officio functus es: ita noſtrum omniũ animos tibi mirificè deuinxiſti, qui eos B nõ æquũ duxeris proſcribi, qui neq; malè meriti de religione fuerint, neq; modo aut citati aut auditi ſunt in veſtro iudicio. Conſcientia quidẽ nobis magno ſolatio eſt, ſed nunc eò cumulatius gaudemus, quòd per te præcipuũ ac benignũ patronũ Deus prouiderit, vt ne cauſa noſtra, quã confidimus non eſſe malã, noua & inaudita iudicij forma damnaretur. Quamobrem tibi quantas poſſum gratias ago: Et Deũ oro Patrẽ Domini noſtri Ieſu Chriſti, vt tuis atC que collegarũ conatib. optatos det ſucceſſus, quod fore, vt illi diſceſſerint, q nos proſcriptos cupiebãt nõ deſpero. quoniam Dei beneficio, quemadmodũ Pindarus inquit, πολλαὶ δ' ὁδοὶ σὺν θεοῖς εὐπραγίας. Verũ cũ tibi hoc tempore longas epiſtolas legere iam non vacare, plura nõ ſcribam. Generũ tuum Peucerũ virũ pietate atq; doctrina clariſsimũ, necnon Paulum Eberũ inſigniter pium atq; doctum hominem, à me ſaluere cupio. Tiguri 10. Octob. 1557. Deus D te nobis atq; ſanctæ Chriſti Eccleſiæ quã diutiſsimè incolumẽ ſeruet. Vale atq; me in Chriſto ama, quia ego in eodem te plurimi facio.

AD AMICVM QVENDAM, VIRVM ELOQVENTEM ET MAGNI NOMINIS,

de cauſa Euchariſtiæ.

DE Re graui, & hominum certaminib. iam propemodum obcæcata, paucis & dilucidè ſcribere, tu ipſe, vir clariſsime, qui es dicẽdi magiſter optimus, & ſcribendi peritiſsimꝰ, apprime noſti q̃ ſit arduũ & factu perdifficile. Ideo mirari nõ deſino quę cauſa fuerit, cur id à me, q & dicẽdo & ſcribẽdo ferè nihil poſſum, tuis proximis literis petere non ſis veritus. Quia tamen rogaſti, & ego pro mea in te obſeruantia recepi me facturum, per primum, eumq; fidum tabellarium, fidem meam decreui liberare. Quod etiam eò alacrius faciã, quòd me ſentio ad eum nõ ſcribere, qui ſit controuerſiæ ignarus: nam vt video, in Euchariſtiæ cauſa iam totus habitas, tantùm abeſt, vt in ea hoſpes dici poſsis. Cùm itaq; de te ſic exiſtimem, ita ſumma capita perſtringam, vt ea potius notaſſe, quàm explicare voluiſſe demõſtrem. Tu boni conſules, ac ſi voluntatem tuã minus expleuero, non animum meum in te propenſiſsimum, verùm teipſum qui rogaueris, accuſabis.

Panis & vini μετουσίαν miſſam facio: quòd aduerſarij non minus quàm nos ab ea ſe profiteantur abhorrere. Nec etiam laborandum puE to, an oratio Domini, qua panem eſſe corpus ſuum, & vinum ſanguinẽ ſuum dixit, proprijs an figuratis ac τροπικοῖς accenſeri debeat. Siquidem illi contra quos diſputamus, ad ſanitatem vtcunque reuerſi, tropum in ea oratione iam ſe agnoſcere confitentur. ſed ita confitentur, vt corpus & ſanguinem Domini verè, propriè ac re ipſa pani & vino copulent, atque τῇ μετουσίᾳ Papæ συνουσίαν duarum naturarũ ſupponant, ſtatuantque carnem & ſanguinem F Chriſti non tantùm in cœlis eſſe, verumetiam in pane ac vino ſacro cœnæ adeſſe præſentis.

Neq

Nec verentur Domini corpus, quamnis huma- A
num eſt, affirmare ſimul eodemq́ tempore in
multis locis eſſe. Imò progrediuntur eò, vt il-
lud æquè ſe naturam diuinam pronuntient eſ
ſe vbique. Deinde præſentiam illi corpori tri-
buunt, quæ locum minimè occupet. Ego verò
Chriſti naturam humanam ſemper certo quo-
dam loco fuiſſe comprehenſam dico, quem ita
occuparit, vt eodem tempore alibi non fuerit.
Euangelica hiſtoria illum tradit aliquando fu-
iſſe in Galilæa, nonnunquam Hieroſolymis, B
interdum in domo Simonis, & aliâs in Betha-
nia. Vnde conſtat ab ea certum aliquem locum
datum eſſe corpori Chriſti. Simul autem alibi
non fuiſſe apertè demonſtrat, cùm Chriſtum
dixiſſe perhibeat, Lazarum fuiſſe mortuum, &
ſe gaudere quòd ibi non fuerit. Quibus vtiq;
verbis ita ſe oſtendit in illo fuiſſe itinere, vt ali-
bi non fuerit. Angelus quoque dixit mulieri-
bos, cùm Domini corpus in ſepulchu quære-
rent, Surrexit, non eſt hîc: quo declarauit, ita C
è ſepulchro diſceſsiſſe, vt ibi corpore nō ampli
us adeſſet. Et Petrus act. 3. de illo ennociauit:
*Quem oportet quidem cœlum accipere vſque in tempo-
ra inſtaurationis omnium*, &c. Si futurus eſt in cę
lis quoad naturam humanam, vt Apoſtolus di
xit, vſque ad extremum diem, quid eius carnē
& ſanguinem in terris quærimus? At de Apo-
ſtolo quid loquor? Ipſe Chriſtus diſcipulis aie
bat, ſe relinquere mundum & ab illis diſcede-
re. Atque monuit fore, vt perpetuò ſecum pau D
peres, non autem illum eſſent habituri. Proin-
de ſic imbutus & inſtructus diuinis oraculis,
humanam Chriſti naturam in cœlis ab inferi-
ori mundo ſepoſitam vſque ad mundi finem a-
gere credo, eamq́ue nunc ad orbem indicandū
inde rurſus eſſe venturam, vt ab angelis moniti
ſunt Apoſtoli, & nos articulo noſtræ fidei pro
fitemur. Hoc eſt, vt ſummatim dicam, quod
ſentio de loco præſentia corporis & ſanguinis
Domini. E

Qui autem è diuerſo cœlum vbiquariū ſibi
formant & fingunt, quaſi eius materis ſit mol-
lis inſtar ceræ, ac figmenta eorum ſequatur fa-
cillimè, quocunque illam dicere viſum fuerit:
quiq́ue domini corpus vel in pluribus locis ſi-
mul, vel (quod multò audacius eſt) vbiq; adeſ-
ſe prædicant, qui etiam illud pani & vino ſacrę
Cœnæ copulant, vbi vbi gentiū habeatur: qui
deniq; ibi abſq; loco & inuiſibiliter adeſſe prę- F
ſens decernunt, eos omnes precor, obſecro &
obteſtor, vt hæc ſua præclara & mirabilia com-
menta, ne portenta dixerim, in diuinis literis
tandem aliquando conſcripta demonſtrent:
quod ſi fecerint, ingenuè viciſſe confitebimur.
Sed quia vt certò ſcio, præſtare non poterunt,
illos porrò ſedulò moneo, vt ex capite ſe noua
dogmata nouosq́ue articulos fidei cudere deſi
nant, & nobis ea obtrudere credenda, quæ do-
mi eorum nata ſint, non autem in agro ſcriptu G
rarum diuinarum creuerint. Non me latet eos
in hac tota ratione id nobis exprobrare, quòd
non Theologos, verùm naturales Philoſophos
agamos. Etenim fatentur, quæ dicimus ex de-

cretis naturæ, cùm vera eſſe tum neceſſaria: ve-
tùm ea myſteria, quę diuina & cœleſtia cū ſint
naturam multis modis vincunt, eius regulis
& decretis non oportere ſubijci. Sed cū in eis
amplectendis & conſiderandis ratio noſtra of
fenditur, diuinam poteſtatem, quæ immenſa
eſt, nos tum debere intueri. Cæterùm hęc di
luere non eſt difficile. Primùm, quo ſanctarum
ſcripturarum teſtimonia ſequimur, vt illa recē-
ſuimus, eo nos minimè Philoſophiam, ſed ver
bum Dei ſequi teſtamur Deinde ſi naturam au
dimus, vbi ſermonibus Dei non repugnat, ni-
hil facimus Chriſtiana Theologia indignum.
Habet ſiquidem natura Deum authorem ac
vindicem, & idcirco eius regulæ ac decreta nō
ex ea, verùm ex ipſo Deo proficiſcuntur, ideo-
q́ue conuellenda & refigenda non ſunt, quoad
non oſtendatur, verbum diuinis literis prodi-
tum, eis repugnare. Hanc naturæ vocem maxi-
mus optimusq́ue Theologus Auguſtinus in
epiſtola ad Dardanum audiuit, cùm inquit,
Spatia locorum tolle à corporibus, & nuſquā
erunt: & quia nuſquam erunt, nec erunt. Idq;
non pronuntiauit, de natura vel corporibus
Phyſicis agens, verùm ſcribens ex profeſſo de
Anima & corpore Domini. Eandem naturæ
vocem & Cyrillus audiuit, qui ſcripſit in ſuis
Dialogis de Trinitate, Ipſam Dei naturam, ſi
partibilis eſſet, vt quidam ſentiebant, omnino
fore quantam, necnon in loco, neq; poſſe cir-
cunſcriptionem euitare. In noſtra itaq; ſenten
tia tuenda, verbū in primis Dei amplectimur.
audimus naturę vocem, dum ſuo authore non
aduerſatur, & vnà cum Patribus rectè ſentien-
tibus facimus. Vt autem ad potentiā Dei con-
fugiamus, in hac propoſita controuerſia opus
non habemus. Commonefacimus attamen pios
diuinā omnipotentiā, quam vnà cum omnib.
fidelibus credimus, non eſſe citra omnē exce-
ptionem admittendam. Nam & Paulus exci-
pit, Deum nō poſſe negare ſeipſum. Excipitur
item paſsim, à Deo fieri non poſſe, vt quę facta
ſunt infecta reddantur. In Scholis etiam Theo
logicis definitum eſt, ea Deum non poſſe face-
re, quæ, vt loquuntur, contradictionem impli-
cant: quod cum vitio rerum fiat, non Dei vlla
infirmitate, de ſumma illius potentia nihil mi-
nuitur. Attendendū præterea nō paucos hære
ticos iſto ſuffugio eſſe vſos, cū illorū praua &
inſana dogmata refellerentur à ſanctis Patrib.
nō ſolū vt abſurda, verumetiā vt impoſsibilia.
Reſpōdebāt enim, vt ſe tuerētur, Omnia Deo
poſsibilia. Neq; manus illis dare propterea co-
gimur, quòd Chriſtus de pane dixerit: *Hoc eſt
corpus meum*, & de vino, *Hic eſt ſanguis meus*: quia
cū & noſtra & illorū eius orationis interpreta
tio extet, locus ambiguus redditur: quamuis
nobis expoſitio noſtra eſt certiſsima. Argumē
tum verò quod ab ambiguo deducatur, omnes
norunt quàm ſit retuſum atque imbecille.

Quid igitur? dices. An cœnā Domini abſ-
que illius corpore hac ſanguine haberi docē
bis? Quomodo pręterea hæc aut mandu-
cari aut bibi ſi prę ſentia non adſunt, probabis?

Porrò ſcriptura vtrunq; teſtatur, noa in ſacra
Cœna carne ac ſangoine Chriſti veſci ac pota-
ri. Vt de eo antea dicam, de quo interrogor po-
ſterius, corpus & ſanguinem Domini ſpiritoa-
liter edi ac bibi affirmo, id eſt, animi ore, qoi ſpi
ritu & fide ſit imbotus. Dum enim io ſacra Cœ
na mente agitamua Domini mortem, ac ſyn
cera fide iſta redimendorum noſtrum cauſa in
crucem fuiſſe impenſa fideliter credimus, ea
magno noſtro bono edimua & bibimua. Nam
ſunt animia noſtris inſtar optimi cibi & ſalu-
berrimi potus, eamque fidem excitat Deus in
ſuis per Spiritum ſanctum, duobua adhibi-
tis externia inſtrumentis, verbo inquam, & pa-
nia ac vini elementis. Qui ergo credunt ac fide
amplectuntur, Domini carnem & ſanguinem
fuiſſe noſtræ ſalutia cauſa in mortẽ tradita, ea
ſpiritualiter comedunt & ſpiritualiter bibunt.
Proinde fatemor ad eſum & potationẽ Phyſicá
& propriam, exigi eſculentæ ac poculentæ rei
præſentiam: alioqui res abſentea nec edi neq;
bibi poſſe. Vicisſim autẽ negamus è ſpirituali
eſu & potu elici ſeu concludi ea quæ ἀναγωγικῶς
dicũtur edi & bibi, corporaliter ac propriè ad-
eſſe præſeotia. Fide autẽ cõſtare carnis Chriſti
manducationem, ipſe apud Ioan. 6. cap. lucu-
lentiſsimè teſtatua eſt. Quare is Euãgeliſta, cũ
rem totam ibi à ſe iudicaret affatim explicatã,
in hiſtoria poſtremę Cœnę, quomodo externa
ſigna pania & vini adiecta fuerint, minimè cõ-
memorauit. Ad hæc idẽ ex eo colligitur, quòd
ad verum & proprium Chriſti corpus, vera
propriaq; manducatio accõmodari nõ poteſt,
cũ id dilacerari, cõminui & moli nequeat. Ore
quidẽ corporis & pania & vinũ propriè come-
duntur ac bibuntur, quæ ſuo modo caro & ſan
guis Chriſti dicuntur, quod ſint earum rerum
externa ſigna: ideo vtcunq; ore dici poſſumus
edere & bibere corpus & ſanguinẽ Domini.
Vnde Cyprianus & Auguſtinus, cũ de harũ re
rum quæ ſignificantur eſu agerent, nimirũ ſpi-
rituali, prudenter dixerunt: *Quid paras dentem et
ventrem? crede & manducaſti.* Non itaq; opus eſt
corpus & ſanguinem Domini è cœlis in terraa
demitti, vel adhuc in mundo verſari, vt noſtræ
Cœnæ ſe admiſceant, ſed noſtraa mentea ver-
bo Dei & ſignis externis cõmonefactas, opor-
tet ad cœlũ per fidem ſubuehi, quo ſacro iſto
cibo veſcantur atq; alantur. Hinc etiã cõſequi
tur, illoa qui fide prorſus deſtituuntur, corpus
& ſanguinem Chriſti minimè percipere, qoòd
ea (vt dixi) fide tantũ & ſpiritu comedantur &
bibantur. Symbola quidẽ externa ij comedũt
& bibont, rea autem ſignificatas minimè attin-
gunt: ſicuti qui obcęcati ſunt, & lucẽ & colorẽ,
quæ oculia capiũtur, minimè poſſunt recipere.
Cùm poſtea rogor, an Eccleſia Cœnam ſine
B corpore ac ſanguine Chriſti haberi exiſtimem,
Reſpondeo: Si de ea præſentia loqoamur, quá
corporalem, realem atq; ſubſtantialem vocant,
corpus & ſanguinem Chriſti abeſſe confiteor:
neq; ſi adeſſent, plus vtilitatia, cõmodi & emo
lumenti nobis afferrent, quá inde hauriamus
dum in cęlis manent procul à nobis diſiuncta.
Deinde caro & ſanguis Chriſti nobia pręſentia
ſunt ſpiritu, gratia, meritis, & alijs admirabilib.
fructib. quæ diuinitua per ea in noa deriuãtur:
C quemadmodum Sol dicitur nobia adeſſe præ-
ſens per lucẽ, radios, & bonos influxus quoa in
de percipimus. Neq; corpus & ſanguia Domi
ni ſic animis noſtris præſeotia ſont, ſpiritnali-
ter & per fidem, vt vires & facultates ſuas ſalu-
berrimas ibi tantùm cõtineant, ſinantq; corpo
ra fideliom ipſarum prorſus expertia. Non ita
res habet. Sed quia credendo corpus & ſangui-
nem Domini pretia eſſe noſtræ ſalotia, iuſtifi-
eamor & regeneramur, vel in ipſa cũ iuſtificati-
D one tum regeoeratiooe augemur & confirma-
mur. Iuſtificatio autẽ & regeneratio principia
ſunt noſtræ felicia immortalitatis. Inde fit, vt
Cœnam Domini fideliter percipiendo nõ mo-
dò animi paſcantur & recreentur, ſed item cor
pora etiam atque etiam beatæ reſurrectionia
capacia reddantur, &c.
Hic eſt meæ fidei ſenſus de ſacra Domini
Cœna, quem tibi, vir præſtantiſsime, fortaſſe
minus enucleatè, propter orationis ieiunitatẽ,
E quàm fideliter expoſui. Sed te confido omiſſis
verbia impolitis atqoe incultis, rebos ipſis &
ſententijs amico animo hæſurum. Vale, ac me
tui amantiſsimum, vt facis, ama, & pro froctu
meæ vocationia ora. D. Bullingerus cæterique
amici plurimá tibi ſalutem adſcribi voluerũt.
24. Maij 1562. Tiguri.

IOANNI CALVINO.

CIRCA feſtum Paſchæ literas
ad te vir clariſsime, dederã, ſed
adoleſcenti Hungaro, & qui-
dem nobiliſsimo, qui non lon-
gè à Briſaco eſt interfectus:
quare cũ tam mœſtus interuenerit caſos ad te
perferri nõ potuerunt, & quæ tũ nooeram atq;
ſcribebam, cũ te aliundè iam reſciuiſſe non du-
bitem, minimè repetenda cenſeo. Huc verò tri-
ſtiſsima ex Anglia ſunt allata, nimirũ ibi Parla-
mentũ (vt vocãt) eſſe aſſenſum, vt Papę ſua re-
ſtituat tyrãniſsima. Et Philippus, Rex Angliæ
ſit & habeatur. Bonorũ virorũ qui abire poſ-
ſunt vndiq; fit fuga. Ac tãta eſt rerũ perturba-
tio, vt nullo pacto explicari queat. Iamque hîc
ſunt apud noa trea præclariſsimi equites, nẽpe
F Moriſinus, Chæcus & Cuccus, nõ minus pieta
te q̃ eruditione inſignes, quos intra paucoa di-
ea puto ad vos venturos. Hæc ideo ſcribo, vt re
bus illis propemodũ perditis, ne dũ afflictis, ve
lis precibus vnà cũ tua Eccleſia ſubuenire. Cer
tè iam Cantuarienſis & reliqui Epiſcopi, qui v-
nà captiui detinentur, in extremo verſantur di
ſcrimine. Nos hîc iã ſatis quietè agimus, quoad
externa. Et iã de noſtra Gallica Eccleſia liberati
metu videmur, quo multi antea ſuſpicabantur
fore,

fore, vt aliquid in doctrina & Sacramentorum
adminiſtratione mutaretur. Id neque factum
eſt, & vt confido, non fiet. Vtinam quorundã
contentio aduerſus Paſtorem tolli queat. Eam
tamen ſpero tandem quieturam, vtque iudico
facilius diſsimulando conſopietur, quàm ſi vi
& potentia contrà eatur. Et hoc quoque malũ
precum indiget. Nec te poſtremò latere velim,
me vnà cum reliquis bonis viris id vehemen-
ter dolere, quòd aduerſus veritatem, ac tuum
nomen, adeò inepta & falſa ſpargant de æter-
na Dei electione, atq; de hæreticis extremo ſup
plicio non afficiendis. Sed benè habet, quòd in
A his quæ ſcribunt (vt audimus) nomẽ ſuũ pro-
fiteri nõ audent. Vt audimus, dixi, quoniã huc
Argentinam ne vnus quidẽ allatus eſt ex illis
anonymis libris. Nos hîc quoties rogamur, cũ
publicè tũ priuatim, partes & veri & tuas pro
virili tuemur, præſertim Zancus & ego. Quo-
modo verò D. A Laſco ſit per Daniam & Saxo
nicas Eccleſias malè acceptus ex iſto, qui tibi
meas reddet, poteris cognoſcere. Vale atque
pro nobis ora. Zancus te plurimùm ſalutat.
B Viciſsim quæſo Martinengo, nec nõ Galeatio
Marchioni, & N. ſalutem meo nomine dixeris.
9. Maij. Argentinæ.

E I D E M.

QVa ratione, Vir clariſsime, Deus eripue
rit me de ore leonis, nec ipſe adhuc ha-
beo compertum, nedum tibi queam ſignifica-
re: ſed vt Petrus eductus è carcere per angelũ,
putauit ſe quæ fiebant, per ſomnium videre,
ita ego vix adhuc arbitror eſſe verum quòd e-
uaſerim. Sum attamen hîc Argentinæ ſaluus
& incolumis: quod ſanè ideo tibi cumprimis
indicare volui, vt vnà mecum, cumq; alijs bo-
nis fratribus Deo gratias agas, tuamque ſan-
ctam Eccleſiam horteris plurimum, vt à Deo
contendant ardentiſsimis precibus auxilium
impetrare, quo grauia mala, quæ Anglicanam
Eccleſiam premunt, leniantur. Ibi Archiepiſco
pi, Cantuarienſis & Eboracenſis, Epiſcopi Vi-
gornienſis & Exonienſis cum pleriſq; alijs do-
ctis & pijs concionatoribus propter Euange-
lium ſunt in vinculis, & vnà cum multis alijs
ſanctis verſantur in extremo diſcrimine. Scio
hæc, quæ tua pietas eſt, grauia tibi eſſe auditu:
ſed nunc duo referam, quæ moleſtiam nõnihil
queant mitigare. Primùm, licet aliquorum ſeſe
prodat infirmitas, attamen longè plurium quã
putaſſemus eſt magna conſtantia, ita vt non du
bitem, cõplures nos habituros inclytos marty-
res, ſi Vintonienſis, qui iam omnia poteſt, pro
libidine cœperit ſæuire. Alterum eſt, iudicium
fermè omniũ eſſe, calamitatem hanc nõ fore di
uturnam; qui vt ſunt prudentes, huiuſmodi ſuæ
ſententiæ non leues habent coniecturas. Qua
re nos etiam Deum rogemus, vt citò Satanam
ſub pedibus illius Eccleſiæ conterat. Quod
verò ad me attinet, adhuc ſum incertus, an hîc
Argentinæ ſim commoraturus. Obſtabit mihi
fortè nonnihil Sacramentaria controuerſia:
C Verùm de hoc non multum laboro. Id non vi-
detur parum, quòd meliores & doctiores me
retinere cupiunt. Eò autem libenter me conte
ram, quò Deus vocabit. Attamen hoc non pa-
rum doluit, quòd Iacobus Sturmius, cui &
Reſpublica, & Schola noſtra multum debet,
illo eo die deceſsit, quo ego ſum hanc vrbem
ingreſſus, 30. inquam die Octob. Eius autem
frater nimirum Petrus Sturmius, exiſtimatur
illi ſufficiendus inter Scholarchas. Ioannes
D verò Sturmius, Scholæ rector, ſtudet omnibus
modis vt hîc retinear. Quid verò ſit conſecu-
turus, neſcio. Id nihilominus tacere nequeo:
meum in itinere fuiſſe conſilium Geneuam ac-
cedere, atq; iſthic aliquantiſper tua conſuetu-
dine frui: Sed hyems, quæ iam nos opprimit, à
via longinquiori me deterruit. Verùm quod
nunc diſtuli, me ſpero vere proximo effecturũ.
Si quid verò iam hîc me arbitraris in tuam gra
tiam poſſe facere, tantùm commonefacito, &
E erit ſatis. Te opto in Domino bene valere, ac
diu incolumem Chriſti Eccleſiæ aſſeruari. Ar-
gentinæ 3. Nouemb. 1553.

E I D E M.

LIbellum defenſionis conſenſus noſtrarum
Eccleſiarum de Sacramentaria controuer
ſia & iam æditũ gaudeo, & illi quã cumulatiſsi
mum fructum opto. nec dubito pro eruditio-
ne ac pietate qua inſtructus prodit, infirmis v-
tilitatem, eruditis conſolationem, pertinacib.
verò multũ ſtomachi atq; odij allaturũ: neq; id
nouum erit, quia ita Verbi Dei fert conditio.
Quod nihil eorũ quæ monuerã ſit immutatũ,
auditis rationibus quas aſsignaſti epiſtola tua,
in optimã, nedum in bonã partẽ accipio. Hoc
tamen ſum miratus, & læto animo, ſi ſic habe-
ret, audirem, N. quæ ſcripſiſti ſuo calculo pro-
baſſe. Virum enim ob alias eius egregias dotes
amo, ſed in hac de qua nunc agimus controuer
ſia, ſemper mihi viſus eſt [illegible] plus æquo,
& à vero, quod tuemur alienũ animũ habere.
Quid noſtri iudicaturi ſint neſcio. Marpachio
tradendas & literas & librum iudicauimus: ni
enim ſcribebas, quòd à cordatis hominib. non
debeat & poſsit æqui boniq; fieri. Nõ autem
mireris, quòd fortaſſe tardius reſpondeatur.
F Cõuentus quidem à tuis literis redditis habitũ
ſunt, at menſem totũ Marpachius ipſe abfuit,
qui à 4. diebus eſt reuerſus. In patriã iuit & re-
deundo Tiguro iter fecit, meq; illorũ omnium
miniſtrorũ nomine ſalutauit. Loquendo ſatis
eſt lenis & blandus, at ſuæ opinionis admodũ
tenax. Eò profecit, vt pani corpus Chriſti non
includat, ſed præſentiam quoad cõmunicãtes
carnis & ſanguinis Chriſti reipſa & veriſsimè
contendit aſſerendã, & eam præſentiã, quã etiã

peruerſi homines & indignè manducantes veſcantur: quod liquidò patefacit, eum perceptionē, fidei nō attribuere, niſi de vitali & ſalutifera loquamur: quaſi alia quædam ſit vera & realia (vt aiunt) corporis Chriſti manducatio, quam impij quoq; vſurpēt. Verùm de his nimia multa, præſertim tecum, qui vno verbo controuerſiæ ſtatum intelligis. De N.N. quæ ſcribis, ego quoq; ita eſſe & noui & doleo. Prædeſtinationis doctrinam ſyncerè nō admittit, atq; vt olfeci, totus cum Philippo facit, imò & explicat per molta, in quibus oe Philippos quidem ei ſubſcriberet, quę nunc retexenda non iudico. Cur verò panem atq; vinum ſymbola eſſe corporis ac ſanguinis Domini neget, nullam video iuſtā rationē afferri poſſe, quam etiamſi oſtenderet, potius diuinis literis quàm ipſi credendū exiſtimarem, à quib. tā panis quā calix vt ſymbola corporis & ſaoguinis Domini cūmendantur. Actionem tamen ipſam, id eſt, comeſtionē atq; potationem, ſymbolum eſſe illi concederem ſuauiſsimi paſtus aoimorum, & naturæ noſtrę totius inſtaurationis, qoam Sacramento Euchariſtię communicando per fidem ſumimus. Quòd verò dicat natorale Chriſti corpus in cibum nō dari, equidē ſic accipiebam, quaſi hoc dicendū ſeſe ijs opponeret, qui ore corporis, dētibus, lingua & palato atq; faucib. corpus Chriſti à nobis tranſmitti in ventrē blaterāt. Quòd ſi aliò ſpecter, ipſe viderit. Mihi ſanè id exploratiſsimum eſt, quicquid alimenti ſeu eſcæ ſpiritualis ex corpore Chriſti à nobis percipitur, id ex eius vero & naturali corpore haberi: quod noſtræ ſalutis cauſa olim cruci affixū eſt. & in cœlis modò ſumma gloria circumſuſum reſidet. Cū enim quicquid eſt alimoniæ, quod vtiq; permultū eſt, fide à nobis hauriatur, quia eam dixerit io corpus aut fictitium aut phantaſticum ferri? Nullus profectò ita ſtatuet, qui ſaluam fidei veritatē & dignitatem velit. Nam ea, res vti ſunt apprehendit. Quare cū Chriſti corpus neq; olim in cruce, neq; modò in cœlo, natura ſua ſit exutum, à nobis per fidem naturale, vt eſt, percipitur. Sed dum de N.N. hęc ad te ſcribo, ecce mihi aliud io mentem venit, de quo vt ſciſciter, & quid ipſe iudicem adſcribā, iuſta cauſa me mouet. Quod vt audacter facio, ita liberū tibi erit, quando vacaoerit, quid iodices iudicare. Non enim reſponſum vrgeo, vt q. te occupationibus non pœnitendis nimiùm premi non ignorem. De cōmunione qoā habemus cum corpore Chriſti atq; ſubſtātia ipſius natoræ, non omnes eadem dicunt: quamobrē ipſe credam audies Res magni momenti eſt, vt qui Chriſti eſt, qua ratione illi ſit coniunctus, intelligat. Principiò quidē video, beneficio incarnationis eius, illum (vt ad Hebręos dicitur) voluiſſe nobiſcum carne & ſanguioe cōmunicare. Cùm enim pueri carni & ſanguini cōmunicarint, & ipſe voluit horum eſſe particeps. Verùm oiſi aliud communionis genus intercederet, cōmunis admodū hæc eſſet & debilis. Nam quotquot humana ſpecie cōprehunrur, hac ratione iam cum Chriſto communicant:

A ſunt quippe homines, vt ipſe fuit. Ideo præter illam hoc accedit, electis deſtinato tempore fidem adſpirari, qua in Chriſtum credant, atque ita illis noo tantùm condonari peccata, & Deo reconciliari, qua io re vera & ſolida iuſtificationis ratio ſita eſt, ſed etiam ſpiritus vim inſtaurantam addi, qua ooſtra quoq; corpora, caro, ſanguis & natura immortalitatis capacia fiūt, Chriſtiformia (vt ita dixerim) iodies magis ac magis euadunt: non quòd ſubſtantiā ſuę natu-
B rę abijciant, & reipſa in corpus atq; carnē Chriſti tranſeant, ſed quòd ſpiritualibus donis atq; proprietatibus non minus ad illom accedant, quàm corpore carne ac ſanguine, cùm eo iam ab ipſa natiuitate naturaliter cōmunicauerint. Habemus itaq; hîc iam duas communiones cū Chriſto: Vna eſt naturalis, quam ab ipſis parētibus per ortum trahimus: altera verò contingit per Chriſti Spiritum, quo ab ipſa regeneratione ad ſpeciē eius gloriæ innouamur. At cre-
C do inter has duas mediam eſſe, quæ ſit fons & origo omnia cœleſtis & ſpiritualia ſimilitudinis, quā cū Chriſto adipiſcimur: & ea eſt, qua ſtatim cum credimus, Chriſtum ipſum, verè caput noſtrū, nanciſcimur, efficimorq; ipſius membra. Vnde ab ipſo capite per compagines & cōmiſſuras (vt loquitur Paulus) ſpiritus eius in nos tāquam in ſua vera legitimaq; membra fluit ac deriuatur. Proinde communio hæc noſtra cū capite, prior eſt ſaltē oatura, licet fortaſ-
D ſe nō tempore, illa poſteriori cōmuniona, quæ per inſtaurationem inducitur. Atq; hîc vt mihi videor intelligere, phyſica ratio nos adiuuat. Primùm, vt ea tradit, in fœtibus cor ipſum generatur, inde per qoandam venā ſpiritus à corde funditur, penetratq; aliquantulom præparatam materiam animantis, ac ibi caput fingit: vnde per illā venā, qua ſpiritus à corda profectus eſt, caput cū corde cōiungitur. Inde rorſus per aliam venam ſpiritus à capite fluit, &
E poſt aliquod ſpatium hepar informat, quod genus viſceris per colligantes arterias aut venas cū capite atq; corde cōmunicat. Ab hepate itē alijsq; primoribus membris aliæ arteriæ ſeu venę tenduntur ad alias materię partes, per quas ille generator Spiritus tranſiens alia fingit reliqua membra: quî fit, vt ea omnia ſimul communicent, & in primis cordi, hoc eſt, fonti vitę iungantur, non quidē loco ſeu cootactu, quem admodum aiunt immediato, ſed quod inde ad
F mirando ſummi artificis opificio ſpiritum vegetantem ac vitam hauriunt. Et licet iſta ſimilitudo quoad omnes eios partes vrgeri ſubtiliter non debeat, rem tamen vtcunq; ſob oculos ponit, oſtenditq; nobis, poſtquā iam homines ſumus, vt ille fuit, cum Chriſto hanc primā intercedere cōmunionem, quòd eius membra efficimur. Deus quippe illum (vt Paulus teſtatur) caput dedit Eccleſię: quia vt ſpiritus ab eo fluit, modò hoc modò illud membrum ſibi fin-
G git atque adglutinat, illudq; per ſpiritū ipſum proprietatibus ac temperamento ſibi ſimile reddit, quandoquidem iam naturaliter ſimul conueniunt. Prius itaque Chriſtus, dum conuerti-

Digitized by Google

uertimur, efficitur noſter, & nos illius, quam ei ſanctitate ac inhærenti iuſtitia reddamur ſimiles. Hæc illa eſt arcana communio, qua illi dicimur inſeri. Sic illũ primò iodoimus, ita caro ex carnibus eios, os ex oſsibus eius ab Apoſtolo dicimur. Et ex hac iam expoſita commnnioue ſemper illa poſtrema, dum hîc viuimns, perficitur. Nam membra Chriſti ſemper eò ſpectant, vt eius ſimiliora euadant. Neq; communionẽ hanc myſticam impediunt locorum ſpatia, ſed dũ in terris degimus haberi poteſt, licet ipſum Chriſti corpus iu cœlis com Patre ſedeat atque regnet. Abundè ſatis eſt, vt nexibus atque compagibus quibuſdam ſpiritualibus illi nectamur: quæ tamen vincula ſeu colligationes ab ipſo capite peudent ac deriuantur: Et ea ſunt fides cumprimis, verba Dei & Sacramenta. Per iſta Spiritus à noſtro capite dimanans per Eccleſiam diuagatur, & ſua mẽbra proportione iuſta vegetat & aſsimilat. Has ego cõmnoioues cum Chriſto recipio, alias (vt verum dicam) non intelligo: quod præſertim ob illá dico, quá nonnulli ex patribus etiam inducũt, potiſsimùm Cyrillus, qui ſubſtantiam carnis & ſanguinis Chriſti ſic cibum noſtrum faciunt, vt miſceri dicant reipſa cum ſubſtantia noſtra. Nec video, quomodo ponere nõ cogantur, dũ ita dicunt, noſtrá eandem carné & ſanguinem, quæ ſic nutriatur, non abire in eandem hypoſtaſin cum Chriſto, & corpns illius hoc pacto ad ionnmerabilia loca diffundere. Sunto ſanè Sacramenta & verbum Dei notæ & ſymbola verę cõmunionis cũ Chriſto, quá vt potui iam explicui: ſunto etiam compagines & commiſſuræ, per quas Spiritus Dei fiat efficax, modò fides interceſſerit, in quibus locum poteſt habere. Neq; ita iſta intelligantur, quaſi gratiam & Spiritum aut exteroo Verbo aut Sacramentis alligemus, quaſi nullo modo fieri poſsit, vt quiſpiam ſuo capiti, Chriſto inquam, ſine his iungatur. Fidei vna eſt in adultis compago & commiſſura neceſſaria, qua Chriſto ipſi, & quidem indiuulsè aptamur. Hoc illud eſt, quod ſuis hyperbolis patres fortaſſe voluerunt, quibus dum vſi ſunt immodicè, cùm ſua ſcripta obſcura nobis reliquerunt, tum moltis erroribns anſam non paruam ſuppeditarunt. Pluribns vt ſuſpicor, egi, quàm tuæ occupariones patiantur, & fortaſſe minus dixi, quàm ad meum ſenſum explicandom plenè valcat. Cùm tibi licuerit, ne me quæſo de tua ſcoA tentia quicquam cælaueris.

Reſtat nunc, vt ad electionem Eccleſiæ noſtræ Italicæ reſpondeam, atque hunc locum, quòd mihi cauſa facilis videatur, paucisſimis expediam. Cuperem quidem, ac mihi iucundiſſimum eſſet aliquando tandem meis Italis inſeruire: Non enim ſum æneus, & carnẽ ferreá non habeo. Quare vt Paulus Iudæos, ita ego meos Italos cumprimis ſaluos deſidero. Verũ vt ipſe noſti, iam non ſum mei iuris. Iſta Reſ-B publica & Eccleſia me ſibi à duodecim propemodum hinc annis obſtrictum habet. Ná cùm profectus ſum in Angliam, voluntate magiſtratus & Eccleſiæ huius iui. Speraui cùm redirẽ, vt abſoluerer: quod ſi contigiſſet, ad te rectà venire ſtatuerá. Sed propoſita re in Senatu, nõ ſum dimiſſus, imò ad priſtinum locum ſeu iugum relegatus. Deinde quia Senatus huius & Eccleſiæ multa in me beneficia extant, vereor ne leuitatis aut cuiuſpiam alterius cupiditatis C iure arceſſar, ſi me hinc abſque iuſta vlla occaſione tentem ſubducere. Quid prætexam? Eccleſiam Italicam paſtore deſtitui? at Celſum habent, qui mihi æquè ac mea ipſius anima eſt charus, quemq; probum virum, doctum, grauem & ad regendam Eccleſiam idoneum probè noui. Dicam me in rebus maioris momenti eum conſilio velle iuoare? at ibi tu ſuperintendens es poſitus, qui operam & conſilium, quæ tua eſt charitas, nunquam es denegatu-D rus. Certè nullus eſt vel honeſtus color, quo poſsim ab hoc magiſtratu miſsionem petere. Deinde licet in ſchola non præſtem quantum deberem, ibi tamen, vt arbitror, opera mea nõ eſt inutilis: & Germani ſunt & peregrini, qui audiunt, curaturq; id ſedulò, vt quæ ſint illis poſtea dediſcenda non doceantur. Dumq; Zanchus & ego, qui coniunctiſsimè viuimus, ita pergimus, erroribus in ſchola non datur locus. Eccleſia præterea Gallica me orat, ne E abeam. Tu ſapiens in Chriſto es, hęc diligenter expendito. Nõ refugio tuum arbitrium, quod ipſe iudicaueris facto faciá: Sed tamẽ hoc vltro polliceor, ſi qua detur vnquá honeſta occaſio, qua me iuſta ratione queá hinc explicare, nil fore mihi antiquius, quá vt iſthuc me cõferá, vbi tecũ cumprimis & cũ ciuib. meis poſsim quicquid vitę ſupereſt Chriſto viuere. Vale vir Dei, atq; mihi pluribus nominibus obſeruandiſsime. Sturmios, Sleidanns & Zanchus officioſiſ-F ſimè te ſalutant. 8. Martij. 1555. Argentinæ.

EIDEM.

ACcepi, Vir clariſsime, ſuperiorib. diebus iſtas literas Vienna, vt eas ad te mitterẽ, quod ante nõ feci: quia cõmodum tabellariũ prius nõ habui. Nunc verò partim iſta occaſione data ſcribo, partim quoniam videtur iam eſſe diu ex quo te non ſalutaui: quod officium etſi aliquantulũ diſtuli, nihilominus intermori non patiar. Atq; ad hanc meam voluntatem alind accedit, nempe ſuperioribus diebos me ſumma voluptate perlegiſſe quá edidiſti lucubrationẽ, pro tuenda ęterna ſalnifica Dei Opt. Max. prædeſtinatione. Proinde cũ ea lectione fuerim admodum recreatus, par & ęquum exiſtimaui gratias tibi agere: nec dubito labori tuo quoad electos ac prædeſtinatos ad vitá æterná vitá à Deo, ad cuius gloriá ſuſceptus fuit, iuſtũ vberemq; fructum cõceſſum iri. Ego quoq; in iſtá eandem ſententiam permulta collegeram in cõmentario meo epiſtolę ad Rom. qué ante aliquod menſes imprimendum Petro Perna

Baſileam miſeram: qoi tamen liberijs nondiois abſolui noo potuit. Quod idcirco nō ſignifico, quò tibi fidem faciam, ex animo & iuſta de cauſa, me tuo ſcripro non vulgariter gaoiſum eſſe. Nos hic noui nihil ferè habemus, quod ipſe neſcias. Inaugurario noui Imperatoris, forma & ratiooe inſolita & hactenus inaudita, omnibus admiratione m incredibilem peperit. Hac enim (vt loquuntur) coronatione Antichriſti Romani auctoritas viderur deiecta, plus q̄ hactenus vnquā fuerit: & quo pacto Electores Archiepiſcopi adduci potuerunt, vt eiuſmodi cōſenſerint inaugurationi, nullꝰ propeoodū intelligit. Sed quidquid ſit, expectabimus opera Dei. Huc venerunt duo Vienns, quorum alter eſt Concionator: alter verò Comes, ætate quidem iuuenis, ar in literis admodum exercitatus, & religionis amantiſsimus. Nouo Imperarori erat à conſilijs. Ceterū agit modò cū Maximil. rege Bohemiæ, contempla- A tur Eccleſias Eoangelicas, nititorque oſtēdere Lotheranos, & nos de re Sacramētaria idē ſentire, verùm hue vſque id oon potuit ad liquidū nonnullis probare. Tubingam & Heydelbergam proficiſcitur. Hæc ad Philipum in Saxoniam, quem ait ſe compertiſsimum habere, coactum eſſe iam ad ſcribendum, ac teſtandom, quid nam de re Sacramentaria ſtaruat. Vtinam illi Deos eam conſtantiam largiatur, quæ illius erudirionem & pietatem decet. Vterque verò iſtorum affirmat, Regem Maximilianum totum ad Euangelicam religiooem eſſe propeoſum, & Viennenſem Eccleſiam cupere omnino reformatā. Hæc haboi quę ſcriberē, vir clariſsime, ac mihi multis nominib. plurimùm obſeruande. Precor Deum & Patrem Domioi ooſtri Ieſu Chriſti, vt Eccleſiæ ſuæ re quàm diutiſsimè incolumem ſeruet. Tiguri, 21. Aprilis. Rogo vt ſymmiſtas meo nomioe ſaloere iubeas.

EIDEM.

Mihi ſanè, vir clariſsime, oeq; mirum neq; graue fuit, quòd ante paucos dies, cū literas ad Bullingerum noſtrū dictaueris, nihil ad me (quod per illum excuſare voluiſti) tamen ſcripſeris. Verùm id me antea valdè malè habuit, qood re morbo eoq; pericoloſo ægrotare audiueram: oeq; nunc mious ægrè eſt, quando febrim quartana o ſignificas eſſe, qua laboras. Ego de iſt us morbi cōtomacia & rebelli quadā aduerſus pharmaca & medicos obſtinatione multa poſſem narrare, vt qui iam bis cū eo ſim conflictatus: ſomma eſt, magna dioturnaq; patientia, eos qui ſint iſto loco, vti oportere, q̄ vtendam foris, vti certò ſcio, non petes, cū in animo tuo à Chriſti ſpiritu ſit abuodè inſerta: Sed habeo vnà cū permultis alijs de iſta tua ægrutatione duplicē dolendi cauſam. Vna qood ipſe doleas, frangaris, & debiliteris, id quod aliter fieri oō poteſt: pręſertim in corpoſculo, iam propemodō laborib. exbauſto. Altera verò eſt labores toos in agendo & in ſcribeodo, magno Chriſtianorum omniū detrimento interrūpi. Nihil eoim eſt quod iſti morbo æquè arqoe ſtudia & curæ aduerſetur. Hæc ſunt quæ nō tantū me, ſed omnes verè pios excruciaot. Attameo quaodo ita res habet, noſtrū eſt officium, precibus cōtendere, quanta poſſumus inſtaotia, vt priſtinæ ſanitati quam primū reſtituaris. Tuū verò, vt à noxijs omni cura, ſommaq; diligētia tibiipſi temperes, præſertim à ſerio ſtudio, & grauium curarum ſolicitudine, qoibus humor atræ bilis, vnde iſta febris accenditor, ira pulſatur atq; percuritur, vt ad medullas oſsium vſq; infigat. Porrò multò expetibilius eſt, ad ali- C quot dies aut mēſes quieſcere, quando ita Deo viſum eſt, quā aur cum magno bonorum mœrore interire, quod auertat Deus, aut cū incredibili Eccleſiæ iactura, quantum vitę ſupereſt, debilirato prorſus & fracto corpore, atq; animo vioere. Videto itaq; vt oeq; in te, neque in Eccleſiam Chriſti pecces. Veneruot huc certi nontij heri, miſsi à nobilibos viris Anglis, qoi Argeotinæ agunt: ſignificant verò ſuam Reginam decimoſexto Nouembris obijſſe, ac illu- D ſtriſsimam Eliſabetbam ſucceſsiſſe in Regnū, idqoe ſummo conſeoſu omoium ordinum. Conuenerunt enim fortè fortuna hoc tempore ab omnibus Angliæ partibus ad Comiria, vel, vt vulgò dicunt, ad Parlamentum. Nuoc Deus rogandus eſt, vt hæc rerum cōmotatio, nomini Chriſti, & ſancto eius Euangelio bene vertat. Scio re tuamque ſanctam Eccleſiam, officio non defuturos. Tempus fortaſſe iam eſt, vt io eo regno muri Ieruſalem reædificentur, E vt oe tot martyrum ſanguis videarur in caſſum tam largiter effuſus. Nihil præterea noui habeo, niſi quod meum librum ſub prelo habeo, quo Stephani Gardioeri olim Vinthonienſis Epiſeopi, omoia ſophiſmara & præſtigias de re Eucbariſtica retexi & confutaui. Quod vti ſpero, valdè tempeſtiuè cecidir: nam commodom erir hoe præſertim tempore, vt Papatus Anglicanus intelligat, librum illum non eſſe, quemadmodom hactenus iactirarunt, inoi- F ctum. Bene vale, atque Chriſto & eius Eccleſiæ quàm diutiſsimè viuas. Symmiſtas omnes iobeo ſaluere, nec non Bezam & Marchiooem. Tiguri 1. Decembris.

EIDEM.

Qvod literas, vir clariſsime, rarios qoàm ipſe velis, & ego cuperem, huc ſcribas, me non ita mouet, vt vel abs te minus diligi, vel mious curari ſuſpicer. Nam vt afflicta valetudine hactenus fueris, & quàm grauibus atqoe multiplicibus negotijs tantùm non obruaris, compertiſsimū habeo. Vtinam quemadmodū id probè noui, ſic ta aliqua ex parte alleuare poſſem.

poſſem. At confido Patrem Domini noſtri Ieſu
Chriſti, qui ſons opportuni auxilij atq; ſolidæ
conſolationis eſt, ita denique tibi adfuturum,
vt & corpore melius valeas, & moleſtiæ quib.
vltra vires premeris, nonnihil mitigentur.
Quòd Galliæ res tam malè babeant, egerrimè
quidem ſero, quamuis ita eoenturum anteà iu
dicaoi. Nam intelligebam N. illos facilè rerum
potituros, ad quorum manum imperij ſumma
ſi peruenisſet, facilè diuinatu fuit, quò religio-
nis ſortuna eſſet caſura. De Regina mirantur
fortaſsis alij, ego non miror. Nam pietatis eius
erga religionem ſynceram, vllam ſignificatio-
nem hactenus nunquam ſenſi. At de Rege Na-
uarræ nouum admodum videtur, vt qui antea
Eoangelio filij Dei tam pleno ſpirito ſauere vi
debatur: nunc quando maximè opus erat, ſe
pietate vacuum adeò præbeat. Quid hîc aga-
mus? Qui Rex regum eſt, & Dominus domi-
nantium, abſque Regibus & dominis huius
mondi, caoſam ſuam tuebitur & promouebit:
veſtræ quoque vrbi deſenſor & propugnator,
A vti ſpero, aderit. Non enim fidelibos, qoando
ſuis temporibus vrgentur, ſolet deeſſe. Id autē
cùm hactenus nemini commiſerit, vt nunc à
vobis incipiat non eſt opinandum. Nos verò
quando aliter non poſſumus, rem veſtram cō-
tentiſsimis precibus apud Chriſtum iuuamus,
nec diffidimus quæ illios bonitas eſt, ab ipſo
nos denique auditum iri. Bullingero & cæte-
ris tuo nomine ſalutem dixi, qui te viciſsim
plurimùm ſaluere iubent. Iuueni autem, quē
B tuis literis commendaſti. quacunque in re po-
tero, libentiſsimè gratificabor. Syminiſtas tu-
os mihi velim diligenter admodum ſalutari.
præſertim Dominum Viretum atq; Bezam,
cuios nomine Lælius mihi dedit inſtituta ve-
ſtri collegij: quod vos erexiſſe tū vehemeoter
gaudeo, tùm ea de cauſa Deo ingentes gratias
ago, illum obſecrans vt quod bene cœpiſtis, fe-
licisſimè vertat. Bezæ verò libenter modò ſcri
pſiſſem, niſi tabellarius nimiū feſtinaret. Valé
C Domine colendiſsime, ac frater in Chriſto plu-
rimum obſeruande. 26. Sept. Tiguri.

IOANNI CALVINO.

FASCICVLVM hunc literarū
his diebus vir clariſs. accepi, cō-
mittere autem nolui, vt abſque
meis tibi redderetur. Valeo de
more, libenterq; Dominū de S.
Andrea, tuum ſyomiſtā vidi, ex quo de rebus
Geneuenſibus luculēter cognoui; quod aoteà
ob rumores, qui varij ſpargebaotor, non medi-
ocriter optaueram. Benedictus Deus & Pater
Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui ſuos non deſe-
rit. Saxones non quieſcunt. Farraginem, n. (ſie
appellant) valde ineptam ediderunt. Senten-
tias quaſdam ex Patribus colligunt, nec nō ex
Luthero, Philippo, Brentio, Pomerano & ſimi-
libus, Addunt et Bucerum, Illyricum & Ioachi
mū Vueſtphalū, quò ſe inter ſeſe conſentien-
tes eſſe oſtendant. Inſeruerunt quoque varias
epiſtolas in nos aliquando ſcriptas. Te verò &
me nominatim non attingunt. Ioan. à Laſco
proſciodunt, non ſanè quòd peculiarem foue-
at opinionem, ſed tantū nomine Sacramenta-
rij. Atque, ſi Deo placet, in huiuſmodi Cento-
ne titulum habent priuatim. Qoòd Chriſti cor
pus ſit vbiq;. Hoc iam palàm tuentur, & iſtum
articulum tribus aut quatuor folijs tractant:
neque alia ratione vtootur, quàm Filium Dei
aſſumpſiſſe naturam humanam in eandem hy-
poſtaſim. Ad extremum addiderunt locum de
magiſtratus officio, quod alia cauſa eos ooo ſe-
ciſſe arbitror, oiſi vt principes in nos inflam-
ment. Omnia tamen tam inſulsè ac ineptè re-
ferunt, vt miſericordia potins quàm confuta-
tione opus habeant. Quid hîc dicet noſter Phi
lippus Melanchthon? Eum paſsim teſtē citāt.
Verùm ipſe melius iudicabis cùm librum vide
ris. Molyoæus redijt huc à nuptijs cum princi
pib. quem audiuerá neſcio quæ de libsro arbi-
trio non rectè ſentire, ac ea velle in lucē edere.
Hominē ad me vocaui, oſtendi, quàm ſic agen
do cùm Eccleſiaſticæ paci, tum ſibi malè con-
ſuleret. Viſus eſt perſuaderi, ſeque pollicitus
eſt oon facturum: imò negauit, vnquam in ani-
mo babuiſſe, vt quæ de hac re ſcripſerat, inuul-
garet. Præterea D. Balduious, cùm de alijs re-
bus vnà loqueremur, dixit te illi ſignificaſſe,
D Molinæum conqueri de ipſo, quòd eius locū
apud nos occupârit. Certè ſi hoc dicit, vehemē
ter mirandum eſt. Is enim cùm hîc ſuiſſet, eum
Dominis Scholarchis non potoit cooocnire.
Iuit itaque Tubingam, & conditionem ibi re-
cepit: atque per annum propemodum eſt pro-
feſſus Leges: deinde Mombelgardum ſe tranſ-
tulit, eamque conditionem rurſus amplexos
eſt, dumque illic eſſet. D. Balduino venienti
huc literas commendatitias ad me dedit. Vaca
E bat proinde tonc tēporis iſte locus. Vode, meo
iudicio, non habet quod iuſtè queratur. Alius
præterea (vt hodie aodiui) editus eſt liber
à Ioach. Veſtphalo in te, vt aiunt: aut certè in
Sacramentarios: eum non vidi. Mirum eſt hos
homines neq; poſſe rectè ſcribere, neq; velle ta
cere. Omnia hæc ſua Francoſ. curarunt impri-
mi, fortaſſe vt Gallicanæ atq; Aoglicanæ Eccle
ſiæ, quæ ibi collectæ ſunt, negotium faceſſant.
Garnerius hinc diſceſsit, & ad Landgrauium
F ſeſe contulit. Eccleſia noſtra incipit reſpirare,
atque ſi Dominus fauerit, aliquando tandem
erit nonnihil quietior. Synceram tranquillita-
tem non facilè mihi promitto. Illi enim qui
Garnerium vexarunt, adhuc manent, ſuntque
vt ſemper fuerunt, ingenio turbulento. Petrus
Alexander pergit in opere cœpto, ac ſatis effi-
caciter & rectè docet. Balduinus, vt ſuſpicor
Heydelbergam ibit, nibil certò ſcio, nam rectè

agit, & quæ in animo habet, non apertè loqui-
tur. Si diſcedat, Hotomanum ſubſtitui loco e-
ius velim. Sed Molinæus, vt video, hîc hære-
bit: quærit enim, quantũ olfacio, vel iſtam vel
Heydelbergenſem conditionẽ obtinere: non
tamen facilè ei ſuccedet, cùm à Deo facultatẽ
docendi non ſit nactus. Nemo propemodum
intelligit eum, dũ loquitur. Certè me illius mi
ſeret. Nam in facultate ſua doctus eſt, & aduer-
ſus Papam non malam nauauit operam. Si ani
B mum ad ſcribendum tutandamq́; noſtram cau
ſam appelleret, & apud aliquem principem lo-
cum haberet, illi benè conſultum putarem. Sed
homini conſtantia deeſt: vnde quid ei faciun-
dum ſit, planè incertum habeo. Noſtram Itali-
cam Eccleſiã, quamuis non opus eſſe arbitror,
quanta poſſum vehementia tibi cõmendo. Li-
teras è Saxonia modò accepi, à paſtore quodã
amico meo veteri, qui non tantũ eſt doctus, ve-
rùm pius, & benè de iſta controuerſia ſentit: is
C dicitur habere ſecum nonnullos fratres: qui ſe
cum idẽ ſentiant, ſed multitudine obruuntur:
cæteros verò ait furere, ita vt in ſuggeſtis, nil
aliud propemodũ clament, niſi nos eſſe hæreti
cos, falſos prophetas, lupos, Suermeros, ſacra-
mentiperdas. Additq́; in te præcipuè illos de-
bacchari, & iam aduerſum te ſuffragia colligi.
Arbitror eos, ſi poterunt, aliquod genus moliri

A excommunicationis. Deus conatibus eorum
obſiſtat. Is autem bonus vir in ſummo eſt odio,
quod vt cæteri faciunt, in nos clamare nolit,
quodq́; Anglos è regno ſuo profugos, quos alij
eijciebant, hoſpitio ſuſceperit, & aliquando cũ
Eccleſia Phryſica cõmunicauerit. Vnde neque
ſuam ciuitatem, neque Saxoniam ſperat ſe diu
poſſe ferre. Tamen quoniam iſti Lutheropapi-
ſtæ, vt nobis inuidiam conflent, multitudini
perſuadent, omnes illorum Eccleſias à noſtris
B eſſe damnatas, & quod volunt, imperitis rerũ
facilè perſuadent, iudicarent eſſe vtile, ſi cõmu
ni noſtrarum Eccleſiarum voluntate ſcriptum
ad filios Eccleſiæ Saxonicæ ederetur, quo calu
mnia hæc purgaretur, reddereturq́; ratio quã
ſimplicisſimè fidei noſtræ. Quod licet aliâs fa-
ctum vtcunq́; fuerit, attamen hoc tempore ait
ſe iudicare id multum poſſe prodeſſe: præſer-
tim ſi Eccleſiarum ſubſcriptiones haberentur:
quoniam paſſim aduerſarij iactant, hac de re
C ſummã inter nos eſſe diſſenſionem. hæc tacere
nolui, vt circa ea tuo vtaris iudicio. Faſciculũ
literarum antea miſi, quòd exiſtimauerim, ibi
libellum incluſum Vueſtphali. Has autem cõ-
ſtitueram dare Domino de S. Andrea, ſed quia
(vt audio diſcedit in Belgicum, nolui vlterius
differre. Deus te nobis diu incolumem ſeruet.
Argentinæ 23. Septemb. 1555.

EIDEM.

SVm, vir clariſs. atque mihi Chriſti ſenſu &
mente coniunctiſsime, tuo libello quem ad
me miſiſti, plurimùm delectatus, illum vna no
D cte non perlegi, ſed voraui potius. Nam tabel-
larius, cùm illum mihi reddidiſſet, craſtino die
abire voluit. De illo ſic iudico: Qui eum atten
tè legerit, duo, & illa quidem non vulgaria, ea-
dem opera conſequetur: Primũ, Euchariſticã
controuerſiam notiſsimam & perſpectiſsimã
habebit, quam Deus (vt bonus eſt) voluit no-
ſtra ætate Chriſti Eccleſijs rurſus manifeſtare.
Nam ſic erat obſcurata, & adeò tenebris inuo-
E luta, vt veritatis eius vix tenue aliquod veſtigi
um extaret: quod ſanè à paucis admodum a-
gnoſcebatur. Illoſtrationem verò ipſius tantũ
bonum eſſe arbitror, vt citra illud in Eccleſia
ſua Deus coli ſynceriter nequeat. Sunt qui pro
communi pace cauſam hanc ſepultam & op-
preſſam iacere cupiunt: Ego verò niſi fons iſte
multorum malorum aboleatur, magnam Chri
ſtianæ doctrinę partem deeſſe in Eccleſia Chri
ſti exiſtimabo. Quapropter hebdomadis ela-
F pſa, cũ apud nos eſſet N. ad Eccleſias Polonicas
epiſtolam ſatis prolixam dedi, qua de vera ſcri
pturarum diuinarum ſententia in hac ſacramẽ
taria cauſa ſyncerè ac dilucidè ſumma diligen-
tia mouui. Precor Deum, vt literas meas inuti-
les eſſe non patiatur. Alterum verò commodũ

libri tui eſt, Vueſtphalum & ſimiles eius, qui
ſermonibus humanis & lenib. cicurari nequẽ-
D unt, hoc excantationis genere ad ſua latibula, è
quib. emerſerant, rurſus eſſe compellendos, vt
ſerpentum inſtar ſuo veneno ſeipſos tantùm a-
lant & oblectẽt: ſed illud infundere alijs, & eos
necare amplius non audeant. Conquerentur
acrem & vehementem in ſcribendo te fuiſſe.
rogabimus, cur Vueſtphalus veluti Cecias has
nubes, hymbres, grandines, tonitrua & fulmi-
na ſibi vltrò accerſiuerit? Dolebunt, huius pu-
gnæ tam cruentum fuiſſe conflictum. regere-
E mus viciſsim, non potuiſſe alia ratione Centau
ros & Cyclopas domari. Deplorabunt aliqui
eorum nimis acerba, vtq́; aliâs dixerunt, ſcurri
li dicacitate actum. reſpondebimus, non ſcur-
rarum petulantia, ſed robuſtis argumentis &
firmiſsimis rationibus, Vueſtphali gladiatorię
audaciæ occurſum eſſe. Ad ſummam, quid alij
iudicent, ipſi viderint: mihi quod ſcripſiſti
ſummopere placet, ac vehementer probatur,
Quapropter cũ de opera, quam ſcribendo bene
F collocaſti, tũ de libello ad me miſſo, quãtas poſ
ſum gratias ago. Vale clariſs. vir, plurimũ obſer
uande, atq́; in Chriſto valde amabilis. Nobis te
diu ſeruet Chriſtus incolumẽ. Salutẽ tibi dicit
Zanch9. Digneris meo nomine ſalutare fratres
& Marchionẽ cũprimis. Argẽtinæ 16. Feb. 1556.

EIDEM.

DIu eſt, vir clariſsime, cũ ad te non ſcripſi,
haud ſanè quòd mihi tui memoria exci-
derit, vel quòd alio animo erga te nunc ſim, atq;
que antea fuarim, verùm quia, vt fit, quando ta
bellarij

bellarij adſunt,non vacar:cũ verò eſt otium,tabellarius deeſt. At nune quando tabellarium habeo, & ſum nactus otiũ, intermittere nolui, quin ad te ſcriberem, idq; rogem,quod te, quæ tua pietas eſt,per teipſum iam feciſſe,atq; factorum eſſe minimè dubito: Vt meum,imò tuum Comirem Maximianum, fratrem in Chriſto chariſsimum,hoc ſuo tempore diligenter conſoleris.Ex morte qippe vxoris,lectiſsimę fœminę,vt animaduerto,accepit vuln⁹ grauiſsimũ, at à medico; quod Chriſtianis voluptati non mediocri eſſe oportet. Nouit enim Seruator noſter Chriſtus,quid ad ſalutem noſtram conducat, idq; longè magis quàm à nobis queat prouideri. Hîc nihilo ſecius agitur atq; prius. Id pro certo ſcribitur, Collocutores in Comitijs eſſe declaratos,qui Vuormaciam proximo Auguſto menſe conueniant,& inter ſeſe de religione diſceptent: eo ſcilicet fructu,quantum ex præteritis diuinare licet,quo ter minimũ hactenus eſt actum. Sin verò quæras qui ſint, ſic habeto: Vicelius,Iulius Pflug & Aſotus à Papa ſtabunt. A noſtris autem Philippus, Brentius & Marpachius. Hui dices, nom Saul inter prophetas? Res ad triarios redijt. Pauonis tui, ſeu noſtri,literis interiorib. opus erat. Interea tu,Bullingerus (vt me ceu abortiuũ præterea) Samaritani habemor, quiq; vel aëre quem ſpiramus, nedum Chriſtianis conuentib. indigniſimus: & nihilominus vel ipſis nolentibus ad duodecim trib.Iſrael pertinemus,licet regionẽ colamus citra Iordaoẽ,& numero ab eius vincamur. Putant, & clamant nos extruxiſſe altare ad alienã religionẽ excitandã. Vtinam aliquando intelligant, nos religionis puræ atq; ſynceræ illis multò maxima ex parte ſtudioſiores eſſe. Philippus Rex in Angliam tranſmiſit, vbi cohortes militum expectet, quæ ad illum ex Hiſpania ſunt nauigaturæ: à regina verò & militem & pecuniam petit. Gribaldus hîc nudius tertius fuit, ſed vna duntaxat nocte: mecum non conuenit,vt quem iam audiuit à ſuis dogmatis plurimũ abhorrere. Dixit attamẽ quibuſdam vt accepi, Vergerium propediem adfuturum, & res in Comitijs Polonicis non omnino trãſactas: Quicquid tamen id fuerit,non planè ſcimus; quod vt certius nouero,te ſtatim certiorẽ faciam. Symmiſtas tuos ac reliquos fratres, præſertim autẽ Dominum Marchionem à me ſaluere cupio. Vale, atque me, vt facis,ama: nam & ego te plurimùm in Domino veneror. Tiguri. 8. Aprilis 1557.

EIDEM.

QVod ſuperioribus diebus ad me ſcripſiſti de Farelli atq; Bezæ Confeſsione, ita vt ais, eſſe videtur: omnia ſcilicet candidè ac ſimpliciter ab illis fuiſſe acta. Vnde quod ad me attinet, boni conſulo, nec in quoquam alio animaduerti vllam offenſionẽ, qua cõſenſus & eccleſiaſtica vnitas aliqua ex parte vel tantillũ imminuerentur. Deinde acceſsit tui libri editio,qua mones intractabilem Vueſtphalum,& Magdeburgenſibus reſpondes, quibus vnà cum Vueſtphalo rabies quędam & pertinacia inexpugnabilis videntur bonam mentem iam pridem eripuiſſe. Ibi tu Sacramentariam controuerſiam adeò ſynceriter, clarè ac dilucidè tradis,vt nodus vllus ne videatur quidem, nedum ſit relictus in ſcirpo:& parui vtiq; iudicij, ne dixerim nullius,ij exiſtimandi ſunt, qui ea in re aut lumen aut doctorem vlterius deſiderant. Librum ſanè omnibus video mirificè placere, mihique maiorem in modum probatur. Quamobrem de iſta ſcriptione gratias tibi ago. quodque Deus tuis laboribus tam cumulatè benedixerit, iam non parcè ac verecundè, ſed liberè ac confidenter Eccleſię Chriſti gratulor. Melanchthon Vuormaciam veniſſe dicitur, quodque me recreauit non leuiter, id eſt fragmenta quædam legi nouæ interpretationis eius in epiſtolam ad Coloſſen. in quibus de natura Chriſti humana orthodoxè admodum ſcribit, eamque in cœlo verè ac propriè affirmat eſſe: atque cum Auguſtino propter corporis modum certum locum habere contendit, nec allegoriam in cœli vocabulo quærit. Vnde Vbiquiſtarum error apertè conuellitur. Illa ſi ediderit, Eccleſiæ, vti mihi videtur,plurimùm commodabit: Non quod Euangelij doctrina teſtificatione hominũ cuiuſcunq; ſortis verior quàm reipſa ſit,queat effici: ſed quia imbecilla ingenia conſenſu & authoritate piorum hominum in ea plurimùm confirmantur. Gualtherus item noſter librum in Apoſtolorum Acta, ſi quid iudico,doctum & vtilem edidit. Rumor præterea hîc ſparſus erat, Comitem Martenengum obijſſe: qua de re pro eo ac debui cùm dolorem non vulgarem cœpiſſem, leuationi, & quidem magnæ, literæ tuæ mihi fuerunt, quas Bullingerus abs te acceperat. Scripſiſti enim illum ſanè grauiſsimè laboraſſe,ac poſtea releuatum morbo,in eum de integro incidiſſe, verùm extra periculum iam eſſe. Deum oro & obſecro, vt nobis illum diutius conſeruet. Quid aliud præterea ſcribam non habeo. Illud affirmo,vt ſis incolumis,atque vt facis, in Eccleſia vtiliter verſeris, me à Deo vnicè precari & flagitare. Quare pro meo iure viciſsim poſco, vt in tuis precibus mei non obliuiſcaris. Vale clariſsime vir, atq; mihi plurimùm obſeruande. Tiguri 29. Auguſti 1557. Marchionem & Comitem à me velim ſaluere. Symmiſtis quoque omnibus plurimam ſalutem dico.

EIDEM.

TVam benignitatem ac facilem erga ſe animum N. huc rediens mirificè prædicauit. Quare meam commendationem apud te pondus habuiſſe gaudeo, & illi datam occaſionem

Digitized by Google

te amaodi, vt mereris vehementer lætor. Et ſa-
nè ſpero, niſi me fallit, eum poſthac ſua eſſe a-
ctur͂u: & quietè atq; tranquillè victur͂u. Proin-
de tibi gratias ago, & ſi qua ſe obtulerit occaſi-
ſio, lubenti animo declarabo, ſi quem mihi cõ-
meudaueris, quaotam voluotatis tuæ ratiooẽ
habeam. In Eccleſia Italiea turbatum quid fu-
iſſe audiueram. qua de re tam fui anxius, vt
neque diu neque noctu propemodum animo
quieſcerem. Poſt rumorem autem ad nos alla-
tum, adſuit ille Georgius medicus. è veſtigio
me conueoit: & qoemadmodum olfeci, me ar-
bitratus eſt nonoihil à ſe ſtaturum. Sed longè
falſus eſt. Si qois enim ab hoc errore maximè
abhorret, ego me ill͂u eſſe profiteor. c͂u homine
beoe ter aut quater coōtoli, ac ſeoſi qood ſcri-
bis ita eſſe, ab iſtis vnios Patris in oatura diui-
oa monarchiam conſtitui, nec poni voam eſ-
ſentiam Patris & Filij. cumque in eſſentia diui
tia diſtinctiooem ſeu diuerſitatem veliot, Deo-
C rum multitudioem euitare nou poſſuot, quam
Gribaldus (vt audio) diſertis verbis aſſerebat.
Is verò ſermone taotùm negat, ſed vult ſibi ea
eoncedi, quibus datis & poſitis vt ſequatur ne
ceſſe eſt. Rem detuli ad Bullingerum. is hor-
ruit, & me rogauit, quod ego per meipſum cu-
piebam, vt ſermonem quamprimùm poſſem
abrumperem: quòd tales animi ooo facilè ſaua
ri cooſueueriot. Itaq; cùm iam quæcunq; iudi-
cio meo dici poterant, illi homini expoſuiſſem,
D rogare cœpi, vt Eccleſiæ veſtræ ſe recou-
ciliaret, alioquio ei uon eſſe dandom apud
nos locom. Et ecce tibi, literæ abs te mihi
opportuniſsimè redduntur, io quibus ma-
gna cum voluptate audiui, Eccleſiam Italo-
rum eſſe compoſitam, & formolam adhibitam,
A cui omues ſubſcribereot. Remedium porrò
eſt commodum, nec à veteri Eccleſiarum more
alienum. Ex eo autem anſam arripui, vt multis
hortarer Georgium ad Eccleſiæ vnitatem, ro-
gabamque vt propoſitæ formulæ, quam Ec-
cleſia probaſſet, puro & ſyncero aoimo ſubſcri
beret: quòd illa vnica eſſet via tum reconcilia-
tionis tum ædificandi quos perturbaſſet, atque
ſcandalizaſſet. At ſeoſi me verba & laborẽ pro-
foodere. Quibus aoditis, necnon à Vuolphio
B & à Gualthero admooitus Bullioger us, voluit
vt homini ſuaderem abitum, alioqui magiſtra-
tom iuſſurum eſſe vt diſcederet. Quod vbi feciſ
ſem, abijt, & me non parua moleſtia liberauit.
Ait ſe in Tranſyluaniã profectur͂u, ſed metuo,
ne Baſileæ aliquantulum ſubſiſtat. Habuit &
alterum ſecum, Ioanoem Paulum Pedemonta
num, qui etiam diſceſsit, & Clauennam, vt arbi
tror, ſeſe contulit. Vtinam Deus frenet Sata-
nam, videtur hac noſtra ætate ſolutus. Nam
C Eccleſiæ filios & ignibus tyrãnorum abſumit,
& peruerſis dogmatis omni ſtudio corrumpit.
Hoc verò te per Chriſtum rogo, cui ſeruis in
ſpiritu fideliſsimè, ne Italos noſtros ob iſtam
cauſam aut faſtidias, aut minus quàm prius a-
mes. Nam inter multas Deo chariſsimas oues,
ſi Deus paſſus eſt, vt aliqui hædi latuerint, & a-
bieriot, quæ manſerunt, ad Chriſtum perti-
nent, & vti ſpero too miniſterio curabuntur.
Nec ad finem hæc addidi, ceu bonitati & ſtu-
D dio tuo diffidens, verùm vt meum deſiderium
io ſinum tuum effunderem. Vale clariſsi-
me vir & mibi plurimum obſeruande. Deus
Eccleſiæ ſuæ te dio incolumem ſeruet, ac tuis
laboribus vbertimè benedicat. Tiguri 11. Iu-
nij 1558.

EIDEM.

QVàmuis tibi vir ornatiſs. Beza noſter, o-
mnia coram eſt relaturus, quæ hîc apud
nos geſta ſuot in ea cauſa, propter quam venit,
mibi tameo viſum eſt illum non abſq; meis li-
teris hioc dimittere, quibus te partim ſalutarẽ,
E partim etiam ſignificarem, quàm prompta &
alacri ſim voluotate ad obſequia Gallicanar͂u
Eccleſiarum. Nullos profectò labores, nulla
pericula in tanta caoſa vnquam ſum recuſatu-
rus. Deos qui bonorum omnium eſt fons & o-
rigo, inſtitutum dignetur fortunare. Tu verò
de me iuterea omnia tibi pollicearis, quæ vires
meæ ferre poterunt. Vale clariſsime vir. Deus
E te diu incolumem ſeruet, atque ſanctis labori-
bus tuis benedicat. 31. Iulij 1561. Tiguri.
Velim Dominum Marchionem ſalutari.

EIDEM.

CVrauit legatos regius, vir clariſsimus pu-
blicam fidem Regis Galliæ hoc afferri,
qoam cùm legerim, iudicaui ſatis firmam atq;
idoneam eſſe. Illam Bollingerus vtrique coosu
li oſteodit: qui reſpooderunt, ſibi videri iam
rem feriò agi, non tamen de profectione ali-
quid tantiſper ſtatueodum exiſtimaot, dum a-
F liquid hac de re ſcribatur ex Gallia recentius.
Quod etiam ex ijs, quæ ad me ſcripſiſti, iudi-
cium tuum eſſe cognoui. Quod verò ad me
attinet, maneo in eadem ſententia & volunta-
te, quam Bezæ fratri amantiſsimo hîc ſum te-
ſtatus, & proximis literis tibi ſignificaui. Non
muto animum, ſed in hac cauſa me pollice-
or alacriter facturum, quæcunque per grati-
am Dei potero, nec moram vllam traham,
quamprimùm fuero dimiſſus. De libellis
gratias ingentes ago. Illos per occupationes
adhuc non legi: ſed ipſos minimè dubito pi-
etatem & eruditionem veſtræ officinæ ſpirare.
Literas verò ad Regem perſcriptas admodum
F prudenter, tum legimus tum libenter probaui
mus. Nec dubites, nos diligeoter operam da-
turos, ne vel ſpargaotur, vel temerè aberrent.
Salutant vos Bullingerus & cæteri ſymmiſtæ.
Deus te vir ornatiſsime diu incolumem ſeruet,
ac tuis laboribus opulenter benedicat. 15. Au-
guſti 1561. Tigori.

EIDEM

EIDEM.

VErebar eas literas intercidiſſe, quas ad te dedi, cùm primùm boc appuli: ſed video tibi redditas, cùm humaniſsimè reſponderis. Quomodo res noſtræ hîc habeant, multis non arbitror tibi ſignificandum, quòd Beza ſuis ad te literis omnia comprehendat, quæ ſunt ſcitu digna. De ſuceeſſu autem io poſterom quid boni mihi pollicear non habeo, ſed prorſus deſpero, ſcholaſticos & pſeudoeccleſiaſticos oobiſcum eſſe conſenſuros. Habuimus Collocutores admodum placidos, & vt præ ſe ſerunt, á nobis minimè abhorrentes. Verùm Cardinalibus, Epiſcopis & Doctoribus ingrati ſunt, & vt ſuſpecti hæreſeos accuſantur. Hodie in cornutorom conſeſſu Poyſsiaci ſe purgant, & cauſam dicunt. Fratrum conſilium eſt, vt cũ aduerſarijs tam leniter & manſuetè agamos, vt nullam videamur cauſam abrumpeodi Colloquij dediſſe. At verendum eſt, ne patieotia ex lenitate noſtra impudenter abutantor. Qui rebos præſont aliquod INTERIM videntur meditari, ac religionem cùm ex Papiſtica tum ex Lutberana velle conflare. Fex Papiſtarum A oollet illod ſubire oous: id enim vnicè ſtudẽt, ne de ſuo peſtiſero inſtituto quicquam mutetur, ſed noſtras Eccleſias eò vellent graoari, ſi eis aliqua libertas concedatur. At regina vtramqoe partem, nos inquam & illos, ijſdẽ & decretis & edictis inuoluet. Ego cùm ſynceriter ac pure inſtaorandæ religionis conſilia dederim, amplios non accerſor, nec illa vel cõſilium vel inſtitutionem à me vllam poſtulat. In ſumma, Dei prouidentia vna eſt ex qua multa ſeparan B da ſunt: ex carne verò aut brachio potentum aut parum aut nihil expecto. Id verò iucundũ eſt auditu, quotidie ad veritatem permultos accedere, & adeò numerus augetur fidelium, vt hoſtes mirum in modum ringantur. Epiſcopi, vt dicitur, proxima hebdomada Poyſsiaco ſtatueront diſcedere. Cardinalis Lotharingus vellet ciuitatibus Gallicanis obtrudere ſuum Catechiſmum: ſed epiſcopi oon recipiunt. Vale clariſsime vir & frater in Chriſto colen C diſsime. Salutes omnes ſymmiſtas, nec non Dominum Marchionem & Balbanum. 4. Octobris 15 61. In aula apud Sanctũ Germanũ.

EIDEM.

DIſceſsi vir clariſsime Lutetia pridie Cal. Nooembris, & intra vigioti & duos dies ſaluos & incolumis Tigurum perueni: deductus admodum tutò ac fideliter à duobus militaribus ducibus, quos vulgo capitaneos vocát, pios & fortes viros: quibus à Coſs. Senato & miniſtris Eccleſiæ non vulgares exhibiti ſont honores, datiq; ſunt eis comites itioeris vſq; D Bernam. Quare poterunt, vt illos non dubito eſſe facturos, indicare ſuis principibos, quanta obſeruantia ooſtri eos proſequantur. Literas præterea humaniſsimas huc ſcripſeroot, Regina mater, nec non Rex Naoarræ: principes itẽ Ammiralius & Condenſis, quę fueruot gratiſsimæ. Dabit fortaſſe Dominos, vt animi huius vrbis cum regno Galliæ bene ac ſanctè coaleſcant, præſertim ſi iuſtos in religione cõſenſus interceſſerit. Cùm itaq; eſſemus varijs de cau E ſis læti, ecce tibi, triſtia quædam ex Gallia ſunt allata: Primũ, Regẽ Philippũ eò ſcripſiſſe minaciſsimas literas, qoibos noo rogaret, ſed quodã modo imperaret, vt io Gallijs authoritas Papę ſarta tecta & integra ſeruaretur, ſeq; (vt aiunt) diſertis verbis profeſſus eſt, omnium illorum apertum hoſtem fore, qui ſecus vellent atq; ſtatuerent. Deinde adiectum eſt, regio nomine præceptum Epiſcopis eſſe, vt denuo Poyſiacũ redirent, atq; ibi Confeſsionẽ Gallicanarũ Ecclesiarũ cõfutarent. Sed hoc nõ facilè credimus, F niſi à Theodoro Beza viro clariſs. doctiſsimoq; ea de re certiores fiamus. Deus opus ſuom tueatur, & ea fundamẽta conſtabiliat, quæ videtur nõ infœliciter eſſe iacta. Certè fraus eſſet, & quidẽ oõ obſcura, noſtris dimiſsis, aduerſarios, qui iam aufugerant, denuo reuocare, vt abſentes damoareot. Sed hæc Deus viderit. Cuploiſſem in reditu vos inuiſere: ſed cũ iã eſſet hyems, veritus ſum, ne plouijs aut nubib. obrueret, ſi lõ D giori via domũ redirẽ. Qua etiam cauſa ſum inductus, vt ne me comitatoi adiungerẽ Marchioniſſæ à Rœchling & principis de Longauilla: quod à me petitum eſt mirũ in modũ cũ apud vos eſſem Blandioi. Aſſentiri nolui, quòd iter ad aliquot dies animaduerti eſſe differendom. Deinde cogitabã, oon permagni referre, ſi fraudaremur corporis præſentia, cùm animos & ſeoſus habeamus quã cõiunctiſsimos: Quod ſatis iodicat ea firmiſsima concordia quam inter E nos coloimus in Gallia, quotquot deſtinati eramus habendo colloquio, dum in eadem domo ac menſa vnà viueremus: cuius placidæ ac ſanctæ ſodalitatis nunquã obliuiſcar. Quare te obſecro, me habeas excuſatũ, ſi magis cõpendioſo itioere domom redij. Velim nihilominus interea collegas tuos ad vnum omnes meo oomine ſalutari: præſertim doctiſsimum virum Merlinum, Hebraicæ linguæ profeſſorem, chariſsimum fratrem. Vale præſtantiſsime vir, ac frater in Domino colendiſsime. Deus tuis ſan F ctis laboribos benedicat. Salutes item, quaſo te, paſtorem Italom atque Dominum Marchiooem. Tiguri 25. Nouembris 15 61.

EIDEM.

CVm ad vos clariſsime vir, N.N. hinc reoertatur, committere nolui quin per eum aliquid ad te ſcriberem, quò & ſcires me rectè valere & vebemeoter cupere, vt hoc verno tẽ

pore à ſabri, qua diu laboraſti, denique libere-
ris: Quòd ſi Deus pro ſua booitate dederit
mirificè gaudebo, & illi de tua valetudine reſti
tuta gratias agam. Fuit hîc ſuperioribus diebus
ſamulus Domini à Laſco, qui nuotiat, in Polo-
nia ſoluta eſſe comitia, negotium antem religi-
onis in proximum Septemb. reiectum, quod
tum deouo ſint eius regni habenda comitia.
Sed id præterea ſigoificauit, quod mihi admo-
dum graue ac moleſtum ſuit auditu. Medicum
Blandratam ſeſe in amicitiam N.N. inſinuaſſe
prætextu medicinam faciendi eius inuetarato
morbo. Qoo audito veritus ſum, ne illi ſeni fa-
eilè imponat: oon quaſi exiſtimem, ei medici
errores vllo modo poſſe obtrudi: ſed quia is,
vti ſolet, cum viris doctis aliud ſimulabit, dum
q́ue ſe nihil ab orthodoxis differre bene libra-
tis verbis præ ſe feret, in humines imperitos ac
rudiores totum ſuum venenum euomat. Sic
enim, vti video, illi agunt. ab infirmioribus au
ſpicantur, cum doctis vero ac primarijs viris ſe
eos eſſe, qui ſunt, omnino diſsimulant. Itaque
literas ad N.N. dedi, quibus hominem ſuis co-
loribus pinxi, eius ingenium & errores prodi-

A di. Nunc autem ea de re te monendum cenſui,
vt ſi qua tibi facultas literarum mittendarom
in Poloniam detur, nó omittas ea ſcribere, quæ
ſaluti Eccleſiæ conducere iudicaueris. Pacem
factam inter duos reges hîc affirmatur conſtan
tiſsimè, cuius tamen conditiones adhuc igno-
rantur. Vtinã in Chriſtum & ſanctam eius Ec-
cleſiam non conſpirent. Quod nihilominus et
ſi fecerint, de auxilio Dei bene ſperabimus. Nõ
enim mortuos eſt, nec vnquam morietur, ha-
B betq́ mille artes, & infinitas vias ad ſuos liberã-
dos. Eum qui has literas feret, cùm ſit tibi pro-
be notus, minimè commendo. Mecum hîc to-
to elapſo trimeſtri vixit, ſuaque morum ſuaui-
tate, doctrina & eruditione me plurimùm de-
lectauit. Suæ patriæ promouenda religione
prodeſſe mirificè cupit. Res eſt nunc præſer-
tim difficilis. Ego qoale potui conſilium dedi,
quod illum abs te item quæſiturom omnino
exiſtimo, & habebit vti confido, prudentiæ ac
C pietatis plenum. Vale præſtantiſsime vir ac
frater io Domioo plorimùm obſeruande. Ti-
guri 16. Aprilis. Quæſo te, ſalutem ſymmiſtis
omnibus meo nomine dicito.

PETRO ALEXANDRO.

LITERAS, qoas ad me, chariſsi-
me, atq; obſeruandiſsime Petre, 3.
Iunij dediſti, quartadecima ego
accepi, neqoe dubito integrã & o-
ptima fide te mihi ea ſignificaſſe,
qoæ indigna ſanè tuis meritis & innocentia cõ
tigerant. Cur enim tibi non crederem? aut qua
re mendacij ſuſpectum haberem? Vt mentire-
ris cauſam non video, neq; ratio vlla eſt, pro-
pter quam tua fides mihi non debeat eſſe ſpe-
ctatiſsima. Proinde non ſolùm ijs quæ ſcripſi-
ſti fidem adhibui, ſed etiam iode vt par erat
vehementer dolui. Quòd verò tibi ſim viſus
calumniatores excuſare, id ſortaſſe ſuit, quòd
cum literas ac teſtimonia eorum non viderim,
nihil ſæuum aut atrox de talibos hominibus
facilè potui cogitare, qui mihi hac de re, quao-
do cum ipſis expoſtulaui, reſponderunt, ſe ni-
hil contra te ſcripſiſſe, quod aut verum nó pu-
tarint, aot Chriſtianæ modeſtiæ limites exceſ-
ſerit: Neque de te quicquam per ſeipſos vel
dicere vel ſcribere voloiſſe, niſi ab Eccleſia illa
Mõbelgardenſi fuiſſent adiorati & per omnia
ſacra obteſtati. Cùm hæc ab illis audiui, ſic me-
cum cœpi cogitare: Ad te fortaſſe rem aliquan
to acerbius eſſe delatam, qoam ab eis ſcripta fu
erit. Hinc vt arbitror eſt in meis literis, quòd
tibi ſim viſos factum eorum lenire ac mitigare.
Quid hîc faciam? eo ſum ingenio, vt de viris,
quos probos exiſtimo, non facilè ſuſpiciones
crimioofas admittam. Nunc verò quia teſtaris
tibi rem omnino compertam eſſe, illi quid fece
rint videant, mihi non eſt animus quæ malè vel
ab ipſis, vel ab alijs geſta fuerint, aut fouere
aut excuſare. Hoc tamen tibi confirmo, pro-

pter hanc turbam & caſus, quos es perpeſſus,
nihil apud viros probos ac prudentes de tua
dignitate ac exiſtimatione detractum eſſe.
Mombelgardenſis Eccleſia lugenda eſt, quę in
has ruinas & grauia mala, quæ ſcribis adducta
fuerit. Deus illius tandẽ miſereatur. Doleodũ
D etiam eſt, quando calumnias pij viri patiuntur.
Hæc vt acerba & triſtia mentib. piorũ ſunt, ita
orandũ eſt, vt aliquando tandem finẽ ac modũ
habeant. Apologiam, quam ſcripſiſti ad princi
pem, vidi, atq; mihi optimè placuit, & D. Mar-
pachio dixi, mihi videri mittendã. Spero enim,
ſi eam legerit princeps, non paſſurum vt in ani
mo ſuo poſthac mala ſuſpicio inhæreat. Det
Dominus illum ſucceſſum, quem optamus.
Conſilium tuum de expectanda honeſta voca-
E tione atq; amplectenda cùm offeretur, vehemẽ
ter approbo, nec dubito, Deum te in opus ſuũ
citò miſſurum. Non enim dona, quibus te or-
nauit, diutius patietur otioſa. Nũc de alijs quid
acciderit, accipies. In Anglia hebdomada ſupe
riori ſeptem boni viri ſunt combuſti, qui bono
animo atque firma conſtantia teſtimonium fi-
dei reddiderunt. Regina non adhuc peperit, &
iactaſſe ſcribitur, ſe non poſſe feliciter parere,
neque putare ſibi quicqnam proſperè ſucceſſu
F rũ, niſi omnes hęreticos, quos in carcere habet,
ad vnũ combuſſerit. Quamobrem ex his potes
cognoſcere, Dominum Cantuarienſem in ma-
gno nunc eſſe diſcrimine. Vuormacienſes di-
cuntur Gallis Eccleſiam daturi, qoam inſtitu-
et ille Theologus amicus tuos, qui fuit olim a-
pud Dominum Elyenſem defunctum, & appel
lator, oiſi fallor, Philippus. Poloniæ regoum
admiſit Euangelium, & Auguſtæ, vt omnes
putant,

Digitized by Google

putaot, Eccleſijs Cōfeſsionis Auguſtanæ pax dabitur, qoæ in Comitijs decreto Imperiali cō firmetur. Dominus à Laſco eſt Franeofordiæ. Nā coactus eſt è Phriſia diſcedere. Iulius cū v-
A xore te ac tuā lectiſsimā coniugē ſalutant, cui ego quoq; ſalutē dico. Meo attamē nomine nō grauaberis D. Vireto, Bezæ ac Euſtachio, clariſs. viris, ſalutē dicere. 18. Iun. 1555. Argentinæ.

THEODORO BEZAE.

LIteras, vir clariſs. & frater in Chriſto plurimùm obſeruande, quas ad haſce meas adiunxi, Caſpar Oleuianus tuus, ac meus, imò noſter, ad me ſcripſit: verùm quia & tabellarijs ad vos deſtituitur, & otio parū abundat, orauit vt illis perlectis, illico eas ad te mitterem, quò & ipſe non ignorares quid ageret, & in quibus diſcrimioibus Euangelij propagādi cauſa verſaretur. Ego verò quod optimus & pius vir à me rogauit, duobus nominibus quā libentiſsimè facio. Primū, vt ipſi Oleuiano gratificer, quem ob ſuam non vulgarem doctrinam & egregium ſtudium erga religionem plurimi facio: tum qoia iuſta occaſio ad te ſcribendi ſe offert, qoaio pro ea qua te beneuolentia complector, vltrò ac volens arripio. Nam cupiebā alioqui tibi gratias agere de libello, qoam N. tuo oomine mihi reddidit, qoo ſcholæ veſtræ nuoe ioſtitutæ leges (vt ſoles cætera) elegāter cōprehēdiſti. Proinde tibi, Eccleſiæ & Reipub. veſtræ Academiā, quam extruxiſtis, mirificè gratulor, & Deum Patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti oro atq; obſecro, vt indies maiorib. donis cumuletur, & fructuoſa tam religiooi quā politiæ, qoemadmodum optatis, euadat. Certè à vobis nil, ijs præſertim temporibus vtilius excogitari poterat. Laudandus Deus, qui vos in ſummis periculis ita erigit, vt de illius gloria, latius proueheoda cogitetis, q̄ alij permulti faciunt, qui ſecuritate atq; otio vndiq; ſoluuntur & diffluunt. Deus operi ſuo procul dubio aderit, & quod optimo cōſilio cœpiſtis, non modò tuebitur, ſed vt mihi polliceor, omnesq; boni ſperant, vberrimis atq; largiſsimis acceſsionib. fortunabit. Nec veſtri nouo gymnaſio melius cōſulere potuerunt, quàm vt illis te rectorem
B moderatoremq; deligerent. Omnia enim pro tua dexteritate atq; prudentia qua te Deus ornauit, ita diriges ac temperabis, vt ſuper ea quę abs te iacientur fundamenta, alij nullo fermè negotio rectè ac ſanctè queāt ædificare. Quod ad me attinet, ſi aliud non licuerit, vobis rectè ac ſtrenuè currentibus non mortuos, imò viuos atq; clariſsimos plauſus dabo. Sed ad Oleuianum redeo, qui magis ipſe pro cauſa Chriſti ac Euangelij eius periclitatur, eò precib. eſt
C promptius ac alacrius iuuandus: neq; ingrata neq; infrugifera eſſet adhortatio, quæ illum in tanta contentione grauiq; certamine, conſolaretur ac reficeret. Sed tibi clarè ac perſpicuè videnti non eſt quòd meis conſilijs præluceā. Vale ſerue Dei fidelis, & frater in Chriſto colēdiſsime. Deus tuis laboribus benedicat. Salutes quæſo mihi D. Caluinum, D. Viretum, cæterosq; miniſtros & ſymmiſtas. Diſcrimina, in quibus verſamini, me ac cæteros bonos haud
D minus tangunt, quàm ſi præſentes iſthic veſtro loco eſſemus: precibus non deerimus. Faxit Deus pro ſua miſericordia, vt qoemadmodum confidimus fore, audiamur. 4. Octob. 1559.

THEODORO BEZAE
LAVSANNÆ.

AD tuas literas vir clariſsime, atq; in Chriſto frater amabilis, eruditionis atque humanitatis plenas, expectaſti proculdubio, vt lōgè antea reſponderem, quòd ſanè feciſſem, at fidis certisque tabellarijs carui: Et ita ſum comparatus, vt non cuiuis literas credendas exiſtimem. Nunc tandem reſcribo, & hanc mo-ram vt boni conſulas oro, cùm non interpoſita ſit vel quod parū literis tuis tribuerim, vel quod te reuerentia vulgari, aut remiſſa charitate proſequar. Sed vt quæ ſcribo rectà quò deſtinaui perferantur. Dogma prædeſtinationis vt in Eccleſia retineatur purum, & verè ſimpliciterque doceatur, perutile ac neceſſarium eſſe intelligo. quod quia non videmus fieri, vt noſtrum vterque optat, inde magnum acerbumque dolorem capio. Zanchus & ego hic pro viribus à Deo conceſsis officio non defuimus, verum & docendo & diſputando, quod verum eſt dilucidè atque apertè defendimus. At non omnes per omnia conſentiūt, cauſam non ſcribo, quoniam vt vbiq; puto eandem, ſic te illam ſcio nō ignorare. Quod verò tu, quo rem nō minus vtilem quam oppugnatā ita producere in medium ſtatueris, vt etiam tabulis quibuſdam pictis eam ob oculos ponas, patefacias, ac enodatè dilucides, & laudo & vehementer probo. Conſilio verò meo, quod pro tuo candore
E atq; animi quadā moderatione requiris, egere te nō exiſtimo, quo etiā ſi egeres, illud tamē ex ijs deſcriptionibus, quas ad me per Sampſonē Anglum miſiſti, non poſſem dare. in illis enim etſi video methodicam partitionē. & διδακτικὴν rationem diligenter obſeruari, non tamē quæ tota ſit doctrina, dum nō additur aliqua explicatio, & loca ex diuinis literis nō adſcribūtur, poſſunt perfectè comprehēdere, nihilominus vt de leone qoeo ex vnguibus conijcere, totū
F id prudenter excogitatum, & accuratè abs te comprehenſum non dubito, quare vt quod deliņeaſti perficias, quodq; parturis, vt parias, & in lucem edas non ſolū tibi ſum author, verum etiam vt id facias moneo & oro. Iam reſtat, vt ad ea reſpondeam, quæ de noſtra cōmunione

cum Chriſto interrugas, & quid ea de re Ioan-
nes à Laſco vir clariſsimus iuxtaq; literis & pie
tate ornatiſsimus iudicàrit, miſſum facio, ſolú-
que circa hoc myſterium quę mea ſit fides pau
cis aperiam. ſtudeo quippe breuitati, pręſertim
cùm ea ſit eruditio tua, & id acumen, vt paucis
quid velim intelligas. Coniunctio eiuſdem na
turæ, quam cum Chriſto ab eius incarnatione
cõmunem habemus, non eſt nihil, ſiquidem ad
Hebræos cap. 2. commemoratur, vbi ſcribitur:
*Poſteaquam igitur pueri commercium habent cum
carne & ſanguine, & ipſe ſimiliter particeps factus
eſt eorundem.* Non tamen Chriſtianis eſt pro-
pria, ſic enim Iudæi, Turcæ, & quotquot ho-
minum cenſu comprehenduntur, cũ Chriſto
coniunguntur. Quamobrem ſimilitudo alia
intercedat oportet, qua natura cuiuſque Chri-
ſtiani quoad animum corpus & ſanguinem
Chriſto adiungatur. ea verò eſt quando bene-
ficiorum Chriſti opera & cultu, quoad omnia
inſtauramur, efficimurque ſancti, iuſti, proprie
tatibus diuinis ornati, & immortalitatis donũ
ac æternæ gloriæ nobis ex donis Dei vendica-
mus. Vnde non amplius noſtra infirma & im-
becilla carne, non amplius vitioſo & corrupto
ſanguine, nũ amplius animo ſœtulento & mor
boſo cõſtamus, verùm Chriſti carne veſtimur.
Chriſti ſanguine rigamor, Chriſti animo viui-
mus & mouemur. Non quod carnem noſtram,
ſanguinem & animum quoad naturam abiece
rimus, ſed quia illam, quæ originis beneficio
eadem erat genere cum ea, quam Chriſtus na-
ſcendo ex virgine aſſumpſit, donis cœleſtibus
quę credendo ſumus aſſequoti, excultam habe
re hîc viuendo incipimus, & magis inſtauratã
indies habebimus, ac denique perfectam cũ ad
beatam reſurrectionem peruenerimus. Habes
itaq; optime frater paucis comprehenſum ini-
tium finemq; cõmunionis noſtræ cũ Chriſto,
tum illi ſimiles quoquo modo eſſe incipimus
cùm homines naſcimur, & denique cùm per fi-
dem Chriſti meritis eius, donis, beneficijs, atq;
proprietatibus inſtauramur, quod vt à noſtra
conuerſione incipimus conſequi, ſic non prius
abſolutum habituri ſumus, quàm ad æternam
vitam per beatam reſurrectionem excitemur.
Cæterùm inter initium finemq; huiuſmodi
communionis, medium eſt neceſſe, vt demus
& credamus, quod arcanum eſt, minuſque
multo duobus illis commemoratis extremis
percipitur: percipitur tamen, ſi fideli attentio
ne diuinas literas conſideremus, illæ ſiquidem
nos quotquod credimus, membra Chriſti prę-
dicant, quæ vnum caput, nimirum Chriſtum
commune habeant, ita cuique noſtrum con-
iunctum, vt inde per compages ac iuncturas,
vt dicitur ad Coloſſenſes & ad Epheſios hauri-
amus ſpiritum, cœleſtem vitam, omneſq; Dei
Chriſtiq; proprietates atq; virtutes. Proinde
A inter primam coniunctionẽ quã naturæ voco,
& poſtremã, quã ſimilitudinis iure appellaue-
rim, hanc mediam pono, quæ vnionis, aut arca
ni myſterij dici poteſt: ea ſanè Chriſto iungi-
mur vt capiti, ſumuſq; carnes de carnib. ipſius,
& oſſa de oſsibus eius, ſiquidem toti quatenus
credimus, in eo viuificamur, augemur atque ſi-
mul cũ alijs membris iungimur, huiuſq; intimę
coniunctionis, cũ baptiſmus tũ Cęna Domini
ſunt certiſsima ſymbola, eaq; non inania. Ete-
B nim communicationis huiuſmodi, ſtatim vt in
Chriſtum credimus, participes reddimur: &
quia in ſacramentis vtiliter percipiendis fides
adhibẽda eſt, idcirco per eam cõiunctio illa, dũ
Sacramentis vtimur, & cõfirmatur & augetur.
A naturæ itaq; gradu per fidem attollimur, vt
Chriſto ceu membra capiti ſuo iungamur. de-
inde à capite immortali atq; cœleſti, quod iam
reipſa per fidẽ poſsidemus, varia dona, benefi-
cia cœleſtia, diuinæq; proprietates in nos deri-
C uantur. Hęc habui, chariſsime frater, quæ de cõ
iunctione cum Chriſto referrem. Non tamen
mediam illam communionem intelligo, quaſi
putem ipſam carnis ſanguiniſq; ſubſtantiam,
cum ſubſtantijs carnis & ſanguinis cuiuſq; no
ſtrũ reipſa permiſceri ceu Chriſti corpus, reale,
vt ita dixerim, per omnes homines diffunda-
tur, ſed cõmunionem quandam cum illo arca-
nam & myſticam credo, ex qua verè caput no-
ſtrum fiat, vt diuinæ literæ teſtantur. Qui fit
D vt Cyrillo non tam facilè ſubſcribam, qui ſta-
tuit eiuſmodi communionem, qua ſubſtantia
ipſa carnis & ſanguinis Chriſti primum bene-
dictioni, ſic enim panem ſacrum vocat, coniun
gatur: deinde per illum cibum, carni quoq; ac
ſanguini communicantium permiſceatur. Vi-
des igitur quid ego in hac re videam. Credo no
ſtræ cõmunionis cũ Chriſto, tres gradus atque
illum mediũ, arcanum, myſticumq; metaphora
membrorũ & capitis, viri atque vxoris in diui-
E nis literis exprimi animaduerto. Vtque ſub-
ſtantia ipſa capitis non permiſcetur cũ ſub-
ſtantia pedis aut manus, licet cum ipſis arctiſsi
mis nexibus reuincta & colligata ſit. Et vt ſub-
ſtantia corporis viri, non coaleſcit in idem vxo
ris corpus, licet cum eo ſit ſumma neceſsitudi
ne copulata: ita nos cum Chriſti corpore & ſan
guine mirifica & intima ſocietate cõiungimur,
tametſi noſtræ ab vtraque parte ſubſtantiæ im
permixtæ maneant. Sed pluribus vt iam ani-
F maduerto, Vir doctiſsime, tecum egi, quàm eru
ditioni tuę cõueniebat, quare ignoſcas pro tuo
candore ſi verboſior fui. Inter vtriuſq; noſtrũ
ſententiam vel parum vel nihil eſt diſcriminis.
Concordiam Chriſtus in Eccleſijs ſuis, vbi nõ
adhuc eſt adducat, & vbi eſt fouere ac augere
dignetur. Vale ac me vt facis ama. Diligenter
quæſo ſalutes meo nomine Viretum. Zanchus
meus collega ſalutem, vt tibi dicerẽ, orauit.

EIDEM GENEVAM.

DEI benigno fauore adiuti, clariſs. vir, ac
frater in Chriſto ſuauiſsime, 5. huius men
ſis Troiam ſalui & incolumes peruenimus, vbi
fratres vnà cõueniunt, ad Deum purè colendũ
G idq; pacificè atq; tranquillè citra vllam aduer-
ſariorum moleſtiam. Numeroſa eſt admodum
Eccleſia

Eccleſia, & indies augetur. Epiſcopus nos per-
humaniter excepit, qui iam Chriſti regnum ſe-
rio promouet. nec tantùm ſuas oues ipſe purè
docet, ſed quia ei grauis ſcrupulus ioiectus eſt
de ſua vocatiooe, quod in ea Eccleſiæ ac popu-
li electionem ſeu confirmationem ooo habue-
rit, ideo ſeniores Eccleſię reformatę accerſiuit,
rogauitq; vt piè ac prudeoter diſpicerent, an
eum velleot eligere, confirmare ac pro Epiſco-
po habere. quòd ſi iudicarent ſaciuodum, ſe da
turum operam, vt ſicut cœpit ita pergeret: Ec-
cleſiam ſibi commiſſam docendo & hortando
pro viribus ædificare & augere. Sio verò exi-
ſtimareot illum minus idooeum ad tantū mu-
nus, liberè atque apertè dicerent, ſe autem pa-
ratum eſſe loco cedere, modu ei liceat io Ec-
cleſia reformata viuere, iuxta ſanctam Euaoge
lij diſciplinam. Rugauitque vt ea de re matu-
rè cum Eccleſia deliberarent: Quod cū factum
eſſet, ab omoibus vnanimiter, vt verus Epiſco-
pus agnitus eſt & receptus. Quare illius autho
ritas & pietas multum Eccleſiæ Chriſti com-
modat. Deus laudetur qui ad hunc modum fi-
A lij ſui regnum gubernat & dirigit. Diuioni tu-
multus ortus eſt, non ſaoè fideliom vitio, ſed
aduerſariorum petulantia & rabie. noſtros
enim cum ſacrum cœtum haberent, inuaſe-
ruot, manu ſacta & quaſi iuſta pugna confli-
gendum eſſet, tympana adhibuerunt. ſeptem
domus direptæ ſunt, quamuis noſtri ſupe-
riores euaſerunt. Mittuotur ad aulam, qui
cauſam expoſitam, &, vt loquuntur, inſurma-
tam ſecum adſerunt. Voluiſſent vt ego
B rem eorum Admiraldo & Principi Condaoo
meis literis commendarem, ſed cùm ad eos
duo itineris mei duces literas dederint, ego e-
xiſtimaui ſatis eſſe. ſi te rogarem, vt apud eos
& tuo & meo oumine id faceres, quibus etiā
oro, vt meis verbis plurimam ſalutem dicas.
quod item fieri velim dilectiſsimo fratri Do-
mino Gelaſio & vicecomiti, & cumprimis
fratri tuo ſi præſeos adfuerit. Iulius quoq; me-
us te ſaluere iubet. Vale colendiſsime frater.
C Deus laboribus tuis clementer adſit. Salutant
te plurimum ambo Capitanei mei Duces. 6.
Octobris. Treſis 1561.

EIDEM.

Die 21. huius menſis, clariſsime vir, ac fra-
ter in Chriſto dilectiſsime ſaluus & inco
lumis Tigurum perueni, ſumq; ab omnibus vr
bis ordinibus modis omnibus hilariter exce-
ptus. Qui autē deduxerant me duo militares
duces à conſulibus, ſeoatu atq; miniſtris tantis
honoribus affecti ſunt, & ita lautè atque ſplen-
didè tractati, vt facilè potuerint cognoſcere
quanti hæc reſpublica heros ipſorum faciat.
poſtremo dati ſunt qui eos honoris cauſa de-
ducant vſque Bernam, ſed malo te ex illis cùm
ad aulam venerint hæc audire, quàm ea de re
plura ſcribere. Non poſſes deinde credere, vt
ſymmiſtæ noſtri lætati ſint audiendo concor-
diā inter nos toto tempore quo ſimul fuimus,
illæſam & ſaluam permanſiſſe, nec immeritò.
quid enim in Eccleſia dulcius eſſe poteſt frater
na coniunctiooe? Tui autem & cæterorum fra
trum facta eſt mentio, eaq; admodum honori-
ficè. Hæc læta ſunt, vtq; mihi perſuadeo te non
nihil in magnis laboribus recreabuot. Sed huic
gaudio quædam triſtia fuerunt aſperſa, quoniā
è Gallia ſcriptum eſt, à Rege Philippo miſſas
eſſe ad regios gubernatores literas valde mina-
ces. quibus non rogare, ſed iubere videbatur,
vt in Gallijs maneret ſarcta tecta Pont. Rom.
authoritas, alioqui ſe profiteri apertum hoſtē
illorum, qui ſecus vellent atq; ſtatuerent. De-
D inde adijciebatur, Regem iuſsiſſe vt Epiſcopi
qui diſceſſeraot denuò coouenirent Poyſiacū,
& ibi Confeſsionem Gallicanarum Eccleſiarū
confutareot. Hæc nobis tùm noua, tùm dura
videotur, non tameo eis plenam fidem adhibe-
bimus, niſi abs te certiores fiamus. quod te ro-
go frater in Chriſto dilectiſsime, ne aut differas
aut negligas. Vale clariſsime Vir, Deus per Ie-
ſum Chriſtum labores tuos fructuoſos reddat,
precibus viciſsim nos iuues, & fratres atq; ami
E cos nomine meo plurimùm ſaluere iubeas. Iu-
lius meus tibi ſalutem dicit, nec non Thomas
Blaurerus tui, vt eius literę teſtantur, amantiſs.
Tiguri 25. Nouembris 1561.

EIDEM.

Librum eximie vir, atq; io Chriſto amabilis
frater, ab Himmanuele noſtro accepi, quē
illi cùm à nobis diſcederet, mihi tradendum
dederas. De munere igitur cùm ob ipſius digni
tatem, ac meritum gratias ago, tum quòd iam
viam patefactam ſentio, qua noſtrā per Chri-
ſtum, ac eius Euangelium beneuolentiam, nō
ita in nobis ipſis tacitè claudamus, verùm illā
mutuis crebriſq; poſthac & literis & ſalutatio-
nibus colamus. Abs te quidem hoc pulcherri-
mum & iucundiſsimum coniunctionis genus
incœpit, quare nō æquum fuit, vt in me deſine-
ret. Illud igitur alacritate ac voluptate qua par
erat, excepi, & vt continuetur, nunc pauca hæc
ſcribere volui, quò tibi primùm iſtā fœlicitatē
ſtili, doctrinæ vbertatem, ac ſynceritatem fidei
grateler. Quæ dona porrò egregia cùm tibi à
Deo collata ad vtilitatem Eccleſiæ intelligas,
illis nunc ſedulò vtitor, quando gregi Chriſti
maximè ſunt neceſſaria, & dum ætas ad id faci-
endum integra eſt. Sed eum monere qui per ſe
F ipſum ſatis ſapiat, quia eſt ſuperuacaneū, ideo
pluribus id non faciam. Alterum quod tibi ſi-
gnificandū exiſtimaui, eſt, mè ac (vt arbitror)
mecū omnes pios, & quotquot Eccleſię ſalutē
amant, gratias tibi agere ingentes, ob ſuſceptū
in ſcribendo laborē. quod idē tibi calcar addat
vellm, vt pergas quemadmodū cœpiſti, & quò
ſunt plures veritatis hoſtes, eò tu maiores copi-
as, & robuſtiores aduerſus eos acies inſtruas.

Digitized by Google

Dc⁹ te nobis incolumẽ diu ſeruet, ac largiatur
vt Chriſto & Eccleſiæ fęliciter viuas. Dominũ
Viretum meo nomine ſalutari cupio, cui ſigni
A ficabis Gallicanæ huius Eccleſiæ cauſam tan-
dem fœlicem exitum habuiſſe. Argentinæ 18.
Nouembris 1554.

D. IOANNI IVELLO, EPISCOPO SALISBERIENSI.

OPERA Epiſcopi Londinenſis,
ampliſs. pręſul & Domine quo
idie mihi etiam atq; etiá obſer
rande, alla rũ eſt exemplũ tuæ
o Apologię pro Anglicana Eccle
ſia, quæ neq; à me neq; à noſtris anteà fuerat vi
ſa. In tuis quidem poſtremis illam prodituram
B potius innuiſti, quàm ſignificaueris: Sed tantũ
itineris hactenus conficere nõ potoit, vt prius
ad nos quam circiter Cal. Sextiles perueneriт.
Hinc tu animo tuo metiaris, quantum damnũ
ob locorũ diſtantiá ſubinde faciamos. Ea verò
non tantũ mihi, cui omnia toa probãtur & mi-
rificè placeot, omnibus modis & numeris ſatis
fecit, verumetiá Bullingero eiuſq; filijs & ge-
neris, nec non Gualthero & Vuolphio, tam ſa-
pieos, mirabilis & eloquens viſa eſt, vt eius lau
C dandæ nullum modum faciant, nec arbitrãtur
hoc tempore quicquam perfectius editũ fuiſſe.
Hanc ingenio tuo felicitatem, hanc ædificati-
ooem Eccleſiæ, hoc Angliæ decus vehementer
gratulor, teq; obteſtor, vt quam ingreſſus es vi-
am, pergas tuis veſtigijs premere. Etenim boná
licet habeamus cauſam, tamen pię hoſtium nu
mero pauci ſunt, qui eam tocantur: & illi iam
ita videntur experrecti, vt bonitate ſtili & ar-
guris ſophiſmatis multum ſe probent imperi-
D tæ multitudini. Loquor autem de Staphylis,
Oſijs, & pleriſq; alijs huius farinę ſcriptoribos,
qui hoc tempore mendaciorũ Papæ ſtrennos
patronos agunt, Quare cũ in Apologia tua illa
doctiſsima & elegantiſsima tantũ ſpei de te cõ
citaueris, certò ſcias, omnes bonos & doctos
iam ſibi polliceri, Veritatẽ Euangelicá te viuo
noo eſſe ab hoſtib. impunè laceſſendam. Ego
verò plurimũ lætor, quòd illum diem viderim,
quo factus ſis parens tam illuſtris & elegantis
E filij. Largiatur Deus cœleſtis Pater pro
ſua bonitate, vt ſobole non abſimili frequẽter
aogearis. Quo verò ad alia, vt iſthic agatis, tam
ſum ignarus, vt Parth⁹ aut Indus de rebus Ger
manicis. At mihi perſuadeo, res veſtras eſſe aut
bono aot mediocri ſtatu: quia re ipſa experi-
mur, nullũ eſſe nuntiũ eo velociorem, qui miſe
rias, calamitates & perniciẽ amicorũ ſignificat,
de illorũ autẽ facilitate, gaudio & optabili ſta-
tu multũ dioq; cælamur. Sed quicquid ſit, de
nobis mutuo ſperare debemos quamoptimè:
cũ certiſsimè conſtet, numẽ, & quidẽ propitiũ,
B ſuis de quorũ numero ſum⁹, perpetuò & vbiq;
adeſſe. De me verò quomodo habeam, ſi eopis
dilucidius cognoſcere, ſcito, animo eſſe in Chri
ſto hilari, & in ijſdem verſari laboribus, in quos
cùm adeſſes incumbebam: at corpore non ita
ſum valido & firmo, vt anteà fui. Nã quotidie
onus ætatis ingraueſcit. Iam à ſeſquianno ſum
prorſus edentulus, nec ventriculus officiũ fa
cit, vt me appetitu ad comedendum exciret.
Laboro prætetea capitis diſtillationibus: ad
C quæ mala tibiarum noo leues dolores acceſſe-
runt propter duo vlcera, quibus interdum gra
uiter diſcrucior. Vbi licet propriè & per ſe cor
pus angatur, attamen propter conſenſum, quẽ
Græci ſympathiam vocaot, animus quoque nõ
poteſt non affici. Hæc, quæ noo dubito pro eo
quo in me animo es, tibi fore auditu moleſta,
minimè hiſce literis inſeruiſſem, niſi toę preces
mihi vehementer opus eſſent, quas ex neceſsi-
tate, qua vrgeor flagrantiores impetratum iri
D mihi perſuaſi. De rebus Gallicis nihil ſcribo,
quòd illas nõ minus tibi quàm mihi notas eſſe
confidam. Synodus Tridentina fingit ſe perge
re, ſed tã lento paſſu graditur, vt nihil quod ad
rem faciat ſuis hiſce quinque ſeſsionibus cõſti
tuerit. Vetera & rancida ſunt quæ definiuot,
ita vt non patres videantur, ſed ſcarabeos age-
re, qui ſemper eadem ſtercora traditionum vol
uant. Vale ornatiſs. antiſtes, & animæ meæ
plus quàm dimidium. Deos te, cũ Eccleſiæ, tũ
E Reipub. quamdiutiſsimè tueatur, ſeruet atq;
omni bonorum genere augeat. Omnes amici
ac eruditi viri te ſaluere iubent. Tiguri 24. Au-
guſti 1562. Lauaterus Commentarium ſuum
in librum Prouerbiorum edidit.

REVERENDO IN CHRISTO PATRI AC DOMINO, D. IOANNNI PARCHVRSTO, DEI *gratia Epiſcopo Nordouicenſi, Domino ſuo plurimũ obſeruando.*

NON multa ſcribam, reuerende
præſul, quia multa negocia qui-
bus vehementer premor, ocij pa
rum admodũ mihi eſſe permit-
tunt. Id tamen ſignificabo, tuas
literas mihi à Iulio redditas, multis de cauſis
fuiſſe vehementer gratas. Id tamen non medio
criter doluit quod ad binas tuas, vnas tantùm
meas te accepiſſe intelligã, cũ certiſsimũ habeã
ad ambas tuas me reſcripſiſſe. Verũ quid hîc a-
gam? literæ oon rarò vel aberrant, vel eorum
negligentia, qui eas iſthuc mitti curare debue-
F rant, in ſcrinio vel pluteo quopiá ocioſæ iacẽt,
quod & meis, & reuerẽdi Iuelli noſtri quãdoq;
vſu-

vſu venit. Quamobrem te vnicè rogo, ne quid
huiuſmodi per contemptionem ſactum exiſti-
mes: quandoquidem, vt par eſt, amplitudinẽ
toam plurimùm veneror atqoe ſuſpicio. Vtiná
Id aliquando maniſeſtum queam declarare.
Nunc quod me poſſe video, ad te mitto Dialo-
logum, quem aduerſus Brentij vbiquitatem cõ
ſcripſi. Etenim ſuperioribus menſibus libellũ
edidit, quo monſtroſam illam ſententiam, ma-
nib. pedibusq; tueri nititur. Vode à ſratribus
hîc vehementer ſum rogatus, vt ei reſponde-
rem, quod vt potui præſtiti. Veruutameo reue
rende antiſtes, vnà cum alijs doctis viris quan-
tom effecerim iudicabis. Pantachus in Dialo-
go Brentij perſonam ſuſtinet, Orothetes verò
meam, Quando ſum iam ſenex, & rure iure poſ
ſem donari, augentur labores, & io Galliam vó
cor ad colloquium de religiooe habendom.

A Fides publica eſt allata, nomine Regis & Regi-
næ matris, cùm ſubſcripta tum obſignata, & li-
teris Regis Nauarræ, à noſtro ampliſsimo Se-
natu accerſor magna inſtantia, vt vix profectio
videatur poſſe differri, cumq; rea magna ſit &
periculi plena, tuam amplitudinem rogo etiá
atqoe etiam, vt illum & meipſum precib. apud
Deum ſeriò commendes. Ago præterea tibi
gratias quàmmaximas, quòd Iulium tam beni
gnè atque amanter exceperis. Ille ſanè de tua
B humanitate multa prædicat, quæ porrò nõ tan
tùm à me creduntur, ſed quæ illi pro tua boni-
tate præſtitiſti, mihi ipſi accepta refero, & Deũ
rogo vt nobis te diutius incolumẽ ſeruet. Valo
reuereode præſul. Oro vt me, vt ſacis, ames.
Vxor mea te plurimùm ſaluere iubet, & ambo
ſimul tuam peramanter ſalutamus 23. Auguſti
15 61. Tiguri.

AMICO CVIDAM.

QVOD per famulum Abelis antè
paucos dies nõ reſcripſerim, abs
te in eam partem accipi nolim,
qoòd tuæ literę mihi parũ iucuo
dæ fuerint. Deſtioaueram plaoè
Id facere, ſed tẽporis anguſtijs excluſus, qoòd
ille nimiom properaret, ad haoc diem reijcere
ſum coactus, quod tum facere ſtatoeram. Per-
gratom mihi ea de Cbæco noſtro audire, quæ
ſcripſiſti: quouiam pro caſus inſelicitate vtcũ-
que ferri poſſuot, modò reipſa declaret, fidem
ſuam potius inclinatam quàm ſractam vel ex-
tinctam: qoo deum præſtare poſſe taotiſper dũ
in Anglia manet, mihi eſt propemodum incre-
dibile. Quod ad me attinet, Deom meum, Pa-
trem Domini noſtri Ieſu Chriſti orabo, & qui-
dem votis ardeutiſsimis, vt eius nauſragiom
ita ſpiritu ſuo reſareiat, vt minori damno quá
fieri poſsit, ad portom ſalutis aliquando tandẽ
appellat. De libro D. Cantoarienſis in Anto-
nium, qui vt ſcribis iam eſt ſub prælo, gaudeo,

tantum abeſt, vt qoicquam ea cauſa moueat.
Nihil eoim quod non ſit expolitum, acuium &
C elaboratum ex eo viro expecto. Sed vereor ne
quod aodiuiſti uon ſit verum: tantum eius in
me deſiderium excitaſti. Quid verò ad te oouí
ſcribam in præſeotia nihil habeo. Valemus o-
mnes, & ego hîc doceo, vt apud vos anteà ſole-
bam. Deus concedat, vt oon infructuosè labo-
rem. Italia bellis, & quidem grauiſsimis partim
iam concutitur, partim videtur miſerè tractan-
da, idq; vnius Papæ maleficio. At Deua Opt.
Max. qui prouidentia ſua incredibili omnia
D gubernat, hac via illud Aotichriſti regnum for
taſais atteret, & ita noſtra ætate imminuet, vt
ipſum pijs & ridendum & exibilandũ aliquan-
do tandem præbeat. Quod per Ieſom Chri-
ſtum oro, vt primo quoque tempore fiat. Vale,
atq; me vt facis, ama, & fratres Anglos ad vnũ
omnes meis verbis iubeto ſaluere. Mei, Iulius
& Ioellus te plurimùm ſalutaot. 15. Martij.
Tiguri 1557.

HENRICO BVLLINGERO.

TVAS, Vir clariſsime, atqoe in
Domino plurimũ obſeruande,
literas accepi ſummę homanita
tis, & Chriſtianæ dilectioois ple
nas, quibos intelligo te in ſurro-
gádo ſucceſſore boni pijq; ſenis iam deſuocti,
probè fuiſſe Martyris tui memorem. honorem
adeò luculentum ſcio me non eſſe cõmeritum,
ſed quicquid abs te atq; collegis tuis amiciſsi-
mè ſactum intelligo, id totum veſtræ bonitati
atq; Chriſtiano affectui refero acceptom. Vo-
eationem igitur veſtram mihi gratiſsimá fuiſſe
ne dubites, at noſtra Schola & Senatus eam æ-
gerrimè tulit, varijs vtiq; modis ac moltiplicib.
vijs plorimi conati ſũt & conãtur deterrere, vt
vocantib. nõ aſſentiar. Ego verò qui cõſenſum
religionis & pietatis omnib. rebus antepono,

inſententia perſto, & à noſtro Magnifico illu-
E ſtriq; Senatu de mea voluntate rogatus, nihil
diſsimulaoi, ſed miſsionem oſtendi mihi fore
gratiſſimam, non ſanè quòd ſim immemor be-
neficiorum aut ingratus. noui enim me ampliſ
ſimæ huic Reipub. multa debere, à qua ſanè
minimè paterer me auelli, ſi de doctrina ſacra-
mentaria cum eorum miniſtris poſſem conue-
nire. Quare id cùm deſperem, ſum teſtatus mé
eopere illò ire, quo ab amantiſsimis fratribus
vocor. ſumq; oblata occaſione magiſtratui no-
F ſtro conqueſtus, quòd ita ſine modo atq; pudo
re à mioiſtris in hac ciuitate noſtra doctrina
de Euchariſtia publicè traducatur. Et adieci
me vehementer mirari & dolere, quòd in Scho
la de hac re doceri apertè ac diſpotari nolint, cũ
tamẽ io Eeeleſijs ſerát ſermones adeò impoſſi-

tes & acerbos, ad ſummam bis iam egi cauſam
corã, & aliquoties per ſequeſtros interpoſitos,
& rem omnino ſperabam, hoc poſſe quatriduo
confici, ſed hodie ſenatus mihi reſpoodit, ſe vi-
dere me cauſas habete non contemneodas, pro
pter quas miſsionem cuperẽ: ſed tamen ſe nõ
exiſtimare, in tanta re quicquã pręcipitanter a-
gendum, ideoq́ ſum rogatus, vt ſaltem per mẽ-
ſem abſoluti reſponſi dilationem æquo animo
feram. Tunc enim pollicentur ſe mihi aut eas
oblaturos eſſe conditiones, vt pacata conſcien
tia cum ipſis manere qoeam, aut mihi liberum
facturos vt ad vos, quemadmodũ opto, me con
feram. Hanc ego magiſtratus, cui multum de-
beo, & in quo multos noſtræ ſenteotiæ ſcio eſ-
ſe, petitionẽ non potoi ſaluo pudore ac æquita
te recuſare, præſertim cũ adderent certas eſſe
cauſas, propter quas non ita ſtatim poſſeot mi
hi abſolutè reſpõdere. dedi ergo licet grauatim
quam petierunt dilationem. Verùm te bono
animo eſſe iubeo, non deſiſtam pro virib. agere,
vt veſtra vocatio non fiat irrita: ſpatium men-
ſis labetur citò, vnde ſicut à me tuis literis con-
A tendebas, ad feſtum Iohannis adero, ſi Domi-
nus conceſſerit, vt daturum ſpero ad exitũ rem
perduci. Quantum verò propter oblatam vo-
cationem, & literas huc miſſas veſtro Senatui
fortiſsimo, iuxtaque prudentiſsimo debeam,
ſignificaui quidem literis meis & gratias egi,
ſed quæſo te Vir clariſsime, vt illi quoque tu
digneris meo nomine adhuc magis fuſiusq́ue
teſtatum facere. Gratias item ago tuis omnib.
collegis, fratribnsq́ meis io Chriſto dilectiſsi-
B mis, ad quos nunc libentiſsimè ſcripſiſſem, ve
rùm iſtis actionibus & colloquijs amicorum,
qui me ob iſtã cauſam ſingulis horis cõueniũt,
modò oon licuit: obſecro me digneris apud
eos excoſare, nam reſcribam quamprimùm po
tero, vel ipſe priuſquam ptteot coràm adero.
Detinui veſtrum nuocium plus quàm par fuiſ
ſet biduo, at id feci, quòd ſperaoerim hoc tri-
duo poſſe rem confici. Precor igitur vt hanc
eius moram boni conſulas, & effice ne mihi
C vertatur vitio. Salutes itaq́ ſymmiſtas & colle
gas omnes. Tu verò beoè valeto, & Chriſto fœ
liciter viuas. Argentinæ 7. Maij 1556.

EIDEM.

QVæ ad me ſcripſiſti, Vir clariſsimè abun
dè teſtantur quo erga me ſis animo &
voluntate: qua de re maximas tibi gratis ago,
interea verò quid aliud reſpondeam nõ habeo,
niſi me vos omnes, Eccleſiam inquam, Scholã
& ampliſsimum magiſtratum in corde ac viſce
ribus habere. In ſententia maneo, & totus in
hoc ſum, vt ad vos me conferam, neq́ (vt con-
fido) fruſtrabor meo deſideriu. Non ſanè de-
ſunt remoræ, ita vt dilatio iſta, quam ſenatus
noſter ampliſsimns petijt ad deliberandũ, pri-
uſquam me velit miſſum facere, mihi nõ minus
quàm vobis moleſta ſit. Nam ſubinde ad me ve
niunt docti viri, authoritate non cõtemoendi,
& aliqua familiaritatis & amicitiæ neceſsitudi-
ne coniuncti, qui à diſceſſu reuocare pro virib.
conantur. Eccleſia Gallica quæ noſtræ confeſ
ſionis eſt, reſiſtit, & in ſchola & in ſenatu per-
multi ſunt, qui cùm doctrioæ noſtræ reuera fa-
ueant, abitum meum dicunt magno fore detri-
mento. Sed tamen Dei gratia me huc vſq́ iſta
non mouent, quia Eccleſiam ipſam Germani-
cam video à me quoad doctrinam prorſus alie
nam eſſe, oeq́ reconciliationẽ vllam poſſe ſpe-
rari arbitror. Quia tamen à meis Dominis ro-
gatns ſum, vt ſcripto quodam breui ſententiã
meam de re ſacramentaria quoad Euchariſtiã
comprehenderem, quò inde videri poſſet, qoã
huius vrbis concionatores à me differreot, id
facere non detrectaui, noſtramq́ ſententiã pau
cis quidem, ſed tam dilucidè atque perſpicuè
ſcripſi, vt lapides eſſe oporteat qui nun intelli-
gant. Quamobrem potius arbitror aduerſari-
os hinc velle diſcedere, quã pati vt ſic in Schola
doceatur, diſputetur, aot à quoquam hnius vr-
bis profeſſore ſcribatur. Expecto quid reſpon
deant, ſcio ab obſtinatione ſua non diſcedent,
ego interea veſtro vtar beneficio, quod mihi
oblatum à Deo non dubito, quem rogani à tri-
bus propemodũ annis quotidie (mihi crede)
vt mihi vel hanc vocationem tolerabilem red-
deret, vel de alia proſpiceret. Cùm itaque me
audiuerit, & de improoiſo qnod optabam ob-
tulerit, ni ambabus (vt dicitnr) amplecterer ma
nibus ingratus eſſem. Scriptũ qnod noſtro ma
D gnifico & ampliſsimo ſenatui dedi, nunc ad te
mitterem, ſed exemplar apud me non habeo,
niſi deſcriptum familiaribns meis characterib.
qnos legere prorſus non poſſes, verùm vt ſpe-
ro coràm oſtendam. Quæ monoiſti me, cordi
habebo, & prouidebo ſumma diligentia ne
decipiar. Vobis interea propter vocationẽ ob-
latam doplici nomine gratias debeo, etenim
viam commodsm, opportonam & honeſtam
ad diſcedendum hinc patefeciſtis, & propterea
E data eſt occaſio, vt hîc publicè atq́ corã magi-
ſtratu non ſolùm verbo, ſed etiam ſcripto meã
fidem ac ſeoſom de Euchariſtia bis iam ſim cõ-
feſſus, quod fauente Deo nõ inutile fore ſpero.
De D. Zancho qnod ſcribis facilè credo, ei ſanè
cõmodum eſſet, me hîc manere. ſed quando co
ràm loquetnr mecum, iuſtæ voluntati noſtræ,
vt mihi perſuadeo, acquieſcet. Interea tu vale-
to, neque ſuffragio precum me deſtituas. De
aduentn autem meo ne dubites, omnia facio,
F moueo etiam omnia, vt dimittar. 22. Maij 1556.
Argentinæ. Qnæſo vt me ſymmiſtis noſtris ex
cuſes, quòd nunc reſcribam. nã propter abſen-
tiam Marpachij & Zaochi adeo negotijs obru-
or vt non vacet.

Triſtiſsima hodie ſunt ad nos Antnerpia
ſcripta, nempe Dominum Chæcum Anglum
regis Ednardi ſanctæ memorię præceptorem,
nobis in doctrina maximè concordem, Virum
literis & probitate ioſignem vnà cũ Domino
Petro Caro eſſe captum inter Antuerpiam &
Bru-

Digitized by Google

Bruxellas in oppidulo quod appellatur Filfort. De vita illorum nulla ſpes eſt, imò dicuntur io Angliã ad reginã mitteodi, credo vt in eos exẽpla horribilia edantur. Sont duo egregij viri, vt omoes Aogli oorunt. Proiodẹ rogo vt à vo- A bis & Eccleſia veſtra ſancta pro illis in odorem ſuauitatis preces ſundãtur, vt vel eripiantur ex tã præſenti periculo, vel illis vera & ſolida conſtaotia in Chriſti nomine & eius veritate cõfiteoda tribuatur. vale rurſus & me, vt facis, ama.

E I, D E M.

Nvntius is, qui ante 8. dies hio c diſceſsit & filij tui l teras ad te habuit, nil mecũ de ſuo abitu cõmunicauit. Quare, vir clariſsime, atque in Domino plurimom obſeruande, mirari non debes quòd ipſe noo ſcripſerim. id enim facere vehementer cupiebam: & dolui oon leuiter, cũ occaſionem ita elapſam audiui. Quod igitur bene vertat & lætum ſauſtumque ſit iam tandẽ miſsionem impetraui, pridie Iohannis cõceſſa eſt. Etenim vſque ad illud tempus magiſtratus rem diſtulit. cuoctatos eſt diu, oihilq; oõ fecit vt retineret, & denique mihiipſi faſſus eſt inuito auimo dimittere. Comparo me ad iter, & ad finem oundinarum ſpero fore vt hinc migrem. Idcirco plura non ſcribam, quòd me confido breui acturum eoràm vobiſcum. Alacri animo & ſumma volontate venio, neque dubito quin à vobis hilari & prompto animo ſim excipiendus. De ædibus audiui filium ad te ſcripſiſſe, quod non ipſe monui vt faceret. Sed poſtquã fecit, gaodeo & illi gratis egi. De te verò vide B qoantum audeam, omnia mihi polliceor. quẽadmodum ſum paratus viciſsim nihil non tua cauſa facere. Nuncius feſtinat, & ego in libris meis componendis hoc articulo temporis occopor, ideo claudam Epiſtolam. Omnes fratres atque ſymmiſtas nomine meo quàm officioſiſsimè ſalutari cupio, & illis dici nihil mihi iam eſſe optatius, quàm vt ipſos præſens complectar, quos in Chriſto vnicè diligo & veneror. Deus te nobis incolumem diutiſsimè ſer- C uet. Argeotinæ. 29. Iunij 1556.

E I D E M.

A Literis, quas Neoburgi Auguſti 30. die ad te dedi, partim ob perpetuum iter, partim quod tabellariorum nulla eſſet copia, hucoſq; nihil potui ſcribere. Nunc verò quando ſaluus & ſoſpes vnà cũ meis 9. Septemb. Lutetiã perueni, prius nihil habui, quàm vt hæc ad te perferri curarem. In primis ad legatũ nos perueniſſe illo eodẽ die, quo Neoborgi diſceſsimos circa horam pomeridianam: qui me tanta huma- D nitate, beneuolentia & charitate cõplexus eſt, vt nihil ſopra, totoq; itinere mei noo minorem curam habuit, atq; ſi eius frater vel filius eſſem. eumq; meus equus in pede fuiſſet clauo confixus, ita vt claudus redditus fuerit, is gradariũ ſuum robuſtũ atq; admodũ firmom dedit, quo ſum hucuſq; cõmodè vſus. Quid quęris? Nulla intermiſit officia, quæ ab amiciſsimo viro expectari poſsiot: quare illi me ſentio plurimũ obſtrictum, & eo præſertim nomine, quòd illum tui ſtudioſiſsimũ ſenſerim, noſtræq; Reipub. necoõ Eccleſiæ peramantẽ. Raró à menſa toto itinere diſcedebatur, quin tui mentio & honorifica & iucunda fieret. Hoc mane ſomus à nobis inuicem pauliſper abiuncti: nã ille ad ſoam domũ extra vrbem diuertit, cras aut perendie me conuenturus io aula Regia, quæ eſt ad S. Germanũ. Ego verò ſum vrbẽ ingreſſus, & à regio quæſtore io ſuis ædibus lautè, benignè ac peramanter exceptus: quód ſit inter cæteros fideles Euangelij cupidiſsimus. Pradella noſter præceſsit, atq; Principes in aula de meo aduentu certiores fecit, quos refert mirum in modum eſſe lætatos: Reginã (inquã) matrẽ, Regem Nauarræ, Principem Condeoſem & Ammirsliũ: omnes me per illum amiciſsimè ſalotaroot, datumq; mihi ab eis eſt, vt hoc toto meridiano tẽpore vſq; ad noctẽ hìc Luteriæ quieſcam, cras hora 7. profecturus in aulam: quò vt cõmodius vehar, Princeps Condenſis ad me ſuum mulũ miſit, qui ſuauiſsimè incedit. Ablegauit quoq; ad me gratulatum & medicum ſuom, & illum quem habet à ſecretis. Hodie cœperunt colloquium, & aiunt primùm eſſe diſputandum de Verbi authoritate. Beza contulit ſemel cum Cardinali à Lotharingia. qui licet noſtræ ſententiæ pertinaciter aduerſetur, attamen diſertis verbis à tranſubſtantiatione deſecit. Colloquium habebitur lingoa Gallica, quoniam & Rex & Regina & Principes voluot intereſſe atq; audire. Ego itaq; nõ interloquar, ſed conſuliam, iuuabo & ſoggeram collegis quæ videbuntor. Agam (vt inquiunt) cũ Regina, quæ dicitur multa ſibi de me polliceri. Peſtis in vrbe vtcunq; graſſatur, ſed maior mali rumor eſt quã damnum. Cardinalis Ferrarienſis nondum eſt, vrbem ingreſſos. Omnes fideles cupiunt ſibi fieri liberam facultatem à Rege conueniendi ad ſacros cœtus, quod hucuſq; non impetra- E runt, ſed nunc ſe obtentoros confidunt. Quamuis in nonnullis regni partibus templa iam habent. Hęc hodie ſcripſi, cras additurus plura & certiora, cùm in aulam peruenero.

Poſtridie huius diei perueni in aulã, nempe ad S. Germanũ, vbi à fratribus collocutoribus peramicè & fraternè ſum exceptus. Colloquiũ habetur Poyſi (diſtat autem hinc locus breue milliare Gallicum) vbi etiam Epiſcopi ſuos cõuentus celebrant. Nihil adhuc eſt actum, niſi F quòd ante tres dies conuenerunt. Adfuit Regina mater & Rex, necnon Rex Nauarræ atque alij proceres: adfuerunt Cardinales & Epiſcopi. Bezæ negotium datum fuit, vt exordiũ ſeu præfationem colloquij haberet: qui orauit Gallicè ad horam, placidè (vt aiunt) & cõmodè: ſed circa finem cùm incidiſſet in Euchariſtiæ mentionem, dixit, Hoc illis eſſe ſciendum, corpus & ſanguinem Domini tam abeſſe à pane & vino ſacræ Cœnæ, quàm cœlum à terra. Hæc verba G tam offenderũt ac irritaroot Epiſcopus, vt cœperint muſſare, ac deniq; tumultuari, vt vix o-

fationem ſuam Beza potuerit abſoluere. Verē-
tur Pricipes, ne hinc occaſionē arripiant Ec-
cleſiaſtici colloquij abrumpendi, ſeu potius a-
uerſandi: Idq́. princeps Coudeoſis mihi affir-
mauit heri, eos iam cōſtituiſſe Confeſsiooem
fidei ſuę Regi offerre, atq; habere αὐτολογίῳ præ-
fationem, qua Bezam confutent, & deinde te-
ſtentur ſe nobiſcum minimè velle agere. Sed
addebat à Regia Maieſtate id non eſſe illis per-
mittendum. Cardinalis Turnonius poſt Bezæ
exordium reginę matri dixit, ne crederet quic-
quam eorum, quæ Beza dixiſſet, ſed Dei auxi-
lio, Beatæ Virginis & omnium ſanctorum ſpe
rare, omnia iam allata & confutanda & prorſus
abolenda eſſe. Cardinalis verò Lotharingus in
ſuo conuentu Epiſcoporum dixit de Beza:
Vtinam aut nos heri ſurdi fuiſſemus ad illius
blaſphemias, aut ille mutus. Hodie, nimirum
vndecima huius menſis die, ad Reginam ma-
trem ſum vocatus, quæ me humaniſsimè tum
vidit tom audiuit: literas ei noſtri magiſtratus
dedi, nec non illas quæ ad filium pertinebant.
Diu cum ea fui, ea tum dixi, quæ maximè vi-
debantur ad rem præſentem pertinere, idq́ue
ſumma libertate. Concepit de me ſpem maxi-
mam, ſed orandum eſt ne fruſtretur, quod ve-
reor: quia vellet Eccleſiam reformari, ſed pace
atq; conſenſu Eccleſiaſticorum: quod nunquá
fieri potuit, nec etiam nunc poterit. Apud eam
excuſaui, laudaui & confirmaui quod Beza di-
xerat. Cumq; mentionem faceret Auguſtanæ
confeſsionis, reſpondi, nobis debere ſufficere
diuinas literas, nec eam debere ſibi perſoadere,

A ſi Cooſeſsio Auguſtana reciperetur, id futurū
ex conſenſu Eccleſiaſticorum. Fui etiam cum
rege Nauarrę illo eodem die, ac in eodem loco:
qui diu mecum locutus eſt priuſquam ſe pate-
faceret. deniqoe cùm in manibus literas habe-
rem ei reddendas: interrogabat, ecquæ nā eſ-
ſent illæ literæ? aiebam, Regi Nauarræ reddeo-
das. Ego (inquit) ille ſum. Tum illi decentem
honorē exhibui, ac tradidi. Mecū egit admodū
humaniter: ſed vt dicam tibi quod eſt, in religi-
B one (vt aiunt) mirum in modum friget, & Miſ-
ſas accedit. Is quoque confeſsioois Auguſtanę
mentionem fecit: cui eadem reſpondi, quæ Re-
ginæ prius dixeram. Ibidem Cancellarius Fran
ciæ mecum eundem clauum trudebat, nec ex
me potuit aliud elicere. Ita deniquè à Regina
diſceſsi, vt diceret, ſe mecum ſæpe locuturam.
Expectabo, & de ijs quę ſucceſſerint, te reddam
certiorem. Aduerſarij propoſuerunt capita di-
ſputanda quatuor, nempe de Authoritate Ec-
C cleſiæ, de vi ac poteſtate Conciliorum, de Au-
thoritate ſcripturæ, ac de Reali & ſubſtantiali
præſentia corporis & ſanguinis Chriſti in Eu-
chariſtia. Bene vale amiciſsime vir, Deus te
incolomem ad multos annos ſeruet. pro cauſa
Chriſti, regno Galliæ, atque pro me ores, & vt
facis ama. Saluto peramāter omnes ſymmiſtas
tuos, item filios, filias & generos, & cumprimis
vxorem. Salutaui nomine tuo & ſymmiſtarū
omnes iſtos collocotores, qui viciſsim vos o-
D mnes iubent ſaluere. Iulios item & Gulielmus
Stuckius, quem mihi adiunxiſtis, te ſalutari cu
piunt. Vale 12. Septembris ex S. Germano.

E I D E M.

QVoties occaſio dabitur, mi reuerende ac
ſuauiſsime Cōpater, ad te ſcribendi, eam
haudquaquam prætermittam. 12. huius menſis
itaq; ſcripſi, nunc illis attexam literis quæ po-
ſtea ſunt conſecuta. A Cardinali Lotharingo
ante quatuor dies habenda erat oratio, qoa Be-
zæ præfationem confutaret. comq; noſtri fra-
tres atque collegæ illò profecturi eſſeot, nimi-
rum Poyſi, vbi conuentus eccleſiaſticorom ha
betur, in aula regia diu multumq; actum eſt, an
eò adducendos ego eſſem; & ferè conſtitutum
erat ne irem, quòd Cardioales & Epiſcopi nol
lent me ibi ferre. At Regina, ea qua proficiſcen
dum erat hora, euocauit me, ac iuſsit accedere.
Princeps Condenſis ab eo quem habet à ſecre-
tis me curauit deduci, miſitq; ſuū ipſius mulū,
quo & ſuauiter & citò veherer. Proinde ſeorſim
à fratribus iter feci. Nam illi cū hora inſtaret, an
te me præceſſerant. Cùm autem veoiſſemus ad
haſtatos & (vt vocant) Halabardarios qui ſunt
cuſtodes corporis regij, non ſinentes ingredi
niſi quos oportet, Dux Guiſianus, qui pręerat,
aditu prohibebat: Verùm cùm à famulo Prin-
cipis audiuiſſet me Petrum Martyrem eſſe,
meo arrepto brachio introduxit. Ingreſſus igi
tur aulam illam, vidi magnam turbam Cardi-
nalium & Epiſcoporum iotra ſeptum ampliſsi
mum conſediſſe, quibus retrò aſsidebat maxi-

mus numerus Abbatum, Doctorum Sorboni-
ſtarum & Monachorum. Vbi hæc vidiſſem &
animadoerterem, nec Reginam neq; Regem &
alios proceres adeſſe, contuli me in angulum
infimæ aulæ, vt ibi ſederem ac expectarem fra-
trum acceſſum: Nou eoim ſciebam quò ſe con
tuliſſeot. Cumq́ue ſolus ibi eſſem, latere nou
E potui. Acceſsit me Cardinalis Caſtilioneus v-
nà cum duobus Epiſcopis ornatu Cardinali-
tio & pontificio. Rogauit primùm, ao eſſem
Petrus Martyr? Cùm affirmarem, ſalutauit me
quàm humaniſsimè, obtulit omnia officia, me
que teſtatus eſt, veniſſe, cùm ſibi tū alijs omnib.
bonis optatiſsimum. Duo item, qui cum eo e-
rant, Epiſcopi, enixè rogabant, vt operam darē
qoo pax & concordia iniretur, & turbæ coortę
ſedarentur. Cardinali gratias egi, Epiſcopis re-
F ſpondi, me non defuturum paci & concordiæ,
quatenos verbum Dei & Euangelica veritas
poſſet ferre. Eſt ille Cardinalis frater Ammira-
lij, & (vt aiunt propemodom omnes) de religi
one rectè admodum ſentit. Ipſe verò Ammira-
lius adeò pios eſt & humanus, vt me bis terue
in cubiculo meo etiam inuiſerit, & clementiſ-
ſimè ſalutārit. Sed redeo ad hiſtoriam. Ingreſ-
ſus eſt poſtea Cardinalis à Lotharingia cum
ſua benemeditata oratione: poſt Rex & Re-
G gina mater cum Rege Nauarræ, atque alijs
pro-

proceribus. Venerũt ad extremũ collegę quib. ego me illico adiunxi. Sederunt Cardinales & Epiſcopi, nos verò ſtetimus, & quidẽ extra illorũ ſeptum. Lotharingus vſq; ad ſeſqui horã Gallicè orauit. Primumq; Regijs maieſtatibus admodum blandiebatur. Deinde ingreſſus eſt ad Bezæ orationẽ confutandam. Multa de ſua Eccleſia dixit, vt quæ haberet continuatã ſucceſsionem, & perpetuam manuũ impoſitionẽ, quæq; Chriſtum toleret abſq; vlla idololatria. (Quàm verè hoc dixerit, omnes norunt) Conatus eſt deinde oſtendere, Eccleſiã nõ cõſtare tantũ electis, renatis & ſanctis, verũ etiã prauis & ſceleratis. Id verò idcirco vrgebat, ne Cardinales & Epiſcopi, quorum permultos eſſe corruptiſsimæ vitę, negari non poteſt, ab Eccleſia crederentur excluſi. Etenim in ea quantũ poſſunt adnitũtur primas tenere. Si eſſet (inquit) electorum Eccleſia, tum eſſet inuiſibilis, & nos de illa eſſemus incerti. Affirmauit Concilia generalia neq; in dogmatis neq; in morib. errare poſſe, verũ interdum nonnulla variaſſe ac immutaſſe pro ratione temporum. Adiecit, illam, verbum Dei amplecti ac venerari, ſed illud in ἄγραφον & ἔγγραφον diſtinxit, & Eccleſiam voluit ἐγγράφῳ præeſſe, atq; ab ea petendam eius interpretationem. Cùm de his multa dixiſſet, ad rẽ Sacramentariam deſcendit, vbi nil de tranſubſtãtiatione, nil ne de Miſſa interpoſuit, ſed pręſentiam Corporis Chriſti non aliter perſuadebat atq; Lutherus & Brentius. Nam affirmabat corpus Chriſti adeſſe non localiter, neq; circũſcriptiuè, ſed cœleſti modo & ſuperſubſtantialiter. Vbi autem peroraſſet, ad Reginã matrem ſe cõuertit, orauitq;, vt vnà cum filio manerẽt in ea fide, in qua hucuſq; eſſent educati, & ab infantia baptizati. Hoc ſi fieret, ſua & Epiſcoporum obtulit omnia officia, & omnem obedientiam, ac ita finem fecit orandi. Abſtinuit à cõuitijs, & egit ſatis placidè. Nos, cũ ille tacuiſſet, orauimus, & quidẽ ſupplices, Regiã Maieſtatẽ, vt liceret ex tempore illi orationi reſpondere. Ibi ſurrexerunt Cardinales & Epiſcopi, ac Reginæ Regiſq; thronũ circumdederunt: quid autem dixerint, nos latet, ſed euentus docuit, eos eſſe precatos ne poſtulatum noſtrum admitteretur. Et ſanè reſponſum eſt, ne tunc ageremus, dandum verò diem, quo liceret reſpondere. Cùm reuerſi eſſemus ad S. Germanum, illico ego & Beza vocati ſumus in regiã è principe Condenſi & Admiralio. Rogabant quid viſum eſſet de concione? Ipſi, qui acerbam & ſæuam illam expectauerant, vt placidã & moderatã laudabant, idq; plurimi faciebant, quòd neq; tranſubſtantiationis neq; Miſſæ vllam feciſſet mentionẽ. Verũ hæc dicebant ea fine, vt nos de illa oratione acerbè aut aſperè non loqueremur, atq; ita ſpes colloquij futuri abrumperetur. Et me obliquè taciteq; ſubmonebant, vt cũ eſſem accerſendus ad Reginã matrẽ die craſtino, mitius loquerer cũ ea de habita oratione, vt non impediretur colloquium, ſi cõſenſus prorſus deſperaretur. Nos ibi ſynceriter diximus, quid viſum eſſet de habito ſermone. Ego

A verò promiſi cũ Regina me placidè ac modeſtè acturum, quoad Cardinalis orationem, de qua tandem haud eſſem iudicaturus ac teſtaturus aliter, q̃ verbũ Dei & ipſa veritas pateretur.

Poſtridie eius diei ſum accerſitus ad Reginam vnà cum Beza, idq; ſub veſperã. Illa cũ ad nos acceſsiſſet, me ſeorſim abduxit, vt cũ ſolo vnà loqueretur. Primò petijt, vt quædam ſibi apertius explicarem, quæ cũ primum eam ſalutarem, protuleram: Quod cũ effeciſſem, ſubie- B cit de concione quid videretur? Reſpondi, mihi eam eloquentem eſſe viſam, & in illa quædã fuiſſe vera & bona, quæ tamen etiam nobis eſſent communia. vt illa quę dixerat de obedientia erga magiſtratũ, & quòd in Eccleſia mali verſarentur cum bonis, & in ea nonnunquam ſacro miniſterio fungerentur: atq; nos etiã nõ conſtituere inuiſibilem Eccleſiam, ſed cœtus definire, ad quos ſciant fideles tutò ſe poſſe adiungere: ſed Eccleſiam verbo Dei præponen- C dam, non poſſe dari. De extremo capite Euchariſtiæ tandem interrogabat. Ibi dixi, Cardinalẽ & veritati & nobis prorſus aduerſatum: ſed illum in conferendo fortaſsis aliquid remiſſurũ. Id autem dixi, non quòd ita ſperem, ſed ne inſtitutum, & ſpes colloquij præcidatur. Petebat item, Ec quod aliud conſilium haberẽ, quod ad pacem & tranquillitatem conduceret, præter id quod antea dederam. Adieci, vt ſi conueniri non poſſet in colloquio de præſentia corporis D Chriſti, articulũ illum, donec melius liqueret, liberum ſineret, & pateretur Chriſti Eccleſias illam retinere ac prædicare doctrinam, quam iudicarent verbo Dei conſentientem. Interea verò propter ſententię diuerſitatem non abrũperent fraternam charitatem, neq; ſeſe mutuo hæreticos appellarent. Cõſilium, quod attuli, vehementer approbauit. Subieci deinde: Quia verò Eccleſiaſtici (vt apertè liquet) hac tantũ cauſa veritati aduerſantur, vt ſuas propugnent E opes, atq; potentiam tueantur: tua Maieſtas illos certos & ſecuros reddat, omnia quæ habẽt illis manſura, & quidem pacifica poſſeſsione dum vixerint. Hoc ſi perſuaſerint ſibi, multò euaſuros mitiores. Hoc item probauit. His dictis acceſsit ad ignem, vbi erat Beza cum Rege Nauarræ, Condenſi & Ammiralio: eumq; vnà mecum rogauit, vt omnem adhiberemus induſtriam ac diligentiam, vt ſi fieri poſſet, iniretur conſenſus. Quod nos facturos polliciti ſumus, F quantum per verbum Dei liceret.

Ex Epiſcopis, qui ſentiunt melius, vellent nos aſſentiri cõſubſtantiationi Lutheri & Brẽtij. Nos id fieri poſſe negamus in eo autem cõſtanter manemus, Corpus Chriſti eſſe in cœlo, & non alibi. Fatemur verò, in ſacra Cœna communicantes pios verè corpus & ſanguinẽ Domini percipere, ſed fide atq; ſpiritu: nec diſtantiam locorum impedire ipſam cõiunctionem, cùm res ſit omnino ſpiritualis. Aiunt præ- G terea, ſe cupere illam conſubſtantiationem panis & vini cum corpore Chriſti non attingi cũ vnà colloquemur. Ibi diximus, nos ſi eam velint obtrudere, minimè tacituros. Aiunt, non

obtrudendam, & putant iſtum articulum facilè manſurum Eccleſijs liberum. Quid ſecuturum ſit, igooro. Dies adhuc non eſt condicta, neque deſignati ſunt collocutores. Noſter legatus interea, ſe aduerſum nos humaniſsimè gerit, me ſalutat & inuiſit ſæpe. Cumque intelligeret noſtros equos hîc non bene tractari ob incredibilem multitudinem equorum, & infinitam quodammodo cupiditatem hoſpitum, illos vult ducere ad ſuam domum extra Lutetiam, vbi ſuos habet. Illic non minus rectè ac diligenter curabuntur, atq; ſui profectò erga noſtrum Senatum præ ſe fert nõ vulgarem obſeruantiam. Precibus, quantùm poteſtis nos iuuate. Beza vnà cũ alijs fratrib. te ac reliquos ſymmiſtas plurimũ ſaluere iubet: quod idẽ faciunt Iulius meus & Stuckius. Ego verò tuos omnes ad vnũ meo nomine ſalutatos velim, nec nõ chariſsimos fratres ac ſymmiſtas. Quoniam ad ampliſs. noſtrum magiſtratũ breuius ſcribo, tu poteris pro tua prudẽtia ex tuis ea ſupplere quæ tibi videbuntur. Vale reuerende vir atq; compater colẽdiſsime 19. Septemb. 1561. In S. Germano.

Adeſt iam Cardinalis Ferrarienſis maxima pompa. Inter cæteros adduxit ſecũ viros, vt iactant, doctiſsimos, qui nos in hac diſputatione vorare decreuerunt, vt eſcam panis. Eſt ibi Paulus Sadoletus, Epiſcopus Carpenthoratenſis. Eſt item Epiſcopus Græcus, quẽ eius linguę ac Patrũ Græcorũ affirmant eſſe peritiſsimũ. Eſt & Dominicanus Scholaſticæ theologiæ ſummus Rabbinus. Aliorum nomina ignoro, niſi quòd Ieſuitarum ſummum præfectum in ſocietate illius etiam eſſe prædicant. Oretis, vt Deus qui eſt [illegible] iſtam Goliathi Romani phalangem dignetur ſua diuina potentia diſsipare.

EIDEM.

AD tuas literas, quas per D. legatum accepi clariſs. Vir, ac dilectiſsime Cõpater, reſpondeo nõnihil tardius, quod non habuerim antea copiam tabellarij. Nunc autẽ te ſcire volo, nos omnes rectè valere. Quod verò ad cauſam attinet, die 24. Semptemb. Poyſiacũ venimus: illic Beza concionem Cardinalis cõfutauit quoad multa. Egit primũ de Eccleſia oſtenditq;, nos, quemadmodũ accuſamur, eam nõ ponere inuiſibilem. Actum præterea eſt de authoritate Scripturæ & Eccleſię, ac probatum in ea cõtineri omnia, quæ ſunt ad ſalutẽ neceſſaria. Et quia Cardinalis noſtro miniſterio derogauerat, quòd nõ habeamus impoſitionẽ manuũ & iuſtam ſucceſsionẽ, ea de re plura ſunt allata. De Euchariſtia verò inquit Beza, corpus Chriſti verè quidẽ manducari, ſed ſpiritualiter, & p fidem. Oſtenſum adhęc eſt ex dictis Auguſtini concilia errare poſſe. Cardinalis multus ac fermè totus erat in verbo [illegible] & [illegible], & quod ad articulũ de Euchariſtia, proteſtatus eſt, nolle ſe vlterius progredi nobiſcũ agendo, niſi de Cœna Domini cõſentiremus vnà cum eo: nec deſinebat obtrudere Auguſtanam Confeſsionem cũ tamen ab ea cũ ſuis abhorreat. Quare interrogatus eſt à noſtris, an ipſe vellet eam recipere? Ait minimè, ſed tantũ quoad articulum præſentiæ corporis Domini, illi adhærere. Tũc iuſta querimonia & expoſtulatio prolata eſt, quòd nos ad ea vellent adigere, quę ipſi nollẽt ſubire. Confeſsionẽ verò, quã recitabat, ſibi à principib. Germanię aliquot miſsã affirmauit: & inde colligebat hãc breuẽ ſententiã. In auguſtiſsimo Sacramẽto Euchariſtiæ carnẽ Domini corporaliter, & ſubſtãtialiter & realiter adeſſe, atq; ita exhiberi & ſumi: iubebatq; vt vel ei aſſentiremus, vel nõ vlterius pergeremus cõferre. Sed reſpõſum eſt, id nõ poſſe fieri. Iſtã Cardinalis imperioſam locutionẽ Regina, Princeps Cõdenſis & Ammiralius ægre tulerunt. Videbant quippe illos detrectare colloquium, & cauſam quærere cõpendioſam, vt abrũperetur. & idcirco voluiſſe ab iſto articulo initiũ facere, in quo certò ſciebãt nos minimè cũ ipſis cõuenturos. Beza itẽ conqueſtus eſt, quòd ab eo capite vellent auſpicari collationẽ inſtitutã. Cardinalis ad id reſpondit, nõ immeritò ſic fieri, quod ille in prima cõcione ſua lapidẽ ſcandali iecîſſet, dicendo, Plus diſtare corpus & ſanguinẽ Chriſti à pane & vino, q̃ cœlũ à terra: & ideo ſe quãprimum velle populũ ac gregẽ ſibi cõmiſſum liberari ab huiuſmodi cõtagione. Hæc omnia Gallicè acta ſunt. Ita enim conuenerat, vt Regina, Rex & Proceres intelligerent. Quamobrẽ cùm ego ea lingua nequeã loqui, licet illã intelligã, nihil dixi, neq; ad dicendũ ſum inuitatus. Verũ ad finẽ fratrib. & collegis me incitantibus petij à Regina, vt in poſterũ facultas loquendi cõcederetur: quã clementer & benigniſsimè conceſſit. Quæſiui præterea qua lingua me vellet agere? reſpondit, Italica, vt eam quoq; non lateret, quid ageretur. Die 26 Sept. rurſus cõuenimus. A Regina, Principe Cõdenſi & Ammiralio, qui cupiebant non abrumpi Colloquiũ, admoniti ſumus, vt detrectaremus agere primo loco de articulo præſentiæ corporis & ſanguinis Chriſti in Cœna. Etenim videbãt fore, priuſquã eò perueniremus vt de grauiſsimis abuſib. & erroribus cõuincerentur. Quare libellum ſupplicẽ Reginæ obtulimus, quo duo præcipuè continebantur. Primũ, quòd noſtri nullis iuſtis cauſis miniſterio ſuo expoliarẽtur Cardinalis ſententia, cũ tamen ſi vellemus eos vrgere de ſua inſtitutione iuxta probatos Canones & ſacras literas, facilè poſſemus oſtẽdere, illã eſſe irritã, & illos à Dei Eccleſia verè alienos. Querebamur ſecundò vi quodãmodo nos cogi ad Auguſtanã confeſsionẽ recipiendã, & præſcriptis verbis eius ſubſcribendũ: alioquin minimè proceſſurũ iam inſtitutũ colloquiũ: oſtendentes ad Maieſtatẽ regiam pertinere, vt de modo & ordine diſputandi ſtatueret. Ad libellum ſupplicẽ Regina tum non reſpondit: Ibi Cardinalis rurſus agere cœpit de noſtra vocatione il-

lam

Digitized by Google

lam affirmando eſſe irritá. Deinde querebatur, nos & illũ & cæteros Epiſcopos taxaſſe, quaſi non haberent in Eccleſia Chriſti iuſtam vocationem: nos inſimulando, quòd Regiam autoritatem, qua creati erant Epiſcopi, niteremur euertere, quod eius eſſet iudicio ſeditioſiſſimũ. Poſthæc orationem ſuam contulit ad Euchariſtiam, aſſerendo verba Cœnæ, nimirum, Hoc eſt corpus meum, ſimpliciter eſſe accipienda. Ibi ego ſermonem arripui, & primo loco miniſterium defendi noſtrarum Eccleſiarum. Nũc longum eſſet rationes aſſcribere. Reſpondi etiam inſimulationi, qua nos vt ſeditioſos traduxerat, vt qui nollemus penes Regem eſſe poteſtatem inſtituendorum Epiſcoporum. Adieci deinde, me vehementer mirari, Cardinalem heri dixiſſe, ante Auguſtinum tria tantũ fuiſſe Cõcilia, cũ ipſemet meminerit Ariminenſis, & Syrmiana Synodos tempore Cõſtantij habita ſit, quæ cùm grauiter erraſſent, poſtea ſunt emendata. Obieci præterea, eum vehementer fuiſſe hallucinatum, quòd auſus fuerit affirmare, in Dei preceptis, in ſacris hiſtorijs, in teſtamentis & Sacramentis non eſſe tropos aut figuratas locutiones: & ex Scripturis demonſtraui tropos inueniri: vnde non poſſe ab eo concludi, verba Domini, quæ vocant Cõſecrationis, ſimpliciter accipienda. Hiſpanus ibi Ieſuitarũ princeps, quia cum legato Pontificio huc venerat, ſermonem excepit, & habuit orationem acerrimam, qua reprehendit Maieſtatem Reginæ, quòd harum rerum cognitionem ſuſceperit, cùm ad ipſam non pertineret, ſed ad Papam, Cardinales & Epiſcopos: nec fas eſſe dum haberetur Concilium Tridentinum, hîc tale colloquium priuatim celebrare. Hæc arrogantis hominis oratio Reginam valde offendit, & niſi reſpexiſſet Cardinalem Ferrarienſem, Ieſuitam docuiſſet modeſtiam. Cardinalis ad me ſermonem conuertit, ita nihilominus, vt omnes animaduerterent, eum refugere meũ congreſſum. Cœpit cauſari quòd meam linguam non intelligeret, cùm tamen (vt perhibent) illam optime calleat. Aiebat ſe malle diſputare cum homine ſuæ linguæ. Ego verò excuſaui, me ſic egiſſe iuſſu Reginæ, paratus alioqui Latinè diſſerere. Proinde mihi cœpit Gallicè vtcunque reſpondere: quod ei facere non licuiſſet, niſi quæ dixeram percepiſſet: nec tamen ad omnia reſpondit obiecta. Cumque ſolutiones eius eſſem confutaturus, Regina me monuit, vt Latina lingua vterer, quò omnes aſtantes Prælati atque Doctores intelligerent. Parui, & dixi quæ tempori conueniebant. Beza ſe interpoſuit, & parabolæ Hiſpano paucis reſpondit. Deinde vnà cum ipſo Cardinale agere cœpit de Cœna Domini, ac de Tranſubſtantiatione aliqua diſſerere: nec volebat Lotharingus è ſcripturis haberi panem à Chriſto datum in ſacra Cœna. Ibi ego narrationem Euangeliſtæ induxi, qui ait Dominum accepiſſe panem, benedixiſſe, fregiſſe atq; dediſſe diſcipulis ſuis: atq; demonſtrabam hæc verba non habere alium accuſatiuum, quàm panem. Fruſtra ſe conabatur explicare. D. Depenſius cœpit aliqua interponere, ſed cùm à ſtrepitu atq; clamore Sorbonici eo non abſtinerẽt, res abijt in tumultuoſam actionem, ita vt nec ipſe Cardinalis abſtinuerit à clamaroſa vehementia Iaq; regina iubente ſolutus eſt conuentus, cùm iam nox eſſet. Viſa eſt actio illa indigna regia præſentia, ita vt Regina decreuerit non amplius adeſſe, neq; voluit rem agitari poſthac inter tam multos, ſed quinque deſignauit collocutores ex parte aduerſariorũ, quinq; item ex noſtra. Ex aduerſarijs delectus eſt Epiſcopus Valeotinus, Epiſcopus Sagenſis, Doctor Botillerus, Doctor Salignacus, D. Depenſius. Noſtrorum verò hæc ſunt nomina, Beza, Galaſius, Marloratus, Spina & ego. Adhibiti ſunt ex vtraque parte notarij, ſed abſq; iudicib. & alijs teſtibus colloquimur amicè ſatis & placidè: quoniã aduerſarios habemus (vt video) ſatis mites, & qui non multum à nobis diſſentiunt. Iam ter cum illis fuimus, & in ſumma, tantum actũ eſt de præſentia Corporis in Cœna. Ad reginam accerſor, atq; clam: quorum opera id fiat non eſt obſcurum, ſed tibi aliâs exponã. Vale clariſſ. Vir & frater mihi in Chriſto plurimùm obſeruande: Tuis precibus nos iuuato. Salutes vniuerſam familiam tuam, & omnes chariſſimos in Chriſto ſymmiſtas. Te omnes mei collegæ ſalutant, neq; non Iulius & Stukius. Ad magiſtratum ſcribam, ſed paucis: tu verò communicabis ei, quæ pro tua prudentia iudicabis expedire. Die 2. Octob. 1561. In aula regia apud S. Germanum.

EIDEM.

PAuca ſcribo, reuerende ac dilectiſſ. Compater, quòd pauca ſcribenda ſe offerant ab eo tempore, quo poſtremas literas ad te dedi. Accepiſti hactenus ex me, quinq; aduerſarios collocutores apud Cardinales & Epiſcopos non tantùm ſuſpectos eſſe redditos, verùm pro hæreticis habitos, quòd in cauſa Sacramentaria viſi ſint nonnihil nobis aſſentiri. Quare noluerunt illos amplius nobiſcum pro ſua parte colloqui. Qua de cauſa iam à 15. diebus colloquium ſuſpenſum eſt, & multũ vereor, ne ſit omnino abruptũ. Nõ poſſes credere quot modis quotq; artib. pontificij hoc aſtutiſſimè procurarunt, vt ſcilicet inchoata diſputatio non procederet. Quem eorum conatum legati, Ferrarienſis inquam Cardinalis autoritas & voluntas multũ iuuit. Id accedit præterea, quod ſuam ſatis malam cauſam, Scripturarũ teſtimonijs & bonis probatisq; rationib. tueri ſe poſſe diffidunt. Verùm id poſtea contigit non ſine admirando prouidentiæ diuinæ artificio, vt ipſi Epiſcopi & Cardinales, qui ſuum conuentum ad Poyſiacum habebant, decima huius menſis ita inter ſeſe diſſenſerint, vt parum abfuerit, quin ad manus venerint. Aliqui enim parati erant actis ſubſcribere, maxima verò pars refragaba-

tur. Nunc verò in eo toti ſuut, vt Canones con
dant: ex quibos ante quatuor dies aliquut vi-
di, qui adeò ſunt rudes & craſsi, vt inde facilè
agnoſcas, Papæ mancipia nullam Eccleſię vel-
le reformatiunem. Tantùm externa qoædam
nullius uppidù momenti præ ſe ferunt velle
correcta: ſed ipſam nauigij ſeotinam ſordibus
fœdiſsimis ſinont oppletam. Retineot Miſſá,
Confeſsiooem ſacramentalem, authoritatèm
Papæ agooſcunt, Imagines habere volunt, ap-
probaot peregrinationes, tantum abeſt vt illas
damnueor. Nec dubito longè craſsiora me audi-
turum. Hodie ſunt reoerſuri ad aulam, qoò pro
culdubio apportabunt non vulgaria monſtra.
Si ſpes colloquij hac hebdomada, vt ſuſpicor,
præcidator, proxima ineunte miſsionem petá.
Noo eoim par eſt, vt bonum utiom tam malè
collocem. quamuis tempus huius moræ non
eſt prorſo amiſſum. Etenim à Colloquio indi-
cto vſque ad hunc diem non poteſt dici, quàm
ſint auctæ numero fidelium Eccleſiæ, ſed non
abſque turbis. Nã 12. hoius menſis noſtri Lute-
tiam egreſsi ſunt, vt conciunem audirent in cã
po, quandoquidem in vrbe templum non ha-
bent: numero erant uctíes mille. Cùm id Papi-
ſtæ cognooiſſeot, illos dum redirent ad vrbem,
mœnibus excluſerunt, ſed fruſtrà: qooniam vr
bem vi ſont ingreſsi: cũq; aduerſarijs noſtros
inuadentibus pugna vtrinq; inita fuerit, ex v-
traque parte multi ſunt vulnerati, & aliquot
occiſi. Nec ſecus fit per alias regni partes. Qua
re vt exiſtimatur neceſsitas Reginam, proceres
& regios conſiliarios adiget, vt noſtris ſaculta-
tem publicè conueniendi, & aliqua templa lar-
giantur: alioquin ſcandalorom & certaminum
vllus modus non fiet, Hodie certè in magnu
metu ſomus: quia in varijs Galliæ regionibus
fideles occuparunt templa, vt ibi poblicè con-
ueoiant, nun expectata regia facultate. Id autẽ
Reginæ ac proceribus grauiſsimè diſplicuit.
Cardinales & Epiſcopi reſtitui petunt. Dũ hæc
ſcribo, iam ſunt in conſilio priocipes, vt de hac
re quod viſum fuerit decernant. Sed quia in cõ
ſiliariurũ numero ſunt etiã quidã Cardinales
& aliqui Epiſcopi, noſtri libellum ſupplicem
Reginæ obtuleront: precanres, ne contra ius
& fas cõcedatur ſuffragium in hac deliberatio-
ne ijs, qui ſuot nobis ex profeſſu iurati hoſtes.
Quantum verò ſimus impetraturi, me latet. Si
edicto iubeantur populi templa reſtituere, &

A ſeditiones & cædes timendæ ſont. Luteriæ an-
te vuum aut alterum diem aliquæ domos mer
catorũ fideliũ direptæ ſunt. Canones, quos E-
piſcopi ſuot architectati, nondum omnes vidi-
mus, & uihilominus vel à prandio vel cras de
illis à regio Senatu iodicium feretur. Certè le-
gatus Cardinalis Ferrarienſis omnia perturba
uit: verùm vti confidimus, Chriſto non eſt po-
tentior. Aiunt Reginá matrem & Regem Na-
uarræ à Philippo vehementer abſterreri ab o-
B mni rerum Eccleſiaſticarum mutatione. Qua-
re in Deo plurimùm confidimus, in hominib.
potentibus, aut parum aut nihil. Dices, quare
non reclamatis? cur apud Reginam nõ agitis?
Ad illam uon habemus acceſſum, niſi vocet:
nunc verò non accerſit. Id reliquum eſt, vt li-
bellis ſupplicibus agatur. Promiſit autem ſe
omnino curaturam, vt cum opportunum erit
ſecurus & ſaluus reducar. De Confeſsiune
Auguſtana quęſo ne angâris, quia Eccleſiaſtici
C eam nõ recipient, cũ de ſuis rebus nolint quic-
quam immutari. Noſtræ item Eccleſiæ illam
non admittent, quòd ſuam Gallicam Confeſsi-
onem ſequi decreuerint. Omnes item noſtri
collocotores eam nolunt. Caluinus item de-
hurtatur maximè ne id fiat. Nullõ ergo video
inde periculum imminere. Seuera & grauia e-
dicta contra noſtros tantùm ſunt metuenda,
ne ſcilicet impediant Euangelij progreſſum,
neúe propterea & ſeditiones & cædes fiant.
D Iam accepiſti quomodo res habeant: qoæ in lõ
gum extrahi non poſſunt, breoi finem habe-
bunt. Comes Bedfordus ex Anglia peramane
ter ad me ſcripſit, & inuitat, vt redeundu, cùm
ſim proximus, per Angliam iter faciam. Quod
ei polliceri nolui, quòd reuerti domum quao-
tocyus cupiam. Heri mutauimus hoſpitium:
Cardinalis enim Caſtilioneus reuerſus eſt in
aulam, & cùm Poyſiaci non ſit amplius manſu-
rus (diſſolutus eſt enim Prælatorũ cõuentus)
E repetijt domum ſuam, in qua verſabamur. Qua
re ſumus iuſſu Reginæ ablegati ad hoſpitium
Duciſſæ Ferrarienſis, quòd norit, quemadmo-
dum teſtata eſt, illi principi nun fore ingratos
tales hoſpites. Vale magne amice ac frater in
Chriſto colendiſsime. Rogo te per mutuam
charitatem, vt apud ſymmiſtas me diligenter
excoſes, ſi ad ſingolos eorum non ſcribo. Nam
quas ad te du, illis puto eſſe communes 17. O-
ctob. 1561. In aula apud S. Germanum;

EIDEM.

ANte qoatuor dies, chariſsime Compater
& domine plurimùm obſeruande, ſcripſi
ſatis fusè de ooſtris rebus: deinde reſpondens
literis Lauateri, adieci ea quæ poſt duus tresúe
dies conſecuta fueraut, quæ non ambigo tibi
ab eo eſſe perlegenda. Qoare illa nunc ſcribam
quæ poſtea ſunt conſecuta. Primòm Lutetiæ
publicatum eſt edictum, quo prohibentur ar-
ma & ἐκκλησιάζειν, interdicuntur hæ voces, Papi-
ſtæ, Hugonothi (ſic enim Euangelicos appel-
lant) caueturitem ne religionis ergò alter alte

F ri maledicat, & ne aliqui aodeant in domos ir-
rumpere vt ſolebant, quando aliqui cõuentus
à noſtris habebantor. Aquitanicæ Eccleſię red
diderunt templa, & eis loca ſunt aſsignata, ad
quæ fidelibus conuenire liceat. Cardinales &
Epiſcopi Synodum ſuam diſſoloerunt. Eorum
Canones nondum vidimus. Obſtrinxerunt ſe
ad perſolueudum Regi vſq; ad decennium, in
ſingulom quenque annum ſedecies centena
millia Fraucorom (vt dicitur) ad releuandum
G regnum ære alieoo. Abrupto colloquio, cùm
hic

hîc nihil ageretur, miſsionem petimus, nondũ eſt impetrata, ſed breui dabitur. Conſiliarij videntur quaſdam leges noſtris Eccleſijs impoſituri. Primùm, vt in vnaquaq; concioae vltra numerum trecentorum vel quingentorum nõ ●nueniant. Deinde requirunt, vt ne inuehantur miniſtri acerbè in Papam & Miſſam: non impediunt, quò minus deſcriptionibus hæc taxent, ita vt aſtantes intelligant, ſed nominibus vellent parci, pro communi pace, ne animi grauius exacerbentur. Hæc tamen à noſtris non temerè admittentur. Sunt verò adhuc affecta, non perfecta. Dabuntur item nomine regio ad Eccleſias diplomata, quibus commendabuntur magiſtratibus ac præſidibus tum vrbium tum prouinciarum. auſerentur arma & noſtris A & aduerſarijs, ad pugnas & cædes impediẽdas. Cùm hæc ſcriberem, iam ex Collegis tres diſcedebant. Regina cogitat me remittere in comitatu ac protectione Dominæ Rœtelini, matris principis de Longauilla, ad quem pertinet oppidum Neoburgi. Eſt mulier admodum pia, & intra paucos dies eò ſe vult conferre. Adiunget etiam mihi aliquem ſuo nomine, quò tutior domum perueniam. Stuckio me arbitror bene proſpexiſſe. Apud nobilem quendam vi- B rum erit Lutetiæ, qui & pius eſt & opulentus: fratrem eius paruulum inſtituet, & interea licebit ei ſua ſtudia perſequi, nec ei quicquam deerit. Vale mi ſuauiſsime Compater, & frater in Domino colendiſs. 20. Octobris in aula apud S. Germanum.

RODOLPHO GVALTHERO.

SI tibi velim, ornatiſsime vir, grátias agere de laboribus, quos ingentes dignatus es pro meo libro excudendo ſubire, neq; tuis meritis reſpõdere potero, & beneficiũ C quod in me confers, quanti ſaciam, minimè declarabo. Quare potius id cupio, vt aliqua ſe offerat occaſio, qua reipſa, non verbis demõſtrare poſsim tuam hanc erga me charitatem quo loco habeam. Dolet ſanè mihi vehementer in his meis nugis reſtituendis tantum eſſe moleſtiæ deuorandum, ſatisq; vereor ne opus materiam ſuperet. Et ſæpè mecum reputo, iam mea negligentia factum, vt non multo fortè maiori labore paria vel meliora potuerint abs te com- D poni, quá mea ſatis mendosè deſcripta valeas reponere. Sed quæ tua eſt charitas, omnia ferre decreuiſti, vt operam tuam amicis non deneges. Quare me certò ſcias hanc tibi gratiá perpetuò debiturum, quam poſſe vnquam referre deſpero. Verũ Deus, qui eſt piorum laborum æquiſsimus æſtimator, is te nõ in caſſum laborare patietur. Videas igitur tu viciſsim, chariſs. in Chriſto frater, ſi quid ſit, quod me velia tua cauſa agere. atq; non minus in tuis rebus me promptum inuenies, quàm ipſe in meis te ala- crem laborioſumq; exhibueris. Iuuenes, quos tuis literis mihi cõmendas, præterquá quòd ad fauendũ eis Chriſtiana charitas me adigit, tua quoq; poſtulatio id efficiet, vt nullum officium prætermittam, quodcunq; à me vel ipſi requiſiuerint, vel Ioannes Vlmerus eorũ nomine popoſcerit. De Hoppero iam omnib. moleſtijs liberato ab alijs iam te cognouiſſe puto. Illi ego nunq̃ ceſsi, & de cauſa illius bene ſemper ſperaui. Nunc eſt in ſuo Epiſcopatu, ſuo munere pie ac ſtrenuè fungitur. Deus illi det, vt fructus quos maximè optat, vberrimè poſsit metere. Chriſtophorus quoque Froſchouerus bene ſe gerit: illi quantum ipſe potero tua cauſa nunquam ſum defuturus, & de illo ſic ſpero, vt expectationi veſtræ non malignè reſponſurum arbitrer. Opto te cum omnibus tuis in Domino optimè valere. Oxonij 25. Aprilis. 1551.

EIDEM.

SI tibi, Vir doctiſsime, pro ſuſceptis laborib. in meo libro recognoſcendo ac emendãdo cũ excuderetur, gratias non agerem, & ingratiſſimus eſſem, & mererer, vt à quoquam mortalium nulla poſthac beneficia conferrentur. Certè vt video, in ea re non parũ ſudaſti. Nam in libro deſcribendo, quem ad vos miſi, nõ fuit adhibita diligentia quam oportuit. Verùm curabo vt magis accuratè res agatur, cũ aliquid ad vos excudendũ tranſmiſero. Deum itaq; Opt. Max. precor, vt tibi rependat, quòd mea cauſa laboraſti. Vigilantia ſanè tua factum eſt, vt opus ſatis emendatum prodierit. Sed quantum impreſsionem tu iuuiſti, tantũ fortuna vecturæ librorum parum fauit. Non enim potuerũt vſq; ad hunc diem conuehi huc niſi triginta volumina. Fruſtra igitur à multis petuntur, cùm venalia nuſpiam in hoc regno extent. Byrckmannus, qui viginti exempla mihi pollicitus erat, nec vnum miſit: quod malitia factum exiſtimare nolim, ſed potius aliquo infortunio e- E ueniſſe. De rebus autem noſtris non multò plura ſignificare poſſum, quàm iſte noſter tabellarius, veſtràs inquam Froſchouerus, valeat referre. Qui certè, vt probus eſt, & pius iuuenis, quã diu apud nos vixit, moderatè ac religiosè vixit. Vnde apparet, eum ab initio non fuiſſe temere abs te commendatum. Deus illi pietatẽ augeat, & vobis det vt pergatis, quemadmodũ facitis, iuuenes ac adoleſcentes veſtros inſtituere. Multa hîc ex Germania ſparguntur noua, F ſed adeò incerta & diuerſa, vt quid aut cui credendum ſit, non facile ſtatui poſsit. Optamus autem cognoſcere an Heluetij qui profitentur Euangelium, aliquos Eccleſiarum ſuarum miniſtros, ad Concilium Tridentinũ mittere decreuerint. Sed multa de his quærere, fortaſſe videbitur importunum: quòd Chriſti cauſa cũ primis ipſi Chriſto ſit commendanda. Verùm vt membra corporis Chriſti, quod eſt Eccleſia,

ſunt inter ſeſe arctiſsimo vinculo ſpiritus coniuncta: ita par eſt, vt mutuò pro ſe ſint ſolicita. Opto te in Domino bene valere. Salutes meo nomine D. Pellicanum, D. Bibliandrum, vnà cum cæteris ſymmiſtis. Datæ ex ædibus Domini Cantuarienſis 6. Martij. 1552.

LVDOVICO LAVATERO.

HVMANISSIMIS tuis literis, chariſsime frater, non parũ ſum lætatus, quod mihi gratulando liberationem ex Anglicanis periculis, maximam erga me charitatem præ te tuleris. quæ licet antea mihi probè cognita eſſet; nunc tamen facta eſt longè perſpectior. Subſiſto adhuc Argentinæ, quid verò adhuc ſim facturus non decreui, quod vbi ſtatuero, vt ipſe quoque ſcias, curabo. In priſtinum ſtatum hîc nondum me reſtituerunt. Et quid obſtet quò minus hucuſq; ſim receptus, melius ipſe potes cõijcere, quàm par ſit ac tutũ vt literis explicetur. Quod ſi cõtigerit vt maneam παῤῥησίαν illam ad quam me adhortaris, non ſinam vel ori meo, vel linguæ excuti. Congrua nihilominus & moderatione & opportunitate adhibita. Spero itaque votis meis, precibus veſtris, & aliorum bonorum fratrum à Deo eſſe concedendum, vt ſi me contigerit hîc in agro Domini laborare, fructus non pœnitendos tandem colligam. De hoſpitio in tuis ædibus, ſi iſthuc acceſſero, quod vltrò offers, ago gratias, neque munus vel potius humanitatem aſpernor. Proinde ſi venero facile fiet, vt apud te diuerſer. De meis verò edendis libris aliàs magis per otium agemus. Interea Chriſto viuas ac valeas, meque omnibus tuis collegis atque ſymmiſtis ſalutem mittere ac precari ſignificato, præſertim verò Ioanni ab Vlmis, cùm illum videris. Argentinæ 30. Decembris. 1553.

Eſt deniq; conſtitutum vt hîc Argentinæ maneam, mihiq; priſtinum reddunt locũ, quẽ hinc ante meum diſceſſum in Angliam habui. Cal. Ianuarij 1554.

EIDEM.

TVas literas obſeruantiæ atq; amoris erga me plenas, ornatiſsime Ludouice, ſuperioribus diebus accepi, quæ mihi duplici nomine fuerunt gratiſsimæ, tum quod ita me amicè atque humaniter literis appellando pręte fers, mei adhuc apud te viuam memoriam retinere, tum quod certiorem me feceris, quibus prodigijs iſthic homines à Deo cõmonefiant. Prior cauſa vt me non parum delectat, ita ſuadet vt optem rogemq; te, vt pergas, quemadmodum cœpiſti, mei meminiſſe: nã ego quoq; viciſsim tui non obliuiſcor. Ob alteram verò cauſam prouidendum cenſeo, vt precib. fide ſingulari accenſis, & vitæ aliqua emendatione diuinam iram deprecemur. Si enim Ethnici, vt apud Liuium cæteroſq; bonos ſcriptores legimus, cũ de prodigijs atque portentis alicubi editis, certiores fiebant, ſacrificiorum multiplicibus varijſque generibus, ea procurabant. Quid nos vera Chriſti luce inſtructi, facere debemus? Victimas citra vnum Chriſtum Ieſum non habemus, attamen preces, pœnitentia, & ſancta vita cuique noſtrum proponuntur in diuinis literis, quibus impendentia flagella ſæpiſsimè leniuntur. Magna certè vbique ſocordia eſt, & perotioſiſsima ſecuritas. non itaque mirum ſi prodigijs huius generis Pater cęleſtis pro ſua miſericordia, nos curat excitari. Non enim vocauit nos ad ſanctum ſuum Euangelium, vt in otio dormitemus, ideoq; vidés, non par erat, cõmoueri homines verbo prædicationis, doctrinaq; ſacrarum literarum, de cœlo quoq; monet, non vt filios ſuos quos chariſſimos habet, perterrefaciat, ſed vt eos ad pergẽdum, quò tendunt incitet, & ad leuanda capita quòd ſuam redemptionem iam appropinquare, imò inſtare videant. A ſignis cœli huiuſmodi paueant impij, qui toti pendent à ſecundis naturæ cauſis, neq; fulcrum habent diuinarum promiſsionum, neq; tutiſsimam fidei ancorã, quibus nitantur. De pugna Sacramentaria quòd ſit redintegrata, dolendum eſt, ſed quando aliorum improbitate certamẽ inſtauratur, non decet noſtros veritatem indefenſam relinquere. Mihi verò perſuaſiſsimum eſt, Domini hoc eſſe opus, qui nolit cauſam tam bonam tãque neceſſariam iacere. Laudo igitur noſtros qui ſcripſerunt, eorumq; ſtudium, laborẽ atq; fidem vehementer probo: neq; diffido illos tãdem optatum ſucceſſum eſſe conſequuturos. Moneo poſtremo, nunquam dubites, literas tuas mihi fore gratiſsimas. Opto igitur vt Chriſto fœliciter viuas, vocationem tuam ſeriò & fideliter colas, neq; patiaris ſtudia ſacrarum literarum aut languere aut interquieſcere. Nã qui ſenio vel confecti iam ſunt, vel mox conficientur, vobis iunioribus lampades tradent. Quare veſtrum eſt prouidere. vt vobis tutò & fructuo ſè committi queant. Chriſtum pro me orato & Dominum Pellicanum ſaluere meo nomine obſeruantiſsimè iubeas. Argentinæ. quarto Aprilis. 1556.

EIDEM.

QVoniam hactenus, vir doctiſsime, atque frater in Chriſto multum amabilis, nihil ſolidi ac certi habui, quod tibi de meo ad vos aduentu conſcriberem, ideo à me hucuſq; nullas

Digitized by Google

las literàs aeeepiſti. Nunc verò tandem reſcri- A bò, nuotioq́; die Iohannis miſsionem denique mihi conceſſam. Qua io re tantoperè laboraui, vt nihil tota mea ætate maiori cōtentione atq; difficultate obtinuerim. Obſtiterunt mihi vehementi conatu omnes boni & docti, cūctatus eſt magiſtratos vſq; ad hoc tēpus, & me dimittens, diſertis verbis teſtatus eſt, inuito animo ſe id facere. cumq́; poſtea valedicerem auditorio meo, quod amodum refertum erat, omnes qui adfuerunt, me diſcedentem, multis lachrymis B proſequebantur. Hæc àn e idcirco memorantur, vt intelligas, meum veniendi ad vus, non fuiſſe vulgare ſtudium. Habes igitur mi Lauatere, tu atq; alij collegę quod optabatis. Venio, iamq́; in eo ſum totus, vt me ad iter parē: quod longè prius feciſſem atq; cōmodius, ſi miſsionem citios impetraſſem. Non plura ſcribā quoniam ſpero me breui præſentem, pręſentes vos omnes complexurum. Vale igitur, & me, vt facis ama, omnibusque fratribus meo nomine ſalutem dicito. 30. Iunij. 1556. Argentinæ.

EIDEM.

VNa cum literis D. Bullingeri tuas quoque chariſsime Lauatere accepi, quæ ſanè gratiſsimæ fuerunt. De noſtris rebus fuſè ſcripſi nudiuſtertius ad Dominum Bullingerum: quare vt nunc tibi illa repetam non arbitror eſſe neceſſarium. Nam illum ſcio, quæ à me ſcribuntur, vobis familiariter at benignè communicare. Sed poſtquam literas ad eum dedi, hæc geſta ſunt decimoſeptimo huius menſis: ad veſperam decretum factum eſt à regijs con- C ſiliarijs, vt à fidelibus templa redderentur quę occupauerant: quòd non expectata regia facultate id auſi fuerint. Interea noſtris fit ſpes, vt libertas ipſis concedatur publicè conueniendi nec non vt certa loca eis aſsignentur. Sed an ita futurum ſit, ignoro: quoniam incredibilis eſt Eccleſiaſticorum potentia. Hodie Cardinalis Lotharingus & Dux Guiſianus ab aula diſceſſerunt, & conuentus Prælatorum, qui Poyſiaci habebatur, ſolutus eſt: vnde Cardinales & Epiſcopi etiam hinc diſcedunt. Sed antequam abirent, Confeſsionem Gallicanarum Eccleſiarum damnarunt. Inceptum verò colloquium prorſus eſt abruptum, quòd prælati noluerint illud continuari, noſtrum cōgreſſum & lucem fugientes. Nos verò, quando hîc nihil agitur, miſsionem petimus, quam adhuc non impetrauimus. Quod ad me attinet, omnium veſtrûm deſiderio non vulgari teneor. Nunc allatum eſt Aurelianenſes templa reddidiſſe, verùm Bleſenſes non adhuc paruerunt. Iulius noſter vnà cum Stuckio te plurimùm ſaluere iubent. Ipſe verò quæſo te omnes ſymmiſtas meo nomine quàm diligentiſsimè ſalutes 19. Octob. 1561.

In aula apud S. Germanum.

EPISTOLARVM FINIS.

PRECES SACRAE EX PSALMIS DAVIDIS DESVMPTÆ PER D. PETRVM MARTYREM VERMILIVM FLORENTINUM, ſacrarum literarum in ſchola Tigurina Profeſſorem.

ORNATISSIMO VIRO, AMICO SINGVLARI D. HERMANNO FOLKERSheimero Friſio, Ioſias Simlerus S. P. D.

SVPERIORI anno Hermanne ſuauiſſime, cùm ſcripta optimi atque doctiſſimi viri, præceptoris noſtri Petri Martyris euoluerem, & in eius bibliotheca minutiſſimas quaſq; ſchedas ipſius manu notatas colligerem, incidi fortè in chartas quaſdam abiectas & diſſipatas, in quibus preces quædam ſacræ manu ipſius conſcriptæ erant. Has cùm diligentius euoluiſſem, dignas iudicaui quæ in publicum ederentur: quamuis enim non in hunc finem ab ipſo conſcriptas eſſe ſcirem: tamen vt hoc nihilominus facerem, certis rationibus adductus ſum. Nam primum quia illo tempore, quo & concilium Tridenti inchoatum fuit, & religionis cauſa graue & inteſtinum bellum in Germania exortum eſt, Martyr has preces finitis lectionibus in ſchola Argentinenſi publicè habuit. iure nunc in publicum eduntur hoc tẽpore, quo ardentibus precib. Deus orandus eſt, ne finito nunc concilio Tridentino ſimile aliquot incendium denuò oriatur. Deinde preces quæ in hoc libello habentur & perſpicuè ſunt & quàm minimum à verbis Pſalmorum recedunt, quod ego in precibus magni momenti eſſe iudico. Etenim in his precibus partim quidem multorum Pſalmorum argumentum breuiter & perſpicuè explicatur, partim verò loca plurima obſcura & difficilia, illuſtri quadam paraphraſi explicantur. Quare non dubito maiorem opinione multorum vtilitatem, ex breuis huius libelli lectione ad ſtudioſos redituram eſſe. Tibi autem Hermanne ſuauiſſime hunc libellum inſcripſi, vt habeas & Martyris noſtri & mei ipſius μνημόσυνον. Cùm enim & Martyrem quamdiu vixit parentis loco obſeruaris & colueris: & me præterea tanto amore hactenus complexus ſis, vt meritò te ſemper in amiciſſimorum numero habere debeam, credo tibi gratum fore hunc quamuis exiguum libellum, quem vtriuſque nomine inſcriptum tibi mitto. Quoties enim librum hunc inſpexeris, inſpicies autem quæ tua eſt pietas ſæpius, toties animo repetas veterum amicorum non omnino iniucundam, vti ſpero, recordationem. Neque enim Martyris memoriam mors eius abolere potuit: neque noſtrã qui viuimus coniunctionẽ locorum diſtantia ſeparabit, quo minus & literis & grata memoriæ veteris recordatione, cœptam dudũ amicitiam perpetuò conſeruemus. Vale Tiguri 12. Cal. Iulij anno ſalutis 1564.

EX PSALMO I.

AVFER à nobis Deus Optime Maxime praua conſilia, ſecundum huc peccata: vitam improbam atque flagitioſam ne ſinas nos incurrere: demumq; à contemptione pietatis, & eſu virtutum procul animos noſtros remoueas. Et loco iſtarum peſtiũ largire vt in lege tua, & ſacris literis perpetuò meditemur. Quo non inſtar impiorũ ab omni vento affectionum, & doctrinarũ, vt leuis pulviſculus & inanes quiſquiliæ circumferamur. Sed potius veluti arbores iuxta riuos aquarũ ſitæ, vita ſpiritus & fide donati, bona quoque opera exterius fructificemus, atque ad laudem gloriamque tui numinis, & noſtræ ſalutis cumulum, proſperè cedat quicquid agimus. Tandemque in iudicij tui examine cùm impij iam ceciderint, nos pro tua miſericordia & ſtemus & abſoluamur. Per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

EX EODEM.

A SAtis euidenter intelligimus omnipotens Deus, graues calamitates & miſerabiles caſus ideo vexare Eccleſiam, quòd reproborum conſilijs frequenter acceſſimus, quæ oportuerat ſtatim agnita deuitare. Sceleratorum item viam minimè declinauimus, ſed illorum iter aſſiduè triuimus, continuis mandatorum tranſgreſſionibus. Præterea ſanæ correctiones, ac ſalubris diſciplina diu à nobis eſt contempta: ſatisq; ſupinè, imò impudenter neglectum &

B riſum quicquid tuo verbo nobis obtrudebatur. Quare haud mirum ſi pro fœlicitate & tranquilla pace, qua hactenus diu ſatis proh dolor abuſi ſumus, omnia modò grauia, moleſta & acerbiſſima cogimur experiri. Nunc autem ô Deus hæc noſtra confitendo mala merita ad te ſupplices confugimus, rogamusq; vehementibus & ardentiſſimis votis, vt quæ tam ſtultè & impiè peccata admiſimus, velis nobis clementer condonare. Et animos noſtros legis tuæ

red-

Digitized by Google

dere quàm ſtudioſiſsimos, ita vt nihil aliud atque verba ſcripturarum ſanctarũ diu noctuq́; in cordibus noſtris verſemus. Sic enim tempeſtiuos & ſuaues fructus, fide verbis tuis adhibita proferemus. neq; Spiritus ſancti ornamẽtis exſpoliabimur, imò ſucceſſus fœlices perpetuò noſtras actiones conſequentur. Iam verò exigentib. peccatis haud ſumus abſimiles quiſquilijs ſusq; deq; tribulationũ flatibus iactati. Da ſaltẽ Optime pater vt non inſtar improborũ vita noſtra malè diſpereat, ſed vt iuſtorũ cauſa à te ſumma cura & protectione defendatur, quo in iudicio & cętu iuſtorũ ſtemus, & nõ cauſa cadamus: per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

EX EODEM.

CVm iam nobis expoſitum ſit omnipotens Deus, bonam partem noſtræ fœlicitatis dum hîc viuimus in eo ſitá, vt praua caueamus conſilia ac perditos mores, vitemusq́; illorum conſortium qui omnia contemnunt atq; ridẽt, vtq́; in harũ peſtium locum ſuccedat eximium diuinæ legis ſtudium in qua diu noctuq́; & verſemur & meditemur. Vnde ab hoc noſtræ ſalutis ſcopo cùm ſentiamus nos plurimum aberraſſe, imò in hæc miſerè peccare, te rogamus vt pro tua miſericordia quę deliquimus ignoſcas, nosq́; poſthac verbi tui perpetuo ſtudio atque vſu reddere digneris fructuoſas plantas, qui non modo fructus in Eccleſia demus ſalutares dum viuimus, verùm etiam in altero ſeculo coram te, qui viam iuſtorum optimè noſti, poſsimus in iudicio ſubſiſtere: Per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrom, Amen.

EX PSALMO II.

HOc tempore ſentimus Deus Opt. Max. non ſolùm antichriſtum, ſed omnem vim & potentiam mundi aduerſum te conſpiraſſe & Chriſtum tuum: vt qui putent Euangelium & eccleſiæ inſtaurationem eſſe vincula intolerabilia & iugum duriſsimum: idcirco annituntur omnibus rationibus, vt fidelium ſocietates diſrumpant & omnem abijciant diſciplinam. Verũ cũ tu in cęlis reſideas, nilq́; lateat te quid diabolus aut carnis impietas moliatur, derideas eorum conſilia inania, & caſſa reddas eorum incœpta, ac illos viciſsim ludibrio & ſubſannationi ponas electis tuis. Fac vt ipſi te iratũ ſentiant, ac furore indignationis tuæ demũ exterreantur, ita vt Eccleſiam tuam delere non valeant: cui tu pręfeciſti Chriſtum Ieſum vnicum ſeruatorẽ noſtrum, vt in ipſa verbo & ſpiritu ſuo inuictè & potentiſsimè regnet. Qoare nobis licet indignis ac deſertoribus filijs tuis tantum largiri digneris fidei atq; conſtantiæ, vt illum vnicum regem noſtrũ habeamus & identidem confiteamur, nosq́; illius gentem populũ ac hæreditatem eſſe minimè dubitemus. Id probè ſcientes quòd tanta vi præditus ſit atque potentia, vt imperio pluſquam ſerreo quos velit torreat, vtq; figulinas teſtas imminuat. Idcirco reges terrę ô Deus ad te cõuertas vt ſapiant, vt filiũ tuum verè agnoſcãt, amplectan-
A tur & oſculentur: ne ira eius ſucceuſa illico pereant, atq; eos qui tuæ fidei ſe prorſus commiſerunt, æternum, quando viſum fuerit, beatos reddas per Chriſtum Dominum noſtrũ, Amẽ.

EX EODEM.

QVamuis fremat Deus Opt. Max. diabolus, quotidie inſurgant mundi poteſtates, & caro cum ſuis mancipijs cõſpiret, aduerſus regnum vnigeniti tui Domini noſtri Ieſu Chriſti: nos attamen intelligamus & fide con-
B ſtanti perſuaſum habeamus, te huiuſmodi omnes ridere atque contemnere: qui ſtatim atq; libuerit in ira atq; furore tuo valeas illos opprimere. Qua in fide cùm ſimus nonnunquá infirmi, ita vt varijs adducti terroribus minus quá decuit mandatis tuis pareamus, nobis pro tua bonitate quæſumus ſias propitius, vt firmiter ſtatuamus filium tuum regem ac redemptorẽ noſtrum, ſummam apud te omnium rerum habere poteſtatem. Nam cùm illum genueris, o-
C mnes gentes illi tradidiſti hæreditario iure regendas. Concedas itaq; vt tandem quandoque benè ſapiamus, ac ita ęrudiamur, quò tibi ſeruiendo cum omni timore atq; honore, in extrema die inſtar figulinæ teſtę à virga indignationis tuæ non atteramur: Per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

EX PSALMO III.

SVpra modum auctę ſunt copię, Deus Opt. Max. illorum qui adoriuntur Eccleſiã tuã.
D cõplures eam iam infeſtare audent, & in ipſam crudeliter inſurgunt. nõ ſanè alio freti cõſilio, niſi quod apud ſe ſtatuunt, non eſſe abs te ſalutem nobis amplius ſperandam, quaſi tu omnino populum tuum deſerueris, ac omni præſidio & defenſione exarmaueris. Non profectò inficiamur, dum peccata quibus te offendimus intuemur, eſſe commeritos, vt auxilio tuo deſtituti, ludibrio, contumelijs & iniurijs hoſtium tui nominis exponamur. Sed nihilominus pro
E fide quæ in nobis tua miſericordia ſupereſt, audemus te accedere, & precamur, quo in his aduerſariorũ exprobrationib. tantum Spiritus & conſtantiæ digneris nobis ſuppeditare, vt te vnicũ præſidium, decus & vindicẽ fore populo tuo non dubitemus. qua fiducia confirmati, ſi tuũ auxilium inuocationib. implorauerimus, è tuo cœleſti habitaculo nobis proculdubio annues, dum ſumus hac tua protectione ſecuri, tantũ aberit pauor, etiamſi cõplures hoſtium
F myriades nos obſideant, vt ſolito more ſomnũ capiamus & expergiſcamur dum tibi vni fortiter innitimur. Itaq; iuxta conceptam hanc fiduciam, ô Deus exurgas, atq; vt conſueuiſti, eorũ qui aduerſum te ſe efferunt dentes confringas, ne pro libidine Eccleſiam tuam dilacerare valeant, oſtendasq́; tuam eſſe ſalutem, atque tua bonitate poſſe adhuc his extremis caſibus iuuari populum tuum, per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

G *EX EODEM.*

QVanquam videntur, omnipotens Deus, indies augeri ſatanæ vires, ac omnium aduerſariarum poteſtatum, quę nobis cupiunt

interuertere filij tui regnum, noſq́; conantur A
in deſperationem agere quaſi non amplius ul-
la ſalus in te maneat. Attamẽ etſi grauatos nos
ſentimus peccatis, ad te qui noſter clypeus es
& gloria, caput ac manus attollimus, teq́; roga-
mus, vt quæ tua eſt miſericordia, condones quę
perperam admiſimus, & precibus ac votis quæ
corã te effundimus benignè reſpondeas. Quo
excitati ab operibus mortuis ac tua gratia be-
ne freti non metuamus hoſtium tui nominis
infinitas myriadas, quos iam fide intelligimus B
abs te in maxilla percuſſos & fractos. Da opti-
me pater vt ſuper nos vbertatẽ ſentiamus tuæ
benedictionis, & abs te vno ſalutem noſtram
pendere, habeamus perſuaſiſſimum, Per Ieſum
Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

EX PSALMO IIII.

INuocamus te omnipotens Deus, maximis
angoſtijs & periculis coarctati, vt adiuti ope
tua ex prȩſentibus tribulationibus demum pa
tentes & lætiores habeamus exitus. Nos fate- C
mur eſſe indignos tuis auxilijs, vt qui abs te fre
quentiſsimè ac grauiter auerſi fuerimus. Tu au
tem digneris, precamur, non actiones ſingulas
noſtrûm ſpectare, ſed cauſæ dignitatem. Cum-
que Deus vindex iuſtitiæ verborum tuorum
eſſe conſueueris, tuearis modo potenter cultũ
& Euangelium tuum, nobis etiam pro tua vo-
luntate correctis & caſtigatis. Hoc in prȩſenia
coram te deploramus, potentiores huius mun
di ſummis vniti conatibus, vt gloriam Euange D
lij & religionis tuæ in dedecus, imò in nihilũ
redigant, ob inania ſtudia & ſpes fallaces quas
ſibi propoſuerunt. Vtinam, Deus, illis pateſa-
ceres ac demonſtrares formam veræ Eccleſiæ,
quam tibi delegiſti, quamq́; audis, cum fideli-
ter ſuis precibus & clamoribus te inuocat. For
tè ſentirent, magis cõmouerentur, ſibique ca-
uerent, ne in illam peccarent: reputarent ſecũ,
vel in ſtrato ſuo, quæ illius ſit habenda ratio, &
fortè conquieſcerent, adduciq́; poſſent, vt verę E
iuſtitiæ cùm ea ſacrificia offerrent. At nunc ob
cæcati, nil magis exoptant, quàm ſuam rabiẽ
contra illam explere, idq́; pro ſummo bono ha
bent, vt ipſam euertant. Nos autem, ô Deus,
quotquot colimus te in Spiritu & veritate, pro
ipſorum hoſtium ſalute ſæpius te orauimus:
cumq́ue illis bona & fœlicia prouenirent, ex a-
nimo lætabamur. Da itaque pro tua miſericor
dia, vt demum pacatè & tranquillè per ipſos
viuere liceat. da, inquam, vt in te vno conquie- F
ſcamus, & tuæ fiduciæ innixi tecum ſecurè ha-
bitemus: Per Ieſum Chriſtum Dominum no-
ſtrum, Amen.

EX EODEM.

DEus, à quo eſt omnis noſtra iuſtitia, vt,
es bonus, conſueuiſti ſemper ad te clamã
tes audire, & ex anguſtis rebus ad liberiorem
fortunam educare, te rogamus, ne deſpicias
tuum implorantes auxilium, nec patiaris ad
ignominiam deduci gloriam noſtram, quæ eſt G
vera pietas, à quamuis huius mundi eximia
poteſtate. peccauimus quidem in te, & admo-
dum grauiter: ſed quæ tua eſt clementia, caua,
ne vanitas & mendacium in nos præualeant.
Verùm quemadmodum delegiſti quos velis
ſeruatos, ita ſuper nos gratiam atq; fauorem
tui vultus reſplendere facias, vt vel hoſtium
noſtrorum proſperitate exhilaremur. Largire,
optime pater, vt freti eximia fide, in te vno ac-
quieſcamus, & abs te vno collocemur in tuto,
per Iſeum Chriſtum Dominum noſtrũ, Amẽ.

EX PSALMO V.

COnfugimus ad te, Omnipotens Deus,
quotidie noſtris precibus, & vota noſtra
coram te mane diſponimus, non ignari, quòd
iniquitates oderis, & peccata mirum in modũ
deteſteris: quib. etſi nos teneri non inficiamur
(nam illis grauari nos ſupra modũ ſentimus)
attamen largiſſimæ bonitatis tuæ copia freti,
ad te accedimus. Rogamus te, vt quicquid in
te peccauimus, velis ignoſcere, noſq́; poſthac
deducas in tua iuſtitia atq; innocentia, ne ad-
uerſarij ſalutis noſtræ, in quibus nihil eſt ſani,
ſed omnia vitioſa, contra nos præualeant. Fru-
ſtrentur eorum conſilia, vires & conatus di-
ſperdantur, quò tibi fidentes lætitia ſolida frua
mur, dum nos protegis, foues, & inſtar ſcuti
ambis tua beneuolentia, per Ieſum Chriſtum
Dominum noſtrum, Amen.

EX PSALMO VI.

MEremur proculdubio, Omnipotens De-
us, pro noſtris malis admiſsis, ac infini-
tis culpis, abs te ſeueriter caſtigari: ſed roga-
mus, confiſi ſummæ miſericordiæ tuæ, ne in
nos ira aut furore animaduertas. Cõtremiſci-
mus, optime pater, ac penè exanimamur, dum
noſtrorum peccatorum ac tuæ iuſtitię in men-
tem venit. ne itaque, precamur, vt malè meri-
ti ſumus, nos detrudas ad inferos, quandoqui-
dem ibi neque te canere, neque laudibus effer-
re poterimus. Hoſtes noſtri mirum in modum
id fieri cupiunt, ſed tu, ô Deus, reſpice lachry-
mas confidentium, & à nobis recedere facias
authores iniquitatis. Denique, ita nos audias,
vt pudefiant & conſternentur quotquot & ſa-
luti noſtræ & gloriæ tuæ aduerſantur, per Ie-
ſum Chriſtum dominum noſtrum Amen.

EX PSALMO VII.

NOſti Deus Optime Max. quanto ſtudio
nos oppugnent diu noctuq́ue aduerſarij
noſtræ ſalutis, qui, niſi tu adſis, inſtar ferarum
crudeliſsimè nos dilaceratos, & abſorptos in
æternum exitium cupiunt. Verùm quemad-
modum tibi vni fidimus, ita precamur vt no-
bis adeſſe velis. Non iuſtificamus coràm te cau
ſam noſtram, quaſi nihil admiſerimus eorum,
de quibus nos inſimulant, ſed, mediatoris no-
ſtri Chriſti Ieſu interceſsione, ea condonari à
tua miſericordia perſuaſi ſumus. Idcirco quæ-
ſumus vt in noſtrum auxilium exurgas, diri-
gas, & vt clypeus firmiſsimos, defendas, quò,
in tentationum, fraudum & malitiæ authores,
mala ipſa recidant: nos verò te celebremus, ac
nomen tuum efferamus quàm doctiſsimis lau
dibus, per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrũ,
Amen.

EX

EX EODEM.

EST profectò ſingulare beneficium, Omnipotens Deus, mandatorum tuorum obſeruantem eſſe, verùm quod illis minimè contingat, à quorum oculis ipſe velamen & tenebras non detraxeris, cùm alioquin arcana tuæ legis à cæcutientibus minima coſpiciantur. Implo ramus itaque opem & lucem, à te noſtræ infirmitati atque inſcitiæ: vt dum vitam hanc peregrini degimus ac celes à nobis tuorum manda torum puram atq; legitimam intelligentiam. Qua cùm hactenus noſtro vitio fuerimus parū inſtituti, in hæc opprobria, in hunc contemptū, in has obtrectationes incidimus. Periculis & afflictionibus, quibus hodie vexatur & premitur Eccleſia tua, adijciuntur contumeliæ doctrinæ, conuitia veræ pietatis, & horrendæ blaſphemiæ nominis tui. Remittas ergo pupulo tuo & ignoſcas, ô Deus, quæ in te commiſit, & iacẽtes recrees verbo & promiſsionibus tuis. Tibi audacter cauſam noſtram ſingulo quoq; die ex ponimus: exaudias quæſumus, ac nutantium fidem & ſpem nouis beneficijs ſubinde confirmes: neq; inuocantes te pudefacias, quo rurſus pacati atq; in amplū reſtituti, viam mandatorū tuorum ſumma alacritate percurramus: Per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

EX PSALMO VIII.

OMnia illa, Deus Opt. Max. quæ cū in cœlo iū.n in terra condidiſti, in noſtrum cō modum & ſommam vtilitatem, atteſtantur manifeſtiſsimè, quàm ſit admirabile & magnificum nomen tuum. Et licet in omnibus tua bonitas diffuſa ſit & conſpiciatur, nihilominus confirmamur, vt de ea nil polliceamur nobis, niſi eximium, vel ab infantia humanæ prolis, quam ſic ſtatim charitate ſumma ali uis & curas foueri. Vt dum nutriuntur infantes, vel dū loqui incipiunt tuæ benignitatis certiſsima indicia nobis proponant. His miraculis, quotquot bonitati tuæ & prouidentiæ obtrectant, impij confutantur. Potuerunt quidem cœli opus videri dignum tuo artificio, ſed quod te ad hominem caducum atque mortalem tàm ſolicitè curandum volueris adeò dimittere, videtur maximæ & admirabilis pietatis tuæ ſignū. Quare iterum & meritò incitamur, quamuis peccauerimus, quamuis indignè, & te & noſtra vocatione vixerimus, vt ſumma fiducia te roge mus, ne tuam eccleſiam præſentibus malis per mittas ſuccumbere. Si enim abiectū alioquin natura ſua hominem ſic coexiſti, vt paulò minor ſit angelis, memineris quæſo & illorū mul to magis, quos tibi iam in filios cooptaſti, & quibus voluiſti pro tua miſericordia omnia opera manuum tuarum inſeruire & ſubijci, ne illos permittas ab impijs conculcari. Semper conſueuiſti filios huminum tua cura inuiſere, nos quoque nunc tuo auxilio viſites, quando maximopere indigemus. Eripias nos, oramus, quo nomen tuum ex eo omnes, vt eſt intelligant, admirabile eſſe, & omnibus modis ſu

A ſpiciendum, per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

EX EODEM.

EX his quæ tua vi & prouidentia cū in cœlis tum in terra fiunt, omnipotens Deus, magnificentia & gloria tua ſe ſatis ſuperq; exerit, ni etiam ad excitandos noſtros pluſquam plumbeos animos in paruulis & infantib. tua potentia ſe declararet. Miſeri ſumus & abiecti,
B non quidem opera & induſtria qua nos finxiſti, ſed genuino peccato & infinitis culpis quas ipſimet adiecimus: quibus nihilominus precamur ne ita ſis nobis offenſus, quin vt cōſueuiſti, frequens nos interuiſas, & quos angelis pau lò minores voluiſti, tuæ ipſius naturæ conſortes facias. Cumque nos tuarum omnium creaturarum dominos legitimè conſtitueris da vt illis ad laudem & gloriam tui nominis vtamur quo tuum verbum & euangelium ad omnes
C mortales propagetur: Per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

EX PSALMO IX.

SI cauſam noſtram ſuſceperis, ô Deus, noſq; ab hoſtibus tui nominis & humanæ ſalutis vindicaueris, ex toto corde & ſumma lætitia narrabimus, celebrabimuſque tua eximia geſta. Noſtra quidem culpa tentationibus & huiuſmodi preſſuris affligimur, ſed te per tuam
D bonitatem & miſericordiam obteſtamur, vt qui oppreſsis ad te confugientibus cōſueuiſti aſylum eſſe, ne nos deſeras, neue has preces, quas tibi ſedulò effundimus, videaris obliuioni tradidiſſe. Miſerere noſtri, ô Deus, & à portis mortis eximas, ne illis abſorbeamur. Abs te ad iuti, laudes tuas in Eccleſia deprædicabimus, quod nimirum in te haud incaſſum ſperauerimus. Exurgas igitur, ne impietas, iniuſtitia, & peccata nos præualeant, ac largire, vt probè ne
E mores conditionis noſtræ, modeſto demiſſoq; animo tuæ voluntati perpetuò ſubijciamur, Per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrū, Amē.

EX EODEM.

FActum eſt ſæpius patrum tempeſtate, Deus omnipotens, vt perſuſus fuerit populus tuus admirabili gaudio, ac totus lætabundus, nomen tuum cantibus extulerit, & ſuminis laudibus celebrarit, idque ex toto corde, eò quod te protegente hoſtes ipſis in prælio ter
F ga dederint, impegerint, & perierint à facie tua: Neq; ſemel iudicaſti pro ſanctis tuis, aut illorū cauſam aſſeruiſti, frequenter gentes increpuiſti & perdidiſti, qui extrema vaſtitate vrbes præclaras populi tui ſecum ſtatuerant euertere. ac ita deleuiſti huiuſmodi improbos, vt nomen quoque illorum fuerit abolitum. Cùm itaque æternum regnes, & ſemper tribunal paratum habeas, vt de effuſo ſanguine ſancto
G rum quæſtiones inſtituas, in præſentia, ô Deus ne ſpernas, aut obliuiſcâris precum noſtrarum. Scimus quidem nos peccaſſe, & plurimis modis offendiſſe maieſtatem tuam, quod oūē

& dolemus ex animo, & apertè fatemur, tamē pro fiducia, quam erga te gerimus, ex his conceptа, quæ patribus noſtris, etiam immeritis contuliſti, accedimus te, ac oramus, vt miſerearis Eccleſiæ tuæ: reſpice quæſumus illius afflictionem, eamq́ue eripias à portis mortis, quò laudes tuas indies ardentius valeat celebrare. iram tuam oſtendas aduerſus illos, qui tui obliuiſcuntur. Suis malis artibus doliſq́ue pereant, ac ſuis capiantur retibus, qui tali ſtudio ac violentia populo tuo exitium quærunt. Nos verò, qui inopes & afflicti ſumus, iam tua defenſione reſpiremus. Exurge Deus, nec ſinas abiectos mortales in te præualere, & tuum ſanctum Euangelium. Terrorem incute hoſtibus, vt intelligant, quid ſit, pietatem & religionem adoriri, per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

EX PSALMO X.

CVm te credamus, Deus Opt Maxime, nō tantum eſſe ſummum bonū, verū ipſam bonitatē, cupimus vehementer, ne tuū fauorē, quemadmodum fieri videtur, à nobis auertas. Et quanquam non diffiteamur, id ſupplicij noſtra mereri peccata, precamur attamen, vt clemens & miſericors es, illa nobis abs te ignoſci: quodq́ue ipſi non meremur, faueas nihilominus cauſæ noſtræ, pro gloria tui nominis, vt ſentiant impij ſe falsò ſtatuiſſe, te nullum eſſe, nec nunquam de manu ipſorum inquiſiturum facinora quæ deſignant: inſidiantur, opprimunt, cædunt & miſerè conficiunt pios, iam perſuaſi te humanarum rerum oblitum. Adſis igitur te inuocantibus, & eorum vota clementer exaudias, vt pij abs te in libertatem aſſerti, doceant ſuperbus & violentos modeſtius agere, cùm te perſpectum fuerit Eccleſiam vigilantiſsimè curare, per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

EX EODEM.

POſſes videri, clementiſsime pater, hoc afflictiſsimo tempore te quàm longiſsimè à tuis abduxiſſe, ita vt clauſis oculis videre negligas quæ ab impijs Antichriſtis contra plebem tuam extrema ſuperbia ac ſumma improbitate geruntur, quandoquidem tàm ſecunda illis euenlunt quæcunq; inſtituerint, quî fit vt pro libidine ferantur, in te iactent cōuitia, imò Deū non eſſe perſuaſiſsimum habent. cumq́ue videris omnem ab illis amouiſſe vltionem, nunquam ſe arbitrantur nutaturos, ac fœlicia ſibi perpetuò pollicentur, vnde periuriorum, fraudum, iniuriarum & improbitatis nullum modum faciunt, ac fideles tuos cùm publicè tùm clam occidunt, Eccleſiam inuadunt, affligunt & deprimunt, atque, ô Deus, nullam eius curam te habere exiſtimant. Nunc autem, etſi probè meriti ſumus, vt à noſtris calamitatibus oculos auerteris, vtq́ue noſtræ abs te negligantur vexationes, peccauimus enim grauiter, tuiſq́ue ſummis beneficijs ſupra modum fuimus ingrati, vocatione, Euangelio, Sacra-

A mentis abuſi ſumus, contemnendo facultatem nobis oblatam, tibi liberè iuxta verbum tuum inſeruiendi. hæc omnia, & innumerata alia flagitia in te commiſiſſe agnoſcimus, quorum nunc veniam enixè precamur, ac rogamus, quo tandem exurgas, ac manu tua reprimas impium à maledictis, quibus & te & doctrinā tuam inceſsit: miſeroſq́ue nos tibi committimus, qui alioquin deſtitutis & pupillis eſſe ſoles adiutor. Impiorum tandem confringas ro-
B bur, audias afflictorum vota & oppreſſus demum vindices, quo in Eccleſia ſo uri à tantis terroribus, debitas pro tua miſericordia tibi gratias agant, per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

EX PSALMO XI.

IN te Deus Opt. Max. omne noſtrum præſidium atque fiduciam collocauimus, ideirco quando noſtra caro, humana prudentia, im-
C pij homines obijciunt nobis, iam euerſam cauſam noſtram, neque ſpei quicquam ſupereſſe ad tuendam veram doctrinam & ſanctum Euangelium, non propterea adducimur, vt de tua miſericordia atque potentia deſperemus. Videmus quidem hoſtes tui nominis arcum virium ſuarum tetendiſſe, & paratas habere ſagittas ad nos transfigendos. Adhæc etiam animaduertimus, nos ita vixiſſe, vt omnia aduerſa & calamitoſa mereamur. non enim, vt filios
D morigeros decet, tibi obſequuti ſumus, imò rebelles, proh ô dolor, mandatis tuis hactenus ſemper fuimus. Nunc verò, peccatorum noſtrorum veniam ſupplices rogamus, & id precari audemus, freti bonitate & clementia tua, vt qui in cœlis habes regiam, & ſolium tuum ſacroſanctum, vnde omnia quę in terris aguntur ſoles deſpicere, huius cauſæ iuſtitiam tandem examines, videaſq́ue improbitatem & violentiam hoſtium: & qui ſæpius ignem, ſulphur &
E ardentia fulmina conſueuiſti immittere in ſceleratos Eccleſiæ tuæ perſequutores. ſaltem cōpeſcas, vt omnes agnoſcant, te iuſtum iuſtæ fauere cauſæ, & nos voluiſſe defendere, qui ſtudium gloriæ & nominis tui ſuſcepimus, per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

EX EODEM.

F CVm tibi vni Deus Opt. Max. pro viribus confidamus non deſunt carnis noſtræ affectus, improbi homines, ac dæmonum inſidiæ, quibus diu noctuq́ue incitamur vt deſiſtamus à pietate, quaſi arcubus & ſagittis & inimicorum violentia ſimus prorſus opprimendi, ſi tibi viuere pergamus. At nos tametſi peccatis & iniquitatibus obruti ſimus, nihilominus tua miſericordia freti oramus, vt culpas imprimis eas tibi confitentibus remittas. Dehinc vt è tua cœleſti regia vultum conuer-
G tas placidè in noſtrum auxilium. Cumq; iuſto examine probaris vtrinque cauſam, pietatis hoſtes meritas pœnas luant: ac viciſsim tui ſalutis beneficio experiantur, te recti & iuſti-

tiæ

Digitized by Google

tiæ propognatorem eſſe: per Ieſum Chriſtum
Dominum noſtruio, Ameo.

EX PSALMO XII.

IN tanta bonorum & piorum hominom pè-
ouria, to ſolus nobis Deus Opt. Max. reli-
ctus es præſidiom, idcirco ooſtris his quotidia
nis precibus ad te coofugimus, orantes, vt uo-
ſtris aſſlictis rebus demum opem feras. niſi
enim ro deleodas Eccleſiam, quî tuts eſſe pote-
rit inrer illud geous hoſtiom, qui fidem mini-
mè colont, ſemperque conantur ſimplicibus,
vaois mendacijs & falſis blsoditijs imponere,
nec vnqoam corde ſentiunt quod verbis profe-
runt? Ne tradas oos ipſis, optime pater, tractan
dos, vt iniquitates & peccata noſtra merentur:
ſpectes bîc nominis roi gloriam, Euangelij
propagationem, atque tuorum promiſſorum
fidem, ſed reſpice nos commemoratis de csu-
ſis. Ne feras iſtoa, qoi ſuam tantum quærunt
amplificare potentiã, cumq; ſint à pietate alie-
ni, te omnino ignorant. Videas afflictionẽ & ge
mitus Eccleſiæ tuę. Exorgas iam, oobisq; ſia vt
promiſiſti, aoxilio. Verba tua candida ſunt arq;
argeoto optimo puriora. Et dom impij quiq;
ad ſummum potentiæ aſpirant, Eccleſiam ruá,
pro tua miſericordia & fide ab illorum iniurijs
& oppreſsione defendas, per Ieſum Chriſtum
Dominum ooſtrum, Amen.

EX EODEM.

QVando ioter mortaleis, cœleſtis pater,
dom in hoc mundo viuimus, piorum, ve
racium, ac fidelium hominum eſt ſumms pe-
noria, improborum verò, fallacium, blaodorũ,
srque magniloquentiũ vberrima copia, preces
sd te, refugiom noſtrũ, opportunè fundimus,
vt, quę perperam in te cõmiſimus, nõ reſpicias,
quo libidini & furori ſceleratorum hominum,
quemadmodum meremur, vel opprimendos
vel corrumpendos nos permittaa. Sed potius,
prout tua miſericordia eſt ingens atq; ampliſai
ms exurgas, & ſalurari potentia eripias ribi fi-
dẽtes à laqueis, fraodib. & technis, quas aduer-
ſum illos omnis pietstis hoſtes perpetuò mo-
liuntur. Vr dum ſeruaris eos à praua atq; peſti
fera generatione, omnes intelligaot tua promiſ
ſa ruosque ſermones cum ſumma veritate or-
naros, tùm sb omni mendacij labe poriſsimos,
per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrũ, Amẽ.

EX PSALMO XIII.

DVm vident pij homines, Omnipotens
Deus, grauibus afflictionbos ſe premi, &
duris iactàri calamitatibus, verentur oe ſui ob-
liuiſcaris, vel ab ipſis fauorem tuũ auertas. Hu-
iuſmodi coofilia aut ſuſpiciones, faxis ne in a-
nimum noſtrum inducamos. Abs te quidẽ ob
noſtras grauiſsimas culpas, meremur deſeri,
ſed tu ô Deus, propter hunorẽ nominis tui, oe
ſiueris inſolenres pietatis hoſtes, aut pręualere
sut inſtar victorum ioſultare fidelib. tuis. Illu-
A ſtres, quæſumus, tuo Spiritu oculos mentis
noſtræ, quo videntes & approbanrcs quæ re-
cta ſunt, in tuo cultu non aberremus, neqoe sd
benè viuendum reddamur ignaui. Sic enim ad
uerſarijs noſtris marer a exulrandi ſubtrahe-
tur, noſqoe tibi habebimus (vt meritus es)
æternas gratias, per Domioum uoſtrum Ie-
ſum Chriſtum, Amen.

EX PSALMO XIIII.

B AVertss à filijs ruis, Omniporens Deos, nè
pharia ilia conſilia, & inſipientes cogira-
tiones, quibus oobis in animis fingamus re oul
lum eſſe. Er quanquam te non lateat, vt à recto
iuſtitię calle ſępe declinaoerimus, qua de csuſa
probe ſumos commeriti, vt à ſceleratis & furio
ſis hoſtibus pieratis, inſtar panis ac delicatiſai-
mi cibi & deuoremur & cooſumamur, re nihil-
ominus, ſupplices precamur, vt quemadmodũ
pollicitus es, generstiooi iſtorum, & tibi fiden-
C tibus velle adeſſe, nos ita miſeros & afflictos
ne deſeras. Appareat è cœleſti Zion auxiliũ, vt
cũ nos à captiuitate peccati, diaboli & mortis
vindicaris, & reficiatur, & exultet vniuerſs Ec-
cleſia, per Ieſum Chriſtũ dominũ ooſtrũ, Amẽ.

EX PSALMO XV.

CVm in æterna fœlicitate ac tuo cœleſti re-
gno, omnipotens Deos, nolli poſsint ha-
bere locum, niſi qui mondi à colpis fuerint, &
D à labe ſcelcrum incontaminati, qui & cor & lin
guam, & facta externa tuo coltui ſic emaneipa-
rint & dedicarint, vt nullum è tuis iuſsis per
negligeotiam aut malitiam omittant. Hinc ism
ſentimua, ſi ex meritis & noſtrorum operum
dignitate agendom ſit, quá procul iode ſimus,
stq; vt noſtra ſalus ferè ſit deplorata. Sed pre-
camur audacter, tua bonitste freti, vt miſſa fiãt
noſtrarum actionum merita, tua verò promiſ-
ſa, qoemadmodum credimus, firma & incon-
E cuſſa maneaot, nobisque abs te receptis in gra-
tiam elargiri digneris, vt poſthac iuſtitiæ, veri-
ratis & charitatis ornamentis inſigniri, à tuæ
fęlicitatia domicilio nunquam diuellamur, per
Ieſum Chriſtum Domioum ooſtrum, Amen.

EX PSALMO XVI.

CVm nos ſimos adeò inopes, optime pater
cœleſtis, ruq; omnium rerom & ampliſsi-
F morum operum ditiſsimus, nil ſanè datum eſt
nobis, qoò tuam fœlicitatem, vel donare, vel
augere poſsimus: ſed tsmen cùm io te ſpera-
mus, adſumoa tuæ maieſtati ſupplices, vt nos
à circumfuſia ex omni parte malis conſerues,
& remiſsis iniquitatibos, quibus onuſtos vi-
des, concedas, vt quemadmodum factus es
noſtra hæreditas, ita nos vieiſsim te vnico de-
lectemur, iucundumque & pulchrum perpe-
tuò habeamus, te vnum & prædicare & com-
G mendare. Tu erudias, ro dea conſilium, tuq;
nobis ob oculos ſemper mar eas, ne à recto vn-
quam deflectsmus, quò læti, dum hic viui-
mus, in te exultemus, & poſt beatam reſurre-

ctionem, delectationibus perfruamur ſolidis, A
quas duntaxat in manu tua poſitas eſſe credi-
mus, per Ieſom Chriſtũ Dominũ noſtrũ, Amẽ.

EX PSALMO XVII.

ORat Eeeleſia tua, Omnipotens Deus, vt
ipſius tandem iuſtiſsimã cauſam reſpici-
as, ad te voces vnoquoqꝫ die attollit: quare pre-
ces audias, quas fideli animo in conſpectu tuo
effundit. Agnoſcimus probè nos alijs inoume- B
ria peccatis grauatos, ita vt eorũ veniã qootidie
aba te petamus: ſed illorum quæ nos accoſant
aduerſarij, nil ſumus nobis cõſcij. Quare vel te
iudice, ſi examinetur iſta cauſa, ſcimua nil inue
niendum quod ex verbo tuo damnari poſsit.
Tantum enim conteudimus, vt religionis ac
pietatis ioſtauratio prouehatur, ad manda-
torum tuorum obſeruationem & ſyncerio-
rem legis obſeruantiam. Iſta enim nobis cu-
ra, ſumma pericula, imò vicinum exitium, ni C
tu auerteris, pepererit. Oramus vt magna con
ſtantis ingreſſus noſtros, alioquin lubricos, cõ
firmes iu ſemitis tuis, quò in his aduerſis neqꝫ
nutemus oeqꝫ frangamur. Hinc potes, ô Deus
admirandam facere bonitatem tuam: ſi tibi cõ
fidentes inexpectato ſeruaueris, nõ autem oos
tantum, verùm & te eadem opera vlciſceris:
quandoquidem iſti aduerſum te præcipuè cõ-
ſurrexerunt. Sub vmbra itaque alarum tuarũ D
nos tuearis, quoque magis videntor illis pro-
ſpera ſuccedere, vt iam leonis inſtar nòſtris cer
uicibus immineant, tu eorum anteuertas furo-
rem, ac vitam fidelium tuorum ab illis eripias,
largiariſque vt agnoſcendo te, cùm in hac vita,
tùm in futura ſint hoſtibus ſuis longè fœlicio-
res, quòd præſenti ſortuna plus æquo exul-
tent, per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum,
Amen.

EX EODEM. E

IAm ideo precamur, Omnipotens Deus,
quòd te non diffidimus aoditurum vota no
ſtra, quæ non ex hypocriſi vel dolo, imò ſynce-
rè atque ex animo coràm te profundimus, cum
iudicio tuo, magis quàm hominum, probari
deſideremus. Da, vt quando tentamur & ex-
ploramur aduerſis, nihil in nobis comperiatur
quò rei æterni exitij condemnemur: ſed cum
natura mali ſimus, qui hoc fieri poterit? ingreſ-
ſus noſtros gratia & ſpirito, tu ipſe fulcias & F
ita fulcias, vt miſericordia tua ex noſtra ſalu-
te ſe mirabiliter exerat. Nos itaque cuſtodias
ab his omnibos qui Euangelij poteutiæ reſi-
ſtunt, & voluntati tuæ pro viribus aduerſan-
tur. Vides, quomodo ab inimicis obſerua-
mor, inſtar leonis prædam nos facere cupi-
unt. Sunt quemadmodum gladius, ô Deus,
manus & inſtrumenta iræ tuæ: ab illis nihilo-
minus ſub vmbra & tutela alarum tuarum
nos defendas, quò dum hîc viuimos, tuo fa- G
uore exhilaremur, & in beata reſurrectione,
ſumma voluptate præſentiæ tuæ fruamur, per
Ieſom Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

EX PSALMO XVIII.

AGnoſcimus, Omnipotens Deus, te vnom
eſſe noſtram ſalutem, clypeum, munitionẽ
robur & tutum perfugium: idcirco & vehemẽti
dilectione erga te afficimur, & te cupimus æter
nùm celebrare. Sed iam noſtris exigentibos
culpis, ita ab hoſtibos grauiter premimur, vt
mortis anguſtias, exanimati ferè, experiamur.
Vnde nobis nil videtor aliud præſidij ſupereſ-
ſe, quàm te inuocare, & ad te ſedulò precibus
noſtris vociferari, cui cum montes, terra, cœli,
fulgura, venti, nubes, pluuiæ, grandines ac tẽ-
peſt. tes abſque vlla cunctatione parent, erit fa
cillimom à quamuis potentiſsimis hoſtibus
nos eripere. Quod precamur, ô Deus, vt Eccle-
ſiæ tuæ votis largiri digneris haud noſtra reſpi
ciendo mala merita, ſed bonitatem tuam im-
primis, deinde cauſæ ipſius iuſtitiam, ita vt cũ
ſanctificatis tuis ſanctè agas, & contrà eum pra
uis perturbatè. More ſolito populum tuum af-
flictum ſerua, ac in tantis vmbris lucernã fidei
& conſilij ei accende, vt alium clypeum aut
propugnatorem præter te non agnoſcat. Da,
optime pater, vt inoffensè gradiamur, quò in
tantis periculis fiduciæ noſtræ pedes minimè
nutent. Inſtrue tuos ad bellum: confundan-
tur, ô Deus, qui tibi reſiſtere adnitũtur, vt pro-
pterea celebretur in omnibus gentib. nomen
tuũ, quod Eecleſiæ tuę magnificè ſalotẽ pepere
ris, per Ieſum Chriſtum Dominũ noſtrũ, Amẽ.

EX EODEM.

CVm natura ſimus admodum imbecilla,
& vndique circumfuſi craſsiſsimis tene-
bris, te accedimus, Omnipotens Deus, ac roga
mus, vt in animo noſtro accendatur lucerna
tui Spiritus, ita enim ſermones tuos impollu-
tos, & caſtiſsima eloquia ſanctarum ſcriptura-
rum percipiemus, quibus luculentiſsimè pro-
mittitur, te fore protectorẽ omnium in te ſpe-
rantium. Non merentur ſanè quæ admiſimus
peccata, vt tantum fauoris & auxilij abs te im-
petremus: ſed hæc fieri nobis optamus, per glo
riam tui ampliſsimi nominis. Cùm itaque non
ſit alius Deus, qui te vel potentia, vel bonitate
adæquet, tu ipſe nos ornes ſanctitate, atqꝫ præ-
cinga robore, quò ſemel ducamur ab immi-
nentibus periculis, ac de hoſtibus & noſtræ ſa-
lutis & gloriæ tuæ triumphemos, per Ieſum
Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

EX EODEM.

NOn poſſumos, Deus Opt. Max. te non
vehementer amare, cum fide, qua nos do-
naſti, probè videamus te vnicom noſtrum
refugium, firmamentom atque liberatorem.
Conciliarunt nobis peccata noſtra ſæpius
mortiferos dolores, inimicos validos, ac vehe-
mentes, inſtar torrentium, qui tribulationes,
laqueos, imò ipſam mortem nobis circumfu-
derint. Sed tu, ô Deus, qui vt ſummus ea re-
rum adminiſtrator, in cœlis agnoſceris habere
ſo-

ſoliũ,ita pro tua miſericordia,quæ infinita eſt, ad nos reſpicias, & cum noſtris ignoueris culpis, fac vt ab ira tua, atque extremis ſupplieijs, quæ de impijs couſueuiſti ſumere, liberemur. dumq́ue te inuocamus, da,vt clamor noſter & preces nõ fundantur iucaſſum, per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, Ameo.

EX EODEM.

TV noſti,Deus Opt.Max.quot & quantos & iutus & extra patiamur aduerſarios,qui vt nomeu & gloriam tuam ferre nou poſſuot, ita noſtram quoque ſalutem peſsimè odio habent. Quare non immeritò adſumus tibi ſupplices, vt qui toties nos eripuiſti damuatiouis & æterui exitij caſibus,ita etiam nonc,uou obſtátibus grauiſsimis culpis quas in te cõmiſimus, & illarum modo uos ex animo pœnitet, velis tuo præſidio nos ſie munire, vt viucamus & ſuperemus quicquid reguo tuo ſe oppoſuerit, quo tandem vuum te vnicum propugnatoré & ſeruatorem noſtrum, in frequentiſsimo cętu hominum,& prædicemus & celebremos, per Ieſum Chriſtum Domiuum uoſtrum, Amen.

EX EODEM.

CVm ſimus, Cœleſtis pater, dum hìc viuimus in infinitis perieulis,ad te vota & preces noſtras conoertimus, quò manum tui auxilij ad nos porrigas, ac potentiſsimos hoſtes noſtræ ſalutis haud ſinas præualere. Quando ab illis vehementer affligimor,tunc declares te ô Deus, protectorem noſtrum. Nulla eſt nobis iuſtitiæ vel puritas actionum quam in cõſpectu tuo iactare poſsimus:imò fatemur ingenuè, nos plurimum aberraſſe à vijs tuis. Verũ quæ tua eſt miſericordia, mala admiſſa ignoſcas,& largiri digneris de tua gratia,vt poſthac electi, ſancti & innocentes viuamus, quò te viciſsim erga nos electum, ſauctum & innocentem experiamur, per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

EX PSALMO XIX.

ADmirabilis potentis, ſapientia ac bonitas quibus natura tua, Omnipoteus Deus,cumulatiſsimè prædita eſt, nobis vbiq; ſe offert iu rebus abs te conditis. Cœlum ſanè cum omnibus ornamentis ſuis, temporum viciſsitudines, ſtellarum & potentiſsimi ſolis iubar,voces meræ ſuut, & doctrina omoibus populis communis,à qua maieſtatis tuæ præconia amplíſsimè eelebrautur. Vnde ſatemur, nos tàm abiectæ fiduciæ noſtræ, & infirmæ dilectionis erga te,nullam poſſe excuſationem prætexere. Debuimus profectò iſtatum rerum autboritate perſuaderi, vt vni tibi tantorum bonorum nobis authori indiuulsè adhæreremus: Sed, proh ô dolor, bis contemptis monitoribus, noſtræ carnis eupiditates, & noſtræ mentis inſana ratiocinia atque figmenta ſectati ſumus te omnium creatore poſthabito. Et idcirco aſflictioues, quibus exercemur, probè meriti ſumus, qui nou modo naturæ opera, ad te nos

A portrahentis contempſimus, imò verba tua, id eſt, ſanctam ſcripturam, & Euangelium filij tui frigidè ac admodum inutiliter audiuimus, & vnde animus recreandus erat, haurienda ſapientia, lumeu, hilaritas ac rectitudo, iram tuam coutra nos præuocauimus. Nunc autẽ, etſi his de caoſis uos tua miſericordia videmur indigniſsimi, attamen oramus inſtanter,vt nobis ignoſcas,neq; pro meritis velis affligere Ecclesiam tuam. Da,quæſumus,vt creaturas poſt B hac ſalubriter admiremur, ſiniq́ue nobis verba tua ſuauiora, nedum melle, ſed omni humana voluptate. Auertas à uobis peccata,demonſtresq́ue te verum populi tui & propuguatorem & redemptorem, per Ieſum Chriſtũ Dominum noſtrum, Amen.

EX EODEM.

C SVmma tua bonitate factum intelligimus, Omnipotens Deus,vt à ſpecie,ordine, decore pulcherrimo conditarum rerum, iu animis hominum tui notitia ingenerari valeat, quem vt ſuum ſapienriſsimum authorem, cœlorum orbes,diei & noctis æternæ viciſsitudines, ac ſolis ſpecioſiſsimum iubar,atteſtantur, nobisq; ſermouib. haud obſcuris,& cognoſcẽdum & admirandum demonſtrant. Acceſſerũt ad hæc & leges tuæ ſanctiſsimæ, quæ veram ſapientiam, voluntatis tuæ teſtimonium, ſo- D lidam voluptatem, cœleſtes delicias nobis mortalibus attulerunt. At nos vt miſeri ſumus, nunquam finem fecimus abutendi vtriſque his fideliſsimis præceptoribus. Precamur itaque, vt nobis digneris ignoſcere quicquid coutra tantorum mouitorum præceptiones in te peccauimus. & da, vt poſthac mundi ſtructuram cum fructu contemplemur, vtq́ue tuarum legum ſimus ſtudioſiſsimi obſeruatores, per Ieſum Chriſtum Domi- E uum noſtrum, Amen.

EX PSALMO XX.

PRecamur quotidie, Omnipotens Deus,ut regnum Domini noſtri Ieſu Chriſti augeatur, atque adeò plenum tandem euadat, quod idem nunc quoque votis & precibus quàm inſtantiſsimè petimus. Memor itaque ô Deus, contiuenter eſto pinguis ac ſuauiſsimi eius F holocauſti, quod in ara crucis pro nobis obtulit,ac largire,vt ex triumpho plenæ ipſius victoriæ, nos & ſalutem,& iucundam voluptatẽ capiamus. Tametſi id citra noſtrum meritum eventurum non diffitemur, qui te noſtra improbitate pluribus ac infinitis modis offendimus: attamen ex tua clementiſsima pietate illos pudefacias,qui in curribus, equis & humanis viribus fiduciam collocant. Nos verò qui abs te omnino pendere decreuimus, ad ſalutẽ G erigas, & tuam flectas benignitatem ad preces, quibus te oramus pro amplificatione regni Ieſu Chriſti Domini noſtri, per eundem Ieſum Chriſtum Dominum uoſtrum, Amen.

EX PSALMO XXI.

REgem noſtrum Ieſum Chriſtom, Omnipotens Deus, à ſua reſurrectione confitemur ſumma lætitia, potentia & honore præditum, apod te viuere: isq; cùm iam obtinuerit, habeatque pleniſsimè quicquid expeti aut deſiderari poſsit ad ſummam ſœlicitatem, non poterit io nos quoque membra eius non diſfundi, & reduodare multum de ſalute, bonis & gloria ipſius: cuius fortunæ ae ſingulariſsimi doni, tametſi nos indignos agnoſeimus, propter morum & vitæ prauitatem: attamen, quando illius nos pœnitet, minimè diffidimus eum nos iuuaturum, quin etiam conſtantiſsimè ſperamus, ab illo demum cùm vincẽdos tũ profligaodos, quotquot eius regno ſe opponunt. Da, quæſumus, Optime pater, vt irrita fiant eorum peſtilentia conſilia, agnoſcatur tandem aliquando tua ſublimis & illuſtris potentia, quò tuas laudes atque virtutes æternùm celebremus, per eundem Ieſum Cbriſtum Dominum noſtruio, Amen.

EX PSALMO XXII.

POtuiſti facere, Omnipotens Deus, vt filiꝰ tuus Dominus noſter Ieſus Chriſtus ita in cruce affligeretur pro peccatis hominum vt abs te prorſus videretur deſertus & omni auxilio deſtitutus. Qui tuis ſanctis cooſueueras opem ferre, dum te inuocarent, ſeruatoris noſtri preces videbaris aſpernari, quaſi vermis eſſet & non vir, ſex populi, & opprobrium hominum: ac demum pertuliſti, vt à furentibus Iudæis, qui contra illum non minus atq; rabidi canes, feroees tauri, ac rugientes leones graſſabantur, morte ſatis ignominioſa oeeideretur. Quem tamen ita glorioſum poſtea à morte reuocaſti, vt ea dc cauſa à fidelibus eius membris perpetuò collaudetur ac celebretur, tuum nomen. Per illam itaque tuam ampliſsimam miſericordiam, qua es adductus, vt ita pro nobis traderes vnicum filium tuum in tanta mala, te oramus & obſecramus, vt Eccleſiæ tuæ affliɛtiſsimæ cauſam non ſioas perire. Peccata noſtra confitemur horreoda eſſe, propter qoæ, nõ modo temporarium, ſed æteroum debetur nobis exitium. Sed tu, ô Deus, non pro vt ſumus io nobis ipſis, nos reſpicias, verùm quò membra vnigeniti filij tui, ac noſtram cauſam Euangelij, qoæ eadem tua eſt, quamq́ue aduerſarij pietatis te deſeruiſſe exiſtimaot, tuearis efficaciter, & potenter defendas, per Ieſum Chriſtũ Dominum noſtrum, Amen.

EX EODEM.

CVm noſtræ redemptionis cauſa, Omnipotens Deus, filius tuus Dominus noſter Ieſus Chriſtus ita ſit paſſus, vt & proiectus & derelictus abs te videri potuerit: oam fluctibus acerbiſsimæ mortis in cruce obrutus, demom extinctus eſt, & quas ipſi merueramus, is victima ſactus innocentiſsima, pœnas luit. Verùm enimoero poſt tres dies à mortuis excitatus, in conueotu diſcipulorum adfuit, nomenque & gloriam tuam eſt atteſtatus, non ſecus atque
A paulò antè viuens iuter eos conſueuerat. Itaq; cùm nos, cùm agnoſcamus tùm fateamur aboſos tanta miſericordia & infioita clementia, cõfugimus ad te ſupplices, vt quos dediſti ioſeri ac renaſci in tanto mediatore, qui author & cõſeruator eſt noſtræ ſalutis, largiri digneris, vt excitemur ad quærendam totis viribus pietatem, pertrabamurq́ue vniuerſi non modu præſentes, ſed etiam poſteri mortales ad te voum piè caſteq; adorandũ & colendũ, per eundem-
B met Ieſum Chriſtum Domioũ noſtrũ, Amen.

EX EODEM.

ACerbiſsimas pœnas, doriſsimosq́ue cruciatus, Deus Opt. Max. Ieſus Chriſtus filius tuus Domiousq́ue noſter pru generis humani ſalute pertolit. Nam cùm in ſe ipſum trãſtuliſſet omoia mundi peccata, eum oportuit ſic immaoiter & atrociter diuexari, vt pro illis o-
C mnibus iuſta lueret ſupplicia, demumq; actus in crucem, vitam dulciſsimam pro nobis effudit, quibus ea de caoſa remiſsionem peccatorum, tuam amieitiam, æternam vitam meruit: ſi tamen eius doctrinæ ae Euangelio fideliter crediderimus. Sed, proh ô dolor vt fide ſumꝰ infirmi, ita facilè tantorum benefi. iorum obliuiſcimur, quin etiam indignè viuimos redemptione, quæ domino noſtro innocentiſsimo tanti conſtitit. Ideoq; apud te, cœleſtis pater,
D hanc deploramus calamitem, obſecramusq́ue & obteſtamur, oe patiaris nos expertes eſſe fructus crucis & mortis Domini noſtri Ieſu Chriqui tecũ viuit & regnat in ſeeula ſeculorũ, Amẽ.

EX PSALMO XXIII.

VNiuerſi qui te paſtorem habent. Omnipotens Deus, fœlicißimè degunt, vt quibus perpetuò ſuppetant affatim pabula cœleſtis do-
E ctrinæ, & Sancti ſpiritus fœcundiſsima irrigatio, vnde valeant inſtaorari & animum recipere, quoties huius mundi caſibus preſsi vel perſeqout onum afflictionibus fatigati fuerint. Quamobrem licet oos agnoſcamus tua cura & paſtoritia ſolicitodioe iodignos, qui te & verbum tuum ſæpius contempſerimus, atque ob noſtras graues innumerasq́ue transgreſsiones mereamur à tuis fortunatis ouilib. repelli: attamen freti miſericordia & bonitate, quæ tibi
F genuina eſt & natura inſita, precamur vt nos digneris inſtar ouium perditarum ad te colligere: ne ſinas vt erremus abſq; te per deuia & ſaltus huius mundi. Vides iam vt ſumus in media morte, adſis itaque vt omnem timorem excutiamus. Nunc opus habemus, vt baculo & pedo tuæ authoritatis oos confirmes & conſoleris. Potes, modo velis, inſtructiſsimo conuiuio doctrinæ ac Sacramentorum nos reficere, & largè potare Spiritus & gratiæ calice, vel
G ipſis adoerſarijs tui nomiois intuentibus. Cõplectatur nos quæſumus perpetuò clemẽtia & pietas, qoam tuis impartire conſueuiſti, quo lieeat in Eccleſia, quæ eſt domus tua, in fide & glo-

gloria Euangelij perſeuerare, meritis & fauore Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui tecum viuit & regnat in omnia ſecula ſeculorum, Amen.

EX EODEM.

SOles, Omnipotens Deus, quos tibi filios adoptaris, non minori cura & diligentia ſeruare, ac ſi oues eſſent, & abs te quippe earum amabiliſsimo paſtore, ad ſuam ſalutem & vera commoda ſemper agerentur, quas, duce te magiſtro vtuntur, neque potus neque pabula deſtituunt quàm ſaluberrimæ doctrinæ. Vnde perſpicuum eſt, ſi nos famæ auriti veri boni in itinere huius calamitoſæ vitæ conficimur, ideò fieri, quòd auerſi abs te, ſequuti ſumus alienos: hinc noſtra pericula, & miſerabiles animorum caſus. Quare te oramus, fideliſsime paſtor, vt nos ab erroribus in viam reuoces, virga & pedo tuæ rectitudinis corrige errantis & ſtolidi pecoris vitia, quò ſaluberrimis epulis tui ſermonis atque ſacramentorum demum ritè, purè & caſtè veſcamur, vnde nobis caput, cor & omnes animi vires impinguentur, atq; ita fulciamur, ſemper tua miſericordia, vt in domo tua nouiſsimè fruamur ſupremis æternitatis delicijs, per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

EX PSALMO XXIIII.

QVi non ſolùm terræ & vniuerſorum quæ in ea continentur, Omnipotens Deus, author es, verum & hominem, eius colonũ, tu ipſe condidiſti, atque dignatus es doctrina legis & Euangelij mortales admonere, qua ratione poſsint denuò ſe tibi coniungere, à quo in hanc lucem profecti ſunt, id eſt, in ſancto monte Eccleſiæ, in quo tu verſaris, conſiſtere. Id ſanè ab illis requiris, vt candidi ſint operibus, mundo corde, non addicti vanis & fluxis bonis, neque fraudum ſectatores, aut periuri: iſtos polliceris tuæ miſericordiæ atq; beneficentiæ fore participes. Debuit itaque noſter is eſſe conatus, vt his rationibus te quæſiuiſſemus. At miſeri ab iſto calle veritatis atque iuſtitiæ deflexímus, ac per abrupta vitiorum & voluptatum præcipitia defecimus abs te. Vnde nõ mirum, ſi in tàm difficilia tempora & perplexos caſus incidimus. Iam vides quo loco ſint res Eccleſiæ tuæ penè deſolatæ atq; euerſæ. Quæſumus te, ne velis, vt merentur noſtra malefacta, vlciſci: ſed pro gloria tui nominis, vt es potentiſsimus & virtute inſignis rex, in cuius manu ſunt omnes exercitus & poteſtates, ita declares in tuenda Eccleſia & tuum fortiſsimum robur, & tuam erga credentes ſummam voluntem, per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

EX EODEM.

CVm omnium rerum, Deus Opt. Max. tu ſolus creator & author fueris, vt exiſterent, citra controuerſiam cùm terram tùm homines, qui eam colunt, tuos duntaxat eſſe cer-
A tum ſtatuimus. Verùm enimuerò ad te, qui vt Dominus es omnium, ita etiam haberis, neq; falsò, extremum ac ſummum noſtræ fœlicitatis perueniri non datur, niſi quibus cor purum, innocentes manus, & conſtans fides in proximum tuum fuerit. Nos verò quando his ornamentis non ſumus exculti, ſed potius vitijs deturpati, quæ omnino pugnant cum iſtis virtutibus, tuam noſtris precibus, quod ſupereſt, imploramus clementiam, vt qui rex gloriæ præ-
B dicaris, diceris fortis & potens, belliq; victor & triumphator, bonitate tua longe ſuperes ac vincas noſtra mala, desq; vt licet immeriti, benedictionem & iuſtitiam abs te percipiamus, cũ fidem & ſpem collocauerimus in Ieſu Chriſto filio tuo, qui tecum viuit & regnat in omnia ſecula ſeculorum, Amen.

EX PSALMO XXV.

C NOſtros animos, vota, ſermonem & manus ad te, Omnipotens Deus, attollimus, id potiſsimũ precando, ne cũ tibi innitamur, nos pudefieri ſinas, ita vt aduerſarij tui nominis, & hoſtes puræ atque ſyncerę doctrinæ, inde lætentur, & de ſua impietate ſibi placeant. Neque id oramus, quaſi noſtris meritis cõueniat. agnoſcimus enim quantum à lege & volũtate tua deuiauerimus. quod vt libenter & apertè fatemur, ita adnitimur abs te his quotidianis
D precibus veniam impetrare. Vias tuas itaque nobis poſthac, quæ tua eſt miſericordia & pietas, nobis efficaciter exponas, & conſuefacias vijs ac inſtitutis, ad quæ obſeruanda nos aſtringere voluiſti. Quemcunque tu ipſe docueris, impoſsibile eſt quin in tuo fœdere conſtanter maneat: fruetur eius animus citra controuerſiam ſolidis bonis, & à reti quantumuis impedito explicabuntur pedes eius. Aſpice nunc, ô Deus, quibus afflictionibus & moleſtijs pre-
E matur Eccleſia, cuius ſalus à te vno pendet. Redimas ergo illam Deus Iſrael, ne ſub ſurenti odio Antichriſti & diaboli collabatur, per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

EX EODEM.

AD te quotidie, Omnipotens Deus, accedimus, votis ac precibus tuam implorando miſericordiam, ne in certamine, quod inimus continenter cum aduerſarijs humanæ ſalutis,
F nos pudefieri ſinas. Peccata, maculasq; noſtræ infirmitatis ipſe tua miſericordia eluas: & licet fauore tuo, noſtro vitio, ſimus omnino indigni, cupimus attamen, teque etiam atque etiã oramus, nos dirigas, doceas, regas, ac deniq; vias tuas commonſtres, quas ſcimus incredibili benignitate & veritate conſtantiſsima ornatas. Reſpicias clementiſsime pater, pericula & calamitates, quibus implicamur, ac tantum non opprimimur. Eripe nos, adeo-
G que omnes iniquitates noſtras deleas. Quodq; tuum eſt ſolius, Eccleſiam redimas, non tantũ ab externis, quibus diuexatur afflictionibus, verùm ab ea potiſsimum labe, qua tuus detur-

Digitized by Google

batur cultus, neque purus & caſtus, vti de-
buerat, exhibetur, per Ieſum Crhriſtum Do-
minum noſtrum, Amen.

EX PSALMO XXVI.

SI vitam nuſtram inſtituiſſemus in›oeéter,
Omniputens Deus, nun ita concuteremur
terroribus hoc tempore, vt qui haberemus pru
cumpertu, nun poſſe nutare qui tibi ſyneeriter
adhærent: imò tuæ probatiuni ac exploratiu-
ni totus nus libenti animo ſubijceremus. Sed
qoud tibi parum cunfidimus, vanis huminib.
& carnis auxilijs nus commiſimus, neque receſ
ſimus à cœtu noxiurum, atq; impuris actiuni-
bus, & manibus & moribus cõtaminatis Euan
gelium tuum ſanctum fœdauimus, ideo nunc
verſamur in magno periculu, ne inſtar flagitio-
ſorum & ſanguinariorum vita ac anima nuſtra
diſpereat. Quamobrem te oramus, vt iam no-
ſtrum miſerearis: & quòd numen tuum ſuper
nus eſt inuucatum, digneris ignuſcere quæ ha-
ctenus tàm impiè geſsimus: & quod nus nun
meremur, impetret abs te csuſæ bonitas. Hîc
enim ſalus noſtra non ſulùm impetitur, verùm
tua ſyncera dùctrina & purus cultus. Ne itaq;
permittas Eccleſiam dulis & fraudibus Anti-
chriſti: redime illam ab exitio, quòd ipſi diabo-
lus & eius membra inſtruunt, vt puſthac tibi
ſanctè & innucenter viuamus, acta & mirabi-
lia tua in ſacris cœtibus extullamos, per Ieſum
Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

EX EODEM.

TEnet nos, Omniputens Deus, vehemens
deſiderium, vt innocentes curam te æta-
tem agamus, neque deflectamus à rectu, cùm
nos varijs tentatiunibus exploraueris, hacte-
nus minimè id ſumus aſſequuti, vtpote qoi in
te parum fidei, atque adeù ſulidæ ſpei culluca-
uerimus. Te itaque nuſtrûm miſereatur, quud-
que peceatum eſt, velis ignuſcere. Etenim ſi te
fauentem atque prupitium habeamus, tuæ mi
ſericordiæ ac veritatis nunquam ubliuiſce-
mur. Tu largire, Optime pater, vt inter inno-
xius innucenter viuamus, fraudeſque & vani-
tatem ſummo odiu deteſtemur, quò in tuas
laudes, tuiq́ue numinis celebratiunem incum-
bamus tuto pectore. neque cummittas, vt cum
facinuroſis & impijs extremum vitæ nuſtræ ab
ſuluamus, quin putius ad dumum æternæ fœ-
licitatis, quam ſuſpiramus quotidie, pateſiat
beatus aditus, per Ieſum Chriſtum Dominum
noſtrum, Amen.

EX PSALMO XXVII.

QVanduquidem, cœleſtis pater, nuſtræ ſa
lutis, illuminatiunis, roburis, firmitatis
columē & ſummā in te vnu cullucauimus, nos
opurteret in ipſu ſtudio pietatis bunu animu
& intrepida conſtantia verſari, quicquid præ ſe
ferat mulri contra nos mundus, quicquid ad-
uerſi immineat à diabulu, & demum quicquid
nobis ab huminibus excitetur calamitati.., tus
tum id te protegente, noſq́ue in tuo taberna-
culu uccultante, deberemus furtiter contemne
A re. Verùm qoud infirmiter credimus, ac ſæpe
nutat nuſtra in te fiducia, hinc fit, vt ſimus ad-
eò trepidi atque meticuluſi. Tu idcirco nos,
Deus, confirmes tua excellenti gratia, tuuq́ue
munifico Spiritu, quò in ſacru cœtu, vbi verè
eſt tus domus, ritè, piè caſteque verſemur. Ne
voltum tuum, quæſumus, auerſum à nobis con
tineas, illum vnicè cupimus. Da vt viriliter ſu-
ſtineamus ac roboremur quò auxilium tuum
infractis animis axpectemus, per Ieſum Chri-
B ſtum Dominom nuſtrum, Amen.

EX PSALMO XXVIII.

SI tu diſsimules, aut negligas, Omnipoteus
Deus, in his afflictiunibus nubis auxiliari,
nun ſolùm vera de pietate actum eſt, ſed mux
in fuueam deponendis atquè humandis facilè
cunferri puſſumus. Audias itaq; preces & cla-
mores nuſtros quus vides nulli præterea iuni-
ti fiduciæ quam vnici filij tui & ſeruaturis no-
C ſtri Ieſu Chriſti. Nam quoad nus attioet, ita
malè nos geſsimus, praoè & ioiquè viximus.
vt quandu nus reſpicimus, nil niſi mortem &
æternam damnatiunem videamus nos mane-
re. Pru tua ergu mera bunitate, improbis, dulu
ſis & ſceleratis ne nos accenſeas, vt meremur,
ſed huſtibus & tuis & ſanctæ Eccleſiæ reddas
iuxta illurum upera, & quæ in nus fideles mo-
liuntur, in ipſos recidant. Quando enim verba
& opera toa negligunt animaduertere, deſtru-
D antur illurum crudelia & aſtuta conſilia. quò tu
ipſe laudibus efferaris, quòd tuorum vuces &
preces audiueris. Eſtu nobis, û Deus, robur &
clypeus, populũ tuum ſerues in his periculis,
quuſq́ue tibi hęredes cuuptaſti, eus & ſalute &
beneficijs cumules. paſcas illus dum hîc viuũt,
demumq́ue ad æternam vitam pruuehas, per
Ieſum Chriſtum Duminom noſtrum, Amen.

EX EODEM.

TE fauentem atq; propitium habere opta-
E mos, Deus cœleſtis pater, quò dũ preces
& vuta nuſtra effundimus, ea prout bonus es,
clementer audias, Namq́ue ſi nus vulueris acci
pere ex meritu prubitatis, patebimus vbiq; in-
finitis iniurijs & calamitatibus. Etenim aduer-
ſarij hoſteſq; cum nuſtræ ſalutis, tum etiam
tuę dignitatis nihil non moliuntur, quò ſeruos
tuos & pietatũ & ſyncerã benè viuendi ſtudiũ
cooueſlaot. Idcircò aduerſus eos tu nubis eſto
robur & clypeus. Si populus tuus ac hæreditas
F tua ſomus, quemadmudũ pullicitus es, & nus
cõſtanter credimus, ſerues, paſcas, faueas, atq;
ad extremũ bonũ quò tendimus perpetuò pro
uehas, per Ieſum Chriſtũ duminũ nuſtrũ, Amẽ.

EX PSALMO XXIX.

QVicunq;, cœleſtis pater, eò profecti ſum-
tua miſericordia, vt filij Dei & ſimus &
numinemur, nun leuẽ aut cootemnendã habe-
mus occaſionẽ te celebrandi, ex effectis quæ in
natura videmus à te prudire, quæ ſic præcel-
G lentia ſunt & admiranda, vt gloriæ ac dignita-
tis tuæ certiſsima intuentibus afferant indicia.
Tu imbres, nubes, fulmina, terræmotus &
aquarum inundatiunes tàm putenter cùm vi-
ſum

Digitized by Google

ſom fuerit,proſers,vt non montes, nõ arbores
quantumois proçeræ,nou vllæ etiam ſint ani-
mantes quæ non vehementer concutiantur:
nos tantum,ô Deus, ad has tuas ingentes vi-
res cæci, ſurdi ae ſtupidi ſumus. Quare pro
tua pietate, miſeratus tantam ioſcitiam, quæ
non aliunde quàm à peccato proficiſeitur, lar-
gire,vt ab illis tandem exempti, & in admiran-
dis tuis operibus te agnoſeamus, & pro meri-
tis canamus tibi æteroùm laudes, per Ieſum
Chriſtum Domiuom noſtrum,Amen.

EX PSALMO XXX.

MIris laodibus te eelebrare sc euehere de-
bemus,Omnipotens Deua, vtpote cùm
ſis tàm facilis ad ſeruandũ eos,qui tuum nomẽ
fideliter inuoeant. Agnoſcimus planè,& aper-
tè ſatemur innumerabilia eſſe atque grauiſsi-
ma noſtra peccata,ob quæ æterno exitio perpe
tuoq; morti eſſemus addicendi: Sed preeamur,
vt erga nos ea miſericordia vtaris, qua in tuos
electos agere conſueuiſti. Soles etenim illos
eorripere breui & momentanea ira, quam ſta-
tim mutas in diuturnam & ſummam beneuo-
lentiam. Serues itaque nos è præſentibus ma-
lis, ae imminentibus periculis, quo ſaloi &
expediti confiteamur tibi, & veritatis tuàrum
promiſaionum eùm eerti tùm etiam experti
teſtes, vbique anuunciemua ac prædicemus
tibi vni fidendum eſſe, per Ieſum Chriſtum
Dominom noſtrum, Amen.

EX EODEM.

ORat Eeeleſia tua, Omnipotens Deus, vt
ſe depreſſam in his calamitatibus releues,
neque ſinas hoſtes tui nominis lætari ſuo exi-
tio. Conſueuiſti ô Deus, ad te clamantes cùm
exaodira tùm etiam præſenti ope adiuoare,
ſitumque eſt in maou tua reducere ab inferis,
& eoa qui penè iam in fooeam demiſsi erant,vi
uificare. Quare ad excitandos in animis no-
ſtris tuarum laudum affectus, declares te qui-
dem nobis fuiſſe iratũ ſed ad momentum, neq;
ob id abruptam eſſe illam tuam erga nos infini
tam eharitatem, qua in te viuimus æternumq;
viuemus. Cures precamur, vt noſtri fletus ae
gemitus, breui habeant lætitiæ atq; exultatio-
nis eonuerſionem. Haud velis obſeruare quæ
nos mereamur, ſed quæ te deceant. Nos quidẽ
ob peccata noſtra, capitali odio & extremis
pœnis digni ſumus, qui dum omnia ex ſenten-
tia & fœlieiter ſueeederent, vanè eooſideba
mus nos poſſe omnia viribus noſtris perferre.
Nunc verò, eũ paululum faciem tuam à nobis
auertiſti, & ſeſe calamitates præſentes obtule-
runt, adeò ſumus conſternati atq; perterriti, vt
vix poſsimus conſiſtere. Verùm, ô Deus, vide
quid miſericordia & promiſsiones tuæ requi-
rant, nimirũ, vt ad te clamantes nõ ſinas perire.
Nobis quippe extinctis, aduerſarij minimè te
prædicabunt. Noſtro itaq; luctui tandẽ finẽ im
pouito, vt reſtituto nobis lætitiæ ſpiritu & nũc
& in alio ſeculo immortales tibi & laudes &
gratias referamus, per Chriſtum Dominum
noſtrum, Amen.

A *EX PSALMO XXXI.*

CVm to, Omuipoteos Deus, ſis oobis ru-
pes atque præſidium, nune opus eſt pro-
pter nomen tuum, vt fidentes tibi perdueas ad
ſalutem, ita vt fidei, qua tibi innitimur nos mi-
nimè pudeat. Vides vt retia nobis abſconde-
rint & laqueos tetenderint quibus eſt odioſa
doctrina tua & ſanctum Euangelium. Qui ita-
que nolla alia vi ſeruari nos poſſe videmus, iã
animas noſtras manibus & potentiæ tuæ com
B mendamus defendeodas. Nihil enim fidimus
euriofis & malis artibus. tibi autẽ vni, ô Deus,
innitimur, precamurque vt afflictiones reſpi-
cias in quib. verſamur, neq; nos ineludi patia-
ris in manib. impiorum. Noſtra quidẽ peccata
vt ſeimua in iudieio tuo nos maximè vrgent, à
quibus ita grauamur, vt iure non poſsimus
euadere. Sed te pro bonitate tua, precamur,
noſtrûm miſerearis, neq; permittas Eccleſiam
tuam fabulæ aut opprobrio eſſe vicinis & ho-
C ſtib. Exhilares quæſumus vultum tuum ſuper
eam, impij pudefiant, tu ipſe cõpeſcas menda-
cium labia, quando aduerſus eam horrenda
crimina ſuperbiſsimè confingunt. Et lieet quo
ad carnis iudicium, putemus nos præcipitatos
atque proiectos à conſpectu oculorũ tuorum,
ſpiritu nihilominus adhue ſperamus te preces
noſtras auditurum. Fae ergo, vt boni qui te dili
gunt: te euſtodire fideles tuos intelligant, & ro
borare quotquot ex animo te colũt atq; ſuſpi-
D ciunt, per Ieſum Chriſtũ dominũ noſtrũ, Amẽ.

EX EODEM.

EFfulgeat precamur, Omnipotens Deus, er
ga nos fauor toi vultus, vnde omne ſolatiũ,
lætitia, & gaudium fidelibus deriuatur: dumq;
tuum ſedulo imploramus auxilium aduerſaria
rum poteſtatum machinationes, doli, fraudes
atq; inſidiæ diſſoluantur. Eſt quidẽ magna pul
eherrima, ae iucundiſsima ſuauitas bonitatis
tuæ, quã illis qoi tibi fidũt, ſepoſuiſti: ne igitur
E quæ admiſimus peccata, nos ab ea excludant,
quæſumus, toa gratia luſtremur atque munde
mur. Etenim hoc ſi fuerimus aſſecuti, non du-
bitamus nos ſub tabernaculo ac munimento
protectionis tuæ, & abſeondendos eſſe, & de-
fendendos ab omnibus impendentibus malis,
quo in tua dilectione viriliter atq; conſtanter
perſeueraotes, ad te noſtræ fœlicitatis eolomẽ,
tandem tranaferamur, per Ieſum Chriſtum Do
miuum noſtrum, Amen.

F *EX EODEM.*

FIdueia Omnipotens Deus, quam in te pij
eollocant, id eximium & ſingulare habet, vt
neminem pudefaciat, neq; iuſto fruſtretur deſi
derio: ea itaq; nos impellit, vt imploremus tuũ
aoxilium, quò te robur, tutelam, firmamentũ,
dueem, alumnum perpetuò habeamus. Alio-
quin peccatis noſtris id eommerentibos vn-
dique laqueos, ioſidiaa & fraudes nobis in-
ſtructas eſſe ſcimus ab hoſtibus tui nominis
G ſimolque noſtræ ſalotis. Spiritum itaque no-
ſtrum ae vitam, & fidei tui commendamus,
atque in tuis manibus tuendam ponimus:
quãdoquidẽ vides innumerabiles noſtras inſi-

mitates, vtqoe ſimus adoerſarijs poteſtatibos perpetuò eireumſeſsi: miſeratos ergo noſtram ſortem, præſeos adſis, vtque in maoibus habes & vitam & mortem, nobis, qui tui ſumus, teeum æternùm viuere conceds, per Ieſum Chriſtum Dominum ooſtrum, Amen.

EX PSALMO XXXII.

ADmonemur abs te, Deus Opt. Max. in eo ſitam eſſe tuorum fœlicitatem, vt illorum peccata condonentur, tegantur, & in tuo iudicio ipſis noo impotentur. quod vt aſſeqosmur, ſi vnqosm opos fuit, nunc videmur nobis eo maximè indigere, qoando à præſeotibus calamitatibus poouotur nobis ob oculos peccata noſtra. Sentimus enim ingraueſcere manum tuam ſoper Eccleſiam, quamobrem cogitauimus oon celare, ſed apertè fateri coràm te peccata noſtra: neqoe diſfidimus, qua præditus es bonitate, protinus condonanda & remittenda nobis debita. Te itaque rogsmus qoi tui ſumus, hoc tempore, quo te non dobitamus inuenendum eſſe, ne ab impijs, qoi ſuot inſtar inundantiaio aqusrum, ſinas populom tuum opprimi. Eſto nobis latibulum atque ſuffugiū in his afflictionibos. Tu nos erodias ac doceas vias ſalutis, & quicquid in nobis adhoc supereſt brutæ ac ferinæ cupiditstis, to lupato ac fræno tui ſpiritus ita compeſcas, vt oon ob id præcipitemur in æternum exitiom: Ac tandē in aduerſarios tuæ gloriæ, dolores & calamitates effundantur. Qui verò tibi fidunt, vallentur, & muniantur ſingulari tua beneficentia, vt qui ſunt ſtudioſi tui nominis, & recti corde, in te gaudeant, & perfecta lætitia exultent, per Ieſum Chriſtom Domioum noſtrum, Amen.

EX EODEM.

BEati proculdubio illi ſunt, Deus Optime Max. quibos pro tua miſericordia dignatus es peccata remittere, non aſeribere. imò tegere & cōdooare quidquid iniqui & praui eos hactenos commsculsrit. Cognoſcimus apertiſsimè, oobls tantum beneficium haod poſſe contingere, niſi verè perſpecta habeamus noſtra mala, tibiq; prodamus, atque in ſinum effundamus qoæ in legem tuam peecata & prauè & turpiter admiſimus. Confitemor itaqoe tibi, pater cœleſtis, ooſtram iniuſtitiam ſummsm eſſe, & impietatis pondere animos ooſtros miſerrimè grauari: Quamobrem tua miſericordia iam ſubuenias, quicquid ſopereſt ſcelerum precamur vt piè & clemeoter deless. eripe ab impendentibus calamitatibus, noſque inſtruas meote ſans, tuaque ſolicita cura gubernes, ne in bruta ſtultiſsima noſtris malis affectibus degeneremus, verùm tua bonitate circumfuſi, coram te iuſta lætitia & ſolido gaudio exhilaremor, per Ieſum Chriſtum Domioum ooſtrum, Amen.

EX PSALMO XXXIII.

QVicunque fide ioſtitism ſunt aſſecuti, Omnipotens Deus, probè intelliguot

A quants ſis laode & prædicatione dignus, ob admirsnda opera tua. Nihil eſt io orbe quod te bonum eſſe oon atteſtetur. Cunſiſtunt cœli verbo tuo omnibus ſuis ornamentis inſtructi, neque alia potentia, quàm Spiritu & vi tua cōtinentur aqoæ maris & abyſsi in ſuis locis. Noſtrum igitur eſt, & fuit, pro vt mereris, te vnum & colere & timere: ſed nihil minus, proh ô dolor, io omni vita præſtitimus. Et idcirco ſumus benè commeriti moleſtias, & pericula in
B quæ incidimus. Sed eum malis hominom quāuis ionumeris, tua infinita bonitas non poſsit exhauriri, veniam petimos omoiom illorum, quæ in te commiſimus, atque oramus, vt quæ eſt tua miſericordia, conſilia & cogitationes irritas efficias, quibus pietatis hoſtes adnituntur Eccleſism euertere. Erga illam gentē, quæ te pro Deo ſoo habet ac ſua legitima hæreditate, tua ô Deus perſteot cogitata, atque tua conſilia maneant immota. Tu de cœlo intueris ho-
C minum corda, qui ea finxiſti ab initio: optimè noſti quæ in tuos iam ſint ſabricata ab Antichriſtis. Quare nos, quæſumos, hoc tempore ſeruare digneris: non rex, noo equus, non humanum robur à oobis requiritur, quæ ad ſeruandum ſunt inefficacia. Sed ad te vnum recorrimus qui liberas animas ooſtras: ſit, quæſumus, tua miſericordia nobis præſtò, quemadmodū fore proculdubio credimus & ſperam⁹, Per Ieſum Chriſtum Domioum noſtrū, Amē.

D

EX EODEM.

MEretur nomen tuū, Omnipotens Deus, pluribus de cauſis, vt ſummis proueba-tur laodibus, ac ſumma omoium virium piorum hominum contentione celebretur: quandoquidem cuncti ſermones tui, omnia iuſſa & facta nil ſont, niſi fides, probitas, æquom & bonom. Quicquid in rerum vniuerſitate eſt pulchri & ornameoti, quicqoid vtilitatis & com-
E modi, totum à te vno productum eſt. Tu ſolus pernicioſa impiorom conſilia diſſolue: eorumque malos conatus omoino irritos facis. Tua verè decreta firmiſsima ſont, ac inuiolabili cooſtantia certiſsima. Quamobrem fœlices atque beati ſunt hi populi, qui te Deum ſibi delegerunt, atque te, vt ſuam eximiam hæreditatem, caſtiſsimè & voicè colont. Talis idcirco ac tantus, quique ooſtrûm es fictor atque formator, oon ignoras quàm ſæpe & im-
F maniter in legem tuam peccauerimus. ignoſcas quæſumus, neque in vlla creata potentia ſinas nos confidere: ſed tribue, vt experti admirabilem tuam miſericordiam, et ſolidè gaudeamus & iuſtè lætemur, per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

EX PSALMO XXXIIII.

EXiguot, Omnipotens Deus, tua ſingularia & eximia io nos merita, vt quacunq; vta-
G mur fortuna, vel proſpera vel adoerſa nomen tuū laudib. celebremus. Etenim ſemp ades bona fide te implorantib. & ab ærumnis atq; prementib. calamitatib. miſeros eripis, & ad tuā tutelam

telam confugientes,munis ac ſepis angelorum
præſidio.Nos itaque grauiſsimorum ſcelerum
ſarcina oppreſsi,adducimur,ni tu ſuccurras,ad
extremum exitium. Quamobrem oramus &
obſecramus,vt iacentes releues, nosque in gra
tiam receptos,timorem, cultum, & pietatem
ſynceram edoceas,quo purum cumprimis ani-
mum habeamus. compeſcatur lingua,ne te aut
noſtra ſanctitate indigna effutiat, actionibus
verò deflectamus à vitijs, recta quæ præcipis
exequamur,ac tuæ pacis efficiamur quàm ſtu-
dioſiſsimi: vtque noſtras aoimas voluiſti redē-
ptas precio non vulgari, ita illis digoeris tri-
buere liberaliter atque munificè æternam ſa-
lutem,per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrū,
Amen.

EX PSALMO XXXV.

CVm tibi, Deus Opt. Max. ſit robur inui-
ctum,& propenſiſsima voluntas ad opem
ferendam tuis, quando ab illis bona fide inuo-
caris: nunc oramus ac omnib. votis expetimus
vt nobis auxilio eſſe digneris, quando perpe-
tuò, dū hîc viuimus, tantopere oppugnamur
ab aduerſarijs poteſtatibus. Incitatur quippe
Satan immani odio vt ſalutem nobis interuer-
tat. Quamobrem ne reſpicias quæ in te nefariè
admiſimus,ſed pro tua miſericordia condona-
tis grauiſsimis culpis, quibus nos miſerè ſeoti-
mus oneratos, potentia tua & ſanctorum ange
lorum vi,à nobis diaboli & omnium membro-
rum eius inſultus propelle, quo & illis non ſuc
cedant eorum conatus, & noſtri animi ob tuū
fauorem & præſens auxilium ſuauiter exul-
tent,oullumque prædicent inueoiri poſſe aliū
Deum,qui,perinde ac tu, eripiat ſuos ab omni
calamitate. Inſultant illi atque illudunt noſtræ
infirmitati, verùm tu optime pater, qui noſtra
intueris pericula,nos quęſumus tibi vendices,
& ab æterna damnatione digneris aſſerere, per
Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

EX EODEM.

MVltum diuq; cupimus, Deus Opt. Max.
te celebrare in quàm frequentiſsimo cœ
tu piorum hominum, quod ſanè tum prom-
pto atque hilari animo faciemus,cùm oos à dia
bolo & miniſtris furoris eius tua potentia eri-
pueris. Haud te latet vt dolosè, fraudulenter
ac peſsimè diuexant fideles. Quapropter ora-
mus qua pietate poſſumus, vt nobis imprimis
digneris ignoſcere quicquid aduerſom legem
tuam indignè admiſimus, deinde extiteris ad
noſtram tuendam ae defendendam cauſam,
ne tuls inſultént aduerſarij, eum pro ſua libidi-
ne illos calsmitoſos effecerint: ſed ipſos potius
coofuſio & pudor péruadant, qusndo tuæ glo-
riæ ac noſtræ ſaluti ſeſe opponere audent: con-
traq; nos, qui tuæ iuſtitiæ atq; honoris cupidi
ſnmus,gaudio lætitiæq; perfundamur, tuasq;
laodes, dignitatem, alacri animo prædicemus,
per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrū, Amē.

EX PSALMO XXXVI.

TAntam intelligimus, Omnipotens Deus,
vim eſſe prauitatis,vt qui ea laborat, non
A tangatur,neque moueatur timore vel reueren-
tia tui nominis. Etenim de ſuis flagitijs ita ſibi
placet,vt demum reddatur omnibus iuxtà no-
ta ac odioſa. Quicquid loquitur prauum eſt,
neque poteſt adduci vt ſe patiatur inſtitui ad
benè agendū: quin etiam noctu in animo vo-
luit ſcelera, ſeque in peccatis ita obfirmat, vt
nihil mali repudiet, quod eius snimo ſe obtu-
lerit. Pro tua igitur miſericordia, ô Deus, &
ſingulari fide, iuſtitia & iudicio integerrimo,
B quæ cœlum & æthera implent,vincunt ampliſ
ſimos montes,& ingentem abyſſum excellunt,
neque ſolùm hominibus, verùm vniuerſis ani-
mantibus vitam & ſalutem afferunt: rogamus,
vt abolitis atque remiſsis peccatis, quibua te
miſeri offendimus, ne ſinas animos noſtroa
prauitate maculari. Imò largire potius,vt alarū
tuarum fide atq; tutela freti, à regia cœli,opulē
tiſsimo ſpiritu ac æterois eius delicijs perfun-
damur: & de fonte vitę,qui tecum eſt,largiter
C potati,beneficio tuæ lucis,lumen æternæ fœli-
citatis contemplemur: quique noſtræ saluti ad
uerſantur,inde nō valeant nos depellere, quin
potius ni deſiſtant cœpto,ſic corruant,vt con-
ſurgere non valeant, per Ieſum Chriſtum Do-
minum noſtrum, Amen.

EX PSALMO XXXVII.

CVm Eccleſia tua, Omnipotens Deus,ple-
D rosque habeat infirmos, qui fortè poſſent
grauiter offendi,videndo tàm proſperos nocē-
tium & impiorum ſucceſſus: tuo itaque Spiri-
tu illos confirmes, vt probè intelligant iſtam
fœlicitatem, quamodo hoſtes Euangelij tui
fruuntur,non eſſe ſtabilem aut ſolidam, imò e-
xiccandam & areſaciendam multò citiſsimè,
inſtar herbæ flaccidæ & viliſsimi graminis.
Nosque ita perfundere digneris tua gratia, vt
vni tibi innitamur, ſtudeamusque perpetuò
E beneficentiæ & charitati, quibus plenè ſit per-
ſuaſum omnem voluptatem & oblectatio-
nem ex tē, velut ex vnico & inexhauſto fonte
capiendam eſſe. Da præterea, vt æquo & pa-
tienti animo ſinamus te in noſtris rebus age-
re, prout bonitati tuæ viſum fuerit, teque for-
titer expectemus, quando contigerit vt ſalu-
tem noſtram differas, ita furibundè aduerſus
præſentia non ſuccenſeamus, qui intellexeri-
mus grauiſsimis peccatis noſtris longè graui-
F ora deberi ſupplicia. Adeò enim,ô Deus, in te
peccauimus, vt noſtris malis meritis impar ſit
omois pœna. Quibus attamen non obſtan-
tibus, tu qui es clementiſsimus, digneris no-
ſtros greſſus dirigere, & ſic fauere tibi fiden-
tibus, vt omnes intelligant, nos haud omni-
no proſtratos quamuis reciderimus, eò quod
manu tua placidè & molliter ſuffulciamur,
teque omnes fateantur minimè deſerere iu-
ſtos tuos: vnde quàm plurimi ſe fidei tuæ cō-
G mittere audeant, vt ſe adiuues, & ab impio-
rum manibus præſenti auxilio eripias,per
Ieſum Chriſtum Dominum no-
ſtrum, Amen.

EX EODEM.

NE permoueant nos, Deus Opt. Max. ſecũdæ tes impiorum, vt à colenda religione quàm caſtiſsima deflectamus animum: quandoquidem nobis declaras tàm eſſe breuia & fugacia illorom bona, quàm viror graminis & flores in ptatis. Exoneres com primis te precamur conſcientias noſtras peccatorum ſarcina, qua niſi releoemur too faoore in exitinm facilè proſternemur. Sed cùm ſis noſtra fiducia, vnde toti pendemus, noſq; tuæ prorſus commendauerimus fidei, non dubitamus nobis dãdom quod poſtulamus: id verò eſt, vt omnem noſtram voluptatem atq; iucunditatem in te vno collocemos, abiecta ſpretaqoe huius mundi proſperitate. Nam vt qui innitontur ei, euertuntut in momento: ita qui ſunt quieti, lenes & æqoo aninn, placidè ac tranquillè fruentur æteroa hæreditate. Non eſt timendũ quicquid fremat, intentet & moliatur in ſanctos impius. nam prauitatis eius conatus in ipſum recidẽt. Tu verò, ô Deus, ipſe ignoſcas & probes cum inſtituta tum actiones noſtras, quò nos æterna maneat hæreditas, qoi nomen tuum laudibus qootidie celcbramus, pet Ieſnm Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

EX EODEM.

CVm receperis, Omnipotens Deus, te ducem & comitem pijs fore, ne à iuſtitiæ calle abertent, illorumq; ſulctum. ſi fottè fortuna ceciderint: atque adeò tam firma fuerunt hactenus hæc tua promiſſa, vt iuſtus nunquam repettus ſit, qui tuo fauore deſtitntus, neceſſaria ad victum oon habuerit. Fteti idcirco fide tua oramos, ne proot merentur peccata qoæ in te admiſimus, nos punias, ſed illa pro tua miſeticordia confugientibos ad te condones: digneriſqoe tibi fidentibus elargiri, vt in ſuis animis voluntatem ac leges tuas impreſſas habeant, qoò de ipſis perpetuò meditentor ac loqoãtur, neq; ſint in illis exeqoendis varij & inconſtantes. Impiorum, qui aduetſus tuos implacsbiles gerunt inimicitias, illoſtris ac ſplendida fortuna haud nos à tecto dimooeat, ſed ita Spiritu illuſtres animos, vt ſentiamus eos celeritet extinguendos, & in maxima ac petpetua ſupplicia conceſſuros. Nobis verò, proot confiſi ſumus tuis promiſsis, robur & ſalus abs te detur, eripiamurque ab imminentibus calamitatib. & noſtræ ſalotis hoſtibus, per Ieſum Chriſtum Dominum ooſtrum, Amen.

EX PSALMO XXXVIII.

INſtar filiotum arguas & caſtiges nos, Deus Opt. Max. iram verò & indignationem tuã remoueas à præſentibus anguſtijs. Sentimos quidem manum ruam, & pericula in quibus verſamor, intelligimus non admittere homana remedia: quod nobis haud immerito cõtingit. Siquidem peccata & iniqoitates vodiqoe nos cooperuerunt, quibus vltrà quàm ferre poſsimus, & oneramur & premimur. Hinc fit vt in-

A cedamus mœſti, & ptæ cordis anxietate penè diſſoluamur. Videmus proximos & amicos lõgè fieri, & aduerſarios tẽdere laqueos, ac omnia moliri vt deniq; euertamor. Tu igitur, ô Deus, qua es præditus miſericordia, nos imprimis tibi recoocilies, condonando quæ fœdiſsimè cõtra te admiſimos, deinde ad noſtrum auxilium propera. Te vnicum noſtrum refugium expectamus, qui te inuocantibus conſueoiſti præſtò eſſe, & illorum votis reſpondere. Non igno-
B ras quomodo in nos Antichriſti, dum ita concutimur & nutamus, inſultent: iodies fiunt robuſtiores, & augentur qui nos iniuſtè odio habent. Quare te obſecramus, optime pater, ne deſeras nos in tantis afflictiooibus, cũ ſis ipſe noſtta ſalus. feſtines quæſumus, vt Eccleſiæ opem feras, atq; extremè periclitanti ſubuenias, per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrũ, Amẽ.

EX EODEM.

C QVandoquidem experimur, Dens Opr. Max. taotam eſſe ſarcinam, tantumque onus ſcelerum, qoæ in te admiſimus, vt iam ferendo oon ſimus pares: ideo accedimus tuam fidẽ imploratũ, ne illorũ cauſa per iram vel furorem nos corripias. Pateroa ſit, vt erga tuos conſueuiſti, admonitio: vide vt malorum conſcientia habeamus benè conturbatum aoimũ, omnia ſunt in nobis pottida atq; corrupta triſtes, afflicti, & lumine qoodammodo orbati, ni
D ſi ſubuenias, degimus. Neque eſt quod amicis aot propinquis confidamus: nam peccata noſtra omnia reddunt nobis aduerſa & inimica. Qoando itaq; ô Deus, noſtras iniquitates in ſinum tuum effundimus, adeoq; ſoliciti ſumus pro venia impettanda, tu fauore & miſeticordia tibi inſita ne deſtituas, imò vt exorabilis es & placidos, celere & firmom ſuppeditare digneris in noſtris malis auxiliom, per Ieſum Chtiſtum dominum noſtrum, Amen.

E
EX PSALMO XXXIX.

QVando hoc difficillimo tempore, Omnipoteos Deus, ita vexamur præſentibus calamitatibus, ac tanta mole afflictionum premimur, ad te coofugimos, quo tuo ſpiritu nobis os & linguam compeſcas, ne quid indignũ maieſtate tua vel noſtra profeſsione nobis excidat. Cùm enim iuſtè non poſsimus cõqueri, has anguſtias vincere noſtra peccata, aut nos
F immeritos puoiri, fac vt reprimamos voces de te qoiritantes. exagiteotur potius viſcera noſtra iuſto dolore de admiſsis peccatis, incaleſcant intima, & cor ſuccendatur ſolida pœniteotia. Da clementiſsime pater, vt probè intelligamus ſitum vitæ ooſtræ immaturæ ſingulis horis, quandoquidem mera vanitas eſt, quicqoid hîc viuimus, multumque abeſt, vt nobis quippiam noſtri ſoliciti ſtrepitus, aut anguſtæ opes prodeſſe valeant. Te ergo vnom oportet
G Domine vt expectemus, quos ſi ioprimis à peccatis & iniquitatibus releuâris, confidimus minimè futuros impijs opprobrium. Nam à luſtratis & repurgatis à ſcelerib. conſueoiſti removere

mouere plagas tuas, ne conſumantur exagita-
tione tuæ potentiſsimę & inuictæ manus. Quę
ſi pergat vexationibus homines exercere, vt
merentur, non minus illos conficit & atterit,
quàm tinea arrodat pannos. Audias itaque ô
Deus, preces noſtras, & cùm cernas in terris
nos haud obtinere ſolidam requiem, concedas
vt ſaltem apud te fide viuamus, & tutò verſe-
mur, per Ieſum Chriſtũ Dominũ noſtrũ, Amẽ.

EX EODEM.

DVm experimur, Omnipotens Deus, ali-
qua tuę ſeueritatis iudicia, tametſi à ſpiri
tu ſuademur, ne tuæ bonitati aut iuſtitiæ oblo
quamur, attamen doloris magnitudine, & pec-
catorum conſcientia eò ferè adducimur, vt vi-
tæ nos tædeat. Quamobrem cùm tibi confitea-
mur nos peccaſſe, multiſque modis coram te
iniquè egiſſe, pro tua pietate atque miſericor-
dia efficere nobis propitius. Vides vt breuis ina
niſque noſtra ſit ætas, inſtar vmbræ, in qua ni-
hil firmi, ſolidi & veri locum habeat: momento
præterimus, & quicquid temporis hîc datũ eſt
ad vitam, id noſtro vitio totum concitatis, tur-
bulentis, & perniitioſis affectibus viuimus. Pre
camur ideo, vt demum te noſtrûm misereat:
pertingant ad aures tuas vota, & gemitus quos
à cordibus ipſe Spiritus tuus in nobis expri-
mit, dumque in hoc mundo vt peregrini vaga-
mur, tuo fauore digneris animos noſtros ſub-
inde recreare, per Ieſum Chriſtum Dominum
noſtrum, Amen.

EX PSALMO XL.

QVi adeò ſpe ſuffulciuntur, Omnipotens
Deus, vt præſentibus & vrgentibus ma-
lis te expectent, atque ad te ſuſpiciant minimè
deſpondendo animum, tu demum illorum vo-
tis, vt benignus & clemens, condeſcendis, corũ
audis clamores de profundis aquis, atque in
cœno & luto iacentes infixoſque, potentiſsi-
mo auxilio tuo erigis. Qui fit, vt liberati tuas
laudes perpetuò in ore habeant, quas nouis
carminibus publicè & priuatim celebrent, ad
fidem, ſpem, ac timorem tui omnibus excitan-
dum. Dones itaque & nos in præſentia tanta
fœlicitate, vt in te vno collocemus præſidium
noſtrum, neque ſuperbos aut mendaces, qui
aduerſus Eccleſiam tuã conſurrexerunt, quie
quam moremur, probè ſcientes te omnium mi
rabilium authorem, qui habeas in theſauris
tuæ prouidentiæ ea conſilia & inſtituta, quæ
ordine referri aut enarrari poſsint à nemine,
cum numero & magnitudine vincant omnem
verborum vim & orationis efficaciam. Cùm
ergo te hactenus peccatis noſtris grauiter of-
fenderimus, neque vllo noſtro ſacrificio luſtra
ri potſimus, concedas obedientem fidem, vt
tuæ voluntati vbique præſtò ſimus, quam no-
bis in libro legis dignatus es reuelare: eam lar-
gire vt libentes ac vltronei exequamur, impreſ
ſam in intimis viſceribus noſtris. Vtque tu à
A miſericordia & bonitate nunquam te cõtines
erga nos: ita viciſsim fideles tui, & verbis &
moribus teſtentur fidem, iuſtitiam, & veritatẽ
tuam. Vides vt deprimamur peccatis, vt adob-
ruamur aduerſis, & corde atque animo deſti-
tuamur. Quare cordi tibi ſit noſtra ſalus, pro-
pera vt adiuues. Quin potius hoſtes tui nomi-
nis pudefacias & confundas: nos verò, qui te
quærimus, tandem recreemur, experiamurq́;
te haud fruſtra ipſiſsimam ſalutem, & auxili-
B um afflictorum & inopum prædicari, per Ie-
ſum Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

EX EODEM.

QVi tolerant, Omnipotens Deus, ęquo &
patienti animo tui auxilij dilationẽ, tan
dem ſentiunt ſuas preces abs te audiri: dumq́;
experiuntur ſe bona fide liberatos, non ſolum
ipſi numen tuum debitis laudibus celebrant,
C ſed reliquis pijs materiam idem faciendi affa-
tim ſuppeditant. Nunc itaque quod ſupereſt,
cum externis ſacrificijs non capiaris, id noſtris
precibus contendimus impetrare, vt quàm a-
mantiſsimi & cupidiſsimi reddamur indies
magis ac magis tuæ voluntatis exequendæ, tu-
amq́; veritatem atq; miſericordiam erga nos,
crebris imò perpetuis efferamus præconijs. In
terim verò quicquid turpiter ac flagitioſè ad-
miſimus, vt miſericors es & bonus, nobis cõdo
D nes, neq; illis pœnis aut calamitatibus nos ob-
rui permittas, quas noſtra peccata ſunt cõme-
rita. Qui tuam ignominiam noſtrumq́; exitiũ
quærunt, ipſi pudefiant, ſtudioſi verò tui nomi
nis vera ac ſolida perfundantur lætitia. Cumq́;
nos deſpectos & carnis auxilijs deſtitutos non
ignores, ipſe defenſor & propugnator ad no-
ſtrum præſidium feſtines, per Ieſum Chri-
ſtum Dominum noſtrum, Amen.

E
EX PSALMO XLI.

NOn eſt ſanè contemnendę pietatis, omni-
potens Deus, cùm de ægrotantibus tùm
etiam de pijs omnibus, quos interdũ corripis
aduerſis caſibus, probè iudicare, quaſi nimirũ,
qui paterno caſtigaueris animo, ſis illos facilè
erepturus, viuificaturus, atque demum tua prę
ſentia beaturus. Qua ſpe & nos ipſi freti, qui
nunc grauiſsimè affligimur, hìc vnà precamur,
vt noſtrum miſerearis, à peccatis, quibus te gra
F uiſsimè offendimus, nos releuando. Intelligis
profectò, vt inimici ſancti Euangelij nobis ma-
la cupiant: noſti quæ ſibi fingant & propoſue-
rint de noſtro exitio. Nihil planè non moliun-
tur, vt euertant Eccleſiam tuam. Quibus & illi
ſe adiungunt quos coniunctos nobis cum reli
gione, tũ multis alijs nominibus & officijs, pu-
taueramus. Quamobrem tu, ô Deus, erga nos
tangaris miſericordia, qua conſueuiſti non ſo-
lùm erigere iacentes, ſed etiam illorum hoſtes
G conficere. Ne hoc inimicis religionis & pieta-
tis tribuas, vt ſeruorum tuorum interitu gau
deant. Si autem nos præſentibus calamitati-
bus ſubduxeris, confirmariſque tuo Spiritu

Digitized by Google

laudabitur publicè ab omnibus pijs nomen tuum, quod rogamus vt perpetuò & abſque vlla intermiſsione fiat, per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

EX EODEM.

INgentia, Deus Opt. Max. eos manent præmia, quos miſeret afflictorum: nam qui miſeris & calamitoſis hominibus miſericordiam impertiunt, eximiam bonitatem tuam imitantur. Etenim conſueuiſti vel ad lectum ægrotāti ſeruo tuo adeſſe, ita vti videaris ipſe verſare ſtratum eius, quò mollius, à morbo vexatus, cubare poſsit, neque nobis eſt adeò ſingulare officium, quò indulgentiſsimè non inſeruias tuis, quando iudicaueris opitulandi adeſſe opportunitatem. Quamobrem cùm probè intelligamus, ob noſtra peccata in mala periculoſa & difficillima nos incidiſſe, ad te vnum ſupplices confugimus, vt nobis digneris, quæ tranſgreſsi ſumus remittere, neque patiaris hoſtes noſtræ ſalutis lætitiam capere quòd perierimus: quandoquidem hoc vno declarabitur nos tibi eſſe quàm chariſsimos, vbi adiuueris in tanto rerum diſcrimine. Subuenias quæſumus, atque indica nos tibi cordi eſſe, quò laudes tui nominis, quemadmodum par eſt, celebremus, per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

EX PSALMO XLII.

NVllus eſt, omnipotens Deus, cui benè perſpecta ſit bonitas tua, quin vt ceruua vehemẽter ſitiens ad te diu noctuq; anhelet & ſuſpiret: qui enim fieri poteſt, vt quiſpiam vera fide præditus ad Deum viuũ non contendat? Atq; in nobis hactenus id ſtudium fuit admodum remiſſum, neque te, vt par erat, in ſacris cœtib. bona fide requiſiuimus. Ideo præ mœrore & anguſtia, fiunt nobis pro cibo & potu lachrymæ his difficillimis temporibus, paſsimque inſultant Eccleſiæ aduerſarij, & dicũt. Vbi eſt Deus eorum? Sed tu, ô Deus, vt miſericors & clemẽtiſsimus, deponas quęſumus iram tuam, quam iuſtè aduerſum nos concepiſti, & tuarum promiſsionum memor, concede, licet immerentibus, vt robuſtiſsima ſpe & fide confirmemur, quò non infra iuſtum deijciatur anima noſtra. Et licet omnes fluctus, procellæ, & abyſsi tentationum videntur in Eccleſiam tuam effundi, bonitate miſericordiæ & gratiæ tuæ moderetis, vt à nobis animi & conſcientiæ ſolida gaudia non auferantur. Fac vt incitati S. Spiritu, nos ipſos perpetuò adhortemur ad ſperandũ & confidendum tuis auxilijs, quod adhuc nomen tuum ſimus celebraturi, & gratias acturi, pro reſtituta ſalute atque tranquillitate, per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

EX EODEM.

TOto pectore, Deus Opt. Max. cupimus nos tibi adiungere, hoc ipſum diu noctuque eſurimus & ſitimus, quandoquidem non poſſumus abſque magno dolore, cũ videris nos A deſtituiſſe, & animi noſtri & aduerſariorum audire inſultationes, quibus pietati & fidei conceptæ illudunt, nimirum exprobrando ærumnas, miſerias & calamitates quibus penè oppreſsi videmur iacere, noſtris nimium ingraueſcentibus peccatis. Illa pro tua miſericordia nobis, quæſumus, ignoſcas, ô Deus, quò nos ipſos valeamus confirmare, noſtriſque animis imprimas, vt ſint conſtantes: dumque nos perturbant mali affectus ac graues pœnarum ti- B mores, roborati tua promiſsione conſolemur afflictos animos in nobis ipſis, perſuadentes, vt vni tibi fidant, ac ſperando ſe tuum nomen alacriter celebraturos eſſe, quòd illis cùm vera ſalus, tùm verus Deus extiterit, per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

EX PSALMO XLIII.

TVa, Deus Opt. Max. authoritate atque potentia ſuſcipias tandem iudicium cau- C ſæ noſtræ, quę cùm tibi verum cultum & repurgatam religionem aſſerere contendat, & ideò bona ſit, ab omnibus nihilominus deſeritur & improbatur. Quare ſummopere indigemus, vt ipſe nos à doloſis & prauis hominibus eripias. Tu ſolus Eccleſiæ ſuperes conſolatio, robur & firmamentum. Nomine, profeſsione, & doctrina tua viximus alioquin indignè, verùm ea eſt tua miſericordia, vt pœnitentium & ad te redeuntium iniquitates omnes contegat, D peccata remittat, & quæ turpiter admiſſa ſunt credentibus non imputet. Precamur itaque vt noſtrûm miſertus, ita lucis & veritatis tuæ efficias participes, quò & hìc in ſacris cœtibus te purè colamus, & demum ad ſacra æternæ vitæ habitacula deducamur. Eſt quidem nunc triſtia & deiecta anima noſtra, turbamur ſubinde cogitationibus timidis, & viſcera præ terroribus intra nos tumultuantur. Verùm te precamur, optime pater, vt nos confirmes ad be- E nè ſperandum, quòd ſimus te etiam poſthac celebraturi, cùm te noſtrum Deum, vt reuera es, declaraueris, per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

EX EODEM.

IN ſummo diſcrimine ac tantis periculis huius vitę, tibi Omnipotens Deus, noſtrá cauſam tuendam ac defendendam committimus. Nam licet in nobis ipſis, dum hanc miſerri- F mam vitam colimus, nil ſit roboris aut firmitatis, cui valeamus inniti, cum vitio natiuo, ac infinitis ad illud peccatis adiectis infœliciter premamur: attamen obſecramus vt ſplendor tui fauoris nos irradiet, quo tenebrę noſtræ mentis illuminentur. Nam ſi ex tua miſericordia nobis id contigerit, & ſumma lætitia & incredibili gaudio perfundemur: ac noſtrum animũ alioquin conſternatum, bona ſpe eſſe iubebimus. Id vnum quæſumus digneris elargiri, vt G omnem ſpem noſtram in te vno collocemus, quandoquidem tu ſolus & noſtra ſalus & verus Deus exiſtis, per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

EX

EX PSALMO XLIIII.

SVmma bonitate, Omnipotens Deus, Eccleſiam tibi ex multis gentibus collegiſti. manu tua plantatam non humanis virib. tuo fauore & Spiritu à peccatis eſt repurgata: euaſit hactenus diaboli crudeles inſultus, abs te ad iuta & fortiter defenſa: tu eam ſeruaſti ſemper ab aduerſarijs, ac eos pudore & ignominia affeciſti qui eam odio proſequebantur. Debuiſſemus propterea in te ſolo gloriari, & tui nomen celebrare: ſed proh ô dolor, omnibus iſtis beneficijs ingratiſsimi fuimus, carni & humanis viribus fidimus, & noſtra vita iniuſta ac prauis moribus tuam doctrinam, quam profitemur, probro affecimus. Idcirco nos iu præſentia depellis & ignominia comples: iam penè Antichriſti efficimur præda, & vicinis probro ſumus. Fabula gentibus, riſus populi, vulgi ludibrium iamiam, ô Deus, eſt tuum Euangeliũ: hæc omnia (fateor) nobis propter peccata & meritò contigerunt. Sed tu, optime pater, qua es benignitate præditus, nos tibi denuò reconcilies, & quicquid malè & ſtultè admiſimus veli s condonare: & da, vt nequaquã tui obliuiſcamur, neq; in tuo fœdere perfidi efficiamur. Licet pror ſus atteramur, & vmbra mortis nos vndiq; obtegat, nõ deflectat, neq; declinet vnquã anim⁹ noſter à ſemitis tuis. Nõ id cõmittamus vt etiã ſi inſtar ouium depotemur cædibus, obliuiſcamur tui nominis & ad cultus deteſtabiles conuertamur. Euigiles, quæſumus, ô Deus, neque amplius obdormias. Ne abſcondatur facies tua in noſtris afflictionibus: conſurge & deiectos adiuues, quos tibi delegiſſe pro tua clementia non dubitamus, per Ieſum Chriſtũ Dominum noſtrum, Amen.

EX EODEM.

MAgnifica nobis referuntur, Deus Opt. Max. in ſacris hiſtorijs de tua miſericordia & victrici potentia, quam ad fideles tuendos, conſeruandos, & augendos antiquitus declaraſti: quibus auditis perſuademur in te vno & non in viribus, opibus & potentia noſtra ſpẽ ponere. Verùm nunc oppreſsi pondere peccatorum grauiſsimo, cùm iræ tuæ ſentiamus commeritam vltionem, timeamusque, vt malè conſcij, ſeueriores pœnas & acerba ſupplicia, oramus, vt qua es præditus bonitate, condones ac remittas quicquid in te peccauimus: F deinde ſi calamitatibus & ærumnis deſtinaueris exercendos, elargire, vt eò propterea violemus, quæ à nobis tibi debetur pietatẽ atq; religionẽ: ne cõmittas vt ad alia ꝙ ad tua cõfugiamus cõſilia. Excita iraq; & ad nobis opitulãdũ properes: dũ ſubuenire differs, tuũ fauorẽ videris à nobis auertiſſe. Ideoq; vt illuſtretur miſericordia & bonitas qua præditus es, digne ris ab his quæ nos circumuallant periculis redi G mere, per Ieſum Chriſtũ Dominũ noſtrũ, Amẽ.

EX PSALMO XLV.

CHriſtum habemus, Deus Opt. Max. vnicum & omni bonorum genere cumulatiſ- A ſimum regem, cuius vt eſt potentia ſumma, ita ſolium imperij eſt in æternum confirmatum: potentia præualet inuicta, ornatur ſumma iuſtitia, valet apud te immenſa gratia, & infinita ſapientia eſt conſpicuus. Illi Eccleſia, vt auguſtiſsima regina, eſt deſponſata, vt ſemen ei numeroſiſsimum procreet atque ſanctiſsimum, Nos igitur qui tantum regem omni ſtudio obſeruaſſe debueramus, nomen eius & ſanctum ipſius regnum turpiſsimè fœdauimus noſtris B vitijs, quæ nunc fatemur & agnoſcimus corãm te optime pater, & vt nobis ignoſcatur ſupplici ter poſcimus, quò in gratiam abs te recepti, denuò ſentiamus beneficia regis noſtri: & quamuis non id mereamur, attamen oramus vt in hac noſtra oppreſsione conſurgat, accingatur gladio ſuo, & Eccleſiam ſibi deſponſam aſſerat ab iniurijs & contumelijs Antichriſti. Exerat iam ſua peracuta iacula verbi & ſpiritus, atque vtatur virga iudicij & æquitatis, qua regnum C ſuum adminiſtrare conſueuit. Nunc oſtendat ſe veritatem diligere, & peſsimè odiſſe iniquitatem: per eundem met Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

EX EODEM.

VNigenitus tuus, Dominus noſter Ieſus Chriſtus, Deus Opt. Max. verè dignus eſt, vt modis omnibus cõmendetur. Forma virtu- D tum, & ſpecie ſanctitatis elegantem atque formoſum in mundo ſe præ omnibus exhibuit: vſus eſt docendo ac exhortando oratione ſuauiſsima, gladio ſermonis, & virium efficacia omnia in ſuam poteſtatem ac ditionem redegit: iuſtitiæ prorſus amantiſsimum, iniquitatis verò acerrimum hoſtem ſe perpetuò declarauit. Sed nos miſeri, cùm ei tali ac tanto deſtinati eſſemus, vt caſta ſponſa in matrimonium, varijs ac multiplicibus vitiorum maculis nos conta- E minauimus. Precamur itaq; vt pœnitentia ac tuo Spiritu repurgemur, quò malarum affectionum, quæ nobis innatæ ſunt, obliti, ad amorem huius lectiſsimi ſponſi prorſus aſpiremus, & opera noſtra collata, loco patrum qui iam ad illum collecti ſunt, ei complures fideles regenerentur, cum quibus decus & laudes ipſius æternùm celebremus, per eundem met Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

EX PSALMO XLVI.

QVicunq; Deus Opt. Max. te vnum protectionem ac robur ſuum verè credunt, eis in afflictione ſemper fuit præſtò auxilium tuum: quare fidelibus eximitur prorſus terror, etiam ſi vniuerſa terra concutiatur, nutent mõ tes, vndæ ac fluctus maris tam impetuosè pulſent littora, vt videantur cuncta in aquas iamiã reſolui ac diffluere. Et ſumma viciſsim donantur fiducia, cũ in medijs anguſtijs eos recrees conſolationum iucundiſsimis riuulis, fœcundo nimirũ tuo Spiritu, exerendo raras & admirabiles tui auxilij rationes. Qua tua bonitate & nos freti, haud obſtantibus innumeris peccatis noſtris, quibus te grauiſsimè offendiſſe

confitemur, precamur vt gentes & regna quæ vides magno impetu, & callidiſsimis conſilijs tuam Eccleſiam oppugnare, ipſi nutent & debilitentur: in voce tua inclames, qua ſolet terra & omnis creatura cõcuti atq; diſſolui. Tu ſtes à nobis quaſi munitiſsima arx, ô Deus noſter: amoueas hinc bella, lanceas, equos, currus, & omnia armorum genera abs te hebetentur, quò tandem conatus remittant ſuos qui nos oppugnant, tuq; præ omnib. rebus ſublimis ac eximius appareas, dum vniuerſis exercitibus ac omni mundi potentia te meliorem ad noſtram ſalutem declaraueris, per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

EX EODEM.

QVicunque præceps aut horrendus caſus, Omnipotens Deus, non diuexauerit, non ſpe deijciemur, neq; animo cõſternabimur, cùm te iam conſtituerimus vnicum noſtrum præſidium. Tametſi concitentur mundi tumultus, carnis tempeſtates intumeſcant, ac totus diabolus cum ſuo vniuerſo apparatu omnia noſtra videatur concutere, in tua bonitate ineffabili & inuicta potentia acquieſcimus. Merentur quidem peccata noſtra omnia turbulenta atq; hoſtilia: ſed tu, vt bonus es, illa nobis ignoſcas, & miſertus præſentiũ calamitatũ, ſalutẽ, pacẽ, atq; tranquillitatẽ cõcedas te inuocantib. Tibi quippe facillimũ eſt gladios, arcus, bellicas machinas, omneſq; diaboli verſutias, nedũ verbo tuo potentiſsimo, ſed vel nutu, vel ipſa voluntate diſſoluere. Cupimus, ô Deus, in id incumbere, vt contemplemur quę tu edas pro tuis facinora, quò te omnes intelligant ſtare à nobis, & deſtinaſſe tuorum fidelium perpetuum fore adiutorem, per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

EX PSALMO XLVII.

DIgnatus es, Omnipotens Deus, Eccleſiã tibi cogere in terris, ac non in ædes lapideas aut marmorea templa inferre, ſed in viua hominum pectora, quæ tuis admirandis donis ornas & Spiritu ſancto excolis: quo tanto munere donatos, feſtiua gaudia & lætos plauſus, par eſt omnes fideles edere. Sed has gratiarum actiones & hilara carmina obfuſcant plurimũ funeſta peccata quæ admiſimus, & illorum meritò afflictionibus grauiter premimur: cumque nos hactenus erraſſe fateamur, & nunc non indigna pati noſtris flagitijs videas, qui es ipſa miſericordia, ignoſcas populo tuo, quique excelſus es & latiſsimè imperas, ne nos perdas prout ſumus commeriti. Da optime pater, vt regno tuo nõ obſtẽt noſtra vitia: perge ſubijcere fidei nouos populos, & verbo tuo parere facias quæ hactenus fuerunt infideles nationes, quiq; delegiſti tibi Eccleſiam vt eximiã & inſignem hæreditatem, in ea perpetuò modis & laudibus multo cultiſsimis efferaris, ita vt omnes te habeant, prædicent & canant ſuum regem. Tuos autem, qui modo videntur omniũ abiectiſsimi, ita Spiritu illuſtres & verbo regas

A vt eos gubernari tuo imperio omnes intelligãt. Monarchæ, & quicquid in mundo eſt potẽtiæ, demũ tibi ſe adiungant, vt eorũ ſis, haud aliter Deus, atq; fidelis Abrahami antiquitus ſuetis. Reges ac omnes principes, qui pro ſuo munere hominibus ſibi ſubditis præſidio eſſe debẽt, fac te agnoſcant, quò in eis maieſtas & gloria tua ad Eccleſiæ non vulgarem vtilitatem clariſſimè reſplendeat, per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

B

EX EODEM.

PRomotionẽ regni Chriſti, Deus Opt. Max. conuenit omnes fideles ingenti plauſu, admiratione lætabunda, & ſtudiuſiſsimo fauore proſequi: nam ibi & declaratur tua bonitas & ipſi noſtræ ſalutis compotes efficimur. Meretur ille quidem, vt omnes populi ac nationes eius imperio ſubijciantur, & nobiſcum agetur, quàm optimè, qui ſingularis eius hæreditas ſu-
C mus, præcipuumque ipſius peculium. Te itaq; rex noſter, qui ad cœlos & ad dexteram patris euectus es, rogamus, vt à culpis, in quas incidimus nos digneris eximere, & quæ calamitates vel aduerſi caſus imminent, à noſtris ceruicib. tua miſericordia ac potentia propulſare, quò tu ipſe ſolus in noſtris animis regnes, omneſq; Reges, quiq; in terris magnates & principes rerũ potiuntur, tibi legitimo ac veriſsimo Deo indiuulsè adhæreant, per eundem Ieſum Chri-
D ſtum Dominum noſtrum, Amen.

EX PSALMO XLVIII.

TVa Deus Opt. Max. amplitudo ac eximius honor in Eccleſia ſummopere floret, cũ in ea verbo & Spiritu potẽtiſsimè imperes: neq; ſolũ ibi mirificè laudaris, imò quicquid eſt decoris & ſolidi gaudij in vniuerſo orbe, inde citra controuerſiam deriuatur. Cumq; illic longè melius quàm alibi cognoſcaris, eò fit, vt fidelibus tuis eo loco ſis tutum perfugium &
E arx munitiſsima. Conueniant itaque reges, & Monarchæ huius mundi conſpirent, vt voluerint, ad eam oppugnandam, cogentur ab incepto deſiſtere, vt qui vim & potentiam tuã præſentem ſenſerint, perculſi metu ac pauore exterriti ſe à ſuis conatibus recipiant: quib. enim tu incutis terrorem, ij dolore corripiuntur inſtar mulierum parientium. Non itaq; ô Deus, vincant noſtra peccata bonitatem tuam: grauiter quidem te offendimus, neq; id inficiamur,
F at vnà cum noſtris peccatis agnoſcimus tuam clementiam, quam & imploramus, quò tandẽ non meritis noſtris, ſed beneficio, fauore & gratia filij tui tibi reconciliemur: deſque vt Eccleſię tuę hoſtes haud aliter diſpereant, atq; naues in medio mari ſæpè conteruntur maximo fragore à ventis de improuiſo excitatis. Ita vt quemadmodum auribus audiuimus è ſanctis ſcripturis promiſsiones tuas ampliſsimas prædicari, ita fieri oculis quoq; videamus. Concepi-
G mus iam ſpem & fidem ex his quæ nobis proponuntur in eloquijs tuis, facias, quæſumus, vt res conſequantur: vt prædicationi tui nominis & bonitatis, poſt exhibita beneficia, adiungantur

tur gratiarum actiones magna celebritate, quò que paſsim agnoſcatur merâ eſſe iuſtitiâ quicquid abs te prodierit: ſicq; Deus, noſter, Deua inquã noſter, & quoad hic vixerimus, & ęternũ per Ieſum Chriſtú Dominum noſtrũ, Amen.

EX EODEM.

OMnes creaturæ, Dens Opt. Maxime, tuam loculenter bonitatem cooteſtaoiur: ſed Eccleſia præcipuom eſt opns quò vnicè prædicaris & celebraris. Inde vniuerſus orbis exhilaratur, quandoquidem illic ſana eſt doctrina, qua & ipſe agnoſceris, & nos vocsmur ad cœlum: quicquid incundi, læti, beatiq; in terris haberi poteſt, ibi floret. Idcirco non eſt mirum quando aduerſariæ poteſtates minaci, rabido, & furibnndo impetu contra illam mooentur, ſi tu illicò ades, tneris, foues ae defendis, vt velint nolint, cogantur mundi rectores & principes tenebrarum turbari, præcipites fugere, ac ſumma trepidatione conſternari. Franguntur tua virtute illorum impoteotes irę, tui verò fideles ibi triſtibns curis leuantur, qoæ beneficia nos interdum non ſentimns, quòd in culpas varias ac multiplices, partim infirmitste, partim ignoratione impulſi, malè & moleſtè viuimns. Per tantom itaqne honorem domus tuę obſecramua, vt expiea qnę in te cõmiſimus, qoò in Ipſa Eccleſia tu ipſe ad laudem tui nominis nos & regas & gubernes, per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

EX PSALMO XLIX.

PRecamnr, Omnipotens Dens, vt sdhibita fide eruditioni Spiritus ſancti, cùm in afflictionibus à prauitate hoſtiom premimur, id animo reuoluamus, illos plurimum opibus & fortuna, qua florent, inniti: neq; .n. intelligũt in mundo nollas eſſe diuitiss quibus poſsint homines à morte & æterna damnatione ſe redimere. Cohibeas, optime pater noſtros affectus, ne rebns adeò csducis inhæreant. Admoneat nos communis infirmitatis & miſeriæ, quæ totum peruaſit noſtrum geoua, vel mors ipſa, qoæ in omnes promiſcuè graſſatur: quantumcunq; ſapiẽtes aut ſtulti ſueriot homines, haud illis conceditur eluſa morte frui æternùm partis ſubſtantijs. Cõfitemur planè & nos frequẽter hic lapſos eſſe, qui mundi viribus freti, admirabiles conceperimus animo victoriss, pompas atque triumphos, quaſi noſtra nomina vltra omnem finem efferenda eſſent. Neq; benè habuimus ob oculos, momentaneam eſſe lætã fortunam & proſperos ſucceſſus carnis: & illis quicunque fidunt, inſtar pecudum tandem ioterennt, collocantur in inferoo atqoe ætetna premonturnocte. Hanc noxam, ô Deos, ignoſcas nobis, & ſecluſos ab inani ſpe muodanarũ opum, nos ipſe ſoſcipias, quos ab inferno & morte ernas. Da, vt nil metuamns nobia ab his qui ſe & domos ſuas dinitijs ac dignitate plurimum aoxerunt, qoæ omnia illis in hac vita dũ taxat commoda eſſe poſſunt, vt qood ad carnẽ attinet, genio magis indulgeant. Rogamus te

A poſtremò, ô Deus, vt Eccleſiam tuam ab his hoſtibus liberes, qui non intelligentes honorem & authoritatem ſibi à Deo collatam, non ſolũ vt inmenta moriuntur, ſed expoliati præſentibus bonis, cùm mortui fuerint ſnunt æternas pœnas, p̃ Ieſum Chriſtũ Dominũ noſtrũ, Amẽ.

EX EODEM.

ATtentiſsimis animis audiri debent, Omnipotens Deus, memorabilia oracula ſacræ B doctrinæ, quæ in ſanctis literis dignatus es prodere: nullus eſt obſcurus bomo, aut vir clariſsimus, cui non ſint, quæ loqneris, diligentiſsimè audienda. Idque inprimis admones, vt fiduciã, quam in te vno debemua collocare, nequaquã in bona huius mundi, quę vana & caduca ſunt, diſtribuaious. Quicquid eſt opum, roboris, ſplendoris, aut dignitatis inter homines, à morte non valent nos redimere: imò ea eſt illorum ſors, vt citò mutentur & in momento intereãt: C neq; poteſt homo, qui his innititnr, diu eſſe cõſpicnus. Dum enim ipſa marceſcunt & pereũt, eius quoqne ſucata gloria defloreſcit. Quare te rogamꝰ, optime pater, vt nobis remittas, quod tam din ac adeò tenaci affectu bis bonis hactenus hæſerimus, noſtroſque animos inde auulſos, tibi & ſermonibus tuis quàm arctiſsimè copules, vt nil ſit nobis optatius, quàm te ſequi & alacriter capeſſere quæ iuſſeris. Ne reddamur D iumentis perſimiles, atqne vt mutæ pecudes intereamus, per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

EX PSALMO L.

FOrtis & optime D. qui dignatus es ex tua miſericordia ex vniuerſis orbis finibns Eccleſiam ad te cogere, idq; primũ per Apoſtolos, quoa in monte Zion ornaſti opulentiſsimo Spiritu filij tui. Neq; alia de cauſa tã mirabiliter electos & bonos tuos voluiſti colligere, niſi E vt vera diuini cultus ratio, in qua proculdubio ſita eſt ſolida fidelium perfectio, publicè tandẽ in omnibus gentibus perciperetur: diſceremus que non tantùm in externis ritibus & ſurdis ceremonijs conſtare pietatem. Illa enim, quem admodnm tibi placent, ſi fidei teſtimonia fuerint, ita ſi ea deſtituantur, odioſa tibi ſunt & ſummæ deteſtationi. Atque illud potiſsimùm requiris, vt oon ſolùm ex noſtris verbis & cogitatis, imò ex omnibus vitæ actionibns, gloria F & laudes nomini tuo proneniant: vis verò bona fida qoæcunqne tibi vouimus præſtemus, modo ea ſimus perſuaſi, & verbo tuo conſentire, & pietatem promonere. Poſcis deinde inuocari, dnm aduerſis premimnr, ac vbi erepti ſoerimna, tibi, vti par eſt, gratias agi. Iſta exigis, vt præcipua religionis capita. At nos, ô Deus, miſerè admodum & infœliciter peccauimns, qui ſemper noſtris ritibns & ceremonijs parũ adiecimos fidei, & ſacras literas, corde ab eis ali G eno, ſæpius tractauimus: diſciplina ingrata nobis fuit, & mandata tua prauis cnpiditatibus paſsim neglexꝫimus. Nunc itaque ob tuam clementiam & bonitatem inexhauſtam, hæc mala

ignoſcas nobis,& ab his liberes q rapinis & im podicitijs inuoluti, & numē tuū blaſphemant, ac de Eccleſia & Euāgelio tuo indignißimè loquuntur,teque obliuiſci putant ſcelerum quæ ab ipſis admittuntur,cùm ea non vlciſci,ſed patienter ferre videaris. Pone ſemel ipſa ſub oculos,neque nos ab illis rapi ſinas quaſi nullus ſit qui eripiat, per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

EX EODEM.

INdicaſti nobis,Deus Optime Maxime,tuo illo ſeuero iudicio,quò cauſæ mortalium ad ſummum tribunal ſunt cognoſcendæ,nolle de victimis & externis ſacrificijs diſceptare,vt qui vitulos,hircos,feras, demumque omnia totius orbis animantia perpetuò habeas in tua poteſtate,neque voluiſti vnquam tibi hæc offerri,niſi vt eſſent fidei, religionis & internæ pietatis manifeſta teſtimonia. Ab humano autem genere potiſsimùm requiſiuiſti, vt de beneficijs acceptis gratias agerent,tibíque vniuerſa bona quibus fruuntur accepta referrent:idq; ſedulò admitantor, vt quicquid tentant & moliuntur, vti ſe facturos promiſerunt, ad gloriam tui nominis inſtituant, teque vnum innocent in ſuis ærumnis atq; calamitatibus. Hic nos ô Deus, vt noſti, grauiter labimur: ideò te oramus, vt pro tua bonitate remittas atque ignoſcas,quicquid noxæ aut culpæ hactenus incurrimus:ne tuos ſermones ad noſtram condemnationem tractemus, neúe inſulentes, alieni cupidi, libidinoſi, atq; maledici tua ſententia pronuntiemur, ſed tibi ſacrificium laudis aſsiduè offeramus, noſtráque vita ad normam tuorum mandatorum componatur, per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

EX PSALMO LI.

MIſericordiam tuam,Deus Opt.Max.coniunctis precibus imploramus quò mundemur,lauemur,& abſtergamur ab iniquitate, ſceleribus & flagitijs noſtris. Agnoſcimus ac fatemur, vt coram te hactenus prauè egerimus, ſed noſtra peccata nunquam valebunt te iniuſtum aut parum fidelem reddere. Nos quidem probè intelligimus, quod haud meremur, vt præſtes illuſtres & ampliſsimas promiſsiones nobis factas, verùm hic opus eſt, vt tua ſuccurrat fides atque conſtantia. Vides vt corrupti & vitiati à partu edamur in lucem, qui antea in ipſis iniquitatibus concepti ſumus. Expurges itaque animos noſtros, & illos candore tibi acceptos digneris ornare. Dà cor purum, Spiritū rectum, ſanctum & idoneum,quò abs te non proijciamur vt impij, ſed vera gaudia & ſolidā lætitiam recuperemus. Si nos à peccatis, quæ nos capitis æternæ mortis arceſſunt, liberaris, ſoluentur alacriter labia noſtra ad te laudandum. Largire,precamur, vt ſacrificio, quò vnicè delectaris,confracti Spiritus,deiecti & attriti cordis te accedamus: ibi & præſentes calamitates leuientur, & tibi non erunt ingratæ

A laudes, quibus te celebrabimus. Declares erga Zion, id eſt, Eccleſiam, beneuolentiam tuam: vides in quantis verſetur periculis, furis & intus premitur, eam quæſumus, vt non ſolùm eripias ab hoſtibus externis, ſed etiam reformes atque inſtaures, quò non adeò te ſponſo habeatur indigna. per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

EX EODEM.

B AGnoſcimus, Omnipotens Deus, quàm pernitioſa labe peccatorum animos noſtros contaminauerimus, quod nobis cùm moleſtiſsimum ſit & vehementer doleat, neque puſsimus noſtris viribus, aut vllo genere bonorum operum contractas maculas eluere: hoc vnicum ſuffugium relictum eſt, vt te miſericordiæ fontem accedamus, quò noſtrûm miſertus culpas abſtergas, iniquitates abluas, peccata deleas, & vitia repurges, quibus & à
C conceptu & à partu ſumus obnoxij. Etenim ſi maleficia & ſcelera,quibus oneramur,liberaliter condonaueris, tùm ſanè verax, fidelis, & maximè conſtans in tuis promiſsis apparebis. Aſpergere nos digneris vnigeniti filij tui ſanguine,quo vno poſſunt & animus & corpus ad ſalutarem lætitiam reformari. Cur nouum in viſceribus noſtris creari cupimus,& donari heroico ſpiritu, quò haud coacti, ſed vltrò ac ſomnè volentes offeramus tibi ſacrificium afflicti
D & proſtrati ſpiritus,quod tu nunquam deſpicere conſueuiſti. Demumque ſic puri & expiati fauore ac tua miſericordia,ſemper tibi ſacrificia laudis offeramus, per eundem Ieſum Chriſtū Dominum noſtrum,Amen.

EX PSALMO LII.

QVi ſuis malitijs præualuerunt,& ſceleribus aliquam potentiam adepti ſunt, illā conſueuerunt inſulenter iactare,ſeq; perpetuò
E maledictis oblectant,nocere, mentiri, & fraudulenter loqui habent pro ſummis & exquiſitis delicijs. At miſeri non interim ſentiunt, quàm inopinatè & repentè ſint euertēdi fortunis,& caducis bonis huiuſmodi, atq; ab æterna ſalute remouendi,ita vt in terra viuentiū nullū locū ſint habituri. Nos verò Deus Opt.Max. qui tuę miſericordię & bonitati potiſsimū inni timur,oram⁹,vt deletis culpis in quas humana imbecillitate frequenter incidimus, moderato
F animo ſimus, neq; propter vlla dona tua iactabundi efferamur,ſed caſu atq; ſuperborū hominū euerſione,ſapiamus,qui nō Deum ſed opes & mundi fortunas, robur ac firmamentū ſibi cōſtituerunt.Largire quæſumus pro tua clemētia & pietate,vt vni tibi firmiter adhærentes inſtar oleę frondoſæ atq; virentis in Eccleſia tua, fructuoſi viuamus,teq; quod in tuos opulentiſſimè ſis munificus, vti par eſt,celebremus, per
G Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

EX PSALMO LIII.

VEſana impiorum nequitia eò prorumpit dementiæ, vt ſibi perſuadeat, Deum non

eſſe,

eſſe,vnde vitá corruptiſsimè inſtituunt & mo-
ribus perditis atque fœdiſsimis actionibus paſ
ſim contaminantur. Vtq; nullis benefici ſunt,
ita vbique ſua cum aliorum iniuria quærunt.
At Deus,quem ipſi oegligunt, iſta nõ ignorat:
qui licet ſua maieſtate cœlos impleat, idem ta-
men huminum facta diſpicit,inter quos,proh ô
dolor, ne vnum quidem videt, qui probitatis,
fidei & iuſtitiæ ſtudijs teneatur:omnes à recto
deflexerunt, opprimunt imbecilliores,Deum-
que nee iuſtè colunt, neque ritè inuocant. Sed
erit quando hi, qui modo ſunt adeò ſecuri, ve-
bementiſsimo timore exagitabuntur: quique
videutur ſibi fœliciter in ſua impietate agere,
tandem omuibus bonis proturbabuntur, cùm
Deum iratum ſint habituri. Quamobrem te o-
ramus,cœleſtis pater, vt nobis ad te confuglen
tibus velis eſſe propitius,& à vinculis peccato-
rum,quibus conſtringimur, expedias, quò ſo-
lida apud te lætitia exhilaremur, atque tecom
æterna fęlicitate fruamur, per Ieſum Chriſtum
Domiuum noſtrum,Amen.

EX PSALMO LIIII.

QVando tui Deus Opt.Max.dubijs iacta-
tur caſibus, eorumque animi curis gra-
uiſsimis fluctuant, ſepoſitis humanis auxilijs,
quæ doceotur abs te nequicquam ſperari,&
prorſus inania eſſe,te accedunt,vt firmũ robur,
tuumque inuictum numen implorant, idq; ex
imo pectore, vt ſe ab illis eripias, qui ſæui, im-
mites,& animo truculento exurgunt & incitã-
tur iu ſanctos, quos ipſe tibi iu regnum & hæ-
reditatem aſciuiſti: & eò crudelius iu eos deſi-
guant quæque acerbiſsima, quòd te, quem re-
uereantur, nunquam ſibi ſtatuunt ub oculos.
Cùm itaque & uos propter peccata quæ admi-
ſimus, iam ſentiamus nobis imminere pœnas
meritas & grauia ſupplicia,te precamur,vt ſup
plicibos digneris parcere, quos te offendiſſe
pœnitet, & pro tua miſericordia ſtare ab illis,
quaudo à furentibus hoſtibus oppugnantur.
Hoc etſi merita noſtra haud requirunt, oihilo-
minus id tua fides,veritas & promiſsiones pol
licentur. Et voti compotes,carminibus laudis
aſsiduè te compellabimus, gratumq; animum
iu læto piorum hominum cœtu declarabimus,
per Ieſum Chriſtum Dominom uoſtrum,Amẽ.

EX EODEM:

NOmen tuum, Omnipotens Deus, per-
petuò inuocamus, quò præſens tuum au-
xiliom experiamur in his extremis afflictæ
Eccleſiæ calamitatibus, nunc opus eſt vt for-
titudine ac inuicta potentia, qua præditus es,
nos tibi aſſeras è mauibus impiorum. Et licet
vitlati mores atque corrupta vita quam hacte-
nus viximus, id nequaquam mereantur, atta-
men eam ſcimus eſſe tuam miſericordiam, vt
ad te coufugientes, quantumuis miſeros & in-
dignos non aſperneris. propter illam igitur,
non autem pro noſtris benefactis,quæ vt nulla
habemus, ita nulla iactare poſſumus, audias, ô
Deus,preces noſtras & verba quæ corã te votis

A communibus profundimus, clementer admit
tas. Vides quonam pacto alieni abs te in nos
inſorgant,dumque te & verbum tuum non ſi-
bi ſtatuunt ob oculos, Eccleſiam omni conatu
adnituntur euertere. Tu ſis precamur,adiutor,
tu ſeruorum tuorũ animos corrobores, & ma-
la rependas impijs quæ merentur, vt nomen
tuum effusè confiteamur,atque bonitatem paſ
ſim deprædicemus, qoòd ab omnibus oppreſ-
ſionibus ſimus liberati,& in hoſtibus tuis ea vi
B derimus, quæ illis ab omnibus pijs optari de-
bent,per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum
Amen.

EX PSALMO LV.

COgimur Deus Opt. Max. vrgeotibus Ec-
cleſiæ ſummis neceſsitatibus quotidie ad
te clamare: nou enim quieto animo eſſe conce-
ditur, quando videmus & experimur illos qui
Euangelio malè volunt,tàm ſolicitè moliri cre
C dentium tibi euerſionem. Timemus, pertur-
bamur,& horremus,tantùm non cupimus pen
nas columbarum,quib. ex his malis auolando,
tandem in te poſsimus placidè conquieſcere.
Verùm ſic affligi benè conuenit ooſtris pecca-
tis,quibus te diu & grauiter offendimus: illa in
dubitatò hæc nobis accerſiuerunt mala. Sed tu
quæſumus optime pater, ue vitijs & ſceleribus
noſtris plus commouearis quàm ipſi ferre poſ-
ſimus: pro tua miſericordia libera nos à frau-
D dulentis & ſubdolis ſermonibus atque conſi-
lijs: & proſpice, ne ab his plagam accipiat Ec-
cleſia,qui eius quandoque viſi ſunt alumni, &
vnà uobiſcum iu ea dulces tuorum Sacramen-
torum eſcas perceperunt. Nunc ad te clama-
mus,inſtamus importunis precibus, vt qui ſæ-
pè aliàs tuos mirabiliter adiuuiſti, ſic velis in
præſeoti uos redimere ab interitu. Non ſinas
fœdus violari quod tecum habent tui pacifici.
Omnia noſtra onera & graues curas iam ſuper
E te prorſus abijcimus: illa ſimul & nos ipſos tua
potentia digneris ferre. Labimur alioquin
& ſub pondere gemimus, quare tuo præſenti
auxilio ſpes noſtras tenues digneris fouere &
augere, per Ieſum Chriſtum Dominum no-
ſtrum, Amen.

EX EODEM.

GRaues habemus cauſas. Omnipotens
Deus,quibus ad tuum implorandum au-
F xilium perpetuò adigimur. Etenim à mundo,
carne, diabolo, hoſtibus veritatis, & aduerſis
caſibus perpetuò affictamur, quî fit, vt ſæpius
& vehementer optemus plumas & alas colum
barum nobis concedi,quibus hinc ad te quàm
celerrimè auolemas. Nam hic præter te, qui
nos eripiat,habemus neminem, è tantis malis:
imò tàm fallax eſt ſpes quæ in hominibus col-
locatur, vt quos putes tibi magis charitate
deuinctos, illos acerbiſsimos hoſtes experia-
G re. Vbique venenatæ linguæ pios flagellant,
violentia,cõtentiones,iniuſtitia,oppreſsio im-
poſturæ ac doli paſsim graſſantur. Quamobrẽ
ad ta clamamus toto pectore,vt repurgatis no-

ſtris ánimis, deleas culpas qoibus miſerè ſu-
mus commaculsti,nosq́; vni tibi fidentes sſſu-
mere digneris: quippe in te reijcimus onera
& moleitiss noſtras, cumq́ue illis penè ſoceu-
buerimus,precamur,vt nos tua bonitate stqoe
poteotia ſuffulcias, ne collabatur vel ioſirme-
tur ſpes quam io te poſitam habemus, ſed ro-
buſta & cōſtans indies msgis ae msgis euadat,
per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum, Amē.

EX PSALMO LVI.

COnantur, Deus Opt. Maxime, impij ho-
mines nos abſorbere: oppugnant & affli-
guot omnibus viribus ſois. Sed cùm exeelſa
ſit potentia tus præ omnibus principibus &
regibus terræ, ac in te vno ſit ooſtra fiducia,
iam te noſtrū miſereat. Fatemur quod in gra-
uiſsimas offenſiones tuas propter peccats no-
ſtrs incurrerimus, quando Legis & Euangelij
doctrinam abs te nobis propoſitam, adeò mi-
ſerè contempſimus, vt dedecori hsctenus ei
perpetuò fuerimus. Sed modò nobis id ex ani
mo dolet, ac Ieſu Chriſti filij tui noſtriq́; ſer-
ustoris confiſi morte & ſsnguine omnium pec
catorum noſtrorum veniam abs te ſeriò & ar-
dentiſsimis votis imploramus. Cùm etenim
in gratiam nos ſuſceperis, minimè timebimus
quid nobis caro ſaciat. Tu cauſæ tuæ aderis,
videbisque vt tota die religionem tuam & cul
tom tuum impij calumnientur, vtq́ue mala in
populum tuum aſsiduè cogitent. Quando igi
tur iàm iniquè agunt in redemptos tuos, quo-
modo ab ira toa euadent? Tu conſueniſti de-
ponere aduerſarios tuos dum illis ſuccenſes.
Non eſt mos tibi, vt gemitus & lachrymas pau-
perum tuorum obliuiſcaris, ſunt iam in libro
prouidentiæ tuæ deſcriptæ omnes preces no-
ſtræ. Exaudi eas ô Deus cœleſtis pater, cumq́;
te inuocamus impulſi & agitati Spiritu tuo,
hoſtes in fugam conuertas. Eſto pro exercitu
tuo, illum protegas, robores atque confirmes:
ſi tu pro nobis, non timebimus quid nobis ho-
mines faciant Abs te liberati promiſsiones &
verba tua æternùm celebrabimus. Fae Deus, vt
pace atque tranquillitate recuperata, in con-
ſpectu tuo perpetuò verſemor, & ſemper lumi
ne vultus tui dirigamur, per Ieſum Chriſtum
Dominum noſtrum, Amen,

EX EODEM.

DVm hîc viuimus, Omnipotens Deus, id
exigentib. noſtris culpis adeò ſunt nobis
omnia malè pacata, vt mortiſetis impreſsioni-
bus aduerſariarum poteſtatum vndique inua-
damur: imò niſi tu adſis, videmur ſtatim ab-
ſorbendi. Quare vt defendamur, quoties fragi-
les animos vehemens timor occupat, ad tuam
miſericordiam, quæ nitet & fulget quàm latiſsi
mè, ooſtras preces effundimus, quò ſermones
& promiſsiones tuas adeò ſuſpiciamos & ha
beamus in precio, vt illis confirmati quic-
quid triſte, borridum, inſuaue, & aſperum oc-
curreret, forti animo ſuperemus. Tu optime

A pater, vt noſtrss lacbrymas apud te eollectas
& deſcriptss habes, ita cùm innocaris, à cate-
nis & eompedibus ęrumnarum tuos expedias,
noſtrisque, vt bonus es, reatibus expistis, tan-
tum eoncede roboris & firmæ ſpei, vt nulla ma
lorum bominum vi perterreamur: quòd ſi nos
à morte potiſsimùm æterna eripueris, vots lau
dum nomini tuo æternùm reddemus, per Ie-
ſum Cbriſtum Dominum noſtrum, Amen.

B

EX EODEM.

IMplorare quotidie pergimus, Omnipotens
Deus, miſericordiam tuam, quando abſor-
bere conantur Eccleſiam ij, qui eam nunquam
deſiſtuot varijs modis oppugnare, qui non
ſunt numero pauci, & viribus vltra modum
inualeſcunt. Neque aliud eſt quod oobis ma-
gis terrorem incutiat, quàm ipſamet peccata
noſtra, quibus & te grauiſsimè offendimos,
& nos tuo fauore prorſus indignos reddidi-
C mus. Attamen, quæ in te ſingularis eſt clemen
tia, ſperare non deſiſtimus, promiſsiones tuas
habemus ob oculos, quarum ſermones & ver-
ba laudamus, approbamus, & quantum poſ-
ſumus fide complectimur. Fac igitur optime
pater, vt noo plus quàm oporteat, quod no-
bis caro poſsit officere, vereamur. Scimus im-
pios iam vbique nos calumniari, in ſanctam
doctrinam intendere omnia eorum cogitata:
obſeruant & captant omnem occaſionem de-
D moliendi Eccleſiam. Tu autem, ô Deus, in-
nocationes & gemitus fidelium tuorum ne
deſpicias, nos corrobores & ita confirmes, vt
quid bomines facturi ſint nobis, nihil more-
mur. A lapſu & exitio liberes animas noſtras,
quò & nunc & poſt hanc vitam detur, vt frua-
mur tuo fœliei atque beato lumine, per Ieſum
Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

EX PSALMO LVII.

E CVm, Deus Optime Maxime, præter te
vnum aliud minimè ſuperſit refugium,
tibi omnem noſtram ſalutem committimus
defendendam, quò abs te protegamur, donec
efferueat iſte furor illorum, à quibus violen-
tiam Eccleſia tua patitur. Propterea nomen
tuum æternum inuocamus, cuius authoritate
atque potentia cuncta effici liquet omnibus
pijs. Fac, precamor, ne obſteot bonitati tuæ
peccata noſtra, quæ vt grauiſsima & infini-
F ta eſſe confitemur, ita oon ambigimus di-
mittenda nobis eſſe, per vnicum mediatorem
noſtrum Ieſum Chriſtum, cuius fauore tui
non ſolùm in cœlo ſeruabuntur: ſed pro tua
fide & bonitate, ignominia tandem afficien-
tur, quicunque fideles tuos annituntur op-
primere. Tu ipſe vides, optime pater, vt inter
leones, in medijs flammis, inter arma robu-
ſtiſsima, & linguas maximè nocentes coga-
tur perpetuò degere illius Eccleſia. Quam-
G obrem ad eius ſalutem efferas atque declares
potentiam tuam, vt laquei, & inſidiæ ſanctis
tuis inſtructæ, noceant demum tantummodo
autoribus: nobis verò digneris attribuere firmű
eor,

eor, & animũm conſtantem ad te confitendum & prædicandum. Tantam enim agnoſcimus atqne ſcimus eſſe tuam bonitatem, vt non ſolùm voee, ſed fidibns, cythara, & omni landum forma ae ratione ſit eelebranda, quæ vltra nubes ad cœlum vſque pertingat. Eaque vt indies anctior fiat magisq́; intelligatur, noſtro quoq; hoe tẽpore, te attollas, & vim tuá ad nos protegendos demonſtres, per Ieſum Chriſtum Dominnm noſtrum, Amen.

EX EODEM.

IN ærnmnis & extremis calamitatibus nihil magis, Dens Opt. Max. animum releuat & conſolatnr, atq; fidueiæ anehora, tuæ bonitati quàm firmiſsimè hęrere. Quare non immeritò, eùm ſemper æſtnemus & ineendamur noſtris vitijs, te aeeedimus, teq́; pręgrauati ſarcina peccatorum, quotidie inuocamua. E cœlo nobis qnæſumus demittas opem, alioqnin non vixerimns tuti à leonibua, lanceis, iaculis, & doloſa lingua, qnibua à ſatana miris modia oppugnatur Eccleſia. Te ipſnm efferas, tuasq́ue infinitas vires, nos eripiendo declares. Ita enim bonitas & fidea tua, quæ nubes & cœlos longè ſnperãt, ſna ingenti magnitudine perſpicuè apparebũt, nosq́; debitas agendo gratias pro ſalute impetrata, lætabundi & nomen & laudes tuas æternùm congeminabimua, per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

EX EODEM.

DVm ita coarctatur Eccleſia Omnipotens Deus à tni nominis atq; doctrinæ hoſtib. tibi vni fidimus, atq; ſub alarum tuarum protectionem cõfugimus: ad te clamandum eſſe perpetnò agnoſcimns, eùm tu vnus eauſam noſtrã valeas expedire. Non diffitemur adeò mala eſſe noſtra merita, vt inre optimo præſentibus ealamitatibus tantùm non conficiamur: nihil bona fide pręſtitimus, quòd nomine & ſpeeie profeſsi ſumus. Verùm tuum eſt, ô Deus, cùm ſis ipſa bonitas atque miſericordia, confugientes ad te non reijcere. Mittas, precamur, de cœlo tuum pręſidium, quò tnos fideles eripias ab impiorum opprobrijs. Rnginnt Antichriſti cõtra Eccleſiam inſtar leonum, ae redduntur indies magis inflammati odlo verbi tui. Efferas igitnr optime pater, & conſpicuam faeias gloriam, qua es præ omnibus illnſtris: diſsipa retia, imple foueas, & dolos redde inefficaees quos intẽdunt aduerſus Euangelium, quò noſter indies magis atque magis confirmetur animus ad te confitendum, eelebrandum, & ſuper omnia efferendum, per Ieſum Chriſtum Dominnm noſtrum, Amen.

EX PSALMO LVIII.

A Mundi prineipibus, Omnipotens Deus, Eceleſia peſsimè diuexatur, cùm de diuinis & cœleſtibus rebus non ſanè indieent, qui iniquitatem perpetuò verſant in animo, ae moliuntur ſolummodo violenta contra electos tuos. Sed quid illi ſecus faciant? cùm ab ortu
A improbi ſint editi in lucem, venenũmq́ue habeant noeentiſsimum inſtar ſerpentinm ſibi à natura inſitum, quòd nullis exhortationibus aut verbis Dei potuit vnquam illis adimi: etanim ea non aliter à ſe depellunt, atque aſpides carmina magorum deuitant. Vt igitur à tàm ferocibus inimicis tuæ fidei atque doctrinæ affligeremnr, peccata noſtra probè cõmerita ſunt. quæ nunc & fatemur, & oramus, vt pro tna miſericordia nobis ignoſcantur. Deinda illud
B quoque à te petimus, vt ipſe leonum dentes eonfringas atque demoliaris: vt aqua diffluant, ſint veluti ſagittæ confractæ, neque plus fidelibus tuis noceant atque limax quæ in ſua teſta contabuerit: debilitentur vt fœtua immaturi, & demum effetueſcant illorum impetus, quem admodum flamma è ſpinis concitata facilè reſtinguitur. Tuos iuſtoa verò, ô Deus exhilares, vt perſpectis vltionibus ingentibus, qnas ipſe de aduerſarijs tuæ religionis ſumpſeris, fructũ
C videant eſſe repoſitum fidelibus tuia, confirmeturq́ue ipſorum probitas, eùm agnouerint in terris exercere abs te ſeuera iudicia, per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

EX EODEM.

ANtiehriſtus & omnia eiua membra, Deus Opt. Max iam nibil aliud voluunt animo contra Eceleſiam tuam, quàm iniquitates & in
D iuſtiſsima cogitata, cumq́ue ſpeeiem ſibi faciãt & haberi velint Concilium pietatis atque religionis, re tamen ipſa nil molinntur niſi mendacia, & abs te ſunt alieni ab ineunte ætate, ſemperq́; hactenns delectati ſunt terroribus. Nuno demum venenum eupinnt euomere quod inſtar aſpidis paratum habent, neque verbis tuæ ſanctæ ſcripturæ ita potuerunt exeantari, vt à ſuis prauis ſtudijs deſiſtere voluerint. Nos qnidem, cœleſtis pater, non ij ſumua qui ab illis
E propter noſtra malefacta non mereamnr perdi, quandoquidem viam veritatis & vitę habuimus, quæ tua fuit miſericordia, benè cognitam, verũ ab illa ſemper deflextmus ad prauas cupiditates, Sed tu ex gloria & dignitate nominis tui agas nobiſcum, neque, quòd ipſi meriti ſumua, ſed quod tuis promiſsionibus eſt nobis annunciatum, digneris rępendere. Adnerſariorum tui nominis àtque doctrinæ eonatus, vires & potentiam confringas, atteras & omnino reddas ineffieaces, quò iuſti ſo-
F lidè gaudeant cùm ſuam cauſam abs te ſuſeeptam viderint, dumq́ue recto iudicio egeris, eſſe aliquem fructum iuſtitiæ ſentiant, per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

EX EODEM.

SVnt, Omnipotens Deus, ita eorrupti & perditi impiorum mores, vt parũ admodũ vel nihil ſani relictum videri poſsit illorũ iudicija:
G dolos nectunt, vim inferunt, iamq́; inde à teneria & abs te deſecerunt, & ſuia inueteratia malefieijs obnoxij viuunt: feritate, cordis duritie, rabido furore, æſtuãti animo, atq; indomita

crudelitate conferri poſſuot ſerpentibus, leo-
nibus, & cuiuis generi truculentorum anima-
lium. Rogamus itaque ne incidamus, vt mereu
tur noſtra peccata, in id veſaniæ, vt te deſerto,
qui omnium bonorum fons & origo es, illis
fidamus & innitamur: qoodq́; foret æquè per-
nicioſum, illorum iodicia & ſenſus ne ſimite-
mur. Fac nos, quæſumus ab illis omnioò diſ-
ſentire, atque interim hebetentur eorum nocé
di vires, quò veluti exarmatis, etſi non deſit cu
piditas nocendi, & facultas & conſilium eorũ
libidini ac impotentiæ ſubtrahatur. Pereant in
momento illorum conatos, ac lætetur piorum
Eccleſia, cùm te intelligat, & iuſtis iuſtitiæ fru-
ctus reddere, & ab impijs, vt malè ſunt comme
riti, pœnas repoſcere, per Ieſum Chriſtum Do-
minum noſtrum, Amen.

EX PSALMO LIX.

A Te vno poſcimus liberari, omnipotens
Deos, cùm ab hoſtibus tuæ doctrinæ atq;
religionis grauiter premamur: tuom eſt iam à
prauis hominibus nos defendere, qui cædi ve-
heméter inhiant, & ad tollédos è terra ſanctos
tuos, vires atque potentiam magnis conſpira-
tionibus auxerunt. Propter ſcelera aut crimina
quæ plurima confitemur admiſiſſe, haudqua-
quam nos inuadunt, ſed odio tantummodo pi-
etatis atque religionis accurrunt, vt ſeſe ad no-
ſtram perniciem tum callidè tum violenter in-
ſtruant. Sed tu, ô Deus, qui omnibus imperas
creaturis, ignoſcas primùm quicquid in te de-
liquimus: excitare deinde, atque piorũ cauſam
tandem cogooſcas. Vagantur, fremunt inſtar
canum, omneſque regiones circomcurſant ho-
ſtes crudeliſsimi: cumq́ue noſtris de rebus a-
gunt, duntaxat arma & gladios loquuntur. Ve-
rùm tu Deus eos rideas ac ſuſpendas naſo: abs
te opem tantummodo expectamus, qui nobis
pro arce ſis & munitione firmiſsima. Commu-
nices ita Eccleſiæ tuam admirabilem bonita-
tem, vt in hoſtibus pietatis optata videat. Non
ratione vulgari eos perdas, verùm tali ſuppli-
cio, vt populi non facilè obliuiſcantur. Propter
flagitia, mẽdacia, periuria, quib. inuoluti ſunt,
vagos atque mendicos perpetuò eſſe facias: cõ-
ſumas eos tandem, conſumas inquam vt fiant
vulgi fabula. ſciatur ab omnibus te verè Eccle-
ſiæ tuæ Deum eſſe, in qua te celebreris magni-
ficè veluti firmum robur, tutumq́; præſidium
omnibus qui ſyncera fide nomen tuum inuo-
cauerint, per Ieſum Chriſtum Dominum no-
ſtrum, Amen.

EX EODEM.

C Ircumſepti humana infirmitate, Omnipo
teos Deus, & grauium peccatorum cathe
nis animo conſtricti, miſericordiam toam quo-
tidie imploramus, quò beneuolus & placatus
ad nos audiendos inflectaris: tentamur, inuadi-
mur, & oppugnamur miris modis ab aduerſa-
rijs poteſtatibus. cumq́; hîc noſtræ naturæ vi-
res prorſus langueant, ac inutiles omnino de-
clarẽtur, tu, ô Deus, excitare, & quicquid noſtrę
A ſalnti obſtat, digneris tua potentia proſternere,
tandemq́; rideas & ſobſanes eum qoi maouít
ſe tuæ voluntati opponere, quàm ſe illi, vt de-
cet, accõmodare. Robur ſalutis in te vnicè col-
locauimus, qui te noſtrũ bonum eſſe minimè
ambigimus. Ideò quamuis tui nominis aduer-
ſarij nos circomcingant, & quodammodo cæ-
cis tenebris offuſis nos obſideant, freti bonita-
tate tua, ſperamus baud nobis, ſed ipſiſmet ob-
futuram eſſe illorum malitiam. Sit itaq;, vt fore
B ſperamos, tua bonitas pro arce, refugio ac pro-
pugnaculo nobis, qui tuum eximium decus, &
inſignem clementiam & celebrare & prædica-
re vehementer cupimus, per Ieſum Chriſtum
Dominum noſtrum, Amen.

EX PSALMO LX.

C Onſueuiſti filios tuos, Deus Opt. Max. nõ
nunquam paterna ſeueritate caſtigare,
quò coofecti tandem aduerſis caſibus, & ærũ-
C mnis fracti ſe peccaſſe intelligant, & ad te an-
helantes expediri cupiant illis vitijs quibus
antea mergebantur: ibi tu vt bonus es & infini
tè amabilis, te ipſis totum placatum atq; pro-
pitium denuò exhibes. Quamobrem oramus
cœleſtis pater, vt nobiſcum identidem hoc tuũ
antiquum retineas, atque ex mœroribus, & fle-
bili calamitate, quam nobis quotidie peccata
noſtra conciliant, ſupplices tuos digneris exi-
mere: quòd futurum minimè dubitamus, cum
D mentibus noſtris baud effluxerint quę fidelib.
promiſiſti. Hinc redditur aoimus, hinc exhila-
ramur, hinc denique ſumus perſuaſi, vt qui o-
lim videri potuimus abs te reiecti, in gratiam
verè ac ſolidè recepti ſimus. Pergas itaque, fer
auxilium, quò tuo præſidio freti, rem ad tui no
minis bonorem fortiter geramus, per Ieſum
Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

EX EODEM.

E S Æpius videris, Deus Opt. Max. fideles tuos
abs te repellere, & quaſi eis vehementer ſis
iratus, in diuerſas partes diſijcere: ſed rurſus ꝑ
tua bonitate illis cõciliatis, ad eos fauoré atque
beneuolentiã tuã rurſus deflectis. Quamobrẽ
fiducia in nobis excitatur, vt qui terrã noſtro
hoc tempore viſus es cõcutere, atq; eius habita
tores diſſoluere, nouo & inuſitato pauore, ſis
eius volnera ſanaturus. Et quãuis interdũ velis
duris & acerrimis caſibus exercere populum
F tuum: nõ ſecus atq; ſi venenato poculo eum po
tares, attamen his qui te renerentur de impro-
uiſo extollis vexillũ ſalutis, vt ad implendum
promiſſa tua, ſub eo feliciter viuãt. Nunc itaq;
oculos auertas à peccatis quæ admiſimos: ete-
nim haud inficiamur nos iniquè & peruersè e-
giſſe, ſed cũ pro tua clemẽtia, te inuocãtib igno
ueris, adſis vt cõſueuiſti tandẽ Eccleſiæ, ac eam
ſerues dextra toa. Tuq́; ô Deus, qui nos ad tẽ-
pus viſus es repuliſſe, iam egrediaris, teq́; exci-
G tes vt nobis opem feras: nam tuũ non iniuſtè
imploramus auxiliom, qui humanas vires ina-
nes eſſe experientia ipſa edocti ſumus. Iuoa ita-
que tu eos qui in te repoſitam ſpem habeut. da
vt

Digitized by Google

vt fortiter faciant, quò per te de hoſtibus ſuis victoria potiamur, per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

EX PSALMO LXI.

PReces, quas tibi fundimus, Deus Optime Maxime. quòd ſumma premamur anxietate, propter graues, quas patimur, tentationes abs te, vt egregius es pater & mira pietate inſignis, audiri cupimus: ne miſerè perire ſinas famulos tuos, in quibus diabolus extingui gratiá & dona tua ſepeliri molitur. Idcirco apud te munimentum & fidam arcem eſſe patiaris, ad quam cum noſtris viribus non valeamus conſcendere, tu ita fauore aſpires, vt ad tabernaculum tui conſpectus, & ſub protectionem alarũ tuarum euehamur, & hoc pacto à limine & faucibus mortis liberemur. Violauimus quidem legem tuam, & ſanctũ Eccleſiæ corpus noſtris peccatis conſceleranimus: verùm dum hoc fatemur, & abs te miſericordiam imploramus, leuamen ſanè magnũ experimur. neque iam tua bonitate freti, vllos timemus acerbos caſos, quin potentius ardenti amore flagrat animus, cũ te celebrandi, tũ etiam reddendi cumulatiſſimè quæ ex noſtra profeſſione tibi debentur, per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrũ, Amen.

EX PSALMO LXII.

CVm te, Deus Opt. Max. perſuaſum habemus noſtrum propugnaculum, arcẽ, præſidium & ſalutem eſſe, tranquillum & pacatũ animum vel in medijs calamitatibus retinemus. Nam diabolum & membra eius, quicquid moliantur aduerſum noſtram fœlicitatem, ſucceſſu deſtituendum non dubitamus: quicunq; tuæ voluntati ſe opponunt, ſubſiſtere non valent, atque eos demum expectatio fallit. Te itaque rogamus, vt deletis culpis, quas vt infirmi ſumus, non infieiamur complures incurriſſe, noſtram defenſionem, vt hactenus conſueuiſti, proſequaris. Quandoquidem te adiutore mundanorum hominum terrorem omnem excutimus, vt quos agnoſcamus vanos eſſe, ſiquidem vanos, vt ſi trutina explorentur, ipſa inanitate inaniores comperiri valeant. Eosque vt non timemus, ita etiam precamur, vt omnis noſtra fiducia, & à malè partis diuitijs, & à florentibus opibus abſtrahatur, teq; iuſtum, clementem, & inuictæ potentiæ ſemper eſſe ob oculos habeamus, per Ieſum Chriſtũ Dominũ noſtrũ, Amẽ.

EX PSALMO LXIII.

IN hac vita, Deus Opt. Max. vbi omnia ferè acerba, horrida, trucia experimur, te vnum ſuſpiramus, cupimus atq; vehementer ſitimus: ſingularem virtutẽ tuam ac eximiũ decus perſpicuè vellemus contemplari, quandoquidem illa notitia nil beatius, nil iucundius nil ſuauius mortalib. poteſt obuenire. Nobis per te liceat, cœleſtis pater, dum gratias agimus de collatis beneficijs, nomen tuum aſsiduè prouehere, ac votis precibusque flagrantiſsimis perpetuò abs te rogare, quæ cùm ad tuam gloriam tũ ad

A noſtram ſalutem conducant. Hæ planè meræ
delitiæ ſunt piorũ hominũ. ibi ſolida ac vera læ
titia exaturatur animus, cũ vel media nocte in
ipſo ſtrato bonitatis tuæ non obliuiſcitur. Sed
obſtant huic noſtro bono culpæ, in quas & in-
firmitas & ignoratio nos impulit, quas oramus
pro tua miſericordia, deleas: ſis nobis, vt cœpi-
ſti auxilio, protege alis tui fauoris, tibique no-
ſtros animos perpetuò agglutines. Qui verò
tuæ gloriæ, pertinaciter & obſtinatè reſiſtunt,
B in profundam exitij voraginem præcipites
eant: nos verò tuo ſolatio ac auxilio æternùm
lætemur ac gloriemur, per Ieſum Chriſtum
Dominum noſtrum, Amen.

EX PSALMO LXIIII.

NI ſupino animo ſimus & omnino ſtupidi
cœleſtis pater, excitamur quotidie ad te
noſtris precibus inuocandum. Satan quippe
& eius mali ſatellites noſtram perniciem diu
C noctuque vrgent, & carnis importunitas aſsiduè
nititur in mandatorum tuorum tranſgreſsio-
nes præcipites agere. Cùm itaque doloſa lin-
gua, fallacibus verbis, acutiſsimis ſtimulis, &
mortiferis iaculis vndique noſter animus lan-
cinetur, ac noſtræ vires prorſus deiectæ ſint &
langueant, ad te verum ſalutis portum con-
fugimus, precamurque, vt cùm intelligas ob
peccata & culpas admiſſas nos malè & labo-
riosè diuexari, pro tua indulgentia remittas
D & ignoſcas quicquid labis & reatus adhæret,
atque ita nos protegas & tuearis, vt omnia one-
ra, quibus grauiter premimur, in te reponas-
mus. Sic iurè gaudebimus, neque nos pœnite-
bit, imò gloriabimur quòd tuæ fidei nos totos
commiſerimus, per Ieſum Chriſtum Domi-
num noſtrum, Amen.

EX PSALMO LXV.

TOt ac tanta, Deus Opt. Max. ſunt in o-
E mnes mortales tua benefacta, vt vbiq; ac
ab vniuerſis gloria, laus, & celebritas tuo no-
mini debeatur: quid enim iucundius eſſe po-
teſt hominibus, quàm abs te facilè audiri, cùm
pro ſuis neceſsitatibus te inuocant? Quo alio
bono gaudere nos magis oportet, atque quòd
placatum, propitiumq́ue te reddas noſtris
iniquitatibus? Curúe non ſumus felices,
quos in ſacro cœtu tibi dignaris adiungere, &
& ſpiritualibus bonis delicijsq́ue cœleſtibus
F exaturare? Omnibus planè creaturis pro-
pter tuos electos benignè facis, montes confir-
mas, placas maria, populorum tumultus com-
ponis, atq; ſplendore cœleſtium ignium recre-
as & illuſtras magna lætitia colonos orbis. Das
opportunas & tempeſtiuas pluuias, quib. ſolũ
redditur pingue, agriq́ue omni fructuum genere
conueſtiuntur: vnde cùm animalia tum ho-
mines affatim habent vnde veſcantur. Qui
itaq; tantorũ bonorum es author, nobis & hoc
G tribuas, vt meritas agamus gratias, & quæ
nobis abs te dantur, ſalutariter vſurpe-
mus, per Ieſum Chriſtum Domi-
num noſtrum, Amen.

EX PSALMO LXVI.

EA eſt, Deus Opt. Max. tua potentia & inuictum robur, vt hoſtes tui nominis & gloriæ, quantumuis aduerſari tibi conentur furenti rabie, ſoleas tuo imperio demum ſubiugare: quòd pij expendẽtes apud ſe ipſos, te adorare, efferre laudibus, & fideliter colere optatiſsimũ habent. Vt enim filijs Iſrael quondam mare aperuiſti, ac auertiſti Iordanis vndas à conſueto fluxu, illorumque hoſtes, qui alioquin videbantur indomiti, ex auitis ſedibus expuliſti: ita precamur vt modò pro charis tuis agere velis, cœleſtibus donis floreant, nõ labantur exercitio tentationum, ſed aduerſis caſibus explorati, excocti, ac depurgati ſplendore virtutum radient, poſt afflictiones atque animi æſtus refrigeria ſint illi abs te, qui genitor eorum es & creator, præparata, quò demum vota laudum & carminum celebrationem tibi exoluant. Agite quæſo illum vereamur atque colamus, commemorando quàm diligentiſsimè beneficia quæ nobis pro ſua bonitate præſtitit, vt noſtra gratitudine prouocatus, preces in poſterum benignius faciliuſque audiat, per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

EX PSALMO LXVII.

QVædoq; res, Omnipotens Deus, à mortalib. vehemẽter optantur, videlicet vt grati ſint numini tuo, atq; ſplendore & lumine tui vultus illuſtrentur, eas nobis deficere propter admiſſa peccata experimur: precamur itaque vt medicina tuæ miſericordiæ curentur noſtra vulnera, quæque ipſi peccauimus tuus fauor ignoſcat, ac tenebras, quas ipſi nobis conciliauimus tua iucundiſsima lux diſcutiat. Quam cauſam ſi obtinuerimus, facilè agnoſcemus, licet huius vitæ mortalis circumfuſi tenebris, conſilia, inſtituta, & rationes quibus omnia regis, tueris, defendis atque conſeruas, tuiſque bonitate & fide infinita mirabiliter conſulis. Quibus animaduerſis & benè perſpectis, cum vniuerſis populis te celebrabimus: iucunda quoque perfundemur lætitia, quòd omnes rationes, prouincia & regna iudicio recto & exquiſitiſsima æquitate adminiſtres. Id ſi ab omnibus, publicè, vt eſt, intelligeretur, ab omnibus publicè laudareris. Da itaque optime pater, vt hæc duo impetremus, neque illis graueris adijcere fœlicem terræ prouentum. quò enim charis tuis magis benignè feceris, eò in omni orbis parte plus timeberis atque impenſius coleris, per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

EX PSALMO LXVIII.

ATe, Deus Opt. Max. qui fons & origo es omnium bonorum, cùm ſalus tùm etiam omnia commoda vitæ in nos dimanant, tantiſque beneficijs tuos perpetuò ornas & oneras, vt ſubducere illorum numerum ſit impoſsibile: ſed illud imprimis non videtur ſilendum, quòd noſtra bella aduerſus peccatum, mortẽ, diabolum & omnia mala ipſe tam fœliciter &
A auſpicatò pugnaueris, ita vt capitales hoſtes
noſtræ ſalutis te præſentem ſenſerint cùm vinceres, frangeres, & pœnas ab illis repoſceres. Quare tibi deberemus aſsiduè gratias agere, pſalmis, laudibus, pijs cantionibus, & omni genere carminum. Quod ne maligoè à nobis fiat. ſed animo vacuo atq; ſoluto carnalibus curis, precamur vt ignoſcas quę vel per ignorationis tenebras, vel imbecillitatem animi commiſimus: atque poſthac, vt hactenus continenter fi-
B deles tuos defendiſti, perge nos tueri à fraudib.
& inſidijs aduerſariarum poteſtatum, quò & agnoſcaris ab omnibus ita fauere credentibus, vt illis robur & fortitudinem inſuperabilem affatim ſuppedites; per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

EX EODEM.

CVm ea ſit vis tua, Deus Opt. Max. vt nulli quãtumuis potentes inimici aduerſum
C te valeant ſobſiſtere, te rogamus pro tua miſe-
ricordia, vt in noſtrum auxilium potentiſsimè ſurgas. Experti ſunt filij Iſrael tuam præſentiã, quando erat illis cum hoſtibus confligendum, ſalutarem ſibi perpetuò fuiſſe, quamuis reges & exercitus inſtructiſsimi aduerſus illos concitarentur. Cùm itaque tu altum potentiam atq; virtutẽ tuam extuleris, nõ dedigneris, obſecramus, ad nos vultũ tuũ conuertere, qui aſsiduè cum Satana & carne ac eius cupiditatibus col-
D luctamur. Agnoſcimus ſanè tibi vni ſalutem
eſſe aſcribendam, ideo ad te qui fons & radix es omnis boni confugimus, precamurque vt à malis quæ circumſtant, erepti, laudes, vt meritum eſt nomen tuum, enarremus, per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

EX EODEM.

TAnta eſt vis tua atq; potentia, Deus Opt. Max. vt cum te commoues atq; excitaris,
E è veſtigio diſsipentur, atque agantur in fugam
quicunque tuum nomen tuumque regnum odio proſequuntur: quare neque hoc tempore dubitamus, vt diſpellitur fumus & diffluit aura, vires eſſe diſſoluendas cùm ſatanæ tùm etiam membrorum eius, qui vndique tuos oppugnare non deſinunt. Atque ideo fideles manet ingens voluptas & ſumma lætitia, cuius & ipſi vt valeamus fieri compotes, enixè precamur, vt ſarcina peccatorum, qua ſumus graui-
F ter onuſti, releues, tibi cõcilies, & Spiritu ſan-
cto largiter dones. Cùm pater ſis orphanorum & vindex eorum qui miſerè opprimuntur, nos quoque digneris ex compedibus iniquitatum noſtrarũ aſſerere, neq; minus tueri, atq; filios Iſrael in deſerto protexeris. ſumus vt vides, peccatis plurimũ deformati, adſit itaq; ſplendor fauoris & gratiæ tuæ, quò noſtri animi ad ſupremã felicitatẽ & illuſtrentur & reformentur, per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

G

EX EODEM.

EA eſt tua ſapientia, Deus Opt. Max. vt quemadmodum ad ſeruandum tuos, ita etiam

etiam ad perdendum impios vias innumeras & modos infinitos habeas. Quare dum tuos re ſtituis, & à peccatis & à ſatana oppreſſos, ac ex inimicis tuis amplas & illuſtres victorias repor tas: ille citra omnem controuerſiam meretur, vt quotquot ad Iſraelem germanè ac legitimè pertinent, laudes tuas & triomphos ingenti cum lætitia celebrent. Rogamus itaq; te per tuam eximiam & inſignem potentiam, vt quæ in nos munera ſalutis cœpiſti cooferre, ſucceſſu fœlici indies magis ac magis augess, quò tibi, qui ſuper cœlos nobili triumpho veheris, non brutorum animantium victimas, ſed nos ipſos holocauſta grata & inculpata offeramus, quò & nobis & omnibus teſtatum relinquatur, tui vnius eſſe ſummam fortitudinem & infinitam magnificentiam, quibus electos ad optatam fœlicitatem adducis, per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

EX PSALMO LXIX.

IActatur & agitatur, Omnipotens Deus, imbecilla hominum natura quotidie infinitis calamitatibus: neque id videretur tantoperè dolendum, ſi in hac fortuna communi, qui te fideliter colunt, non cæteris grauios afflicti & affecti conſpicerentur. Verùm ita ſe res habet, vndarum tempeſtas, lutum tenax, profundi & vorticoſi fluctus tentationum, tibi credentes & fidentes tantùm non præfocaot. Quæ ipſi, quantum ad ſuum commodum attinet, vt æquo animo & patienter ferant, ſaluti certè infir morum, qui hæc fieri vident, non multum cõſulitur, niſi tu pro bonitate & clementia, qua es præditus, citò ſubuenias: ita quod videtur debilitatos animos confirmaſſe, mirificè recreabit. Quòd ſi, vt confidimus, noſtras audieris preces, noſque ſicut petimus è tantis periculis eripueris, profectò habebunt hæ tribulationes fructum non pœnitendum. Des igitur quæſumus, optime pater, vt qui tuæ gloriæ zelo propè conficiuntor, abs te impetrent, vt precantur, cùm tui regni amplificationem, tùm etiam eorum ſalutem qui illud oppugnant, per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

EX EODEM.

EA, Deus Opt. Max. clementia & bonitas tua fuit erga homines, vt pro eorum ſalute, filium tuom Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum ſis paſſus extremis opprobrijs & ſummis contumelijs affici, ita vt etiam cum ſuprema hora vehementer ſitiret, potum non ei porrexerint, niſi acidum & amariſſimum. Nos iſta ſi obliuiſcamur, aut fide nos prorſus deſtitutos eſſe indicamus, aut odioſiſſimæ ingratitudinis reos facimus. Habemos ob oculos grauiſſimam vltionem quã de illis impijs tandè ſumpſiſti, qui in filiũ tuum dilectiſſimũ tantoperè ſæuierunt, & exemplo nõ mouemur, vt noſtris maleſactis, & vitę prauitate abſtineamus, quib. ille, quò plus nunc illuſtris eſt atque ſublimis, quã tunc fuerat, eò magis, quod ad nos attinet, iniurijs & opprobrijs afficitur. Oramus itaque

A & obſecramus vt nobis, qui eius nomen & cultum profitemur, mentem ſaniorem, & meliora ſtudia digneris afflare, per eundem met Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

EX PSALMO LXX.

IDcirco, Deus Opt. Max. noſtris quotidianis inuocatiooibus in tuam fidem miſericordiamque confugimus, quòd nil videamus in hac vita aut periculis vacare, aut ab hoſtibus
B noſtræ ſalutis tutum eſſe, per quorum malitiá, fallacias & crudelitatem, omnia infeſta, inimica atq; moleſtiſſima experimur. Cumq; nobis haud leuium culparum ſimus conſcij, & ſumi pœnas à tua iuſtitia de peccatis oon ignoremus, precamur, vt bonus es, quæ turpiter admiſimus, abs te nobis ignoſci, & quæ nobis vltio iure & meritò deberetur, vel prorſus tolli, vel benignè atque clementer mitigari. Ita erube-
C ſcent & pudefient, cùm nos iuueris, quicunq; tuo cultui, quem nos profitemur, aduerſantur: è diuerſo autem ſtudioſi tui nominis gaudebunt & lætabuntur. Non itaque auxilium ferre diutius cuncteris, ne impij, quod facere parati ſunt, id nobis etiam atque etiam exprobrent, per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum, Amẽ.

EX PSALMO LXXI.

QVoniam perſpectum nobis eſt, omnipo-
D tens Deus, io tuam protectionem confugientibus promptum atque paratum ſubſidium perpetuò extare, ideò in te vno omnem noſtram fiduciam collocamus, vt, à quo ſemper eſt auxilium implorandum, ad eundem noſtra fides & ſpes conteutiſſimè dirigatur. A prima ætate iuuas, foues, & ornas eos qui te colunt, ita vt ſi quandoque videaris illos deſerere, id oſtento haberi ſoleat. Itaque confidimus, cum nobis à conceptu & vtero ſemper adfueris, neq;
E decrepita ſenectute aut extremo tempore vitæ defuturum: vnde quas tibi debemus laudes & gratias, eas quotidie agimus, agemusque, vt ſperamus æternùm, cùm tuorum meritorum in nos non ſit numerus: quoq; plus tua bonitas & magnificentia celebratur, eò plus omnem vim laudum exuperare cognoſcitur. Attamen cæteris beneficijs id quoque adijcias obſecramus, vt qui tuis aliquando acerba oſtendis & aduerſa, ipſe idẽ & conſolari & recreare digne-
F ris, per Ieſum Chriſtum Dominũ noſtrũ, Amẽ.

EX PSALMO LXXII.

QVandoquidem iuſtiſſimum ſumus habituri iudicem D. noſtrum Ieſum Chriſtũ, par eſt, vt illum perpetuò & timeamus & reuereamur. Nam is cùm in præſentia quoque à patre ſummam poteſtatem habuerit, id maximè curat, vt iuſti roborentur, eiusque cultum & inſtaurent & quàm latiſſimè promoueant. Rogamus itaq; cœleſtis pater, vt priuſquam ad eius tribunal adducamur iudicandi, à peccatis, quibus obnoxij ſumus redimamur, & ita regenerati illius ſpiritu, bonis operibus abundemus, quò nõ ſimus ob maleſacta condemnandi.

P

Quod ſi robuſta firmaque fide nos conſequu-
tos eſſe perceperimus, nos verè beatos atq; ſoli
dè fœlices ob id cenſebimus, atque tuum no-
men gloriamque ſummis laudibus efferemus
& celebrabimus, quò, ſi fieri poſſet, vniuerſa
terra tui cognitione impleatur, per Ieſum Chri
ſtum Dominum noſtrum, Amen.

EX PSALMO LXXIII.

QVanquam, Deus Opt. Max. ſit ingens
bonitas tua erga illos homines qui te iu-
ſta ſynceraque pietate reuerentur: attamē im-
piorum fœlicitas, vt eſt imbecillitas humana,
ſæpius oculus electorū tuorū perſtringit. Dū
enim illis cernūt omnia proſperè & ad votum
ſuccedere, qui omnia iura tàm humana quàm
diuina contemnunt, & eò prolapſi ſunt impie-
tatis, vt iam noſtra te non curare, & cogitent
& impudentiſsimè proferant. Fac obſecramus
ne pedes noſtræ fidei nutent, ipſe manum ca-
ſui noſtro ſupponas, atque ita os & cogitatio-
nes reprimas, ne putare incipiamus vanum &
inutile ſtudium te colendi. Robora vt patien-
ter & Chriſtiana tolerantia expectemos exitū
atque ſucceſſum extremum rerum. Tum, cùm
prodibit ſummum iudicium tuum, apparebit
quanta iuſtitia res omnes adminiſtres. Interim
etiam concedas, vt nullo alio deſiderio magis
teneamur, quàm vt indiſſolubili nexu tibi ani-
mi noſtri adhæreant atque iungantur, per Ie-
ſum Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

EX PSALMO LXXIIII.

SI contigerit, Omnipotens Deus, quod ſæ-
pè fieri non dubitamus, vt noſtris peccatis,
quæ ſubinde admittimus, iram tuam in nos
prouocemus, grauiaque flagella quibus corri-
piamur, accerſamus: Tu, quæſo, ſis memor tuæ
bonitatis & promiſsionum, quas noſti iam nos
fide apprehendiſſe, neque in poteſtatem aduer
ſariorum noſtræ ſalutis tuæque gloriæ tradas
animas noſtras. Quandoquidem illi aliud non
adnituntur, niſi vt opera tua vel demoliantur,
vel inania reddant, & ſalutem humani generis,
quam tanta miſericordia procuras, fruſtrentur,
eorumque conatus vniuerſi tandem eò ſpe-
ctant, vt nomen tuum blaſphemetur atq; peſsi-
mè audiat. Memineris obſecramus, quæ hacte-
nus in nos bona contuleris, neque deſiſtas, o-
pus, quod iam in nobis cœpiſti, redemptionis
abſoluere. Exurge Deus & adſis te inuocantib.
ne impiorum conſilia vel aduerſus gloriā tuā,
vel aduerſus ſalutem noſtram ſucceſsū habeāt,
per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, Amē.

EX PSALMO LXXV.

CVpimus, Deus omnipotens, nomē tuum
& mirabilia tua celebrare: quod vt fiat, pro
viribus te oramus, vt populum tuum ab his a-
trociſsimis periculis defendas, ne pereat. Re-
moueas, quæſumus, à conſpectu tuo peccata
noſtra, neq; nobis id potiſsimū imputes, quòd
cùm ad te vocaueris, ac rationem veræ pietatis
propoſueris, & liberum cuiq; noſtrûm feceris,

A vt ex verbo tuo & Chriſtiana profeſsione viue
remus, ipſi non ſolùm frigidè nos geſsimus, ve
rùm ingratiſsimi diſciplinam, & vitam dignam
illa fide qua abs te donati ſumus, abiecimus.
Ne itaq; reſpicias quantum peccauimus, quā-
tum mereamur, aut quantum iuſtitia tua poſ-
ſit à nobis iure exigere: Sed filij tui dilectiſsimi
Ieſu Chriſti Domini noſtri fauore ſis nobis pro
pitius, teque pro nobis opponas vehementiſsi-
mis ac potentiſsimis hoſtibus: cumque oppor-
B tunum viſum fuerit, quod æquum & iuſtū eſt
aduerſus illos iudices. Terra & vniuerſus orbis
abs te fulcitur, tibi vniuerſæ innituntur creatu
ræ: vnde ſi pro nobis ſteteris, nil poterit adeò
ſe opponere, quin ſalui ſimus. Stolidi & impij
Antichriſti non ſolùm cornua ſua extulerunt,
ſed in nos mirabiliter inſaniunt, & furiunt: con
tra te verò infandas loquuntur blaſphemias, &
præfracto collo omne iugum verbi tui à ſe re-
pellunt. Auxilium nobis, ô Deus, neque ab ori-
C ente neque ab occidente, aut vlla orbis regio-
ne, quod firmum ſit, oſtenditur: ſolus tu, opor-
tet, vt nobis ſis iudex, cui eſt arbitrium extol-
lendi ac deprimendi quandocunque volueris.
Quandoquidem habes in manu tua calicem,
exugant illi & ebibant eius feces, quibus ita ſo-
piantur, vt Eccleſiæ tuæ vltra non faceſſant ne-
gociū. Tūc æternū te annūtiabimus, & nomini
tuo pſallemus, cū impiorū cornua cōfracta ia-
cuerint, & iuſtis cōtigerit vt in te pacificè acqui
D eſcant, p Ieſum Chriſtū Dominū noſtrū, Amē.

EX EODEM.

IDcirco te, Omnipotens Deus, & celebrare
& efferre decreuimus, quòd inuocantibus
ex fidei ſynceritate ſemper adſis, tuamque præ-
ſentiam inſignium donorum collatione indi-
ces. Gratias tibi propterea imprimis agimus,
quòd ſis dignatus ex hoc noſtro numero tibi
E Eccleſiam deligere, in qua cùm par ſit vt regnes
ac tuam declares potentiam, ſummoperè te o-
ramus, vt ibi profliges impietatem, viciſsimq;
innocentiam atq; religionem adferas. Quic-
quid in nobis terrenum eſt, mundi & carnis,
protinus diffluat, & confirmentur quæcunque
tu cœleſti Spiritu in regeneratione contuliſti.
Iuſtos & electos tuos inſtar columnarum fir-
miſsimarum conſtabilias: nutent verò & cadāt
qui ſunt de terra, & nomini tuo atq; doctrinæ
F reluctantur. Cures, precamur, optime pater, vt
deſinant aliquando ſtulti deſipere, ceſſentq; im
probi tandem abuti ſuis viribus, quas vidētur
contra pietatem & ſanctum Euangelium tuū
inſtruere: cedant eorum duri ſermones, ferocia
conuitia, & rebelles blaſphemiæ. Neque reſpi-
cias hîc ô Deus, quid peccata noſtra cōmerean-
tur, quæ grauia eſſe, neq; nos latet, neque diffi-
temur, tu ea pro miſericordia tua deleas, ne co-
gamur propter illa ſiccare poculum amariſsi-
G mæ iræ tuæ. Bibant, imò exprimant omnes fe-
ces eius quotquot improbitati ſtudent, quò
Eccleſia iudicia tua perpetuò commemoret at-
que aſsiduis laudibus efferat, cùm viderit fra-
cta

ĉta impiorum cornua, & illos conſeruatos atq;
erectos qui iuſtitiæ & pietati ſeſe totos addixe-
runt, per Ieſum Chriſtũ dominũ noſtrũ, Amen.

EX PSALMO LXXVI.

PLacuit, omnipotens Deus, bonitati tuæ
nullis noſtris id exigentibos meritis, vt no
bis verbum tuum innoteſceret, ac in medio no
ſtri ſanctum Euangelium filij tui prędicaretur.
Quod vt ſingulare & præclarum cognoſcimus
eſſe beneficium, ita eo nos vehementer premi
noſtro vitio animaduertim⁹. Turpiſsima quip-
pe citra controuerſiam erga te vſi ſumus ingra-
titudine, qui ex notitia verbi tui ac doctrinæ
tuæ minimè vixerimus. At tamen cũ noſtrarũ
iniquitatum nos pœniteat, & errata cupiamus
emendare, te oramus, vt lapſis auxilieris, des
manum te inuocantibus, nobiſque ignoſcas,
quos te offendiſſe, acriter pęnitet. Et quooiam
iuxta promiſsiones nos tabernaculum & habi-
tatio tua ſumos, aduerſus quam impia caſtra ſe
mouerunt, vt eam funditus ac radicitus euer-
tant: tu eorum iacula & arcus effringas, ſcutũ,
gladios & arma diſijciss. Hoc tu nullo nego-
tio facere vales, quaodoquidem vis toa illu-
ſtrior eſt & magnificentior omni mortali tyran
nide. Ergo ipſa deprædetur & exſpoliet eos: ab
Increpatione tua & peditatus & equitatus eo-
rum cooſopiatur. Cumque ſomnum ſuũ dor-
mierint, qui adeò ſuperbè innituntur ſuo robo
ri, nil inueniant in manibus ſuis, quod eos aut
iuuet aut delectet. Nos quidem ſcimus te eſſe
terribilem, & coram te poſſe ſtare neminem,
cùm tua ira ſuccenſa fuerit. Quamobrem roga
mus, vt exurgas & ſerues manſuetum populũ
tuum. Is furor hoſtium, cùm abs te debellatus
fuerit, cedet in laudem tuam. Cùm igitur ſpiri-
tum & ferocitatem principum tu poſsis cohi-
bere, ne patiaris vt illi ſuccumbamus: imò ita
nobis adſis, quò parta victoria, vota, quę tibi de
bemos, alacri animo & promptiſsima volunta-
te exolusmus, per Ieſum Chriſtum Dominum
noſtrum, Amen.

EX EODEM.

IN Eccleſia tua, omnipotens Deus, cùm do-
micilium & manſionem tibi delegeris, idcir-
co in ea agnoſceris, ibique oomen toum præ-
clariſsimè illuſtratur, quòd ab ea quàm ſæpiſsi
mè remoueris iacula, arcus, gladium, clypeum,
ac omnia tormenta bellica & machinas milita-
res, quas contra eam extruebant inimici tuæ
doctrinæ & hoſtes religionis abs te conſtitutę:
ibi, ioquam, tu fuiſti, hac de cauſa ſemper illu-
ſtris atqoe ſuſpiciendus præ omoibus prædo
nibus, ac tyrannis huius mundi. Quamobrem
te oramus, ne propter peccata noſtra dimouea-
ris à tam laudabili celebrique conſuetudine
tuæ maieſtatis. Quòd ſi, vt probè commeriti
ſumus, Eccleſia aliquantiſper afflicta eſt & ma-
lè diuexata, tu propter gloriam nominis tui, ro
buſtos aduerſarios eius, imò tuos, inſtar dor-
mientium reddas infirmos, ita vt ſi veliot abuti
ſuis viribus eos deficiant, efficianturque inuti-
A les tua increpatione illorum peditatus & equi-
tatus. Scimus, ô Deus, te vnicum eſſe formida-
bilem, ita vt iracundiam tuam nemo ferre va-
leat. Surgas itaque ad iudicandam Eccleſię cau
ſam, vt tua ope manſueti ciues eius conſeruen-
tur, tibique ipſi In laudem cedat, quicquid ho-
ſtes indignati aut moliti fuerint aduerſus eam.
Fac, ô Deus, vt quas tibi vouemus gratiarum a-
ctiones pro tanto beneficio, cùm te agnoueri-
mus formidari ab omnibus regibus terrę, & ſpi
B ritum abſtuliſſe principum huius mundi, ſum-
ma alacritate & cordis exultatione perſolua-
mus, per Ieſum Chriſtũ Dominũ noſtrũ, Amē.

EX PSALMO LXXVII.

ANimo & voce, omnipotens Deus, ad te cla
mamus, ea planè fiducia, vt cùm tu ſis De⁹
noſter, in his noſtris neceſsitatibus abs te au-
diamur: pœnitentia & inuocatione te inquiri-
mus dum anguſtijs & afflictionibus vndique
C premimur. neque alia ſuppeditatur firma ac ſo-
lida conſolatio. Dum enim vexatum aoimum
& inquietum cor habemus, quid aliud ſupereſt
præterquam vt triſtitia & mœrore affecti, con-
queramur tecum? Vrgent nos imprimis pecca
ta noſtra, quibus & offenſum te ſcimus & con-
ſcientiam ipſi experimur ac ſentimus læſam.
Quamobrem miſerè affligitur animus noſter,
timore & dolore abſorbemur, omniſq; noſtra
vis diffluit. Ad te vigilant oculi noſtri, cõcuſſa
D mente ac deiecto corde tuam miſericordiam
imploramus. Ah, Deus optime pater, num ob
ſcelera noſtra æternùm te à nobis ſubduces?
deſiſtêsne te ipſum nobis & clementem & be-
nignum exhibere? Es quidem natura patieos
ac longanimis: quare miſericordia & pietas tua
quæ iofioita eſt, non ſe nobis ſubtrahat. Tuq;
ô Deus, qui pater es miſericordiæ, ne obliuiſca-
ris miſereri. Meriti quidem ſumus iram tuam
ob perditam vitam noſtram: verùm tu illam
E immutare, & ignoſcere peccatis noſtris excelſa
dextera tua facilè potes, teq; id facturum con
fidimus, dum opera tua io meotē reuocamus.
Conſueuiſti mira facere liberaodo tuos: ergo
& modò fortitudioem tuam exeras contra im-
pium populum, qui nos gregem tuum & dolis
fraudulentis & bellica ferocitate inuaſerunt.
Agas contra illos pro more antiquo: ſcimus
quàm potenter redemeris Iſraelē ab Ægyptijs.
Aquę abyſsi, nubes, tonitrua, fulmina & omnes
F creaturæ, iuſſu tuo, illorum ſalutem promoue-
runt: ita vt populum tuum veluti oues eduxe-
ris per Moſen & Aaron quò volebas. Sic, Deus
optime pater, exercitibus tuis adſis, vt ſeruati
ab hoſtibus, ad te fœlicitatem & ſpem noſtram,
fide & pura vita pertrahamur, per Ieſum Chri-
ſtum Dominum noſtrum, Amen.

EX EODEM.

G NOs te difficillimis his temporibus, omni-
potens Deus, perpetuò reſpicim⁹. te quo-
tidiaois precibus ac ardentiſsimis votis fatiga-
mus, atque ad te, dum io tanto periculo verſa-

tur Eccleſia, tanquam ad vnicam ſalutem oo-
ſtram conſugimus. Neque parum creſcit triſti-
tia, & augetur luctus, dum in memoriam ante-
acta tempora redeunt, quibus poterat ſecura
mens & ſecurus animns, cùm tuæ doctrinæ, tũ
laudibus tui nominis tranquillè atque pacatè
incumbere. Sed quia tantæ ſecuritatis & altiſ-
ſimæ quietis dono vehementer abuſi ſumus, id
circo æquum & iuſtum fuit, vt manum tuæ ſe-
ueritatis atque iuſtitiæ experiremur. Nunc au-
tem oramus optime pater, vt quicquid in te
peccauimns nobis remittas, cumque fieri ne-
queat, vt obliuiſcaris miſereri tuorum, ne repel
las nos in perpetnum. Et quia promiſsiones
tuas locum tandem habere oportet, non anfe-
ratur à nobis miſericordia tua. Sumus iam pro
bè memores antiquorum facinorum, quæ ad
liberandos ex Ægypto Iſraelitas edidiſti: ſta-
tim vt conſpexerunt aquæ in mari potentiam
tuam, expauerunt, ſuntque admirandis modis
exagitatæ. Dimicaſti contra impios obſcuris
nubibus, tonitruis, fulminibus, ventis ac tetra
tempeſtate. Quemadmodum itaq; populum
Iſrael tunc eripuiſti, ita modò Eccleſiã liberes à
furore ſatanę, & membrorũ eius hoſtili conatu,
per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrũ, Amẽ.

EX EODEM.

VT afflictionibus, Deus Opt. Max. grauiter
premimur, ita conſueuimus ardentiorib.
precibus te accedere: proinde cùm modò ſen-
tiamus, ac indies magis magiſque experiamur
Eccleſiam miſeris modis torqueri & diuexari,
clementiam tuam oratum venimus, vt illi eſſe
digneris auxilio, iuxta ac ſub ipſis eius initijs
frequentiſsimè fuiſti. Profectò cum integerri-
ma tua natura tũ ſumma conſtantia, qua es præ
ditus, non patiuntur, vt cùm ſemper in eos,
quos charos habes, fueris beneuolus, nunc ab
illis & colligere velis & ſubtrahere tuam boni-
tatem. Quamobrem erga nos, quæſumus, anti-
quam retineas, nec ſecus atque olim tuam inui
ctam potentiam in aſſerendis Iſraelitis ab Ægy
ptiaca ſeruitute declaraſti, nunc eandem exe-
ras, ad Eccleſiam erigendam, fouendam atque
inſtaurandam: vt quantò eſt tibi maximæ curę,
tantò appareat à diabolo, peccatis & morte po-
tentiſsimè vindicata, per Ieſum Chriſtum Do-
minum noſtrum, Amen.

EX PSALMO LXXVIII.

CVm nobis, omnipotens Deus, diligentiſsi
mè tradita ſint in ſacris literis quæ abs te
magnificè geſta ſunt, dum in libertatem aſſere-
res in Ægypto filios tuos, ijdemq; nouerimus
quæ diuinis verbis cõſignata ſunt, omnia ad no
ſtram conſolationem plurimùm facere, nũc te
vehementer oramus, vt his aduerſis caſibus, il-
la ſpiritu tuo nobis aſsiduè in memoriam reuo
ces, quò his permoti, fiduciam noſtram in te v-
no collocemus. Edoxiſti filios Iſrael ex Ægy-
pto horrendis prodigijs contra Pharaonem

A editis: ceſsit mare, nubes protegebat, ignis e-
git ducem itineris, dedit petra aquas, cœlum &
man & carnes: mons vero Sina te illis videndũ
præbuit, cùm dignatus es illis per Moſen legẽ
ferre. Qui ergo in illos tot & tanta egiſti, ne de-
ſeras nos, ita vt à diabolo & Antichriſto diſper-
gantur oues gregis tui. Peccauimus quidem in
te, idq; & ſæpius & grauiter, verùm & illi non ſa
mel in deſerto rebelles tibi fuerunt, & obloqu-
ti ſunt. cùm minus, quàm par fuerit, verbis tuis
B crediderint: ibi tu eos acriter caſtigabas, nec ta-
men patiebaris deleri hæreditatem tuam, pro-
bè memor eras carnem illos eſſe & futilem ſpi-
ritum. Quare ita miſericordia tangebaris vt ſuc
correres laborantibus. Oramus ergo te, ô Deus,
vt Eccleſiæ tuæ in præſentia non ſecus facias,
illam non minus atque illos poſt aliquot flagel-
la eripias ac defendas, per Ieſum Chriſtum Do-
minum noſtrum, Amen.

C

EX EODEM.

AGnoſcimus, Deus Opt. Max. ſummam ge-
neris humani ingratitudinem: patet illa
quidem, in noſtris actionibus. verùm cũ facilè
ſe ipſum quiſque ignoret, longè apertior decla
ratur in veterum patrum rebus geſtis, quæ in
ſacris literis nobis fideliſsimè commemorãtur.
Audimus Iſraelitas tantis prodigijs aſſertos
abs te, dum illos ex Ægypto educeres, in deſer-
to gubernatos, defenſos, ac educatos eo ſtudio
D ac diligentia, vt nulla maior vel fingi vel cogita
ri poſsit. Illi tamen ijdem narrantur vſq; adeò
ingrati atque immemores beneficiorum, vt
Deo factori, liberatori, & duci ſuo perpetuò ob-
trectarent. Cui certè vitio nunquam non fue-
runt obnoxij. Te itaque rogamus, optime pa-
ter, vt cùm nos ex tua miſericordia elegeris, ſum
miſque tuæ gratię cohoneſtaueris ornamentis
nunquam nos patiaris eorum obliuiſci, ſed po
tius tuo ſpiritu omni momento incites ad eas
E tibi reddendas gratias, quibus & ipſe celebre-
ris, & nos ad benè viuendum maximè extimu-
lemur, per Ieſum Chriſtum Dominum no-
ſtrum, Amen.

EX EODEM.

ADmirandis prodigijs, Deus Opt. Max. prę
ter id quod patres in veteri lege dignatus
es frequentiſsimè tueri atque defendere, illa ea
dem præcepiſti tum vtiliter narrari poſteris, tũ
F ſcriptis ad æternam memoriam conſignari, vt
qui hæc fide perceperint, quàm ſunt bonitatẽ
tuam in veteres demiraturi, tam firmam ſpem
concipiant, te quoque erga ſe non minus cle-
mentem, fidelem atque benignum fore. Sicubi
verò inſpexerint iuſtitiæ tuæ ſeueritate illos
fuiſſe caſtigatos, ibi quoque ſemetipſos admo
neant, neque ſibi parcendum eſſe, cùm te ſuis
iniquitatib. irritare perrexerint. Obſecramus
itaque cœleſtis pater, vt iſta nobis cum fructu
G narrentur. Sumus quidem, vt illi ab Ægypto,
nos quoque tuo fauore ab æterno exitio libera
ti. Cæterùm id nobis concedi etiam atq; etiam
optamus, ne iuxta ac illi in deſerto quiritaban-
tur

Digitized by Google

tur de tua bonitate, ita nos cupiditatibus in-
ſtigati. ad noſtram perniciem tuam iracundiá
excitemus, per Ieſum Chriſtum Domioum no
ſtrum, Amen.

EX EODEM.

VT noxia ſit cupiditas malarum voluptatū,
Deus Opt. Max. probè intelligere poſſu-
mus, vel quòd illis, ad querelas contra te, qui
ſummè bonus es, iactādas, incitemur, vel quòd
B ipſis pro deſiderio potiti, in ſeueriſsima iuſtitię
tuæ ſupplicia impingimus. Quæ omnia filijs
Iſrael in deſerto contigiſſe, à Spiritu ſancto nūc
opportunè commonemur. Quamobrem alie-
nu periculo inſtructi ſanè quàm ſoliciti effici-
mur, ne pari ſorte & ſimilibus caſibus inuolua-
mur. Idcirco te quæſumus noſtras preces au-
dias, quibus obſecramus, vt ſimus perpetuò be
nè memores tui, neque vnquam in mentem ve-
niat, corde aut ſermonibus, te, qui ſumma es ve
C ritas, fallere. Quòd ſi quando per infirmitatem
labamur, te noſtri miſereat, qui noueris nos tū
carnem eſſe imbecillam, tùm ſpiritum debiliſsi
mum, atq; ita pro tua clementia inducaris par-
tim ad nos iam lapſos erigēdos, partim verò cō
firmādos, ne in ęternū exitiū detrudamur, per
Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, Amen,

EX PSALMO LXXIX.

ELegiſti nos, Omnipotens Deus, vt ſimus
D hæreditas tua, & proculdubio nihil inter-
miſiſti, quòd ad nos inſtituendos, ornandos, &
beatos faciendos conduceret: dediſti ſcriptura
rum ſanctarum notitiam, Euangelij prędicatio
oem, Sacramentorum adminiſtratiooem, ac a-
lia innumera, quæ ad haoc tuam hæreditatem
excolendam conferunt. Sed proh ô dolor, nos
his omnibus prętantiſsimis ac ſingulatiſsimis
donis ingrati, nihil præſtitimus quod require-
batur. Quare non immeritò ſunt concitatæ im
E piæ gentes per iram tuam, vt Eccleſiá inuadát,
vt ſanguinem populi & hæreditatis tuæ vt a-
quam effundant, nosque opprobrio & deriſio
ni habeant: quodq; magis dolendum eſt, haud
in nobis noſtra peccata, ſed te ipſum, ſanctum
Euangelium tuum, & puriorem cultum atque
religionem perſequuntur. Quare te oramus
Deus optime pater, vt contra oues paſcuæ tuæ
ne æternùm iraſcaris. Hanc iram tuam io nos
propter peccata noſtra inflammatam, effundas
F in gentes quæ te non cognouerunt: Eccleſiam
verò tuam ne ſinas ab impijs deuorari. Obſe-
cramus te per miſericordiam tuam, per dilectiſ
ſimi filij tui Domini noſtri interceſsionem, vt
non amplius recorderis veterum iniquitatum
noſtrarum. Cumque in te vno poſita ſit no-
ſtra ſalus, adiuues & liberes ad te clamantes,
vel propter gloriam nominis tui. Eſto propi-
tius peccatis noſtris, cæteroqui dicent impij
te abieciſſe cauſam tuam. Ne depellas à con-
G ſpectu tuo gemitus & lachrymas afflictorum,
ignoſcas nobis quæ io te peccauimus, & vim
tui auxilij ſuper nos digneris oſtendere, quò
hæreditas tua, populus tuus, oues paſcuæ tuæ

A perpetuò confiteamur tibi, & in omnes genera
tiones celebremus laudes tuas, per Ieſum Chri
ſtum Dominum noſtrum, Amen.

EX EODEM.

ADmiranda tuæ ſeueritatis exempla, omni-
potens Deus, qua regnum Iſraelitarum e-
uertiſti, ac tibi rebellem populum cædibus, ra-
pinis, præda, incendijs, captiuitate & omni ærū
B mnarum genere inuoluiſti, ſint nobis preca-
mur ſalutaris admonitio, vt pœnitentiam ala-
cri animo capeſſamus, atque per illam à grauib.
eripiamur pœnis, quas ob innumera peccata
commeriti ſumus. Conuenit quippe vt ſanctiſ-
ſimi nominis tui rationem habeas: nam ſi effu-
deris in nos iram tuam, putaberis ab impijs, nō
voluiſſe illis, qui te colunt & te implorant, opē
ferre. Conſueuerunt ſi quid aduerſi aut calami-
tatis Eccleſiam tuam preſſerit, illico ei petulan
C ter inſultare, dicuntque, Vbi nam in præſen-
tia eſt Deus eorum? quid illis prodeſt ſua re-
ligio? Vnde in te, in tuam doctrinam, atque
in ſanctum Euangelium hoc genus contume-
liæ redundat. Quare precamur, vt ouium
paſcuæ tuæ memor, nos ita defendas & tuea-
ris, vt laudes tuas vbique annunciemus ac per-
petuò prædicemus, per Ieſum Chriſtum Domi
oum noſtrum, Amen.

D *EX PSALMO LXXX.*

COnſueuiſti ſemper hactenus, omnipotens
Deus, vt paſtor adeſſe populo tuo, illum-
que inſtar ouium tuis auſpicijs deducere: nunc
te oramus vt in tantis periculis tua potentia
excitetur & reſplendeat oobis facies tua. Exur-
gas ipſe & venias ad nos ſeruandos. Propter
iniquitates noſtras & peccata quæ grauiſsima
io te commiſimus, agnoſcimus & fatemur
E haud immeritò te in nos excanduiſſe, tuaque
iuſtitia factum, vt hæc ingentia mala, quibus
modò premitur Eccleſia, eam inuaderent: at
modò cùm nos vehementer pœniteat omniū
quæ in te peccauimus, tuamque imploremus
clementiam atque miſericordiam, quouſque
oobis iraſceris? quouſque feres contentiones,
opprobria & contumelias, quibus impij per-
ditiſsimi te in nobis afficiunt? Conuerte ad
nos, optime pater, hoc graui tempore placi-
F dum ac ſerenum vultum bonitatis tuæ, me-
mor inſignium beneficiorum, quibus affeciſti
Eccleſiam: illam fouiſti, ornaſti & excoluiſti
perpetuò ampliſsimis donis tui ſpiritus: ne illā
modo, quæſumus, diſsipandam tradas efferatis
impijs & crudeliſsimis Antichriſtis: ne patia-
ris, vt tam delicata & electa vinea, quàm tua
excelſa & potentiſsima dextera plantauiſti &
auxiſti, turpiter & miſerè ſuccidatur, inflam-
metur atque eradicetur. Intuearis ac reſpicias
G è cœlo ad te clamantes: ab increpatione irati
vultus tui pereant impij, qui nomen tuum, Eu-
angelium tuum, & ſanctum cultum tuum, per
nos tibi exhibitum perpetuò blaſphemant.

Nns verò, qui ſumus opus dexteræ tuæ, ſalotẽ & aoxiliũ abs te ſentiamus: dum nomen tuum innocamos, ita viuifices atque corrobores, vt abs te nunquam deficiamus, verùm ſemper luce ac ſplendore faciei tuæ in omnibus ooſtris actionibus dirigamur, per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrom, Amen.

EX EODEM.

DIgnatus es, omnipotens Deus, pro tua miſericordia & eſſe & appellari tuorum fidelium paſtor: à tuo itaqoe ſublimi throoo, in quo ſuper Cherubim & vniuerſas cœleſtes virtutes reſides, excita, precamur, toam vim & ſalutarem poteſtatem, vt ea ſeruemur. Quique videris interdum iraſci tuis & eos ludibrio & ſubſannatiuni iiopinrum quodammodo exponere, iam tandem ad illos faciem gratiæ ac faooris tui conuertas: & Eccleſiam, quæ vioea eſt abs te culta, & admirabili prouidentia plantata, ne ſinas à fera impietate conculcari & deuaſtari: eam quæſumus reſtitue, atq; inſtaura, vt quæ in ea ſuffoſsione hypocriſeos depreſſa ſont, eruas, & qoæ tyrannidis iocendin ſublata ſunt, repnnas, & mutila atque manca deouò integra facias: ſit prompta parataque manus tua ad noſtram protectionem, quò vioificati abs te nomen tuum inuocemos, & illuſtrati aſpectu clementiæ toæ, ſoſpites & ſalui tibi vni viuamos, per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

EX PSALMO LXXXI.

NOn habemus leuem cauſam Deos Opt. Max. vt cum lætitia & alacritate aoimi tuas laudes celebremus, qoandoquidem tua bonitate nos à peccatorum ſeruitute & diaboli tyrannide eximis. Cùm itaque te Deum noſtrũ fateamur, hoc nobis precamur, digneris elargiri, vt vnum te audiamus, te vnum adoremus, neque tibi quippiam vel æqoemus vel præferamus. Nam id quandoque facere auſi, noo leues aut vulgares pœnas dedimus, quia nobis ipſis relicti, abs te, qui verus Deus es, ooſtris prauis deſiderijs paruimus, & miſeris cupiditatibus obſequuti ſumos: qua peſte iam ſentimus nil poſſe hominibus accidere calamitoſius: vnde adducimor vt etiam atque etiam petamus te audire, & in vijs tuis poſthac ambulare, qoo impetrato, certò ſcimus te promiſsis ſtaturũ, vt noſtræ ſalotis inimicos compeſcas, ooſqoe tandem ſoauiſsimis ac ineffabilibos delitijs æternùm exatures, per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

EX EODEM.

QVi tibi debebamus, omnipotens Deus, pro ſummis beneficijs & gratias & laudes omoi conatu perſoluere, ita vt nomen tuũ nedum voce, ſed etiam muſicis inſtrumentis celebraremus, contigit, exigentibos noſtris malis meritis, vt Eccleſiam verſari cernamus in extremis periculis: Vnde coràm te peccata onſtra & confiteri & deflere cogimur. A tyrannica

A ſeruitute Antichriſti nos diu pro tua bonitate voloiſti liberos eſſe: ſed noa miſeri libertate ac tranquillitatis beneficio fœdiſsimè abuſi ſumus. Non ſemel oobis, quemadmodum Iſraelitis es conteſtatus cùm per ſacras literas, tùm per miniſtros verbi tui: Audi me, popule mi, & verè me agnoſcas Deum tuum, oon, inquam, verbis tantùm, ſed animo, reipſa atque ſyncero colto: Nos verò, proh ô dolor, à verbis tuis cor noſtrum auertimus, vnde peccata noſtra ſatis B ſuperque perpetuò ſunt aucta, & hoſtes Eccleſiæ, qui abs te, ſi tibi credidiſſemus, procuidubio fuiſſent deiecti ſunt nobis io præſentia terrori: quiqoe ſuauiſsimis donis tuis pacatè atq; ſecurè frui poteramus, nũc maioribos afflictionibus ſingulo quoque die percellioor. Sed rogamos pro ſingulari tua clementia, ne deſeras Eccleſiam tam miſeris modis diuexatam. Illi demum velis adeſſe, vt cultom & doctrinam abs te illi traditam perpetuò conſeruare ac re- C tinere valeat, per Ieſum Chriſtum Dominom ooſtrum, Amen.

EX PSALMO LXXXII.

TVa eſt, Deus Opt. Max. omoium regnorũ ac terrenarum poteſtatum adminiſtratio, à quibus nec iuſtitia nec ęquitas populis diſtriboetur, niſi tuo ſpiritu ipſe illas regas & inſtituas. Qoamobrem te oramus, vt mortalium re- D bus ſatis ſuperq; afflictis digneris opem ferre, boons principes cùm augendo tùm conſeruando, prauos autem & violentos corripiendo, qoò pauperum iudicia non negligantur, liberẽtur oppreſsi, & pietas cum primis vigeat & promoueatur. Vtque noſtros magiſtratus, principes & regẽ dignatus es tuo diuino illuſtrare nomine, ita etiam qoæſumus, vt bonus es, id efficias, vt eorum opera ac miniſterio, fideles te, dum hîc viuont, porè colant & ſanctè viuant, E quò vnà cum illis ad te qoi rex regom es, & Dominus dominantiom, perdocantur, vbi æternis bonis & ſumma fœlicitate ſimol perfruantur, per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

EX EODEM.

COnfitemor omnipotens Deos, populom tuum qoi tibi parere neglexerit, cogi ſæpius iniquis poteſtatibus & infidelibus princi- F pibus ſubijci: neqoe eſt qoòd conqoeramor propterea nobis iniuriam fieri. Nam in te adeò graoiter & obſtinatè peccauimus, vt nõ modò hæc, verùm etiam graoiora ſupplicia ſimus cõmeriti. Nihilomious verbis & promiſsionibus tuis confiſi, te vehemeoter etiam atque etiam oramus, vt Eccleſiæ tuæ his difficillimis temporibos velis adeſſe. Quique ſoperiores poteſtates ac magiſtratus deorum nomine ac titulo dignatus es inſignire, in eorũ ſenato velis præſidere tua ioſtitia, & inter eos iudicẽ agere, ne relicti libidini & prauitati, quibus alioqoin vitiata hominum natura laborat, iniquè affligant eccleſiam, atqoe impietati deferant quæ non

A non decet. Tu optime pater, ſi, vt precamur illis in adminiſtratione poblica te admiſcueris, non dubitamus tuis auſpicijs vindicandos pauperes, pupillos, afflictos & oppreſſos è grauiſsimis & ſummis periculis liberatũ iri. Ne tradas quæſumus Eccleſiam tuam eorũ poteſtati qui verſantur in tenebris, cumq; nihil intelligant, ſui muneris, omnia æqua, iuſta & pia conantur euertere. Ipſi cùm abs te ſint eo prouecti vt dij dicantur & filij excelſi, quãodo id non ſentiũt B merentur inſtar hominom viliſsimorum abijci & interire. Tua eſt hæreditas ô Deus Eccleſia, quamobrem adſis illi, tuque ipſe cauſam eius iudicandam ſuſcipias, per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

EX PSALMO LXXXIII.

Adeò quotidie augeutur, omnipotens De⁹, odia, copiæ, fraudes & pernitioſa conſilia C hoſtium noſtræ ſalutis, vt ad te aſsiduè clamare compellamur. Nil aliud ſpectat omnis eorum conatus, qoàm vt abs te auellamur, nec vllus amplius inueniatur qui vel tibi fidat, vel nomẽ tuum caſtè pureq;, vt conueuit, inuocet. Atque cum his tenebrarum rectoribus conſpirarunt aduerſus Eccleſiam toam caro noſtra, ſenſus, impij homines, & demum quicquid eſt terrenarum muudanarumque affectionum & facultatom contra ſeſe extulerunt. Quamobrem te D precamur ne ſileas, ne taceas, ne quieſcas: quiq; pro ſalute Iſraelitarum Ægyptios, Madianitas, Cananæos, Palæſtinos antiquitus oppreſsiſti: ita hodie illos eripias qui ſe tuæ fidei præſidioque totos crediderunt, quorumqoe vis, potentia, & ſalus in te vno abſconditur. Et compeſcas hoſtium noſtrorum, imò tuorum audaciam, quò omnes intelligant te vnum eſſe Deum, quem reiectis omnibus ſuperſtitionibos, ſanctè colere, & purè inuocare debeant, per Ieſum Chriſtum Domiuum noſtrum, Amen. E

EX PSALMO LXXXIIII.

QVa tenebantur cupiditate veteres, omnipotens Deos, accedendi ad locum, in quo tabernaculũ pro eo tempore tibi decreueras: eadem nos quoque accendimur vt Eccleſiam videamus inſtaoratam, vtq; detur cœtus habere piorũ legitimè coactos ad tuas laudes F promouendas, doctrinam ſacram audiendam & Sacramenta ritè percipienda. Quapropter oramus te, ò rex noſter & Deus noſter, vt ibi tandem nos eſſe qoandoque gaudeamus: nam quicquid in hac vita poteſt hic ſœlicitatis eſſe, in ſacris piorum cœtibus contingere non dubitamus. Audias itaqoe preces noſtras, optime pater, & da vt domom tuam non aliter habeamos atque tu eſſe volueris: in quam nobis erit beatius vel vna die conuenire ſemelque habita- G re, quàm ſi longiſsimo ſpacio temporis in conſeſſu impiorum, aut non legitimè coacto moraremur, adiectis conceſsiſque omnibus huius mundi delicijs. Ideò cùm noſtra ſis lux, noſtraque munitio, ita nos in terris ad tui gloriã conuenire facias, vt ſpes augeatur tandem ad te perueniendi in æterna cœlorum tabernacula, per Ieſum Chriſtum dominum noſtrũ, Amẽ.

EX PSALMO LXXXV.

PRopter miſericordiam tuam glorioſiſsimã atqoe magnificentiſsimam, omnipotens Deus, erga Eccleſiam tuam benignum te exhibeas, quò ab horribili ſeruitute peccatorom liberemur. Fuimus hactenus carnis mancipia, & diaboli miſerabiliter captiui, tuque dignatus es omoes iniquitates nobis remittere, & omnia peccata noſtra operire. Quare & modò, licet ingrati ſimos, ac tuis beneficijs indigni, ſuſtiueas oramus iram indiguationis tuæ. Es quidẽ in nos iuſtè commotus, ſed ob tui nominis gloriam huuc furorem excitatum in peccata noſtra, reprimi patiaris, noſque reducas in viam ſalutarem, cùm tuæ pietatis non ſit, vt in tuos in æternum iraſcaris, aut indignationem & irã tuam extendas in complures generationes. More tuo & non meritis noſtris agas nobiſcũ: diſsipes ac diſijcias hoſtes, quos, irritatus noſtra culpa, voluiſti vt experiremur. Tu qui iratus occidis, placatus viuificas, miſericordiam & ſalutem oſtendas, qui ad nos terrendos & caſtigandos propoſuiſti exitium. Qui tibi rebelles & contumaces ſuimus, fac vt poſthac obedientes his auſcultemus quæ nobis loqueris & præcipis. Miſericordia tua & veritas in nobis iuogantor ſimul, pax & iuſtitia indiſſolobili nexu cordibus noſtris hæreant, vt cùm nos ab Antichriſto ſæuiſsimo, & crudelibus eius ſatellitibus eripueris, vberes tibi reddamus ſructus iuſtitiæ & ſanctitatis, per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, Ameu.

EX EODEM.

CVm ſimus, Deus Optime Maxime, oues tuæ, populus tuus, hæreditas tua, omnino credimus te nobis ſore propitium, & ita propitium, vt ioiquitates & peccata condones, pœnaſque & ſupplicia commerita ignoſcas. Furorem tuom quem ipſi accendimus, ipſe quæſumus, tua pietate reſtinguas, ac indignationem, quam in nos prouocauimus diſſoluas, quandoquidem non eſt ingenij tui (licet id improbitas noſtra mereatur) vel perpetuò iraſci, vel in longum ſpatium temporis iracundiam tuam extrahere: quin potios è diuerſo paſsim bonitatem declaras, & ſalutem omuibus ad te confugientibus proferre ſoles. Da Optime pater, qui pacem, bonumque noſtrum ſemper loqueris, vt tibi loquenti aoſcultemus. Quòd ſi contigerit, non modò ſalui erimus & gloria ornabimur, ſed omnia noſtra, bonitate, veritate, iuſtitia & pace referta erunt: fides abundabit & per eam abs te copioſè iuſtificabimur. Hæc itaque oramus, vt non ſimos ocioſi & inſrugiferi ſerui, verùm quò in ſanctitate ac

innocentia coram ta perpetuò gradiamur, per
Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

EX PSALMO LXXXVI.

EST ſanè magna, omnipotens Deus, miſeria
& ioopia noſtra, idcircò tua ſalute maximè
opus habemus: dum itaque ad te coofugimus
præſidij ac auxilij cauſa, occurrunt nobis gra-
uia peccata noſtra, corrupta vita & praui mo-
res, qnos nec volumus, neque ſi velimus, poſſu
mus te celare. Tu vides omoia noſtra mala, oos
que ea tibi fatemnr: peccanimns, iniquè egi-
mus, inobedientes, contumaces & rebelles tibi
fuimus, & longè graniora meremur incōmoda
iſtis quæ patimur. Sed tu qui Deus nobis es &
optimus pater, inclina aurem tusm & nos au-
dias, iam noſtrùm miſerere, qui ad te per ſingu-
los dies clamamus, oculos & animnm noſtrum
ad te ſuſtollimus, bac nimirum ſpe, qnòd cū ſis
pronus ad ignoſcendum, pietatis dines erga
illos qui te inoocant, & potens præ omnibus
Dijs in operibns tuis, non deſpicies nos in tan
ta moleſtia & tribolatione. Tu es magnus, tu
facis mirabilia, tu es ſolus. Qusmobrem doce
nos vias tuas, fac vt in veritate tna conuerſe-
mur: diſperſum cor noſtrum ad te reuoces, vt
nomen toum magnoperè timeat. Tu quidem
pręclarè impertiſti nobis miſericordiam tnam,
ſed quòd ingrati fuimus, contra nos inſurrexe-
runt caſtra impiorum, & perditorum acies nos
inuaſerunt, qui te nec reſpiciunt nec vllam tuę
doctrinæ aut nominis rationem habent, tan-
tummodo ſceleratiſsimis artibus ſnis cooten-
dunt, vt vna ac eadem opera & cultum tunm
& aoimas noſtras perdant. To itaqoe ô Deus,
cùm ſis miſericors, longanimis, pios, & verax,
reſpice, miſerere, confirma & ſerua filios pro-
miſsiooum tuarum, exere ſigna tua in ſalntem
noſtram, quò confundantur aduerſarij, omnes-
que videant & intelligant, te verè eſſe Deum no
ſtrū, per Ieſnm Chriſtū Dominū noſtrū, Amē.

EX EODEM.

QVando nos, omnipotens Dens, & viriū
& cōſiliorum inopes animaduertimus,
& nihilominus tibi ſanctos & addictos eſſe nō
dnbitamus, impellimur ad noſtras preces no-
ſtrosque clamores coram te perpetuò effundē-
dum, atque omnem ſpem in te vnum collocan-
dam. Qui itaque benignus es & mitis, miſeri-
cordia ac bonitate largiſsima præditos, adſis te
inuocantibus. Nos vias tuas cumprimis do-
ceas, vt omni ſemota fictione & hypocriſi, can-
didè integreque tuis mandatis pareamns. Et
quemadmodum nihil tno nomini par eſſe po-
teſt, ita cupimus, vt ab omnibus mortalibus &
cognoſcatur & adoretur. Id autem fiet, ſi ceu
tuos frequenter è grauiſsimis periculis eripui-
ſti, ſic in præſentia, qnando aduerſus eos, ho-
ſtes humanæ ſalutis potentiſsimè inſurgunt,
eos reſpexeris, robur ſuppeditaueris, & veram
ſalutem largitus fueris. Edas, precamur, hoc

A illuſtre ſignnm, qoò aduerſarij tuæ gloriæ, cùm
id ſenſerint, ad te ſeriò conuertaotur, per Ieſum
Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

EX PSALMO LXXXVIII.

CVm ſalus noſtra tua ſit, omoipotens Deus
nosq; ad te quotidie clamemns, ioclina au
rē toā precib. noſtris, ne eas, precamur, auerſe-
ris, verùm in conſpectum tuum admittas, hoc
B potiſsimum tempore, quò adnerſis vſqne adeò
exaturamur. Non iniuſtè neque immeritò hæc
tnrbulenta & aſpera nobis ioſliguotur: ſic e-
nim ingratè egimus, perditè viximus, & te
negligenter coluimus, vt noſtris vitijs hæc o-
mnia mala nobis accerſiuerimus. Cęterùm pro
pterea magnoperè dolemos, ac tuam omnibus
votis imploramus clementiam, ne agas nobiſ-
cum iuxta iniquitates noſtras. Ne velis nos de-
putare inter illos, qui iam ad ſepnlchrum perue
C nerunt, neq; accenſeas his qui in foueam deſcē-
dunt. Vides humanum robur, præſidia carnis,
& externam potentiam, qnàm ſint inania: qua-
re feſtina & adiunes, neque ſuper nos conſtabi
lias furorem tunm, & his procelloſis tempeſta-
tibus Antichriſti ne nos demergas. Adoerſa-
rijs nominis tni ac Euangelij tni abominationi
ſumus, noti atque amici ſe ſubducunt. Quam-
obrem te inuocamus, ac noſtras manus ad te
expandimus, faciem tuam, qoæſumns, ne ab-
D ſcondas à oobis, alioquin miſerè expirabimus,
neqne terrores tuæ iuſtitię valebimus perferre.
Si amici, proximi & noti ſe à nobis elongant,
ipſe te præſentem oſtendas tuoq; affulgeas au-
xilio, quò è tantis periculis erepti, non in ſepul-
chro aut in morte, ſed inter vinos te cōfitea-
mur, per Ieſum Chriſtū Dominū noſtrū, Amē.

EX EODEM.

E QVoniam, omnipotens Deus, dum hìc vi-
uimus, vt homines, abs te ſæpè dilabi-
mur, offunduntnrque tenebræ noſtris menti-
bus, ac qui in via tua progredi debebamus,
aut cadimus frequenter aut ignaniter iace-
mns: vnde tu pro tua bonitate conſneuiſti
quos ſanore complecteris, vel morbis vel ad-
uerſis excitare, quò caliginem & torporem
illis excutias. Idque te nobis in præſentia ſenti
mns præſtare, atq; ita nos experimnr depreſſos
F & incuruatos calamitatum onere, vt parum ab
ſit, qnin penitus diſſoluamnr. Quare te ro-
gamus, optime pater, ne in tua nos indigna-
tione corripias, aut furore iræ tuæ velis ab-
ſumere, ſed ad noſtri inſtaurationem Spiritum
tuum ſanctum nobis concedas. Ecce nnne
eoràm te noſtra effundimus vota & gemitos.
Vides vt amici & coniuncti in diuerſa omoia
abierint, & aduerſarij noſtræ ſaluti inſidian-
do non ceſſant laqueos nectere, fraudes &
G dolos in nos perpetuò meditantur. Tn votis
& precibus noſtris reſpondeas, ô Dens, neqne
hoſtes tni nominis patiaris lætari de nobis.
Ne nos deſeras, ne procul à nobis te cōtineas:

in

A in auxilium noſtrum propera, quandoquidem tibi vni concredita eſt noſtra ſalus, per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

EX EODEM.

QVoniam dum hîc viuimus, omnipotens Deus, vndique malis circumuallamur, ac ita calamitatibus implemur, ærumniſque exaturamur, vt viui adhuc in media morte verſemur: ideò ad te, quem vnicam ſalutem conſti- B tuimus, contentis perpetuiſque precibus clamamus. Spectes quæſumus, vt noſtris peccatis confecti, iam ferè abſorpti ſumus ab extremo exitio: indignatio ac ira tua, eorum cauſa inflammata, nos miſerè perterret atque horribiliter diuexat. Neque ad nos eripiendos ex tam grauibus malis, amici proximi, aut beneuoli quippiam auxilij ferre poſſunt. Quamobrem tu optime pater, ſuccurrere propera, ac nobis pro tua miſericordia, quæ in te admiſimus, condones: C quod ni feceris, tãtiſper dum hîc viuimus, poſt extremum iudicium atque condemnationem (quam precamur à nobis auertas) locum habere non poterit. Patefacias nobis denuò fauorẽ tui vultus, quem videris tam diu, ob noſtra mala merita iurè auertiſſe, alioquin diutius arguentem conſcientiam, & manus tuæ ſeueritatẽ perferre non poſſumus, per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

EX PSALMO LXXXIX.

NOtiſsima eſt, Omnipotens Deus, miſericordia tua, cũ quòd ſit celebrata ab omnibus ſanctis, tùm etiam quòd per omnes generationes perpetuò ſe demonſtrauerit: qua etiã adductus es, vt fœdus cum electis tuis perente res, quòd velis Chriſti regnum eiuſque ſemen, id eſt, Eccleſiam, durare æternùm: neque vlli mortalium verendum eſt, vt vires tibi deſint ad perficiendum, quantum ſolenniter & firmi E ter promiſiſti. Monimenta potentiæ tuæ affligendo Ægyptum extititerunt; cumq; tui ſint cœli, terra, orbis, venti, maria, & quicquid abs te conditum eſt, non dubitamus te poſſe ſeruare populum, quem tibi adoptaſti, quique in lumine vultus tui ambulat. Vnde hoc opus habemus, vt nobis imprimis tribuas: peccata, quib. te grauiſsimè confitemur offendiſſe, nobis dignè ris ignoſcere, quandoquidem illa verè ſunt quæ nos affligunt, illorum pondere maximè F deprimimur. Da itaq; veniam ſupplicibus tuis, & contra aduerſarios tui nominis eſto protectio noſtra. Brachium tuum cum fortitudine exeras, ad nos ſeruandos robora manum tuam atque in his periculis pro nobis armato dextrã tuam, ne præualeat contra nos impiorum violentia: & filijs iniquitatis ne tribuas, vt pro ſuo odio nos affligant. Tu eos concutias, & auertas, ne ſuos conatus valeant exequi contra ſanctũ Euangelium tuum. Nos te inuocamus no- G ſtram ſalutem, Deum & patrem noſtrum: ergo ſerues atque cuſtodias nobiſcum miſericordiã tuam, & fœdus nobiſcum initum, ne infirmes.

A Deſeruimus legem tuam, in mandatis tuis nõ ambulauimus, tua ſacra prophanauimus, neq; tuam voluntatem cuſtodiuimus: quare cædi non recuſamus virgis iræ tuæ, aut flagellis caſtigationis coerceri: id ſolùm precamur, miſericordiam, pietatem & veritatem tuam ne auferas à nobis, per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

EX EODEM.

B MIſericordiam & bonitatem tuam, omnipotens Deus, celebrare, dum res ad votũ ſuccedunt, fatemur piorum hominum eſſe inſtitutum: Verùm enimuero eum morem ſi in aduerſis caſibus, prementibuſque calamitatibus retinuerimus, vt perpetuo atque in omnes generationes te benignum clementemque prę dicemus, tum ſpiritum ac gratiam tuam in nobis efficacem eſſe teſtatiſsimum habebimus. Precamur itaque, vt nunquam noſtris menti- C bus excidere ſinas promiſſa & pacta quæ cum Dauide fideliſsimo ſeruo tuo dignatus es inire, vt dares ex eius poſteritate Ieſum Chriſtum potentiſsimum atque perpetuum regem omnium fidelium, ſub cuius tutela Eccleſia vniuerſa & defenderetur ab aduerſarijs poteſtatibus, & omni bonorum genere ornata flueret. Nec ſemel experti ſumus harum promiſsionum conſtantem fidem: ſæpè enim liberaſti tuos, non alia quàm iſta de cauſa à grauiſsimis & horren- D dis periculis: ideo nobis additur animus efflagitandi, vt nunc quoque, cùm maximè opus eſt fidelium neceſsitatibus, vt ſolitus es conſulas, per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrũ, Amen.

EX EODEM.

NOn ſolum gratiæ copiam, omnipotens Deus, nobis in Chriſto Ieſu Domino noſtro promiſiſti, qua tibi grati, amici, filij, ac hæredes futuri ſimus, verùm etiam tantam clemẽ- E tiam impenſurum recepiſti, vt ſi, quę noſtra eſt infirmitas, in aliqua vitia laberemur, paterna virga & miſericordi flagello noſtras iniquitates corriperes, non autem benignum fauorem propenſumque animum ab Eccleſia vnquam auerteres. Memor itaque ſis, pater cœleſtis huius tui fœderis, quòd Cœlo, Sole ac Luna firmius eſſe ſemel decreuiſti: cumque ob noſtra grauia peccata, ira tua non parùm exarſerit, viſuſque ſis tuorum fidelium cauſam deprimere, F & pietatis aduerſarijs, tuique nominis hoſtib. non vulgariter fauere, exere quæſumus, iam tandem tuas antiquas miſericordias: neq; nos, qui Chriſti tui, licet indigni, membra ſumus, ludibrio & opprobrio eſſe infidelibus æternũ ſinas, per eundem met Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

EX PSALMO XC.

G CVm volueris, omnipotens Deus, nos cognoſcere de tabernaculo tuo, quod reuera non tantum fuit, vt infinitam potentiam tuam, & immenſam naturam contineret poſſet,

ideò iam agnoſcimus hoc demonſtratum, te v-
num eſſe vnicum tentorium, habitaculum atq;
refugium infirmitati noſtræ. Neque habendus
es recens aut noua manſio fidelibus, imò æter-
na, cùm eos ante mundi conſtitutionem dele-
geris. Quare ad te, habitationem & propugna-
culum tutiſsimum, noſtræ ærumnæ & calami-
tates vndecunque nos impellunt. Vitam planè
degimus & miſeram & fugaciſsimam, quæ in-
ſtar aquarũ diffluit, vt ſomnus abrumpitur, &
veluti herba virens illico areſcit, dũ ab ira ac in-
dignatione tua cõſumimur & perpetuò exter-
remur. Peccata nos admiſiſſe cõfitemur quibus
meritò es irritat9, atq; ea ſi volueris tibi ponere
ob oculos vindicanda, ardẽti furore tuo prorſ9
abſumemur. Rogamus itaque ô Deus, vt pecca
ta & ſcelera, quibus te offendimus, condonare
velis, quò non æternùm abs te damnemur, ſed
ex præſentibus malis hunc fructum capiamus,
vt animaduerſa vi & efficacia iræ tuæ, noſtraq;
futili atque breuiſsima vita, timorem tuum ma
iori ſtudio perſequamur. Ad te redeas, optime
pater, afflictis calamitoſisq; filijs iam placeris:
tunc ſolide lætabimur ac exultabimus, modò
opus tuum ſuper nos appareat. dirigat nos,
quęſumus, ita Spiritus ſanctus, vt decus, gloria
& ſplendor tuus cùm in nobis, tùm in omnib.
actionibus noſtris eluceat, per Ieſum Chriſtũ
Dominum noſtrum, Amen.

EX EODEM.

SI nobis gratulamur, omnipotens Deus, tã
exuberantem fauoris tui copiam, vt nos,
quos amore ſummo proſequeris, ante iacta mũ
di fundamenta delegeris, priuſquam montes
fierent, aut orbis formaretur, deſtinaris ad tua
æterna bona percipienda, congeminabitur ſa-
nè gratulatio, ſi animum aduerterimos, quàm
alioquin & naturæ infirmitate, & peccatorum
maleficio ſimos nihili. In exitu enim pręcipites
ruimus, vt aqua dilabimur, euaneſcimus quaſi
ſomnia, atque iuſtar herbæ momentò areſci-
mus. Quæ noſtra incommoda, cum animo re-
petimus, occaſionem, quæſo, nobis eruditio-
nis ac ſapientiæ ſuſcitent, vt intelligamus, quã
ſimus in nobis ipſis tuo fauore indigni, atque
viciſsim quanta ſit in nos tua clementia: per
quam te obtecramus, vt ad nos conuertas pro
pitiom aſpectum, noſque declares, vt ſumus,
tuum opus. Affulgeat vſque adeò mentibus
noſtris ſplendor tuus, vt à ſcopo gloriæ tuæ o-
pera noſtra nunquam aberrent, per Ieſum Chri
ſtum Dominum noſtrum, Amen.

EX PSALMO XCI.

QVicunque ſe Deo verè committit, ita vt
eum pro firmo præſidio & muniriſsima
arce habeat, nõ à calamitate, nõ ab inſidijs, nõ
denique ab vllo exitio eſt quod ſibi timeat: nã
ſuos Deus non minus protegit, atque ales volu
cres pullos defendunt, & in bello ſcuto & par-
ma ſe tuentur milites. Quem nam Deo ſynce-
rè fidentem peſtis, plaga, calamitas aut vaſtatio
poterit exterrere? Certè non timebit vlla de

A cauſa: nam etſi habeat ſatanam atque impios
omnes aduerſum ſe grauia ac pernitioſa moli-
entes, eius ſalus à Deo longè pluribus angelis
commiſſa eſt, quorum ille non ſolùm auſpicijs
defenditur, ſed manibus atque humeris geſta-
tur, ne impingat in noxia. Nulla eſt vis in fero-
ciſsimis animantibus, quæ ab eius pedibus nõ
calcetur atque prematur. Quare ſi modò à no-
bis tantopere improbi timentur, id eſſe poteſt
indicio, quòd tibi parum fidamus, ex qua hebe
B ti & modica fide ſic reddimur proni ad innu-
mera peccata, vt noſtris lapſibus te perpetuò
ad iram prouocemus. Itaque oramus, vt quem
admodum es bonus, ita quæ admiſimus in te
velis ignoſcere, & poſthac nos reddere tui quã
amantiſsimos, vt nomen ac maieſtatem tuam
ex fide ſuſpiciamus, & fructuoſa reddatur corã
te inuocatio noſtra, cui, quæſumus, reſponde-
as pro votis, & afflictis rebus Eccleſiæ tuæ de-
nique velis adeſſe, per Ieſum Chriſtum Domi
C num noſtrum, Amen.

EX EODEM.

QVi ſpem ſuam in te collocarunt, omni-
potens Deus, tuę fidei vmbram, & firmiſ
ſimæ tutelæ munitionem ſibi delegerunt, vbi
tuti eſſe poſsint ab hoſtium inſidijs, & à quouis
peſtilenti exitio ſecuri. Cùm improbi homines
qui verè ſunt diaboli membra atque ſatellites,
aduerſus eos quippiam mali cõmenti fuerint,
D Dei auxilio & fide minimè deſtituentur, nam
illos è veſtigio vt validiſsimus clypeos tuebi-
tur. Et grauiſsimis, vt fit quotidie, tentationib.
vndique ſæuientibus, quibus infiniti mortales
præcipitantur in æternam damnationem, qui
ex animo conſtituerunt & dixerunt Domino:
Deus meus tu, & vnicam te poſui ſpem meam:
ad hos malum nequaquam accedet, ſed alijs ca-
dentibus, ipſi firmi atque intrepidi ſtabunt. An
E gelorum opera non ſolùm ab aduerſis caſibus
liberabuntur, ſed nullæ erunt adeò venenatę &
immanes beſtiæ, vt ipſis quicquam noceant. Id
circo te rogamus, optime pater, quò non ſimus
tantorum bonorum exortes: concedas, vt te
adeò amemus, tibique eò vſque fidamus, vt prę
ter te nullum aliud deligamus nobis refugium,
per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, Amẽ.

EX PSALMO XCII.

F TVm celebrare nomen tuum, omnipotens
Deus, intermittimus, quando animos no-
ſtros admiranda opera tua non ſubeunt, quæ
illico vt cœperimus memoria diligentius repe-
tere, & cogitatione attentius verſare, imprimis
nos vehementer exhilarant, impellunt deinde
magna vi & efficacia ad tuas laudes prædican-
das. Verè ſtupidi ſunt, qui ea vel non aduer-
tunt, vel illis non permouentur, ideò forſan ca
ligine obcæcati, quòd impiorum ſecundas res
G & diuturnam impunitatem vident. Sed iſtis
intelligendum eſt, hoc te idcirco velle, vt re-
pentina inſperataque mutatione rerum magis
doleant, & poſt fœlicitatis vmbram, in me-
ras

Digitized by Google

ras ac ſolidas calamitates easque ſempiteroas
incurrant, quaudo iuſti, cedri & palmæ inſtar
in beata domo cœlorum bonis æternis atque
ſyuceris perfruentur. Hac ſpe nos, quæſumus,
optime pater, foueas & conſoleris, quò ipſi & ę-
qunin & iuſtum te eſſe intelligamus, & à tuo iu
dicio prauitatem omnino abeſſe voiuerſis prę-
dicemus, per Ieſum Chriſtum Dominum uo-
ſtrum, Amen.

EX PSALMO XCIII.

CVm videamus, Omnipotens Deus, orbē
abs te conditum, adeò firmum inconcuſ-
ſumque perdurare, tantaque conſtantia & re-
ćto ordine adminiſtrari, in eo agnoſcimus tuá
celſitudinem robur atque potentiam: vnde col
ligimus animos, nobisque certiſsimè perſuade
mus, non minus tuas promiſsiones fore bonæ
& veracis fidei, quàm regnum tuum & forte &
immobile eſſe natura rerum nos doceat. Quam
obrem tameſi hoſtes uoſtræ ſalutis inſultent,
fremant, oosq; ſuæ iracundiæ atq; teutationū
fluctibus perpetuò collidant, vtq; immanes a-
quæ & procelloſum mare aduerſum uos inſur-
gant, ſperamus omnino fore vt tua potentia &
authoritate defeudamur. Largiaris itaq; cū vt
fides hęc iu animis noſtris perpetuò augeatur,
tùm verò vt bona præclaraque erga Eccleſiam
tuam promiſſa, non ſolùm eueniant, ſed etiam
illi collata diuturno tempore in illa conſeruen-
tur, vnde tua bonitas & inexhaoſta elementia
magis ac magis omnibus declaretur, per Ieſum
Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

EX PSALMO XCIIII.

MIra eſt, Omnipoteus Deos, peecatorum
iuſolentia: non enim tantùm debiliores
atterunt & lædont infirmos, ſed eò amentiæ
tandem perueniunt, vt clam te ſuam impietatē
& ſua grauia facinora eſſe exiſtiment. Oramus
itaque vt à mentibos noſtris hoc genus ſtulti-
tiæ procul remoueas, nobisque perſuaſiſsimū
eſſe velis, te, cùm aurem condideris, oculum
finxeris, hominibus vim & facultatem iutelli-
gendi conçeſſeris, nil eorum quæ à nobis in ter
ris deſignantur ignorare: nosque interim ſic re
gas atque inſtituas, vt nō ſolùm a b æternis ma-
lis quæ impijs præparantur, euadamus, verùm
etiam, vt ſummam tranquillitatē fœlicitatemq;
quam tuis decreuiſti elargiri, conſequamur.
Profectò niſi tu pręſtò ſis, paratū promptumq;
habeas præſidium quò nos tueare, facilè incide
mus in ea mala quæ nobis impendent. Sis no-
bis, quæſumus, pro arce, munitione & firmo
elypeo, ne in te omnem ſpem noſtram fruſtra
videamur colloeaſſe, per Ieſum Chriſtum Do-
miuom noſtrum, Ameu.

EX PSALMO XCV.

QVouiam tu es, Omnipotens Deus, no-
ſtra ſalus & fortitodo, conueoit vt pro
A viribus te celebremus: quod vt ritè faciamus,
confeſsione delictorum uoſtrorum imprimis
te accedimus. Cum tuo beneficio, non autem
noſtris meritis, in oues paſcuæ tuæ & in popu-
lum tuum nos cooptaueris, qui nullis noſtris
egebas officijs, quippe es rex magnus, ſuper o-
mnes Deos, in cuiꝰ manu haud ſolū terra & cel
ſitudiues montiū ſitæ ſunt, verū cœli & omnes
creaturæ: nos te infinitis modis offendimus,
cor noſtrū obdurauimus tuis admonitionib. in
B tentatione ſtatim ceſsimus, animo erraoimus,
noſtris peccatis & ſceleribus tibi ſemper fuimꝰ
onerosi atq; moleſti. Idcirco modò in nos exci-
taſti tam ſuperbos & crudeles hoſtes, per quos
in magnum diſcrimen adducti ſumus: Verùm
tamen agnoſcentes quàm iniquè egerimus, cō
pertum habemus nullum aliud à tua bonitate
atque miſericordia nobis ſupereſſe præſidium.
Quare noſtris his votis & ſupplicationib. præ
occupamus faciem tuam antequā perdamur,
C ac oramus ne in ira tua nos conteras: remoue-
as, quęſumus, peccata, quibus te & tentauimus
eum patribus noſtris & irritauimus. Memine-
ris te nobis eſſe Deum, regem atque paſtorem.
Serues itaque, dirigas ac tuearis ab his, qui te
haud minus quàm nos odio habent, ne patiaris
vt opus manuum tuarum, qood in nobis cœ-
piſti, pro libidine crudelitatis eorū diſsipetur,
per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum, Amē.

D *EX EODEM.*

TAnta eſt, Deus Opt. Max. tua maieſtas at-
que inuicta potentia, vt vbique excellat
& quàm latiſsimè dominetur, neq; immeritò,
cùm abs te omnia tam ima quàm ſumma con-
dita fuerint: nihil, quod vel ſit abſtruſum io ter
ra, vel ſublime in cacuminibus moutium, repe-
ritur, cuius tu non fueris author: idcirco iu-
ſtè cupimus te celebrare. Accedit ad hæc te
E uoſtrum eſſe vnicum præſidium, nosque ve
gregem & ooes tuæ poſſeſsionis ad te voum
pertinere. Qnare tuom præſentiſsimum nu-
men colimus, veneramur, adoramus & inuo-
camus, id cum primis petendo, ne cor noſtrū,
vt prauum eſt natura, ſinas ad ſermones tuos
obdureſcere. Lenias illud, quæſumus, gratiæ
ac ſpiritus afflatu, neque ſinas nos inſtar per-
uicacium Iudæorum, qui tuæ virtutis iàm
ſæpè voluerunt periculum facere, aduerſus
F tua mandata vel obloqoi vel reluctari. Sed
quod illis non contigit, vt ſedes promiſſas oc-
cupariut, nobis pro tua bonitate largiri di-
gneris, vt in æternæ fœlicitatis portum, poſt
longos & diuturnos errores tandem non pro-
hibeamur ingredi, per Ieſum Chriſtum Domi-
num uoſtrum, Amen.

EX PSALMO XCVI.

G ADmonemur, Omuipotens Deus, multis
de cauſis quò te celebremꝰ ac nomini tuo
beuedicamus: verùm id aſſequi commodè non
valemus, niſi prius à nobis depulerimꝰ peccata

Digitized by Google

quibus miſerabiliter premimur. Soſcepimus abs te præclariſsimum ſalutis donum per Euangelium, ſed in eo bactenus tam frigidè viximus, ita aduerſati ſumus vocationi noſtræ, adeò mãdata tua neglexijmus atq; cõtempſimus, vt demum ad occurrendum noſtris malis opus fuerit his calamitatibus: vt nobis iram tuam oſtenderes, his grauiſsimis periculis adductus es & noſtris ſceleribus prouocatus. Cæterùm, Deus, haud ſpectes quæ ipſi meremur, ſed hoc vide, vt in Gentibus narretur gloria tua, & mirabilia tua ab omnibus agnoſcantur. Cõfidunt hoſtes, cùm tui tùm noſtri, humanis viribus & idololatriæ, Antichriſtum vt ipſi colunt ita nobis vellent obtrudere. Nos contrà, te vnũ ſcimus eſſe magnum dominum ac terribilem ſuper omnes Deos. Idcirco te inuocamus, & hoc noſtro tempore ad te confugimus, orantes noſtrorum peccatorum veniam, vtq́ue oſtendas quàm vani ſint Dij inimicorum noſtrorum. Iudica, ô Deus, aduerſarios tui cultus & hoſtes ſancti Euangelij, quò ipſe, vti par eſt, & regnes & domineris in gentibus. Exeras, nos liberando, ô Deus, potentiam tuam, gloriam atq; magnificentiam, vt erepti à tantis malis, reddam⁹ tibi debitas oblationum laudes: extollatur paſſim honor nominis tui, omnesque puriſsimo cultu adorent ac venerentur maieſtatem tuam per Ieſum Chriſtũ Dominum noſtrum, Amen.

EX EODEM.

BEneficia tua in nos, omnipotens Deus, nõ ſolùm iugiter conferuntur: ſed noua & inuſitata ſeſe perpetuò exerunt: quare merentur, ni velimus eſſe ingrati, vt ea ſemper nouis laudibus atq; carminibus celebremus. Ea eſt tua magnitudo atque potentia, ea ſpecies & maieſtas, vt infinito vincas interuallo quicquid homines diuinitatis aut numinis vel ſibi excogitare, vel fingere vnquam potuerunt. Cócedas itaque nobis, vt te veneraturi atque adoraturi, nos ipſos noſtraque omnia tuæ ampliſsimæ gloriæ alacriter offeramus, & non ſolùm verbis, imò probitate & ſanctis moribus regnum tuum omnibus gentibus annunciemus, vt vbique intelligatur, quemadmodum abs te nos cũ vniuerſo orbe creati ſumus, ita etiam vnà cum omnibus rebus eſſe inſtaurandos, per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

EX PSALMO XCVII.

TV idem, Omnipotens Deus, autor es plenæ lætitię & ſolidi gaudij, ſummaq; ſeueritate es pręditus ac terrifica poteſtate, hiſq; tuis facultatib. erga homines vteris pro tua infinita ęquitate ac iuſtitia. Quamobrẽ oramus, vt nos, alioquin dignos ob noſtra peccata grauiſsimis ſupplicijs, igne iræ tuę ne velis inflãmare, ſed iuxta tuam miſericordiam, ac pro meritis vnici filij tui Ieſu Chriſti Domini & Seruatoris noſtri ignoſcas nobis quicquid deliquimus: Contra autem, furoris tui indignationem, conuertas in aduerſarios tuos: ipſi incendantur, contremiſcant à facie tua, inſtar ceræ liqueſiant. Nos

A verò inſtaurati ac reformati ſpiritu tuo, nouo genere vitæ, experiamur in nobis, & annuntiemus eis iuſtitiam tuam, ita vt illam omnes gentes intelligant. Quamuis enim multum ac ſæpius deuiauerimus à voluntate tua, nobis in ſcripturis ſanctis reuelata, nihilominus noſtrorum vitiorum nos pœnitet, & gloriam tuam ſummopere cupimus illuſtratam. Non itaque fruſtremur hac noſtra ſpe & deſiderio: confundantur illi qui in te minimè ſperant, ſed habent
B idola innumera quibus fidunt, quæ adorant, obſeruant ac venerantur. Quique tuo ſpiritu nos dignatus es regenerare atque viuificare, hoc demum largiaris, vt peccata, & quicqoid pugnat cum tua voluntate ſummo odio proſequamur. Deinde animas ſeruorum tuorum eripias de manu improborum, vt cùm euaſerimus, non ſolùm ipſi lætemur, ſed omnibus tuis oriatur ſaluifica lux, qua ad te conuertantur, tuamq́ue memoriam celebrent laudibus in
C æternum, per eundem Dominum noſtrum, Ieſum Chriſtum, Amen.

EX EODEM.

CVm tu ipſe ſis, Omnipotens Deus, qui & latè regnes & omnib. rebus moderaris, nil oportet eſſe in orbe quod inde non ſummoperè lætetur: nam quod eſt optandum maximè, regnum tuum, vt iuſtitia & æquitate pulcherrimè ornatur, ita in eodem tanta vis & poten-
D tia ſita eſt, vt nulla conſilia, nulliq́ue conatus obſiſtere poſsint, quin ad exitum perducantur quæcunque abs te conſilio æquiſsimo, & ſingulari iuſtitia decreta fuerint. Rogamus itaq; vt quemadmodum terra, cœlum ac vniuerſus orbis, iuſtitiæ ac ſapientiæ tuæ ſunt luculentiſſimi teſtes, ita in Eccleſia veritas atq; ſynceritas tui cultus appareat, ibiq́ue communis omnĩũ lætitia ſit, quòd ſuperſtitiones & corrupta reli-
E gio faceſſerint. Hoc nomine gaudeant qui ſolidè ac vehementer diligunt Deum: quem denique oramus, vt mentium lux in nobis augeatur, & in cœtu ſanctorum ob beneficia eius, ingenti alacritate gratulemur. Per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

EX EODEM.

CVm omni æquitate atque iuſtitia affulgeant, Deus Opt. Max. omnia tua iudicia,
F nos ea de cauſa & exultari vehementer oportet. Licet enim, qui tui ſunt, dum hîc viuunt, ad momentum affligantur, tempus tamen quandoq; veniet, cùm per ignem, & maieſtatis tuæ illuſtrem conſpicuamq́ue præſentiam orbem iudicabis, & cuiq; iuxta ſua opera reddes. Tunc ipſi cœli iuſtitiam tuam annuntiabunt, & omnes velint nolint fateri cogentur te iuſtiſsimũ eſſe: tunc Eccleſia tua vera ſolidaq́ue lætitia perfundetur. Cum itaque res ad hunc modum habeat
G dum hîc abs te peregrinamur, lucem in nobis oriri facias, & ſpiritualem lętitiam cum ſumma cordis integritate, quo iurè iuſteq; in te vno lætemur, & de commemoratione tuæ ſanctitat

no

nos inuicem perpetuò commonefaciamus, per A
Ieſum Chriſtum dominum noſtrum, Amen.

EX PSALMO XCVIII.

SÆpios declaraſti, omnipotens Deus, tui
vnius eſſe verè ſaloare, vt qoi ad hoe non
egeas ope & auxilio vllios creaturę. Tempeſta-
te patrum admiranda edidiſti facinora, eosq́;
ſeruaſti frequeoter ſola dextera & brachio ſan-
cto tuo: ita erga illos opem tuam demonſtra- B
ſti, vt omnibus gentibus miſericordia tua &
bonitas tua patuerit. Com itaque hactenus fi-
dei & promiſsionom nonquā ſis oblitus, imò
ſemper tois, miris modis adſueris, qoaodo
ſeruatore opus habuerunt. Vnde nomen tuū
extollendum & celebrandō iudicarunt omni
ratione, animo, voce, tubis, cythara, buccinis
ac varia carminom modolatiooe. Pari itaq; iu-
re & nos in pręſentia oramus, qui tui ſomos, ne
in hoc noſtro tempore te à nobis ſubtrahas. C
Certè non ignoras quæ & quanta ſiot pericu-
ls, qoibus vrgemur, dumq́; rem æſtimamus ex
noſtris meritis, grauiora & duriora ſe nobis o-
ſtendunt, quàm ferre poſsimus: ita enim in te
peccauimus, tam impudenter leges tuas tranſ-
greſsi ſumus, sc tibi ſæpios admodum rebelles
fuimus, vt ſi iuxta vitam ac mores noſtros ve-
lis nobis facere, videamus de ſalote noſtra actū.
Verum hoc impetrare abs te eoitimor, quò &
erga nos, more tuo, te geras, ignoſcas pœnitēti- D
bus, offenſam remittas te inuocantibus, & ſub-
uenias his qoi in te confidunt, ex tua æquitate
& clemeotia nos tuearis, eripias & defendas à
ſęuiſsimis boſtibus nominis tui p Ieſom Chri-
ſtum dominum noſtrum, Amen.

EX EODEM.

IMmenſæ laudes, omnipotens Deus, nomini
tuo debenter ab vniuerſo hominum genere, E
ob ſumma & infinita beneficia ei collata, idq́ue
potiſsimum, quod nos à morte, nō alieuius al-
terius creaturæ ope liberaris, ſed tantom ſacri-
ficio vnici atq; delectiſsimi filij toi: ita vt meri-
tò poſsimus dicere, nos brachio ſancto & forti
dextera tua ſolum eſſe ſeruatos. Declaraſti ve-
riſsimè quàm ſis memor atq; obſeruans fidei,
& bonitatis: id ex noſtra redēptione omnes fi-
nes terræ, & concti mortsles videre poſſunt. At
ſumus sdeò hebetes, rudes atqoe ſtopidi, vt o- F
mnē ſenſum tantæ liberalitatis tantū non ami-
ſerimus: qood iniqoitatibus atq; ſceleribus no-
ſtris debemos acceptum referre. Quamobrem
enixè imploramos tuam miſericordiam, vt ve-
lis, quæ grauiſsimè in te peccauimus, à nobis
remooere, ac tollere ab Eccleſia tua occaſionē
tanti luctus. Dum enim pietatem ac religionē
in tanto diſcrimine verſari cognoſcimus, tibi
corde sut voce non valemus, vti par eſſet, iubi-
lsre, aut præ gaodio ad lætitiā prouocare vni- G
uerſas creaturas. Iam ipſe, qoæſumus, veniss &
cauſam tuorū fidelium iudices: erige ac ſuble-
ua mœrētes iudicijs tuis, afflictos recrea, vt æ-
quitas ac iuſtitia qua imprimis excellis, omni-

A bos qoam latiſsimè pátest, per Ieſum Chriſtū
dominum noſtrum, Amen.

EX PSALMO XCIX.

EST ſanè, Deus omnipotens, maxima vis
regni tui, qua fideles conſueuiſti tueri, ho-
ſtes verò & rebelles proſternere: quod patres
noſtri ſępius experti ſunt. Vnde veriſsimè cre-
dimus ac fatemur te præſide populi, terram;
animos & vires eorum notare, qui illum oppu-
B gnant, viciſsimq́; ipſom defendi & confirmari.
Quamobrem cum ita magnus & potens ſis in
Eccleſia, quæſumus te, conturbentur potentia
tua omnes gentes quę regnum tuum voluot e-
uertere: vtq; es magnus robore sc potentia prę
omnibus dijs ac regibus, te modò pro Eccleſia
tua tremendom atq; terrificom oſtendas. Sci-
mus qoidem iudicium te diligere, ac res huma-
nas iodicare ex ioſtitia: idcircò te rogatum vo-
lumus, vt; qoando ſeueritatem tuā, iniqoitates
C quas admiſimus, aduerſum nos interpellant, ab
eis oculos deflectas in Ieſom Chriſtum ſerua-
torem noſtrum, qoi nobis eſt pro Aarone, Mo-
ſe, Samuele, ac vero pontifice. Memor eſto in-
uocationis, ſacrificij, ſanguinis & lachrymarū
quas pro nobis effudit in ara crocis. Vt enim
merita noſtra ſint peſsima, & infinita ſcelera
admiſerimos, memeoto quòd per ipſum inuo-
catur nomē tuum ſoper nos. Idcircò ignoſcas,
condones & remittas qoæ tranſgreſsi ſumus:
D noſq́; haud cuncteris eripere ex taotis pericu-
lis, quò tibi valeamus ex animo viuere, tuumq́;
nomē, uti meretur, laudibus in cœlum efferre,
per Ieſum Chriſtum domioum noſtrum, Amē.

EX EODEM.

QVamuis impij videantor, omnipotens
Deos, interdum tantopere concitari, ut
penè omnia ſusq́; deq́; turbeot, non eſt tamen,
qood fideles multum perterreſiant, quādoqui-
E dem ipſe mundanarum rerum imperium ſuſce-
piſti, & gubernaculis vniuerſi orbis pro tua ſa-
pientia moderaris. Et id quicunq; perſuaſum
habent cæteros timere ſinūt, ipſi uero prorſus
læti, ſolido ſynceroq́; perfuſi gaudio te laudib⁹
pro uiribos celebrant, & omnibus modis tuas
laudes efferunt: quibus & nos alacri animo
ſtudia noſtra adiungimus: teq́; ſupplices & ar-
dentiſsimis votis oramus, ut, qui Moſi, Aaroni,
Samueli cæteriſq́; tuis fideliſsimis ſacerdoti-
F bus, dum inuocarent nomen tuum, facilem &
exorabilem te præbuiſti: its nos quoq; in præ-
ſentia digneris audire, ut Eccleſiā, quę tuo prę-
ſidio, ſi vnquam, modò vehemēter indiget, nō
minus tua præſentia, conſilio, ſpiritu & gratia
tueri velis, atq; olim patribus columna ignis &
nubis in mari & in deſerto opitulatus es, per
Ieſum Chriſtum dominom noſtrum, Ameo.

EX PSALMO C.

G TVA planè dignitas, omnipotēs Deus, ac
beneficia ingentia quæ in nos contuliſti,
id exigerent, vt conſpectum tuum accederem⁹
tibi gratias agendo, sc te, quemadmodum de-

Q

Digitized by Google

cet celebrando, lætitia ſumma ac iobilatione
eximia. Verum doo præcipoè videotur obſta-
re, qoò id mioos à nobis fiat. Primo grauamur
innumeris vitijs, & peccatis ita prsmimur, vt
vix auſimus ad te oculos noſtros attollere: cir-
cuodamur præterea, noſtrorum ſcelerum me-
rito, adeò Aoticbriſti metu atq; anxietate, vt pa
rum abſit qoo minus ab ea abſorbeamur. Sen-
simus quippe experieotia, prauitate ooſtra, per
tuam ioſtitiam io oos ita eum incitatum, vt oi
su pro tua miſericordia nobis ſubuenias, bu-
maoæ vires & auxilia nihil hìc amplios profu-
sora ſiot. Quamobrē te imprimis obſecramus,
vt ſarcinam vitiorum à ſeruis tuis remoueas,
nobisq; loco praoæ & corruptæ vitæ lsrgiri di-
gneris puram & incontaminatam. Deinde po-
polum tuū velis eripere è faucibus crudeliſsi-
morum hoſtiom, qui oō ſolum corpora & for-
sunas, verum animos fideliom tuorum æternū
curaot perdere. Tu qui es Deus noſter, hæc fie-
ri, precamur ne patisris: ſumos opos msnoū
suarum, ipſe feciſti oos, oō ipſi nos. Com itaq;
& populus tuus ſimus, & grex paſcuorum tuo-
rom, ita nobis opem ſercodo velis adeſſe in v-
sroq; homina, vt demom atria coosſpectus tui
iogredismur, laodibus, hymois & caoticis tuá
prædicando bonitatem, vt fiat per nos de ea fi-
des, cùm omoibus gentibos, tum omoibus ętа-
tibus, per Icſum Chriſtum Dominum no-
ſtrum Ameo.

EX EODEM.

EXterno ſacrorum oracolorum teſtimooio,
Deus Opt. Maxi. atque intimo tui ſpiritus
afflato certiores facti qoòd te faucotem, oobis-
que ac ooſtris rebus propitium hsbeamus, &
ſyncero perſuodimur gaodio & iuſtam volu-
ptatem capimus. Et cum perſpectū fidei bene-
ficio habeamos, te ooſtrum eſſe authorē, à quo
& conditi ſomus, & io gregem tuum certumq;
popolum aſciti, gratiarū debita actiooe, & me-
moria taotorum beneficiorum nunqoam poſ-
ſumos exaturari. Quamobrem te cum laudib9
& precibus accedimus, omnibusq; votis effla-
gitamus, vt voinerſis gentibus nomen tuum
patefacias, atq; io eam fœlicitstem pro tua cle-
meotis Eccleſiam reſtituas, vt miſericordia tua
ergs eam omoibos ſis conſpicua, cùm propter
doctrinæ veritatem, tum etiam propter vitam
& mores, qui cum his, quæ verè docentur, pro-
bè conſentiaot, per Ieſum Chriſtom dominum
noſtrum Amen.

EX PSALMO CI.

HO C potiſsimum, Deus Opt. Max. in vi-
ta eorum requiris qui nomeo & religio-
nem tuam profitentur, vt ſomma æquitate &
ioſtitia vitam ſuam inſtituant, & actiooes habe
ant charitatis & miſericordiæ erga proximos:
quæ cum paſsim nobis inculcent ſacræ lite-
ræ, confitemur nos minimè præſtitiſſe, atque
hîc agooſcimus coràm te iniuſtitias & iniquita

A ses noſtras, & frigida ſtudia iu Eccleſiam & ſan-
ctos tuos exhibita: scq; oramus vt quæ perfi-
dè ac temerè contra mandata tua hactenus e-
gimus, velis nobis remittere: & concedas, vt
acti prudentia tui ſpiritus ionocentem vitam
auſpicemor: ſepooaotur s cordibos noſtris pra
ua conſilia: & quæcunq; à ioſtitia & rectitudi-
ne deflectuot, ſint oobis horrori, nilq; aoimis
adhæreat aut factis, qood à tua lege & volun-
tste ſis alieoum. Rogamus præterea cæleſtis
B pater, vt hoc ooſtro difficillimo tempore nó de-
ſeras Eccleſiam tuam: vides quippe vt crude-
ies, malitioſi & impij Antichriſti eá iouaſerint:
adeò ſuperbia ſunt elsti & acceoſi forore, vt o-
mnia tam diuina quàm humsna iura pari ſu-
percilio, & æquali contemptu lodibrio habe-
ant, oil homanitate aut fide peragunt, omnia
mendacijs, fraudibos & violeotia perdere ag-
grediuotur. Quare te obſecramus, ô Deus, pro-
pera in auxilium populi tui, & tua vi atque po-
C tentia exciodas tam improbos adocrſarios oō
minus tui oomiois quàm noſtræ pacis atqoe
tranquillitatis, per Ieſum Chriſtum dominum
noſtrum, Amen.

EX EODEM.

ECcleſiam, omoipotsos Deus, quæ eſt do-
mus tua, omoe otnamentum & ſanctitatis
D & virtutum decet, quo cum in præſentia videa
mus eam miſerè deſtitui, precamur, vt qui bo-
nus es, & illi, vt non dubitamus, omnia bona
cupis, atque ex ſenteotia toarum promiſsiooū
apprimè faoes, vt eam ſic inſtaurari coocedas,
qoò ibi cuncta ſpirituali prudentia geraotur,
eaq; inde remoueas crimioa, quibus æterna io-
rè debetur condemnstio. Faceſſant qui abs te
deficiont perfidia, & legi tuæ obſtinata cootu-
macia ſoot rsbelles. funditus ex ea tollantur
detractores, atque vnà ſuperbi, qoiqoe ſua Im-
E podentia olhil ſibi non arrogant. Ac è diuerſo
ſtudioſis veritatis maximè illic locus pateat:
hi oon ſolum coràm te tibi verſentur, ſed ſum-
ma innocentia ac fide populom tuum paſcant,
atque omnia ei ad ſalotem coodocibilia ſe-
dulò admioiſtrent. Procul inde, procul indè
ſiot, optime pater, omne homanom commeo-
tum, & doloſa idololatria: atque omnis tan-
dem impietas à cœto fideliom radicitus excin-
F datur, per Ieſum Chriſtum Dominum oo-
ſtrum, Amen.

EX PSALMO CII.

PE R nos ipſos quidem, omoipotens De-
us, iodigni ſomos vt preces noſtræ sd te
habeaot acceſſum, com mandata & legem tu-
am pſsim tranſgreſsi ſimus, & tuo Euangelio
ac noſtra vocatione indigniſsimè vixerimos.
G Verùm ipſe pro tua clemētia, à votis ac ſuppli-
cationibus ooſtris faciem tuam ne abſcondas.
Ioſeſtamur enim gaoiſsimè ac premimor maxi
mis periculis: quare ad nos aurē tuā ioclines,
& inuocantibus se properàter annuas. A pecca
tis &

tis & vitijs primũ teleuari obſecramus, confir-
metur debile cor noſtrum in via tua, & Sancto
ſpirito irriges exhauſtas animi uires, vt viuam⁹
sibi, atq; inſtaurati & innouati nomen tuum &
Euangelij benè audire ſaciamus. Deinde potẽ-
tiam & vim tuam conuertas aduerſus illos, qui
nomen filij tui & ſanctam eius doctrinam con-
tumelijs & opprobrijs innumeris afficiont. Mi-
ſerearis quęſumus, iam Ziõ, id eſt, Eccleſię tuę:
nam sempus inſtare videtur vt illi faueas. Pro-
ſpicias oramus è ſublimi habitaculo tuo, & in-
tuere calamitates noſtras, gemitumq; audias
eorum qui vinciuntur, cæduntur & excrucian-
tur mirabilibus modis propter nomen tuum,
ſaluesq; oues tuas ex tantis periculis, quæ non
ſolum morti, verum execrationi extremæ de-
uotæ ſunt ab Antichriſto, vt quandoq; filij tui
coram te valeant quietè & tranquillè agere, per
Ieſum Chriſtum dominum noſtrum, Amen.

EX EODEM.

TVum implorat auxilium, Deus Opti. Ma.
fidelium turba, quę à tyrannide peccati a-
trociter opprimitur, facerq; in ea penè ſuccus
pietatis areſcit: os ne tuas laudes canat, eſt op-
pilatũ, & nullum ferè in corpore ſupereſt mem
brum, quod ad alterum iuuandum ſuo funga-
tor officio. Quamobrem tu qui ſemper identi-
dem viges, in noſtrum excitare auxiliũ, quãdo-
quidem vt ita afflictæ Eccleſiæ ſuccurras, iam
opportunũ tempus eſſe exiſtimamus. Id autẽ ſi
obtinuerimus, non dubitamus timorem tui no
minis, & ſynceram pietatem quam latiſsimè
propagandam. Si enim tuorum ex tam graui-
bus malis fueris aſſertor, docebis fidem tuam
perpetuò firmam atque inconcuſſam durare:
quæ, tametſi cœlum terraque miris viciſsitu-
dinibus agitentur, atque ita vt pereant concu-
tiantur, ea tamen erga tuos electos eadem ma-
net: à qua nos haud noſtris viribus aut meri-
tis, verum eius miſericordi atq; clementi effi-
cacia cùm ſeruari, tum inſtaurari etiam atque
etiam obſecramus, per Ieſum Chriſtum Do-
minum noſtrum, Amen.

EX PSALMO CIII.

TEnemur, omnipotens Deus, ob ſumma
tua in nos merita, animo, corde, omnibus
viribus te perpetuò prædicare, & gratias di-
gnas agere, ni, vt ingrati obliuiſci turpiter veli-
mus omnium eorum, quæ nobis hactenus tri-
buiſti. Remiſsio peccatorũ in Chriſto, ac rege-
neratio per eius ſanguinem nobis eſt primum
gratis abs te oblata, acceſsit doctrina, ſacramen
ta, corporis vita, & quęcunq; ad conſeruationẽ
vtriuſq; hominis faciunt. Verùm tamen agno-
ſcimus nos his omnibus tuis beneficijs eſſe fœ-
diſsimè abuſos, nihil bona fide pręſtitimus,
quod plenè reſponderit noſtrę vocationi. Quã-
obrem ſupplices modò petimus, vt noſtris di-
gneris culpis ignoſcere, ac mores corruptos, &
vitam, quam hactenus degimus abſurdam, e-
mendare. Ne facias ô Deus, nobis ſecundũ pec
cata noſtra, neq; nobis rependas iuxta iniquita-
A tes noſtras. Cum apud te ſumma pietas & mi-
ſericordia obtineat, num perpetuò vlciſceris?
aut nos corripies & caſtigabis in furore tuo?
Memor eſto te nobis patrem eſſe: ergo rogam⁹,
vt erga te colentes paterno mouearis affectu.
Noſti nos puluerem eſſe, ac niſi bonitas tua in-
terueniat, vaniſsima figmenta: gramine & flo-
ribus ſumus flaccidiores. Idcircò ne reſpicias
mala noſtra merita, imò ſpectes fœdus inter
nos & te initum, & populum tuum eripias à
B ſceleratis & nefarijs manibus hoſtium tuorũ,
quo tua opera cum angelis & ſanctis homini-
bus æternum celebremus, per Ieſum Chriſtũ
Dominum noſtrum, Amen.

EX EODEM.

NVnquã te pro dignitate, omnipotens De-
us, celebrare poteſt humana infirmitas:
non enim ſolum tua beneficia in nos extant,
quibus & vitam ſumus adepti & illam indies
C trahimus atq; tuemur, ſed quod omnium ma-
ximũ eſt, tuis fidelibus & grauiſsimas & infini-
tas per Chriſtum cõdonaſti iniquitates, de quo
extremo ſummoq; beneficio, etſi non quas de-
bemus, attamẽ quas poſſumus, gratias agimus:
& eo facti ad petendum alacriores: te rogam⁹,
optime pater, vt in ore Eccleſiæ tuæ perpetuò
verbum doctrinæ puræ digneris inducere &
conſeruare, quò illi aquilarum inſtar, cõmuta-
tione facta veteris fermenti, priſtina iuuentus
D redeat. Vtq; diſsimulatis Iſraelitarum peccatis,
eos non ſolò per Moſem, quẽ ipſe docueras, ad
ſedes repromiſſas traduxiſti, ſed etiã tuæ miſe-
ricordiæ perpetua beneficia ipſis impertiendo
indicaſti, non minori interuallo quam cœli &
terra inter ſeſe diſtant, eminere tuam bonitatẽ
erga eos, & vincere omnia eorum ſcelera: ita
te, qui pater es noſtrum, qui filij tui ſumus, tan-
gat miſericordia, vt qui iã iam ni ſuccurreris, &
tenebris & vitijs prorſus obruimur. Fœdus tu-
E um inter nos & te renouari experiamur, & eo
reſtituto, ſummo ſtudio cõtendamus vitæ ſan-
ctitate mandata & legem tuam exprimere, quò
de noſtra ſalute non modò terrena Eccleſia, ve-
rum angeli quoque, qui tuam voluntatem ſum
ma alacritate exequuntur, bonitati tuæ meri-
tas gratias agant, per Ieſum Chriſtum dominũ
noſtrum, Amen.

EX PSALMO CIIII.

F DEclarant abundè nobis, omnipotens De-
us, omnes creaturæ vim, decorem & glo-
riam tuam quandoquidem omnia videmus te
pro viribus ornare, ac nedum tuis verbis imò
nutibus obedire, à quo item ſtudio non eſſe a-
lienos & nos oportuit, potiſsimũ cum vniuer-
ſa in vtilitatem noſtram & commodum creaue
ris. Sentimus enim perpetuò fructus nobis è
terra prouenire, iuuamur fontibus, fluminib⁹,
G pecoribus, pluuijs, herbis, ſegetibus, uino, oleo
& omni ciborum genere: ſed adeò cæca, uitiata
& corrupta eſt natura noſtra, vt quo magis à te
ſummis beneficijs affecti ſumus, eò amplius
contumaciter à verbis & voluntate tua de-

ficiamus. Quamobrem precamur, vt miſericordia tua velis delere quicquid hactenus in te peccauimus: Vtque velimus nolimus, quò ad victum corporis, à miſericordia tua pendemus, Ita etiam omnes noſtros affectus, vires, cõſilia, & opera in te vnũ conuertamus. Oramus prætere, vt hoc noſtro tempore faciem tuam à nobis minimè auertas, alioquio conturbabimur, expirabimus, atq; in nihilum redigemur. Tibi ô Deus, media & facultates non deſunt ad tuos perdendos hoſtes: tu violentiſsimos ventos, fulgura & flammas ignis habes nuntiorũ tuorum loco, ac ſi terram reſpexeris, illico tremit, & ſi montes attingas, ſtatim fumant. Conficiãtur ergo per te impij Antichriſti, ita vt amplius non ſuperſint: deturque Eccleſiæ tuæ pax & tranquillitas ad celebrandas & canẽdas laudes tuas, per Ieſum Chriſtũ dominũ noſtrũ, Amen.

EX EODEM.

NON latet fideles tuos, omnipotẽs Deus, quòd omnia cõdideris ab initio ad electorum ſalutem: Idcirco quemadmodum vniuerſum orbem abs te creatum videmus, admirandis pulcherrimisq; ornamentis inſignitum: Sic precamur vt Eccleſiam tuam, quæ cœtus eſt ſeruandorum, digneris illuſtrare atq; excolere, quo non minus in illa atq; in vniuerſo vel dignitas tua effulgeat: ſplendeat in ea cum primis lux pura tuorum ſermonum, quos vis & potentia ſpiritus in cordibus noſtris efficaces reddat: & tanta credentium in fide ſit conſtantia, vt terræ mole, fundamentis & baſibus mundi ſint firmiores. Depellantur inde ab increpatione tuæ potentiæ periculoſæ tentationes, noxæ tartari & principis tenebrarum: ac è diuerſo earum loco inſtar aquarum, vini fontes afflatus tui ſuauiſsimi ſpiritus ſuccedant, noſtræq; infirmitati non deſit quo confirmetur perpetuum pabulum: Sit in fiducia tui nominis munimentum quò nos recipiamus. Vtque in tuis creaturis nihil non lucet vel aſtris, vel pulchra animantium, herbarum, lapidumque varietate: Ita Eccleſia, precamur, vt omnium virtutum luminibus decoretur, per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

EX EODEM.

TEſtantur quæcunque abs te create ſunt, Deus Opt. Max. ſua magnitudine ac exquiſitiſsimis ornamentis quàm admirabili ſapientia & immenſa potentia vigeas, nihil eſt quòd à te non pendeat: nam quęcunq; viuunt, cibum te ſuppeditante, aluntur: & à quibuſcunq; abducis aſpectus tui faciem, durare amplius non valent, ſed cum ſpiritum tuum ab illis remoueris, illico extinguuntur. Quòd itaq; optime pater tam bonus es & efficax, vel in ea quæ longè infra hominem eſſe decreuiſti, erga Eccleſiam tuam, precamur, vt nõ minus tuam clementiã exeras. Eſt ſanè tuũ opus quamobrem ea gaudeas & oblecteris, & cures pro tua ſumma prouidentia, vt in illa maieſtas tua ſeſe

A enidentiſsimè prodat, quò & nos perpetuò de tua volũtate inter nos ſuauiſsimos commiſceamus ſermones, & perpetuis laudibus celebremus te ex illa omnem impietatem ſuſtuliſſe, per Ieſum Chriſtum dominũ noſtrum, Amen.

EX PSALMO CV.

MIrabilia tua, cœleſtis pater, ſuadẽt nobis, & mandata tua ſedulò præcipiunt, vt faciem tuam inquiramus, nimirum puriſsimo B cultu & fideli inuocatione in ſacris cœtibus, id in memoriam reuocando, te eſſe Deũ noſtrũ, qui nos, per Chriſtum, verum Iſraelem effeceris, & per fidem, Abrahami clariſsimi ſerui tui, filios. Vt itaq; ſicut decet, inquiramus te, & cõſpectum accedamus, aufer, quæſumus, à nobis peccata & omnem vitæ impuritatem: nos grauiſsimè hactenus peccaſſe, & animo & voce confitemur: & ni tu properes in auxilium noſtrum, peccata noſtra in profundũ nos demer- C gunt. Sicuti enim meriti ſumus, excitati ſunt & præualuerunt in nos hoſtes tui nominis, ac ſe quotidie roborant aduerſus Chriſtum filium tuum Dominum & ſeruatorem noſtrum. Omnia hæc mala agnoſcimus nos innexiſſe in Eccleſiam, ob vitam quam tuo nomine & profeſsione noſtra indignam hactenus viximus. Verum tu, precamur, eſto memor fœderis tui, quo es pollicitus nos fore funiculum tuæ hæreditatis. Pactum tuum non eſt caducum, imò D ſempiternum. Conſueuiſti aliàs caſtigare reges, ne tuis electis nocerent. valuiſti ſuper terram, quoties libuit, defendere & tueri ſanctos tuos: cœlum, elementa, ac omnes creaturæ tibi militarunt in Ægypto ad ſalutem populi tui. Vt ergo tunc non es oblitus fœderis tui, ita in præſentia te memorem illius oſtendas. Omnibus modis impij homines, diabolus & Antichriſtus annituntur nos abſorbere. Quare mirabilia tua, ô Deus, in nobis renoues: nihil E habemus auxilij, ſed alis nos tuis protege, scilicet las ſuper nos expande, vt nos defendas, quò tutè & tranquillè nobis tibi viuere liceat, per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum, Amen.

EX EODEM.

CVM non poſsit eſſe, omnipotens Deus, piorum hominum præclarius aut nobilius ſtudium, quàm admiranda & eximia tua geſta cùm animo repetere, tum ſermone ac lau- F dibus quàm luculentiſsimis celebrare, iam ipſi vt fidei ſectatores Abrahami veterumq; ſanctorum patrum non degeneres filij, Chriſti membra, & Apoſtolorum eius inſtitutione eruditi, memoria repetimus quàm ſanctè fœdus, quod ab initio cũ Eccleſia percuſsiſti, obſeruaueris. Fuiſti enim perpetuò electis tuis, quando tibi fidebant, protectio ſecura & firmiſsima tutela, cumque tu defenderes, nullus ijs nocere valu- G it. Deinde cum ſeueritate iuſtitiæ tuæ aliqua calamitate orbem premebas, aut fame ſummaque annonæ inopia diuexabas, totum id quicquid fuit in ſalutem gloriamq; Iſraelitarũ tandem conceſsit. His admoniti colligimus animum,

mum,teq́; ſupplices accedimus, vt non minus hodie velis eſſe tui pacti memor erga Eccleſiã, quàm antiquius fueris. Multa,vt vides,eã vndique premunt incommoda: tu,precamur,qui ſolus potes, optime pater, ea omnia vel faceſſere iubeas, vel ad noſtra vitia repurganda valere concedas, per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum, Amen.

EX EODEM.

OPtamus, Deus Opt. Max. vt cœtum filiorum tuorum, cùm numero tum etiam fide,atq; omnibus tuæ gratiæ ornamentis digneris augere. Atque vt filijs Iſrael,quando iam in populum maximum creuerant, Aaronem dediſti fideliſsimum paſtorẽ,ita nunc Eccleſię præpares pios, eruditos & prudentes miniſtros, quorum opera Ægyptus noſtrorum concidat: doctrina, qua nos inſtituant, in dies accẽdatur quiſq; noſtrum,& bonis & ſpiritualibus fructibus cumulatiſsimè diteſcamus. Lumine ſermonum tuorum & ductu ſpiritus ſancti nũquam, optime pater, nos deſtitoas, alioquin in deſerto huius vitæ,cùm miſerè errabimus, tũ infœliciſsimè peribimus: & quando infinita tentationum pericula fidelibus tuis imminent, non illos deficiat gratiæ atq; fauoris tui robur, quo valeant,dum hîc viuunt,regnum tuum ad plurimos propagare,& demum promiſſas abs te ſedes æternę fœlicitatis adipiſci, per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum, Amen.

EX EODEM.

CVM non immeritò filiorum Iſrael ingratitudo & rebellio contra Deum à ſcripturis taxetur(etenim illi perpetuò ſuis querimonijs erant moleſti) precamur te cœleſtis pater, vt tua ineffabili miſericordia & paterna benignitate nos ita regas atq; gubernes,vt eorũ ſimiles non deprehendamur. Illi facilè operum ſuorum, quibus eos in libertatem aſſerueras, obliuiſcebantur, Dijs alienis adhærebant, carnis voluptatibus polluebantur,& denique terram optabilem à te illis promiſſam & contempſerunt, & ſceleribus grauiſsimis atque turpiſſimis contaminarunt: propter quæ ingentia peccata,diſciplina paterna ſæpe abs te correpti ſunt,nunquam tamen,quæ eſt bonitas tua, fœderia cum patribus illorum initi,oblitus es. Ita Eccleſiam tuam, ô Deus,cum interdum grauiter labatur, oramus vt ſolita lenitate corrigas, iure pacti æterni ſaluo,quod nobiſcũ per mortem renouaſti vnigeniti filij tui Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui tecum viuit & regnat in ſecula ſeculorum, Amen.

EX EODEM.

EA eſt, omnipotens Deus,tua bonitas erga tuorum fidelium cætum, vt quæ hactenus pro aſſerendo populo tuo in libertatem feciſti, eadem quoq; nunc,ſi manſerit in fœdere quod tecum inijt, & ſperare poſsit & ſibi polliceri. Quemadmodum enim tua potẽtia vexati ſunt & demum oppreſsi tuorũ Iſraelitarum perſe-

A cutores: ita deniq; cum tibi viſum fuerit opportunum, vi tui ſpiritus omnes illi perdentur, qui Eccleſiæ ac veritati tuæ aduerſantur. Nunc itaque hoc te præſertim rogamus, vt dum abs te in hac vita peregrinamur, & vndique infinitis periculis circumuallati ſumus, luce ac igne tui ſpiritus, tenebrarum noſtrarum noctem illuſtres, & nube tuæ gratiæ ſuauiſsima, tentationum multiplicium æſtus digneris temperare, quo iter per deſerta huius vitæ ſic integri

B & ſalui poſsimus conficere, vt ad te in æterna tabernacula repurgatis animis tandem perueniſſe lætemur, per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

EX EODEM.

TEnuis eſt,Deus Opt Max. ac infirma plus quam oporteret fides noſtra, indeq; fit,vt ſæpe cum patribus noſtris peccemus,dum tuis promiſsis mens noſtra fideliter nũ adhæreſcit.

C Sed tu qui bonus es, quemadmodũ filios Iſrael non pro eorum infidelitate tractaſti, ſed brachio forti & vi potentiſsima ex Ægyptiorum ſeruitute liberaſti. ſic nobis, quęſo,adſis,& peccata quibus in captiuitatẽ abducimur, ita vincas & proſternas, ſicut Ægyptios in profundũ maris demerſiſti, vt huius tuæ bonitatis ſenſu permoti, ſimus & firmioris fidei atque conſtantiæ, & vt per deſertum huius vitæ noſtris cupiditatibus non indulgeamus: ne ſicut Iſrae-

D litæ, per varia ſua deſyderia te ad iram prouocarunt, nos quoque tuum furorem contra nos accendamus. Sint nobis, precamur, perpetuò ob oculos eorum pœnæ atque ſupplicia, vt alieno periculo atque malo admoniti, cautius atque prudentius, in domo tua quæ Eccleſia eſt, conuerſemur, per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum, Amen.

EX PSALMO CVI.

E OB tuam ſummam bonitatem & æternam miſericordiam omnes tenemur pro viribus nomen tuum celebrare, optime pater, qui ad ſalutem piorum quàm ſæpiſsimè declaraſti tuarum virium immenſam potentiam, qua eadem nunc petimus, vt digneris viſitare & conſolari Eccleſiam tuam. Ea modo Antichriſti furore, & improborum malis artibus tantum nõ oppreſſa eſt. Cumque ſit hęreditas tua, eius pacem, lætitiam, atque fœlicitatem deſyderamus

F vehementer quandoque conſpicere. Intelligimus quidem probè, & ingenuè fatemor, nos cum patribus noſtris impiè egiſſe, grauiſsimè peccaſſe, & abs te, Deus noſter, quàm miſerrimè defeciſſe: ſed non propterea deſpondemus animum, quando talem te videmus cum populo veteri ſemper extitiſſe, vt cum incredibilibus beneficijs eſſent abs te ornati, atq; eorum immemores ad idola & impietatem fre-

G quentiſsimè deflecterent, non tantum eos funditus non delebas, ſed aliquantulum & paternè caſtigatos, cum in viam redirent, priſtinæ tranquillitati reſtituebas. Et nos itaq; ô Deus ter maxime, haud ſecus non ob vlla noſtra meri-

ta,ſed tantum propter nomen tuum velis ſeruare,vt quemadmodum è diuerſis gentibus ſumus congregati,ſic tuas laudes erepti tãtis periculis confiteamur,& honorificè prędicemus, per Ieſum Chriſtum dominũ noſtrum, Amen.

EX EODEM.

EA eſt,Deus Opt.Max.tua clementia & admiranda bonitas, vt quò magis à nobis in tuis operibus animaduertitur,eò videatur longè difficillimum iuſtis & meritis proſequi laudibus : in ipſa tamen com perpetuò menti ſpectantium occurrat, hos eſſe beatos qui iuſta & recta faciunt, atq; è diuerſo inſœlicisſimos qui à tuis legibus vita & moribus lõgè diſceſſerint. Idcirco te rogamus,vt gratia & fauore Domini noſtri Ieſu Chriſti,nos in officio obediendi tuę ſanctisſimæ voluntati contineas, & à peccatis innumeris & grauisſimis reuoces: demumque velis,non quidem ſuis meritis,verùm ob dignitatem nominis tui Eccleſiam ſeruare,ne illi vnquam obrepat obliuio tuorum beneficiorum, quæ niſi perpetuò retineamus ob oculos, facilè ad mundi & carnis dilabimur cupiditates. Submoueas ab ea procul inuidiá & factiones, quibus, aſtu diaboli quandoq; fideles miniſtri conſueuerunt premi. Vtque precibus Moſis populo, quem delere ſtatueras, antiquitus pepercisti,ſic nobis concedas omnis culpę noxęque indulgentiam, per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

EX EODEM.

PAtres in deſerto nobis,omn.Deus,proponuntur ſic neglectim & parum verecundè tecum ſe geſsiſſe,vt ferè perpetuó,vel ſaltẽ non magnis temporum interuallis te irritarint, idque tentando & quiritando, maleq; auſpicatò ſe abs te auertendo. Quamobrem iure & merito aduerſus illos commouebaris, atq; eò interdum progreſſa eſt ira tua, vt eos inimicis tradideris longè ſeuerisſimè caſtigandos. Hæc nobis exemplo eſſe debuerant, vt illa præſertim vitia caueremus, propter quæ illos abs te fuiſſe alienatos intelligimus. Cæterùm vt ſumus ad malum proni atq; infirmi, nihilo ſecius illis eiſdem vitijs nos miſerè contaminauimus : idcirco non ſemel experti ſumus te, vt iuſtus es, nos tradidiſſe cupiditatibus noſtrummet di uexandos. Nunc verò cum ſatis iam pœnas luerimus, te precamur, vt veluti Iſraelitis ad te redeuntibus in medijs calamitatum procellis ferebas opem, fœderi abs te cum illis initi non immemor, ita nobis adeſſe velis, ac ab erroribus & peccatorum ſeruitio aſſerere, in gratiam Ieſu Chriſti domini noſtri eiuſdemq́ue filij tui, qui tecum viuit & regnat in ſecula ſeculorum, Amen.

EX PSALMO CVII.

MVltũ ſanè omnipotens Deus,hi clementiæ tuæ debent, quos dum nauigant, à procelloſis tempeſtatibus & ventoſis fluctib9,
A miſerè iactatos, opportuno auxilio ſeruas, quòd te fideliter inuocarint. Declaras etiam non minus potentiam tuam,dum ſiticuloſis & arenoſis locis aquarum fœcunditatem ſuppeditas, & ſterile ſolum conuertis atq; immutas, vt ſit frugiferum. Atq; dum id merentur hominum peccata, admirabili viciſsitudine, amœna & fertilia loca, è diuerſo ſterilia & prorſus infrugifera efficis. Tandemq; vt agnoſcaris,tuaq; ſumma vis à mortalibus ſentiatur, maximos
B reges ac principes deſpectui ac ludibrio turpisſimo exponis, & pauperes atque infimos ad regna ſuprema euehis. Rogamus itaque vt nos oſcitanter iſta cogitare non patiaris, imô hoc ſolum largire,vt his adducti committamus nos totos cum tuæ bonitati adiuuandos, tum etiam tuæ legi gubernandos, quò è mundi fluctibus, te duce, euatemus, & animos noſtros bonarum actionum hactenus ſteriles, iam illarum feracisſimos habeamus, & qui extrema
C inopia boni laborauimus, ad opes regni cœlorum te authore perducamur, per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum, Amen.

EX EODEM.

QVicunq; abs te,Deus Opt. Max. ſunt è grauisſimis calamitatibus erepti, par eſt vt laudes tuas celebrent & meritas gratias agant. Experiuntur quotidie tuam miſericordiam qui erroribus itinerum iactantur, & per
D vias cæcas, loca ſolitaria & inacceſſa, inter feras & latrones periclitantur : his, cum ad te ſeriò preces fundunt, auxilium minimè denegas. Ades quoq; & illis qui captiuitate, ferreis vinculis & obſcurisſimis carceribus premuntur. Neq; illis des, quos lethales morbi ferè iá conſecerunt: quandoquidem ex animo implorantem opem tuam,ſemel decreuiſti nunquam fruſtrari. Idcirco nos, qui à vijs pietatis & ſanctę vitæ diu & grauiter aberrauimus, modò ad
E te confugimus : quiq; ſumus tyrannica peccatorum ſeruitute adeò miſere oppreſsi, te inuocamus,tandemq; omnib.votis efflagitamus,vt morbos animorũ noſtrorum ſanare digneris, quò tibi perpetuò viuamus,tuq; inde reportes æternam laudem, per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum, Amen.

EX PSALMO CVIII.

F COnfirmes & inſtruas, omnipotens Deus, tuo ſpiritu ita corda & animos noſtros, vt quamlibet aduerſis caſibus occupẽtur, aut metu & formidine hoſtium religionis & pietatis concutiantur,non tamen propterea deſiſtant à tuis laudibus celebrandis. Excitetur in nobis, optime pater, ingenium, mens & intelligentia ad tuam bonitatem rectè percipiendá, & agnoſcendam conſtantisſimam fidem tuorum promiſſorum. Sunt hęc duo in te adeò præclara, vt
G ſua magnitudine vincant nedum ſublimes aeris nubes, imò & cœlos ipſos lõgo interuallo tranſcendant. Idcirco audemus te rogare & obteſtari, quò noſtris innumeris & grauisſimis peccatis condonatis, velis rurſus dacus tuum efferre,

efferre, ac gloriam tuam mundo oſtendere, Eccleſiam eripiendo è faucibus Antichriſti. Memineris illam eſſe hæreditatem atq; electam poſſeſsionem tuam, quam licet ob iniquitates noſtras videaris interdum abijcere, aut repellere à tua protectione, illius attamen haud vales pro tua bonitate & fide reuera obliuiſci. Quare tibi vni fidimus, vt qui iam compertiſsimum habeamus inania eſſe hominū auxilia. Tu itaque nobis adſis, & da, vt pro nomine tuo ac ſancto Euangelio & conſtãter & fortiter agamus, per Ieſum Chriſtum dominū noſtrum, Amen.

EX EODEM.

DVM memoria ac animo repetimus, Deus Opt. Max. tuarum promiſsionum diuitias, mirificè ad tuum nomen celebrandum excitamur, idq; ſtudium tum vehementius augetur, quando reipſa experimur, te optima fide præſtare, quæ te daturum eſſe receperis. Multa quidem hactenus nobis & quidem immerentibus exoluiſti, attamen ſuperſunt quàmnulla, quæ vt citius impleantur, te etiam atq; etiam oramus. Cœpiſti nos ab hoſtibus eripere, ad viteriora, fœlicia initia prouehantur: eo vſque iam ſumus à peccatis aſſerti, vt tantiſper dum tibi verè credimus, nobis ad mortem non imputentur. Sed tamen adhuc illis premimur: tuis itaq; auſpicijs indies magis ac magis excutiamus eorum iugū. Orſus præterea es regnū filij tui, qui verus eſt Dauid, eò illud propagare & illuſtrare cures, quæſumus, vt vbiq; gentium, & inter nos præſertim caſtè ſanctéq; colatur & inuocetur, quo tua Eccleſia, ob tuã gloriam res præclaras gerat, neq; ab hoſtibus pietatis à iuſtæ religionis via retrahatur, per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum, Amen.

EX PSALMO CIX.

TV vnus es, Deus omnipotens, à quo nos omnia noſtra habere & agnoſcimus & profitemur: ſub cuius auſpicijs & religione agere, ſummam ducimus fœlicitatem, neq; aliud habemus potius aut antiquius, quàm laudibus & celebrationi tui nominis inſiſtere. Ne hoc tempore diſsimules aut ſileas contra improbos & fraudulentos hoſtes Eccleſiæ tuæ: haud ſolum mendacijs & blaſphemijs contra te inſurgunt, verum furentiſsimo odio & ſæuiſsima crudelitate aduerſum nos belligerantur, obliti prorſus omnis humanitatis & pietatis. Vt verò nos hactenus eis pacifici fuerimus, ô Deus, tu noſti: diliximus ex animo illos, ac pro eis inſtãter publicè & priuatim orauimus: modò nobis pro ſummis beneficijs extremas rependũt afflictiones & calamitates. Quare, cœleſtis pater, excita re aduerſus illos: execrationes & blaſphemiæ quas in ore perpetuò habent, occurrant, occupent & opprimant eos: habeant iuſtam mercedem odij & iniuriarum, quibus & te imprimis & nos populum tuum afficiunt. Nobis verò clementiſsime pater, ne facias pro meritis iniquitatum noſtrarum: ita peccauimus, tam praui in conſpectu tuo fuimus, vt nulla ſuppli-

A cia quamuis grauia non mereamur: verū haud nos, ſed gloriã nominis tui reſpicias: cum afflicti ſimus & inopes, adiuues & ſerues nos pro tua bonitate: pudefiant Antichriſti & ignominia induantur, ſintq; probra eorum quotidianum pallium. Nobis verò tuo auxilio adſis, & animam ſerues fidelium tuorum, per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum, Amen.

B *EX EODEM.*

CVM tu, cœleſtis pater, is Deus ſis, quem gloriamur noſtrum Deum eſſe, ne ſileas aut quieſcas in tanta Eccleſiarum oppreſsione, quando cõtra te, contra doctrinã & contra populum tuū, non alia paſsim audiūtur quàm meræ blaſphemiæ, & ab his potiſsimū pro quorum ſalute perpetuò te orauit Eccleſia. Tu noſti vt ſemper aduerſarijs noſtris pacē & bona omnia cupiuerimus, qui tamē in præſentia effe-
C rūtur impotentiſsimè, quòd ſe tempus idoneū nactos arbitrantur ad hæreditatem tuam euertendam. Quamobrem merentur illi quidem vt eorū malis meritis iuſta rependas, & ea omnia, quæ modò audiuimus imprecari ſpiritum tuū obſtinatis deploratiſq; peccatoribus. Sed nos etiam nobis malè conſcij, quod te & doctrina tua indigniſsimè vixerimus: primum confitemur grauia eſſe noſtra peccata, deinde oramus, vt pro tua miſericordia ea nobis digneris remit-
D tere, demumq; afflicto populo tuo velis opem ferre, quò te & confiteri & celebrare poſsimus in ſacris & magnis cœtibus, quòd, vti promptus defenſor ad dexteram pauperum & propè euerſorum, te conſtitueris, illorumque vitam & pietatem conſeruaris à vi & rabie Antichriſti, qui omnia iam ſibi in eos videtur & ſumere & arrogare, per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum, Amen.

E *EX EODEM.*

DEus Opti. Max. qui omnium laudū quas Eccleſia celebrat es vt iuſta ita etiam diues materia, non te latet quid nam fraudulenti ac doloſi quotidie aduerſus eam moliantur. Illa vt benigna eſt, eos materna charitate diligit, atq; pro illorum ſalute precibus, cùm inflammatis tum etiam frequentibus, te orat. Attamē illi, cum non emendentur, ſed in malis obſtina-
F tius obfirmentur, precamur, vt eorum furorē tandem reprimas, atq; afflictioni ſeruorum tuorum aliquis modus finiſq; imponatur. Vides iam omnia ferè eſſe relicta ad extremam infirmitatem, vt in tuo cultu nil penè ſit non vitiatum & turpiter corruptum. Adiuues itaq; properè, vt intelligatur, non deeſſe tibi ad ſuccurrendum tuis & vim & ſapientiam: quod ad tuum nomen & laudes propagandas mirificè conducet. Quamobrem cum ſumma ſit iam in
G tua Eccleſia bonorum ſpiritualiumque facultatum inopia, eam tu refarcias tuæ lucis, doctrinæ, gratiarum vberrimis theſauris, per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum, Amen.

EX PSALMO CX.

CVM dilecto filio tuo Domino & ſerua-
tori noſtro Ieſu Chriſto dederis, omnipo.
tena Deus, vt plena & vnioerſali poteſtate prę-
ditus ad dexteram tuam ſedeat, ita vt rebus o-
mnibus præſit ac dominetur, neq; vlli ſuperſu
turi ſint eius aduerſarij, quos tandem non ſis
poſiturus vti ſcabellum ſub pedibus eius: in-
tuere, precamur, quonam pacto his diebus ex
citati ſiot impij & crudeliſsimi antichriſti, qui
de eo palàm dicere audent, Nolumus honc re-
gnare ſuper nos: neq; poſſunt exaturari, odium
ſuum exitialiter declaraodo cùm in ipſum, tum
in nos popolum eius. Quare tu ô Deus potẽtiæ
tuæ ſceptrum, & virgam tui ſuroris è cœlo ſu
per illos emittas, quò filius tuus per ſpiritum
ſanctum & Euangelium in medio ſuorum ho-
ſtium domioetur: da vt vltronei ac ſpontanei
ſint eius populus, conueniaot magno numero
ad ſanctũ illius regnum tuendũ & precibus &
viribua. Nos quidem ob noſtra peccata tanto
beneficio ſuimus indigni, vt qui tam parum fi-
deliter hactenus tibi vixerimus. Verum tu, ô
pater cœleſtis, non nos imò iuramentũ tuum
ob oculos habeas, quo in vera Eccleſia filiom
tuum & principem & ſacerdotem conſtituiſti
ad illam ſeruandam. Itaq; hoc tempore conce-
das vt principatus, reges, & poteſtates huius
mundi, quę ita contra illũ ſe extulerunt, ira fo-
roris tui concidantur: iudiciũ in iſtos blaſphe-
mos & impuriſsimos hoſtes exerceas, quò hoc
ſanctum Euangelij regnũ per voiuerſas orbis
partes amplificetur, viq; Ieſus Chriſtus filius
tuus, qui in nobis videtur opprimi quodãmo-
do, præclarè & glorioſè caput ſentiatur attolle-
re. per quem eundem hæc omnia petimus, qui
tecũ viuit & regnat in ſecula ſeculorum Amẽ.

EX EODEM.

QVoniam Chriſto Ieſu filio too ac ſerua-
tori noſtro, Deus Opti. Maxi. contuliſti
vt ſupra omnia creata poteſtatem ſummam ex-
erceat, atque ita ſedeat ad dexteram tuam, vt
demum ſubdantur ei quaſi ſcabellum pedum
omnes aduerſariæ poteſtates, precamur, vt mo-
dò in tanta neceſsitate Eccleſiæ, velit proferre
atq; exerere ſuam potẽtiam. Excitet ſibi ſpon-
tãeos atq; vltroneos cooperatores, ad tam prę-
clarum eximium atq; vtiliſsimum opus, qui ze-
lo dignitatis et exiſtimationis eius accenſi, ve-
ritatẽ doctrinæ confirment, mores inſtaurent,
& integritatẽ vitæ in popolo fideli reſtituant.
Cumq; agnoſcamus & cõfiteamur nos varijs,
innumeris atq; grauiſsimis criminibus & pol-
lutoa & contaminatos eſſe, oramua vt mediato
ris & ſacerdotia Chriſti expiatione abſolua-
mur: quod ni ipſe faciat, qui iuxta rationẽ Mel-
chizedech noſter ſacerdos eſt inſtitutos, id non
poterimua alia via conſequi. Deletis itaq; per
eum noſtris peccatis, à nobis aoertas iram tuã,
eamq; exerceas contra contomaces & rebelles
hoſtes pietatis. Iudica impias gentes, vt cum vi-
ſa fuerit, cognita & perſpecta tua ſeueritas, vt

A commeritus es, communibus omnium laudi-
bus euebaris, per eundem Ieſum Chriſtum do-
minum noſtrum, Amen.

EX EODEM.

NOoimua, omnipotens Deus, noo alia de
caoſa tam dio mundi ſolutionem differri,
& Ieſum dominum noſtrum atque tuum filiũ
dilectiſsimum à noſtro conſpectu ſubductum
ad dexteram tuam in gloria ſedere, niſi vt inte-
B rim ſub pedibus eius omnes Eoangelij hoſtes
proſternantur, & eius doctrina, quæ à monte
Zion impulſu Spiritus ſancti per orbem diffu-
ſa eſt, longè lateq; cùm propagetur, tum fructi-
ficet, vt non iam coactos populos, & cultores
vi adductos habeaa, verũ vltroneos, quiq; pro
tua veritate non ſolum omnia ſua, verum & vi-
tam ipſam ponere pulchrum exiſtiment. Hæc
cum te re ipſa præſtiturum iure iuraodo in-
terpoſito receperis, optime pater, fidem tuam
C modò imploramus, vt ea quanta cum matura-
tione fieri poteſt, perſoloas: pronuncies quę-
ſo ſententiam pro Eccleſia, quæ tam diu & tam
acriter oppugnata eſt à principe tenebrarum.
conteras diaboli machinas, & vim rabidam,
quibus inſerorum poteſtates eam obſeſſam te-
nent, ita vt quandoq; inter nos Chriſtus fulgi-
dum caput ſuum efferat, qoi tecum viuit & re-
gnat in vnitate Spiritus ſancti, per omnia ſe-
cula ſeculorum Amen.

D

EX PSALMO CXI.

SVnt magna & admiranda, Omnipotens
Deus, cuncta opera tua, quæ ſi piè & fideli-
ter à nobis perueſtigarentur, in eis nihil inoeni
remua, quod animis noſtris non ſummopere
ſatisfaceret. Sed proh ô dolor quando corrupta
vita & numeroſiſsimis peccatis onuſti ſumus,
magnificentiam atq; iuſtitiam io operibua tu-
E is purè & ſyncerè non valemus contemplari.
Attamen haud poſſumus, reuocãdo ad memo-
riam beneficia quæ oobis & patribus noſtris
exhibuiſti, te non dicere beneuolum atq; mi-
ſericordem. Qui itaq; nunquam defuiſti tuis,
alendo eos & dando gentium hæreditẽ repro-
miſſam, ne fœdus aboleretur cum ipſis ioitum,
noſtrum quoq; modò pro tua miſericordia ne
obliuiſcaris, verum te iudicij & veritatis oſten
das amantem, declares æquitatem, iuſtitiam &
F rectitudinem tuæ voluntatis. Perſpicis cauſam
quare adeò vexamor à noſtris hoſtibus, nimi-
rum inimicitias & odiũ quod ſuſceperunt ad-
uerſus pietatem, religionẽ, atq; puram inuoca-
tionẽ tui oominis. Euangelium ferre non poſ-
ſunt vt vigeat in noſtris Eccleſijs, idcirco tanto
ſtudio ſe parauunt ad nos deuorandos. Tu itaq;
redemptionẽ mittas populo tuo: pactũ tuum
quod habes cũ Eccleſia ſanctũ ſit & ſempiter-
G nũ, cuius nomine oramus abs te eripi, quò o-
mnes intelligant bonitatem tuam. maieſtatem
reuereaotur ac timeant: oos verò tuas æter-
nùm laudes celebremus, per Ieſum Chriſtum
dominum noſtrum, Amen.

EX EODEM.

SI diligenter â nobis perueſtigarētur, omnipotens Deus, opera tua, eorum iuſtitiam & rectitudinē toto corde ſateri cogeremur: qoandoquidē in creatoris nil ſe offert nobis niſi magnificum, eximium atque celeberrimum. Deinde quæ erga homines edis tuæ bonitatis inſignis, æternæ ſunt memoriæ, & nullis ſeculis tradenda obliuioni. Nunquam hactenus id cōmiſiſti vt tuos fideles deſereres, qui ſemper fœderis cū illis initi fueris probè memor. Quæ ad corporis ſalutem pertinēt affatim ſuppeditas, magnifica hæreditate ornas, & doctrina ac pręceptis vtiliſsimis inſtituis. Adijcis præterea ingentes promiſsiones veritate firmiſsima communitas, demumq; à ſeruitute & oppreſsione conſueuiſti eos eripere. Quibus rationibus freti, te nunc ſupplices accedimus, precando, vt quibus te offendimos noſtris grauiſsimis peccatis velis ignoſcere, & ex imminentibus malis liberare, quô initium ſapientię timorem tuum, & verum tuæ legis intellectum, vacui metu, & ab impijs liberi conſequi mereamur, per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum, Amen.

EX EODEM.

DEbetur tibi, Deus Opt. Maxi. laus non ficta, ſed quæ ex animo tum priuatim tum publicè effundatur: nam tua geſta, quibus tibi nos aſſeruiſti, adeò ſunt omnibus admiranda, vt à pijs non abſque ſumma voluptate perueſtigentur. Nec dubitamus te pro ſalute noſtra eſſe adbuc ea facturum quæ memoriæ æternæ conſecranda erunt: non enim ſuſpicamur te vnquam obliuiſci poſſe fœderis, quod non ſemel cum tuis fidelibus inire dignatus es. Verſatur ob oculos, & ſcriptura paſsim cōmemorat, quomodo pactis perpetuò conſtantiſsimè ſteteris. Patres quippe non ſolm ex Ægypto eduxiſti, verum illis per deſertum mirabili clementia eſcā ſuppeditaſti, atq; illos, vti promiſeras, in terra Chanaan collocaſti, Precamur ideò pater optime, vt non minus erga nos tua miſericordia & veritas declaretur. Quare vim tui ſermonis potentiſsimam emittas, qua in Eccleſia cultus tui nominis ab erroribus & tenebris vindicetur, & quod te rectè colere initium & columen vniuerſæ ſapientiæ, contingat nobis tādem id fœliciter aſſequi, per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum, Amen.

EX PSALMO CXII.

QVoniam, te optime pater, debito ſtudio non coluimus, neque mandatis tuis, vti par erat, obediuimus, idcirco nos modò hæc aduerſa & difficilia tempora exceperunt. qui enim te obſeruant, diligunt & venerantor ex præſcripto verbi tui, verè fœlices degunt, in tenebris non impingunt, roborantur iuſtitia, ac omnes actiones ſuas recto iudicio diſponunt. Nobis itaq; omnipotēs Deus reſarciat tua miſericordia quod noſtra culpa ſubtraxit: concedas id primùm, vt poſthac in via à te propoſi-

A ta minimè nutemus: deindè ita ánimos & cor noſtrum confirmes, vt ingruentia mala non plus æquo metuamus, tum infirmitatem noſtræ mentis ſuffulcias, ac des vt vni tibi innitamur. In hoc bello tam periculoſo & atroci, exaltetur ac attollatur cornu populi. Vides quantopere aduerſum nos improbi & ſcelerati hoſtes indignentur: ſi illis per potentiam liceret, non ſolum nos & noſtra euerterent, ſed omnē tuum cultum, pietatem & religionem deletam

B & abolitam redderent in Eccleſijs. dentes crudelitatis ſuæ exerunt, & armis ferociſsimis deſæuiunt abſq; miſericordia. Tua ergo inuicta potentia & ſumma vi irritos facias & demoliaris illorum conatus, quó diffluant inanes, & omnia illorum nefaria deſyderia pereant, ad laudem & gloriam tui nominis, per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum, Amen.

EX EODEM.

C TImor tuus, omnipotens Deus, ingenuá videlicet pietas, homines verè felices reddit, quos alia cura non tangit quàm vt voluntati tuæ promptiſsimè obſequantur. Idcireo adducimur, vt imploremus tuam miſericordiam, qoo velis eccleſiam ferè collapſam inſtaurare: non enim aliter eius, imò toa poſteritas aut pręclara aut potens euadet vnquam: nō aliunde ſpiritualiū donorū copia expectanda eſt, neq; in medijs errorū & ſcelerū tenebris alia ratio-

D ne luminē erumpet. Deinde ſi pietas in ea, vt oramus, reuiuiſcat, officia ſynceta charitatis in proximos nō deſyderabuntur. pro ſe quiſq; cōmodabit fratrib9, nec temerè aut caſu, ſed ſpirituali iudicio actionibus moderabitur. Quare id cum primis efflagitamus, vt in tua fiducia conſtabiliamur, à quo nos vel tempeſtas & aduerſitates, vel ſecundarum rerum oblectatio neutiqoam auellat, per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum, Ameo.

E

EX EODEM.

QVemadmodum felices viuunt, omnipotens Deus, quotquot veræ pietati & mādatis tuis obſeruandis pro viribus innituntor: ita videmus tuæ iuſtitiæ fuiſſe valde conſentaneum, vt his temporum difficoltatibus in præſentia diuexaremur, qui tam frigidè cultui tuo hactenus vacauerimus, ac neglexerimus, legi tuæ, quemadmodum par erat, obedire. Sed tu

F ô Deus, prò tua miſericordia, ne velis ira noſtra perſequi peccata, vti merentur, ſed in tantis horum periculorum tenebris aliquam lucem nobis affulgere facias, qua in Eccleſia tua inſtauretur pietas, & ſancta religio floreat. Des præterea, vt verbo & promiſsionibus tuis ira cor noſtrum confirmetur, vt etſi audiamus impendere grauia mala, nō tamen à tua fide & ſancto propoſito dimoueamor aot nutemus. Tu ipſe nos fulcias, & in hoc metu efficias, vt

G vni tibi firmiter innitamor, quó indignetur Antichriſtus, dentibus ſuis frendeat, & tabeſcant aduerſarij tui nominis: laus verò & celebritas miſericordiæ tuæ ſeſe magis

exerat & vniuerſis fiat conſpicna, per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum. Ameo.

EX PSALMO CXIII.

CVM nomen tuum, Deus Opti. Maxi. omnibus viribus ac omni conato celebrari debeat, nos baud ita vixim⁹ ante hac, vt laudes tuas, ſicut uportuit, promoueremus, imò potius tua veritas, & ſaoctum Euangelium tuum uoſtra culpa & prauitate malè audiuit, & quod inter omoes gentes maximè cũmendari debnit, oostro vitio paſsim contẽnitur. Quare agnoſcimus & confitemur, pro tua iuſticia & iudicio agnoſcendo, nos abs te affligi & vexari. Oramus tamen nihilominus, vt cnm tibi, quô ad bonitatem & clementiam nullua conferri poſsit, nobis tandem ſubuenias. Conſueuiſti pro tua infinita amplitodine, illa non ſolum ſpectare quę in cœlis ſunt, verum & ad illa contemplanda te demittere quę in terris aguotur. Toæ Eccleſiæ itaq; res aſflictas intuere, & populi tui oppreſsiooem reſpicias. Quoniam iacuimus hucnſq; in vitiorum ſordibus, & nunc aduerſornm, pro meritis noſtris, pondere premimur. Tu qui ſoles pauperẽ è puluere attollere, & egenum erigere de ſtercore, noſtris priocipibus ac exercitibus brachinm toi auxilij digneris porrigere, & ſic opitulari Eccleſię tuę, ne fiat omnino ſterilis. Da vt quandoq; in pace & tranquillitate lætari poſsit, da per verbum & ſpiritum tuum multorum liberurnm tibi matrem fieri, à quibus, vti decet, nomẽ tuum perpetnis laudibus celebretur, per Ieſum Chriſtũ Duminum noſtrum, Amen.

EX EODEM.

QVicunq; fide & ſyncera pietate, omnipotens Deus, tuo cultui addicti ſunt, laudea immortales nomini tuo debent, qnas in omni luco perpetnis annis, diebua & horis tibi perſolnant. Ea declaratnr in nos tuæ bonitatis magnificentia, vt non minus te clementem quàm inuictnm omoibns fatendnm ſit. Licet enim ſublimis in altiſsimia cœlorum tractibos dicaris tnam collocaſſe regiam, nihilomious prouidentiam ad humilia quæq; demittis, quæ in ioſimis terræ latibolis geruntur, ita vt oihil vel in cœlo vel in terra fieri puſsit, quin à te clarè & pateotiſsimè ſpectetur. Atq; idcirco cnm noſtra ignorari aba te intelligamus, tuusque ſit perpetous tuos, vt egenos ac tenues, mudò tibi fidaot, è fœdu & ſordidu puluere ad nobilia & præclariſsima excites regna, & effœtas ſterilesq; mulieres frequenter augeas copioſa familia, te ſupplices imploramus, vt iam calamitatom Eccleſiæ te miſereat, quò per te tandem fiat illnſtris & clara, quæ & ſurdida & pnluerulenta incedit. quæq; videtur deſijſſe parere, numero filiorom ſolido iuſtoque gandio lætetur, per Ieſum Chriſtum Dominum nuſtrum, Amen.

EX PSALMO CXIIII.

A QVando tua inuicta potentia, clementiſ-
ſime Deus, à ſeroitute Ægypti populus
Iſraei eſt aſſertos, & Ægyptij crudelis & obſti-
nati animi iam pœnas ſatis graues dederunt, Iu
dæorum gentem paterna diligenria & ſingula-
ri affectiooe ſuſcepiſti curandam, & idcirco ad-
mirandis exemplis atq; fauore effuſiſsimo, te
illis in maris Erythræi diuiſione, in muntis Si-
nai admirando tremore, vndarum Iordania
B receſſu, & miro è petra aquarum fluxu aper-
tiſsimè declaraſti. Vnde non obſcurè licet in-
telligere, omnia benè cadere, & obſequi his
quoa dignatus fueris in albo tuorum ſcribere.
Idcirco in nobis excitatur viuaciſsima ſpes, vt
cum ad ruum genus per adoptionem fidei nos
pertinere non dubitemus, fore, vt qoemad-
modom tua iam gratia ab æteroæ mortis cala-
mitate ſumus erepti, ita etiam quicquid in crea
C turis eſt, ſiue proſperi ſiue aduerſi ſpeciem ha-
beat, ſanctæ Eccleſiæ tuæ ad ſalntem tandem
eſſe fœliciſsimè conductnrum: qood vt ſenti-
mus noſtra peccata iure & merito plurimum
remorari, ſic precamur, vt pro tua miſericor-
dia & promiſſo fauore celerrimè perficiatur,
idque nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti filij
tui, qui tecum viuit & regnat in ſecula ſeculo-
rum, Amen.

EX PSALMO CXV.

D DVM miſericordiam tuam, omnipotens
Deus imploramus, qua releuemur à pre-
mentibus calamitatibus, nõ id ſolum agimus,
vt ipſi tno beneficio recreemur, ſed vt ex no-
ſtra liberatione euadat nomen tuum illuſtrius.
Etenim videmus, ſi tuos iacere permittas, futu-
rum id facilè, vt exprobretur eis à filijs huius ſe
culi, vanam eſſe ſpem, quam io te vnuio collo-
carũt. Quòd ad nos attinet, illuſtrati gratia tua
E probè nouimos, quicquid eſt bonorum huiua
mũdi, ex quibua iocreduli ſua ſibi confiuxerũt
idola, neq; virea neq; facultates vllas habere ad
humines beandos, quamuis ab eis & colanrur
& obſeruentur. Quare id nobis reliqoum in-
telligimus, vt quicunq; tuo præditi ſunt timo-
re, & ad Iſraelem ſpiritualem pertinent, regoo-
que & ſacerdotio Chriſti inſerti ſunt, vt vnum
te ſibi aoxilium & defenſorem cunſtituant.
Quòd ſi vt facere tenentur, feceriot, iodies ma-
F iores verorum bunorum acceſsiones conſe-
queotur. Vode te vehementer oramus, vt qui
cœlum inhabitas, & nos, dum hanc vitam coli-
mus, in terris verſari ſtatuiſti, ſic viuere conce-
das, vt non inſtar mortuorũ, à quibus tna præ-
conia ſilentur, hic degere ſinas: verùm cupi-
mua, vt ſermone & ſaoctis actionibus tuæ lau-
des æternum à nobis prædicentur, per Ieſum
Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

EX PSALMO CXVI.

G TVM maximè declaras, omnipotẽs Dens,
charitatem tuam erga pios, cũ imploran-
tibus opẽ tuam in medijs aduerſis caſib⁹ ades:
& quò

&c quo grauiora illa ſunt ex quibus illns eripis,
eò teſtificatin eſt amplior tuæ beneunleutiæ in
ipſns, & magis inflammantur nmnium animi,
vt in ſuis difficillimis tempnribus ad te conſu-
giant. Nos itaque deiecti admndum, & vltra
qnàm pnſsimus ferre, prægrauati peccatorum
ſarcina, te ſupplices inuncamns: qniq; & ho-
mines experti ſumus mandaces eſſe, & nmnem
ſpem ſallere, quæ iu rebns creatis collncata fue-
rit, te qoanta pnſſumus cnm vehementia roga-
mus, vt nnbis, qoæ flagitinsè ac turpiter ad-
miſimus, cnndnnes, & à tua Eccleſia eas auer-
tas pœnas, qnas nnſtra peccats cnmmernerũt.
vt gratulabundi coram te, adiuti, calicem gra-
tiarum actionis epotemus, tuamq; in nns ſum-
mam pietatein nmnibus teſtatam faciamus.
Vtq; nnn ſnlum mnrs ſanctnrum, ſed etiam il-
lnrũ aſſlictin & gemitus iam inde ab ioitio ſem-
per tibi curæ ſuit, ita precamor, vt mndò lan-
guentis Eccleſiæ ac penè confectæ te miſereat,
per Ieſum Chriſtum dominum unſtrũ, Amen.

EX PSALMO CXVII.

CONdidiſti humanum genus, omnipotens
Deus, vt nmnes gentes ad cnmmunes lau
des tui nnminis cõiungeres, quod vt fieret, an-
tiquitus Patriarchas, Prophetas, & Apnſtnlos
ad hnc muuus deſtinaſti, atq; modò cum eſſent
iam omnia tenebris, abuſibus, & contamioatio
uibus violata, ad illud idam opus ſic nos iu Ec-
cleſiam coegiſti. Quod vt cnmmndè & quàm
aptiſsimè valeamus efficere, nramus oe nnbis
obſtent iniqoitates & peccata unſtra, quæ vt
grauia & innumera eſſe fatemur, ita sbs te de-
leri atq; ignoſci ſoppliciter poſcimus. Iam ſu-
mus, vti vides aden periculis circumuallati, &
tantum uon oppreſsi, vt in te vnn ſolum col-
locauerimus nnſtrum refugium. Quare vide-
as quæſn, vt onſtra fides tuo ſpiritu ſic fulcia-
tur, ne in his difficultatibus cnrruat. Pnne no-
bis, precamur, nb oculns bnuitatem qua ſem-
per pins es prnſequotus, vt illam plenè & per-
ſpicaciter agnnſcẽtes, nnn dubitemus & in præ-
ſentia te fore Eccleſiæ tuæ fidelem tutnrẽ, per
Ieſum Chriſtum Dominum ooſtrum. Amen.

EX EODEM.

CVM laboraret homioom genus, Dẽnt
Opt. Max. ſumma cæcitate, atq; infinitis
mslis obrutum eſſet, adſuit illi tua ineffabilis
clementia, qua filium tuum vnigenitũ Dnmi-
uum nnſtrum Ieſum Chriſtum, pro mundi ſa-
lute dignatus es tradere: ideò immnrtales à
nobis tibi debentur gratiæ, qui uos videamus
uequaquam ex meritis, verum ex mera ſnlida-
que tna bonitate ſeruatns. Cumq; in tuis pro-
miſsis aden cnnſtantem & bonæ fidei ſimus ex-
perti, æqunm eſt, vt quæ pauca implenda adhue
ſuperſnnt, non dubitemns tua ſnmma miſeri-
cordia atque inexhauſta bnnitate, tempnre abs
te definitn perfectum iri. Idcirco te rogamus,
vt ſpiritu fidei nnſtros animns ita cornnbnres,
vt credentes abſq; vlla hæſitatinne non ſnlum
apprehendamus bona quæ offers, verùm de tã-
A ta liberalitate, in Eccleſia meritas gratias tibĩ
cum nmnibus gentibus & populis agamos, per
Ieſum Chriſtum dnminum ooſtrum, Amen.

EX PSALMO CXVIII.

QVicunque Denm timent, Chriſto ſunt
inaugurati, & ſtndin teneutur pietatis,
ad nomen eius celebrandum quntidie alliciun-
tnr, & iuuitautur nouis rationibus ac infinitis
beneficijs: qui cum diuiuæ bonitatis tantam
B vim agnoſcant, vt eam inuncsnribus præſto ſit,
& ex nmni periculo atque anxietate liberet, eò
ſecuritatis & fiduciæ adducuntur, vt nihil me-
tuant hnminnm vires quãtumuis pntentinm.
Quare cum in præſentia nns eadem ſentiamus,
tibi vni committimos, nmnipotens Deus, ſa-
lutem nnſtram, teqne oramus, vt Eccleſiam
iam vndique circumuallatam & obſeſſam ex-
tremis periculis, digneris tueri. Cnmmerue-
runt ioiquitates ooſtræ lougè graniora: fate-
C mur enim te, ô Deus, miſerè & graoiter nffeu-
diſſe, verùm his npus pro tua ſiogulari clemen-
tis, vt unſtra mals vincantur à tua miſericor-
dia. Des itaque vt caſtigati abs te, tanquam im-
mnrigeri atque rebelles filij, nnn its coerſinnĩ
ac exitio tradamur, vt nnn liceat in cœtu iu-
ſtorum, iutra pnrtas regni toi, celebrare, lsu-
dare, atque ornare npera tua. Qui mndò repro-
bamur, abijcimur. & omnibos ferè ſumus np-
probrio, cnncede vt in tantum euehamur iu-
D ſtitiæ, ſanctitatis & prnbæ vitæ, vt nmnes in-
telligant, quicquid mnlimur aut mnliti ſu-
mns in religione, hsnd hnmiuum, ſed tuum
ipſius npus eſſe, per Dominium noſtrum Ieſum
Chriſtum, Ameu.

EX EODEM.

TAM graoibus calamitatum̃ procellis, o-
mnipotens Deus, aſsiduè pulſamur, vt
ſnlum miſericnrdiæ tuæ acceptum referendum
E ſit, quod eis non proſternamur. Sed reipſa iam
compertum habemus, nil poſſe humanas vi-
res ad eos opprimendns, qnns ipſe ad ſalntem
deſtinaoeris. Qnare cum videamus ſallaci ſpe
lactari qui cnnfidunt hnminibus, hanc iudica-
mus eſſe piorum homiuum ſummam ſapienti-
am, vt uulli mortalium poſthac fidant, ſed iu te
vnn ſpem ſuam collncent. Idcircn, nptime pa-
ter, oramus, vt tametſi interdum iratus, & me-
ritò, uoſtris peccatis, caſtigaris aut reiuderis
F noſtram contumaciam, nnn abs te tamen deſi-
ciamus. Qund vtiq; fiet, ſi nns dignatus ſueris
ædificare ſuper illnm lapidem angularem atq;
firmiſsimũ, qui vt ab hnminibus abiectus fuit
& improbatus, ita eſt ad ſummum glnriæ faſti-
gium abs te prnuectus: per Dominum nnſtrũ
Ieſum Chriſtum filiom tuum, qui tecum viuit
& regnat in ſecula ſeculnrum, Amen.

EX PSALMO CXIX.

G TV ſempit. Deus Opt. Max. nns prn tua in-
effabili clementia, & ſummis & copinſiſsi-
mis beneficijs perpetuò affeciſti: ſed nns viciſ-
ſim, qui tua iuſſa obſeruare omni ſtudin debue-
ramus.

ramus, ea miſerabiliter tranſgreſsi ſumus, & no bis ipſis mala, quibus premimur, accerſiuimus, neq; iure cóqueri poſſumus, ab Antichriſto & eius membris peius fuiſſe acceptos atq; ſimos cômeriti. Imò experti ſumus, nos abs te non furore, ſed paterna miſericordia caſtigari. Vnde ad te qui percotis, confugientes, hæc petimus: Salubri luce tua oculos mentis noſtræ retegas, vt ad tua opera admiranda non cæcutiamus: dum peregrinamur in hoc ſeculo, præcepta tua non celentur nobis, fac vt ardeat perpetuò ani- B mus noſter flagrantiſsimo deſyderio erga ea quæ præcepiſti. Da vt poſthac non mereamur increpari inter flagitioſos, aut execrationibus deuoueri, quod à præceptis tuis longè aberrauerimus. Vides probra & ignominias quibus paſsim afficimur ab hoſtibus tuis, & quomodo principes ac rectores huius mundi cum aduerſum nos conſediſſent, non tantum loquendo, ſed omni ſuo conatu ſint adnixi à ſyncero verbo tuo, à ſancto cultu, & puris cæremonijs tuis C nos auertere. Tu itaq; vi & potentia tua nos ita confirmes atq; viuifices, vt veriſsimas atq; certiſsimas eſſe tuas promiſsiones experiamur, per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrũ, Amen.

Beth. ב *Aleph.* א

ILLI ſunt inter mortales, Deus Opt. Max. habendi verè fœlices, qui legem tuam ob oculos mentis propoſitã perpetuò habeant, quã & formam retinent inſtituendarum actionum, & regulam iam cæptis adhibẽt, vt ſi quã fortaſſis aberrauerint, & corrigãt & ad iuſtitiã reſtituant. Hi vitam innocenter viuent, & cum facta eorum iudicio æquo æſtimabuntur, non pudefient. Idque maximè proderit ſi à tenera ætate fuerit ſeduló vſurpatum. Sed omne humanum ſtudium, prorſus, optime pater, inutile ac vanũ eſſe agnoſcimus, ni tu ſpiritu tuo adſis, & noſtros animos doceas. quid alioqui meditatione legis tuæ conſequimur, niſi frigidam atque damnoſam notitiam? Quare te precamur, vt non ſolum vires, tua gratia, ſuppedites ad illa implenda quæ in lege præcipis, ſed etiã id efficias, vt nobis præ omnibus noſtris inſtituta placeant, magiſq; nos oblectemus ea exequendo, quàm vllis carnis vel mundi delitijs, per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

Daleth. ד *Gimel,* ג

CVM abs te pendeant, Deus Opt. Max. noſtræ vires, & abſq; tuo auxilio nil quod tibi placeat poſsimus efficere, meritò ad te confugimus, vt ope tuæ gratiæ actiones noſtras legibus tuis prorſus conformemus, quod minimè fiet, niſi ab oculis noſtris velum remoueas, quod perpetuò malæ cupiditates inter nos & doctrinam ſanam inter ponunt, vnde ſalutaria, quæ ibi præcipiuntur, non attendimus. Procul etiã quæſumus abigas mentis tumorem animique elationem, qua ſolemus humana inſtituta & hominum inuenta impendio admirari, ita vt nobis tua præ illis interdum ſordeant: idque maximè quando magnatũ, & huius mundi ti- A mentes opprobria & odiũ ſubire. Idcirco quando animum ita in diuerſa diſſectum habuerimus, tu ô Deus, tuo verbo nos recrees, & animi ſolicitudines, plus æquo anxias, tranquillitate ſpirituali ſedare digneris, mendacijs ſuæ huius vitę, quę alioquin blanda ſunt, ne ſinas nos decipi. Nam ſi ſemel ſpiritu noſtrum cor anguſtum dilataueris, nil nobis eſſe poterit impedimento, quin ad tua peragenda mandata quàm expeditiſsimè curramus. Quod vt demũ B impetremus, quãta cum intentione poſſumus obſecramus, per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

Vau. ו *He,* ה

DVM expendimus, omnipotens Deus, infirmitatem noſtrarum virium, ac ex altera parte ſummam tuæ legis abſolutionem, liquidò intelligimus, ad obediendum illi omnino opus eſſe nobis tuo potentiſsimo auxilio: C velis itaq; imprimis nos ipſe docere veras tuorum mandatorum rationes, nobiſq; præterea intellectum ac mentem illumines, vt ea quę docueris valeamus percipere. Largiaris deinde neceſſe eſt, vim & facultatem exequendi quæ abs te didicimus, alioquin parũ aut nihil profuerit cognouiſſe, ni aliqua præſtetur vel inchoata ſaltem obedientia, cui praua cordis noſtri inclinatio multum obſtat, ſenſus demum & corruptæ affectiones plurimum aduerſan- D tur. Ideò ſuccurras ipſa, precamur, tua gratia & largo fauore, vt quicquid admiſimus & quotidie peccamus contra legem tuam, remittatur, neque ad mortem æternam imputetur Atque interim declareat ſe, ô Deus, miſericordiæ in ſalute & defenſione Eccleſiæ, quam vides periculis, probris & multis afflictionibus dieexari, ne ſinas illam tibi eripi, vtq; tuo verbo, aut legitimo, ſancto atq; ſyncero cultu expolietur, per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum, Amen.

E *Heth.* ח *Zain,* ז

AD te confugimus, omnipotens Deus hoc difficillimo tempore, quando Eccleſiam tuam videmus tantoperè affigi, & id quidẽ noſtris malis meritis: peccauimus tibi, iniquè egimus, & legem tuam innumerabilibus modis tranſgreſsi ſumus: vnum tantũmodo eſt quod noſtras erigit ſpes, & in his tribulationib. maximè cõſolatur, quod te ſcimus probè memorẽ F promiſsionũ tuarũ erga ſeruos tuos. Peccata & vita anteacta nos vehementer coarguũt. Rogamus itaque vt nos viuifices atque erigas miſericordia tua, quam videmus nobis offerri in promiſsionibus ſacrarum literarum: fac quæſumus, vt à lege, quá nobis ꝓponere dignatus es, non deflectamus, quantumuis impij nos vexent atq; ſubſannẽt, cupimus tibi indiuulſè adhærere. Suſcepiſti ſæpius aliàs indiciũ & cauſam ſeruorũ tuorum, dum extremis penè mer- G gerẽtur calamitatibus quare & nunc ne deſeras ad te clamantes. Nil aliud cupiunt hoſtes tui, quàm ſacra verba, ceremonias, & omnẽ pium cultũ auferre ab Eccleſia tua. Quando tu nobis

es vnica

es vnica ſors, faciẽ tuam ex toto corde ſuſpici- A
mus: antequam improborum & ſceleratiſsi-
morum turmę nos abſorbeant, tu pro tua boni
tate nobis adſis & faueas, quo diu noctuq; va-
leamus incumbere ad te celebrandom ob tua
iuſta iudicia, per Ieſum Chriſtum dominum
noſtrum, Amen.

Heth. ח *Zain,* ז

NON aliunde ſpem concepimus, omnipo-
tens Deus, noſtræ ſalutis quàm ex tuis fi- B
deliſsimis promiſsionibus: atq; ex illis dunta-
xat haurimus firmam conſolationem, ſi quan-
do vel caro vel humana ratio, aut diabolus, aut
impij nobis ferocius inſultarint. Aduerſus hęc
omnia obfirmamus animos, te pleniſsimè o-
mnia quæ promiſiſti perfecturum eſſe: quia dũ
ab antiquiſsimis vſque ſeculis tuam fidem ani-
mo repetimus, nunquam te quempiam ſefelliſ
ſe apparet. Largire itaque vt huic firmiſsimę ru
pi, inexpugnabili munitioni, ac benè iactæ an- C
choræ noctu diuq; indiuulſè adnitamur. Cum-
que te peractorum eſſe perfectiſsimè tuas par-
tes non dubitemus, id ſupereſt, vt ſummo ſtu-
dio ſortem obeamus, quæ nobis relicta eſt, vt
greſſus & pedes noſtros quàm expeditiſsimè
concitemus ad legem tuam implendam. Tu
quæſumus, optime pater, fac vt abrumpamus
moras, & impijs omnibus inuitis, qui ſemper
impedimenta obiectant, mandatis tuis mori-
geri ſimus, atque omnes qoi te porè colunt, ſo- D
cios nobis adiungamus, vt quemadmodũ ter-
ra bonia tuis vndiq; referta eſt, ſic indies te ve-
rè inuocantium numerus amplior fiat, per Ie-
ſum Chriſtum dominum oostrum. Amen.

Iod, י *Teth.* ט

HActenus omnipotens Deus, conſueuiſti
benignè facere cum ſeruis tuis: & nos po-
tiſsimum cum per tuam miſericordiam addu- E
cti ſimus ad Euangelij notitiam, tua beneficia
ſingulariter experti ſumus, quæ ingenuè fate-
mur atque agnoſcimus nos contaminaſſe no-
ſtris peccatis: quibus non ſolum noſmet ipſos
deprauauimus, verum etiam propterea nomẽ
tuũ, & doctrina filij toi blaſphemata eſt inter in
fideles, ac pleriq; à via veritatis oostra culpa ab
ſterriti. Nunc itaq; precamur te cœleſtis pater,
facias nos rectè ſapere, ac te ita cognoſcere, vt
verbis ac præceptis tuis conſtantiſsimè adhæ- F
reamus. Afflictiones quibus premimur, ſint
nobis ſtimuli efficaces ad redeundum in viam:
cumque tu bonus ſis atq; beneficus in omnes,
ne patiaris quos tibi per Chriſtum in filios co-
optaſti, turpiter degenerare. Qoò magis dia-
bolos, Aotichriſtus, & eius mancipia ſummis
conatibus moliuntur nos abs te diuellere, tu
contrà efficias, quæſumus, vt obſeruemus toto
corde mandata tua. Cedat Eccleſiæ tuæ in bo-
num quod per iſtos impios ſit afflicta. Cor no- G
ſtrũ alioquin craſſum & pingue emolliatur, ad
verba & legẽ tuam benè perſpiciendã, vt ei o-
mni auro, argẽto & mundi theſauris potior ha
beatur. Ne deſeras, ô Deus, opus manuũ tuarũ
quod ipſe feciſti & ornaſti. Pudefiant flagitio-
ſi, qui vias tuas nefario ſtudio conantur euer-
tere. Qui verò te colunt & pura fide ad promiſ-
ſa tua ſuſpiciunt, in te demum lætentur: fruan-
tur bonitate tua, & tibi æternùm viuant, per
Ieſum Chriſtum dominum noſtrum, Amen.

Iod. י *Trth.* ט

NIL eſt nobis, Deus Opt. Max vel optati-
us vel antiquius, atq; abs te facultatem im
petrare, qua recto iudicio ſermones tuos intel-
ligamus, idq; adeò cupimus, vt id etiam quauis
calamitate redimere parati ſimus. Quare ſi vi-
deris iniquo fortunæ ſucceſſu vel incommodis
rebus poſſe tuos electos, qui ſubinde labuntur,
ad mentem redire, cures qua melius viſom fue
rit, vt legi tuæ attento pectore incumbamus.
Cumque nos tuis manibus dignatus ſis in vte-
ro matris effingere, tu idem ſic foueas & illomi
nes, vt in ſermonibus veritatis non cæcutiam⁹.
Atq; iſta dum petimus, optime pater, non ſolũ
oppidò noſtrum ſolatium quęrimus, ſed omni-
um apud quos & lex tua & veritas pondus ha-
bent. Hi enim mirificè lætabuntur, ſi conſpica-
ti fuerint ſyncerts animis nos omnes tibi ad
hærere. Quare obnixè petimus, vt volũtas tua
quam nobis in ſacris literis declaraſti, & chari-
or nobis fiat soro, & omnibus diuitijs amabi-
lior, quò eam & integro corde complectamor;
& nil quod teotemus, vel nobis vel Eccleſiæ
in dedecus redundet, per Ieſum Chriſtum do-
minum noſtrum, Amen.

Lamed, ל *Caph.* כ

CVM ad promiſſa tua, omnipotens Deus
huc noſtro tempore vuicè ſuſpiciamos, ac
ferè defecerit anima noſtra expectatione opis
tuæ, dum ab oculis noſtris videtur ſalus eua-
neſcere, tu, opus eſt, vt adſis & nos conſoleris.
Ne reſpiciss quæſumus, noſtram debilẽ fidem,
vitia & prauas actiones, quibus nomen tuũ de-
turpauimus, & S. Euan. malè audire fecimus.
Fac, ô Deus vt quod vitæ noſtræ ſupereſt tem-
poris, id totum pijs & religioſis actionib⁹ man-
cipemus: nam ſi iſtud impetrare poterimus, nõ
dubitamus te demũ iudicia tua declaraturũ in
hoſtes qui nos tã acerbe inſectantur. Et ipſe vi-
des quàm immeritò: nam etſi ita grauiter pec-
cauimus, vt duriora, quàm iſta ſint, nobis ac-
cerſiuerimus ſupplicia, tamẽ haud propter no-
ſtra peccata iſtas fooeas nobis effoderũt aduer-
ſarij, ſed ob religionem aliquâto expurgatam,
& tuum cultum inſtauratum nos perſequun-
tur, imò extinctos vellent. Tu itaq;, optime pa-
ter, pro tua bonitate nos confirmes & robores:
da vt perpetuò in Eccleſia verbum tuum per-
ſtet, & ne pereamus in hac afflictione, illo nos
oblectes & recrees: cumq; tui ſimus, & huma-
nis fruſtremur auxilijs, ab imminentibus peri-
culis tu ipſe nos & ſerues & tuearis, per Ieſum
Chriſtum dominum oostrum, Amen.

Lamed. ל *Caph,* כ

IAM Deus Opt. Max. præ anxia expectatio-
ne defecerunt animi noſtri, dum à te vno ſpe-

ramos & auxilium & ſalutem. Ad te, inquam,
diu noctuq; ſuſpicimus, vt tandem aliquando
contingat ſeruis tuis frui ſperatis promiſsioni-
bus: atque id nobis interim dari cupimus, ne,
dum in medijs calamitatibus opem differs, vl-
lo pacto legis tuæ obliuiſcamur. Vt enim ma-
net conſtās in pulcherrimo cœlorum ornatu,
& durat per eam in terra firmiſsima ſtabilitas,
atque illa perſeuerat vtilis & ſpecioſa tempo-
ris varietas, ita precamur, vt in cordibus atq;
viſceribus noſtris nulla vetuſtate aboleatur:
quòd, niſi de ea perpetuò meditemur, facilè in
afflictionibus peribimus. Cum itaque verbum
tuum ſit quod nos viuificat: nam illi ſi credi-
derimus, & ſalutem & iuſtitiam aſſequimur,
neque iniurijs aduerſariorum permouemur:
hoc nobis optime pater, concedas, vt in ani-
mis noſtris nunquam intercidat, vtque poti-
us omnium aliarum rerum finem videamus,
quàm ſermones tuos in Eccleſia vel conſumi,
vel obliterari, per Ieſum Chr. Do. No. Amen.

Mem, מ *Lamed.* ל

QVI ſermonibus tuis, Deus Opti. Maxi.
incumbunt, ex illis non paruum fructū
tandem percipiunt: nam prudentia & cogni-
tione cœleſtium rerum non ſolum hoſtes ſuos
vincent, ſed illos quoque ſuperabunt, quibus
tum propter doctrinam, tum propter experi-
entiam longæ vitæ multum tribuitur. Quò ita-
que non fraudemur tanto commodo, preca-
mur, vt à peccatorum prauitate auerti, præ o-
mnibus delitijs verbis tuis nos oblectemus. Et
cum noſtra hæc vita cæcis tenebris vndiq; cir-
cumfundatur, aliam lucernam, quæ præluceat
noſtris mentibus, non poſſumus habere aptio-
rem quam eloquia tua: illis inſtar lucis puriſ-
ſimæ humanū iter debet regi, atq; id maximè,
cum res ipſa declarat quenq; noſtrum animam
ob maxima pericula in manibus aſsiduè porta-
re. Non deſunt vbiq; ſatellites aduerſariarum
poteſtatum, qui noſtræ ſaluti mille tendunt la-
queos: quare enixè, vt poſſumus, te rogam9, vt
noſtra corda permoueas ad tua mandata com-
plenda, quę tantis promiſsionibus dignatus es
ornare, per Ie. Chri. dominum noſtrum, Amen.

Nun. נ *Mem.* מ

EA eſt vis, omnipotens Deus, & legis & ſer-
monum tuorum, vt qui illos diligunt, &
de eis perpetuò commentantur, indies pruden-
tiores fiant, & cunctos mortales intelligentia
ſuperent, etiamſi docti ſint, & quò ad ætatem
ſeniores: iuuatq; illud ſtudium mirum in mo-
dum ad retrahendū pedes à ſemita prauitatis,
ac noſtros alioquin infirmos greſſus cōfirmat,
ne è tuis mandatis peruerſè declinent. Cū itaq;
anteacta vita miſerè lapſi ſimus, ac fœdè pecca-
uerimus, apertè oſtēditur, quàm iuſta neglexe-
rim9 verba, ꝓmiſsiones, ceremonias & vniuer-
ſam legē tuā. Quare haud mirari debemus aut
cōqueri quod modò abs te affligamur iniuſtè:
hoc planè deprauatis & corruptis noſtris mori-
bus cōmeriti ſum9, vt adeò iniq. & crudeles ho-

A ſtes cōtra nos inſurrexerint: nō certe iſta nobis
cōtigiſſent, ſi mandatis ac ſermonibus tuis pro
lucerna pedibus noſtris perpetuo uſi eſſemus.
Verum nunc ô Deus te obſecramus per viſcera
infinitæ miſericordiæ tuę, vt reſpicere digneris
grauia diſcriminis, in quę deducta eſt anima no-
ſtra: da veniā precamur, noſtris peccatis, ac no-
ſtrum cor facile ac procliue reddas ad faciendū
mādata tua, & à laqueis nos eripias quos inimi-
ci ſancti nominis tui tetenderūt nobis. & quos
B in ſempiternā hæreditatem tuam tibi vendica-
ſti, ne opprimi & calamitoſè perire ſinas, per
Ieſum Chriſtum dominum noſtrum, Amen.

Ain, ע *Samech.* ס

QVI tuo ſpiritu illuſtrati ſunt, omnipo-
tens Deus, quicquid eſt iniquitatis aut
peccati maximo odio proſequuntur, atq; ideo
te refugium & clypeum ſuum conſtituerunt t
quodq; manifeſtiſsimè videant illos beatè atq;
C fœliciter viuere quos ipſe tua vi & potentia cō-
firmas, quoſq; ſuſtentas & foues, hi à grauiſsi-
mis periculis eripiuntur: ac è diuerſo pœnas
horrendas luunt quotquot abs te receſſerint,
& à tuis mandatis deuiarint. Quamobrem pre-
camur vt nos ijſdem rationibus adducti, cùm
tibi vni adhæreamus, tum omnium tuorum
præceptorum reddamur ſtudioſiſsimi. Exer-
cent aduerſum nos perpetuas inimicitias caro
& aduerſariæ poteſtates: ne ſinas nos illis per-
D dendos tradi, imò ſermonibus tuis attentos de-
tineas, atq; ipſis, vt ſummis voluptatibus, nos
oblectes: ad quod adipiſcendum opus eſt, vt
quæ tua eſt miſericordia, nos doceas. Nō enim
abſq; tuo ſpiritu diuinarum rerum intelligen-
tia procuratur. Idcircò tu ipſe præſtes, vt de tua
lege quàm rectiſsimè iudicemus, per Ieſum
Chriſtum dominum noſtrum, Amen.

Pe, פ *Ain.* ע

E
SIC verba tua, omnipotens Deus, vndiq;
ſunt admiratione digna, vt pijs hominibus
nunquam curæ eſſe non poſsint: ideò te roga-
mus vt totus placidus, qua es miſericordia &
bonitate nos reſpicias, atq; ita nobis animos &
actiones effingas, vt impietati, qua nil vanius
eſt, vlla ex parte locum non demus: & cum ho-
mines ſimus atq; ob id carnis pondere circun-
dati, non ſinas eius grauitate nos opprimi, ſed
F potius ſpiritū pœnitentiæ affles, quo propter
lapſus paſsim admiſſos quàm largiſsimos la-
chrymarum riuos effundamus. Quandoquidē
iuſtiſsimum te iudicem habemus, qui peccata
neque diſsimulas neq; ſinis impunita eſſe: &
iudicia legesq; tuæ tanta iuſtitia ſunt refertæ,
vt nil in eis contineatur, quod ſana ratione vl-
la creatura poſsit reprehendere. Argentum vel
aurum diligenter igne excoctum non æquat il-
G lorum puritatem. ideo te etiam atq; etiam o-
ramus, vt ea non ſolum nos cognoſcere facias,
ſed etiam eis obedire quantum per noſtram in-
firmitatem poteſt fieri, per Ieſum Chriſtum do-
minum noſtrum, Amen.

Zade,

Digitized by Google

Zade, צ *Pe.* פ

HAbemus, Deus Opti. Max. ex genuina calamitate, denſis tenebris mentem obfuſcatam, ne tua mandata perſpicuè valeat intelligere: atq; natiuis cupiditatibus propenſi vehementer ſumus, vt quæ tibi diſplicẽt nobis ſummopere arrideant, & impiorũ deriſiones quibos nobis inſultant, quando ad inſeruiendum tibi animũ appellimus, tolerare non poſſumus. Idcircò te oramus, vt mentem illuſtres, prauas affectiones cõpeſcas, ac ita nos robores, vt quicquid nobis propter tuũ Euangeliũ impendet ignominię, forti animo deuoremus. His qui nobis inſultant, firma ſpe & ſolida promiſsionum tuarum fiducia reſiſtamus, & prauarum cupiditatum impietas veritatis tuę vi frangatur. Non impediat nos, optime pater, vlla mundi potentia, quin audacter coram omnibus quãtumuis ſplendidis atq; magnificis, tua decreta defendamus. Quæ nobis quæſo tam dulcia reddas & ſuauia, vt nil in vita eis anteſerendum iudicemus, nec aliquid obſtare poſsit, quin ſumma animi alacritate ea ſacienda capeſſamus, per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum, Amen.

Res, ר *Cuph.* ק

EX toto animo & integra fide, omn. Deus, tibi ſupplicamus, vt legis & mandatorum tuorum ſimus quam obſeruantiſsimi: impetu enim carnis, & ferocia natiuæ corruptionis ac inſiti vitij, mirabiliter impellimur ad tua violãda præcepta: cumq́ue nos deuinxerimus tam pluribus grauiſsimis ac neſarijs peccatis, non eſt mirum, ſi tu qua es iuſtitia atq; ſeueritate in tuos, ita permiſeris nos ab Antichriſto & eius gregalib. & diuexari & perterreri. Sed nũc pro tua pietate atq; miſericordia ignoſcas, quæſumus, quicquid in te peccauimꝰ, & oculo & vultu clemẽti inſpectes res Eccleſiæ propè acciſas & fractas, eamq́; redimas, vt ſæpe aliâs cõſueuiſti, ab imminẽtibus periculis, cũ tuo ſolũ ductu atq; imperio ſeruari poſsit. Ab impijs, ô Deꝰ, par eſt, vt procul ſalus abſit: nã verbũ, legẽ, & mãdata tua ꝓrſus negligũt. At ſecus eſt de his q̃ in te ſperãt: habent quippe de ſua ſalute promiſsiones, quarum omniũ eſt ſumma & integerrima veritas. Quare vt illęſa ac inuiolata cõſeruetur, tu ipſe nos ſerues, dum ita pro nomine tuo periclitamur, per Ieſum Chriſtum D. N. Amen.

Res. ר *Cuph.* ק

QVoniam carnali affectione, Deus Opt. Max. quiduis potius quam tua lex nobis perſuadetur, ideo quotidie ad te precibꝰ confugimus, vt ipſe tuo ſpiritu nos ad eius obſeruationem inducas. Ne itaq; incaſſum clamemus, tu cor emollias, & ita flectas animos vt non alia cura magis teneantur quàm tibi per omnia obſequendi. Hoc vnum in noctis vigilijs & diei crepuſculo meditemur, quò cum turba non deſit nos aliò rapientium, tua protectione aduerſus eam muniamur, vtque tua decreta certa ſunt & firma, ita eis conſtanter adhęreamus.

A Nã qui ab ipſis diſcedunt acti in tranſuerſum, à ſalute quàm procul errant: vnde ſi nobis id, vt infirmi ſumus, acciderit, citò ſuccurras, & iacentes releues, & quamuis malam habeamus cauſam, nos tuo patrocinio defendas. Noſti, optime pater, quàm multi conentur nos perdere: ideò celeri auxilio feſtines, & inuocantes, te promiſsionum tuarum fiducia robuſtiſsimè confirmes, per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum, Amen.

B

Tau, ת *Schin.* ש

VErè ſine vlla cauſa, omnipotens Deus, premunt Eccleſiam tuam diabolus, Antichriſtus, & principes huius mundi, atque contra pietatem ita videntur exultare & furere, vt non immeritò fideles perterreãtur, quibus eloquia tua ſolum poſſunt lætitiam renouare atque inſtaurare: eorum itaque nos incites, tuo ſpiritu, vt ſimus perpetuò ſtudioſiſsimi. Scimus his,
C qui legem tuam diligunt, oriri pacem, augeri & retineri, ita vt illis reuera nil vnquã noceat: quod ſi nunc à vera pace & animi conſolatione ſumus inopes, procul dubio hinc dependere oportet, quòd verba tua neglexim⁹, & legem tuã parum ſectati ſumus. Ignoſcas igitur. ignoſcas precamur, quicquid in te nefarium & ſceleratum admiſimus, quò poſthac à iuſtitia mandatorum tuorum non amplius recedamꝰ:
D inde nobis petamus & veras & ſolidas oblectationes, in quibus animi noſtri viuant, & ita viuant, vt laudes tuas omni ſtudio conentur exprimere. Hactenus fuimus inſtar brutæ pecudis: tu igitur optime pater, qui nobis es vnica ſalus, ab erroribꝰ & peccatis nos auoces, vt tuæ voluntati nos omnes prorſus addictos habeas, per Ieſum Chriſtum dominũ noſtrum, Amen.

Thau, ת *Schin.* ש

E TAmetſi odia & fraudes eorũ qui tuæ gloriæ, omnipotens Deus in mundo perpetuò aduerſantur, & validæ ſint & robuſtæ contra noſtrum imbecillem ſpiritum: attamen è diuerſo tanta eſt voluptas quam nobis tui ſermones afferunt, vt pijs iam ſpolijs quamuis optimis atq; omni ditiſsima præda ſint chariores: nosq́; extimulant, vt per vnum quenq; diem gratias tibi quàm frequentiſsimas agamꝰ, tantum ſupereſt, vt quam expectamus, ſalute,
F non patiaris nos fraudari. Hac de cauſa oramꝰ, vt noſtris precibus faciles aures digneris præbere, vt cum iuſtitia tuæ legis tam vndique vera & firma ſit, de ipſo tuo ſpiritu nos plenè inſtituas, vt quę iam eo fauente, ſeruanda elegimus, pro noſtrarum virium infirmitate compleamꝰ. & vbi carnis debilitas deficit, ſpiritus tui vis & robur eximium ſuppleat. Hactenus, Domine, vt ſtolidæ & ſeductæ ouiculæ multis modis errauimus, & niſi tu paterna paſtorali proui-
G dentia nos requiras, in noſtris malis facilè peribimus: non itaq; periclitantes in tenebris & inter lupos diutius verſari permittas, per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum, Amen.

EX PSALMO CXX.

DEfeſsi ac vexati, omnipotens Deus, grauiſsimis ac periculoſiſsimis caſibus, ad te, vt vides, ſingulo quoq; die confugimus ac ſupplices inuocamus, quò tandem poſsimus ex audiri, vt ſcilicet eccleſia tua à dolis, à mendacijs & fraudibus Antichriſti & ſectatorum eius eripiatur. Etenim blaſphemiæ, contumeliæ, & opprobria quibus impetunt atq; proſcindunt ſanctum euangelium tuum, ſagittis exitialibus conferri poſſunt, & carbonib⁹ uehementer accenſis, quibus piorũ corda maximo dolore configũtur, & animi inflãmantur, zelo & iuſta iracundia pro gloria tui nominis. Agnoſcimus quidẽ nos benè promeritos, vt ab impura huiuſmodi lue & furioſa peſte exagitemur, nam grauiſsimè in te & Legem tuam peccauimus: verùm pro innata & genuina clementia qua es præditus, precamur, vt qui tantopere ſtudioſi ſumus veræ pacis ad te colendum, celebrandũ, & obſeruandum, vt eam aliquando tuo fauore aſſequi valeamus, etiam his inuitis, qui pacem & tranquillitatem fidelium peſsimè odio habent, per Ieſum Chriſtum D. noſtrum, Amen.

EX EODEM.

EXperimur, omnipotens Deus, quæ ſit afflictio & ærumna Eccleſiæ, propter vitia & mendacia corruptorum dogmatum inuecta: propterea te rogamus, vt eam ab hoc genere calamitatis eripias. Quàm doloſæ & fallaces hactenus fuerint Antichriſti ſeductiones, nunc tandem incepimus intelligere. Adſunt iam modò verbi tui potentia & acutiſsima tela, quibus omnis aſtutia ſatanæ conficiatur. Quin potius ipſe validiſsima iacula, quibus aduerſus impietatem quandoq; vteris, in hanc peſtem intorqueas, quò velut ardentiſsimis prunis omnes malitiæ laquei conſumantur. Alioquin ſi tu forti & valida manu non ſuccurreris, noſtra peregrinatio ſine fine in malia & in miſerijs extrahetur. Non enim eſt vlla ſpes pacis, vbi tua veritas peſsimè odio habetur imò tanto videtur indies à tua Eccleſia longi⁹ fieri, quò magis eſt eius amãs & ſtudioſa. Idcirco quando aduerſus ſpirituales nequitias, bellum perpetuò ſit gerendum, tu inuocantibus te, ne tuum, optime pater, deneges auxilium, per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

EX PSALMO CXXI.

SVmma anxietate, omnipotens Deus, in his noſtris difficillimis caſibus auxilium expectamus, ad te vnũ ſuſtollentes oculos noſtros, cuius potẽtia, vt, nouimus creata cœlum & terram, ſic etiam credimus poſſe è præſentibus periculis eripi. Fatemur quidẽ ea fuiſſe noſtra peccata, quę his afflictionibus caſtigari meruerint. non enim cum nos ad Euangelium vocaſ ſes, tibi debitom præſtitimus cultum & obſequium, ſed noſtra duntaxat quærentes, miſerè poſthabuimus honorem & gloriam tuam. Non itaq; ô Deus, noſtram hanc ingratitudi-

A nem & admiſſas iniquitates reſpicere velis: ſed pro tua miſericordia cuſtodias à lapſu pedes noſtros, eos confirmando in lege & mandatis tuis, ne ab illis deflectant. Deinde in protectione atque cuſtodia Eccleſiæ tuæ tam grauiter afflictæ, ne oſtenderis te dormire vel dormitare. Si à ſole interdiu, & à lunæ frigore nocte defendere tuos conſueuiſti, ne deſpicias nos, qui tot & tanta patimur à furore & rabie Antichriſti: non ſolum animas & vitam noſtram ab e-

B ius machinationibus ſerues, verum tuearis imprimis ipſam religionem tuã, quæ ab ipſo potiſsimum oppognatur: noſtrarum verò actionum initia & fines ipſe dirigas in ſemitis verborum tuorum, vt in regula ipſorum perpetuò conſiſtant, per Ieſum Chriſtum Do. N. Amen.

EX EODEM.

DVM affligimur, omnipotens Deus, his funeſtis & calamitoſiſsimis temporibus,

C ad te vnum attollimus & animos & oculos, vt in quo non dubitamus eſſe poſitam omnium rerum ſummam poteſtatem, vnde ad implorãdum abs te auxilium vehementer inflammamur. Qua enim vi præſtantiſsima creaſti cœlum & terram, iam res ipſa poſtulat vt eadem ſubuenias Eccleſię tuę, cum nocentiſsimorum hoſtium faucibus tantum nõ abſorbeatur. Ne permittas quæſum⁹ notare aut vacillare pedes noſtræ fidei: nã per ſe ipſam, qua ſumus vndi

D que conueſtiti infirmitate, ſatis debilis eſt & inconſtans. Defecimus quidem nos prius à bate, & miſerè deleximus à lege atque decretis tuæ voluntatis, verom digneris precamur agere nobiſcum, non prout nos ſumus, ſed quemadmodum tu es immenſa bonitas & ſumma clementia. Eccleſiam benè ſepram & circumuallatam tua defenſione tuearis: nam ſi eam tu ipſe deſerueris, qui alioquin cuſtos es Iſraelis, minimè conſiſtet: ſiq; tua denudetur atq; expolie-

E tor protectione, cuius nã alterius cura vel ſolicitudine ſeruari poterit? Da vt ad te colligamus & reuocemos animos, quò & noſtrum & noſtrarum omnium rerum te habeamus cuſtodem, per Ieſum Chriſtum dominũ No. Amen.

EX EODEM.

QVoniam Omnip. Deus, malis dum hîc viuimus perpetuò exercemur, ideo luſtramus oculis circumquaque, vnde nam ſolidum firmumq́ne auxilium valeat ſuppeditari: tuq́ue ante omnia fidei noſtræ obuius occurris, Dum enim videmus te iam inde ab initio omnia condidiſſe & tam quę in cœlis quàm quæ in terra ſunt perpetua bonitate ſouere: precamur, vt cum alioquin tua ſumma prouidentia interrumpi non ſoleat, erga nos quoq; digneris vigilantiſsimum paſtorem agere. Protegamur, quæſumus vbique tuo fauore, quò

F

G malarum cupiditatum nimio calore non ęſtuemus, aut frigore infidelitatis in cordib⁹ noſtris charitas cũm erga proximos, tum pietas in te prorſus extinguatur. Puri à contagio vitiorum, per te vt ſeruemur, vtinam votis & preclbus quo-

bus qnotidianis obtineator, eaq́ꝫ ſit vita noſtra, vt vel eundo vel redeundo, & repurgemur culpis & virtutibus ornemur, per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum, Amen.

EX PSALMO CXXII.

SAncti viri mirificis exhortationibus omnipotens Deus, mutuò ſe perpetuò incitant ad ſacros cœtus, vbi nomen tuum laudibus proaehitur, fideles verbis tois inſtituuntur, & ſacramenta ritè percipiuntur. Cum autem in præſentia ceruamus parum abeſſe, ne hoc eum ſummo noſtro dolore ab Antichriſto impediatur: nam proot eſt perditua & profligatus, nihil molitur aliud, niſi vt ſancta Hieruſalé, quæ utcũq; & reędificari & inſtaurari cœpta eſt, denuò collabatur, imò funditus cadat, quò puro coltui & ſanctæ inuocationi amplius non pateat locus. Te optime pater, qui probè vides quantum iſte impins miſceat & turbet, rogamus ardenti animo atq; vehementi affectiooe, vt quæ ad Hieruſalem, id eſt, Eccleſiæ tuæ ſanctæ pacem faciont, procurare velis, amotis aliquantulum noſtris indignis meritis. Nam cum leges toas turpiſsimè trãſgreſsi ſimus, & improbiſsimè violauerimus, nil boni debemus iure nobis polliceri. Cæterum dom honoré tui nominis reſpicimus, reſumpta fiducia, te audacter oramus, vt cosdunstis in nomine Ieſu Chriſti, & per illud idem te inuocantibus velis adeſſe, quò nobis aliquando in vera Hieruſalem conquieſcere liceat, ereptis à furẽti & violento impetu Antichriſti. Et quotquot Eccleſiæ ciues credunt ſanctæ doctrinæ, amici & fideliſsimi fratres inter ſe tuo beneficio efficisntur, per Ieſum Chriſtum dominuio noſtrum, Amen.

EX EODEM.

COElom, Deus opt. Max. licet habitaculũ tuum eſſe ſcripturę ſanctę nos paſsim doceant, eam tamen eædem produnt bonitatem tuam fuiſſe, vt Eccleſia quoq; domus tua electiſſima & ſit & dicatur: idcirco quando ad ſanctorum cœtum conuẽturi ſumus, precamur, vt id & læto & auidiſsimo animo faciamus. Tu ſanè Eccleſiam florentiſsimis & eximijs donis liberalitate ſumma donaſti, neq; ad eam exornandam quicquam relictum eſt, quod vel ad eius elegantiam ſpiritualem, vel ad copioſam cœleſtium bonorum affluentiam conducere valeat. Quæ cum abs te pleniſsimè perfecta ſint, hoc modò ſupereſt, vt noſtris precibos largiaris, eam perpetua concordia membra ſua inter ſeſe habere connexa: connenistor eò ad purè te colendum. ibi de ſcripturis caſtè & ſyncerè iudicetur, & regnum tuum ſus pomeria indies latius proferat, atque hæc omnia pace tua & ſpiritus tranquillitate conſtabiliantur. Dũq; illi pacem & fœlicitatem precamur, & proximis noſtris, & domni toæ ſolida firmaq́ue bona procuramus, per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

A *EX PSALMO CXXIII.*
NVlla populo tuo manent, omnipotés Deus, amplius auxilia niſi de cœlo. nam adeò
inualuerunt Antichriſti vires & infeſta eius cõ-
ſilia, vt parum abſit quin vera pietas & tuus le-
gitimus cultus extinguator & funditos deleatur.
Idcirco ad te in cœlos leuamus oculos no-
ſtros, vt ope tua reuiuiſcamus, ac à tantis peri-
culis emergamus. Inſtar ſeruorum & ancilla-
rum te vnicom noſtræ ſalutis refugium inten-
B tis oculis reſpicimus: vt quemadmodum ipſi à
domino vel hera ſua tantummodo pendent, ſic
nos ad te quotidie clamamus, donec miſerearis
noſtri. Ne ſis noſtris ſceleribus, quibus taotum
non adobruti ſomus, adeò infenſus & iratos, vt
nominis & gloriæ tuæ rationem illis vlciſcen-
dis poſthabeas. Ignoſce precamur ſupplicibus
tuis, quò nil de tua miſericordia & ſumma bo-
nitate detrahatur. Miſerere noſtri, ô Deus hoc
tẽpore, miſerere noſtri, vt quẽ non lateat quan-
C tis opprobrijs & contomelijs paſsim afficiatur
Eccleſia tua. Non progrediatur longius faſtus,
& contemptos impiorum, qui iam adeò ſucceſ
ſibus elati ſunt abſq; modo, vt humanis viribos
non videantur poſſe reprimi: tu qui inuictus
es & omnipotens, finem atq; modum furendi
imponas, per Ieſum Chriſtũ dominũ N. Amen.

EX EODEM.

D LIcet in ſupremis cœlis, Deus Opt. Max. tu-
um collocaueris habitaculũ, ſpiritu nihi-
lominos, quo corda fidelium inſtruis, nos exti-
mulare nunquam deſinis, vt anguſtijs, tribula-
tionibus & periculis exerciti, à te vno & preci-
bus & votis perpetois auxilium impetrare cõ-
tendamus. Idcirco nũc veluti ſeroi tantum in-
tenti ſunt ad manum dominorũ, vtq; ancillola
tantum heræ ſuæ manum obſeruat, ita noſtræ
fidei acies te vnum reſpicit, cœleſtis pater, &
E poſthac aſsiduè reſpiciet, quoad noſtrũ te mi-
ſereat. Sis nobis, quæſumus, quę tua eſt miſeri-
cordia propitius, neq; nos patiaris aduerſarijs
poteſtatibus contemptui eſſe atq; ludibrio. Nõ
dubitamus te probè intelligere, vt Eccleſiam
tuam opulenti & ſuperbi huius ſeculi, magno
faſtu contemnant atq; deſpiciant. Quamobrẽ
te oramus etiam atq; etiam, vt citò ſuboenias,
eamq́; non permittas neque ſuperſtitionibus
& erroribus contaminari, neq; ſatanæ aut im-
F piorum vi opprimi, per Ieſum Chriſtum domi-
num noſtrum, Amen.

EX EODEM.

E Cœlis, optime pater, nos reſpicias, qui ad
te vnum ſuſtollimus oculos, & à tantis pe-
riculis, quibus in præſentia vrgemur, tuo auxi-
lio tuearis: & quando nos creaſti, tuiq; iure &
merito ſumus, vt bonus dominus ne deſpicias
ſeruos tuos, qui te hoc ſuo tempore vt vnicum
G refugium ſpectant. Agnoſcimus planè, agno-
ſcimus, inquam, ob peccata & grauia facino-
ra in te admiſſa, nos dignos eſſe qui in hac in-
ciderimus: ſed oramus vt miſericordia motus

erga ſeruos tuos, qoicquid in eis te offendit, pro tua elementia & booitate deleas. Ne attendas, ô Deus, indignitatem noſtram, ſed opprobria & contumelias uideas, qoibus to in nobis afficeris: dum enim hoſtes blaſphemijs in tuos fideles inſultant, non oobis verùm nomioi tuo ioiuriam inferunt: dum armis & uiolentia ferociunt, cultum, religionem, & verbum toum imprimis petunt: hæc omnino tollere, ſi ſucceſſerit, adnituntur. Dumq́ ſibi videntor flore re à viribus, & ex ſentẽtia agere, inſolentiſsimi efficiũtur, & Eccleſia tua ab illis exagitata ſummo dedecore, præter te dominom ſuum, ad quem coofugiat, habet neminem. Tu, precamur depelles iſtas ioiurias, & mala quæ ipſi irrogant: nil ſanè hìc quæritur, oiſi vt gloriam & honorem tuæ doctrinæ ac ſancti Euangelij vindices, ne impij hæc lodibrio habeant Fac, ô Deus vt quandoq; vim tuæ veritatis experiantur, vt velint nolint te Deum eſſe agnoſcant, per Ieſum Chriſtum dominũ noſtrum, Amen.

EX PSALMO CXXIIII.

NIſi tu nobis, Deus omnip. aoxilio & potẽtia tua ſuboenire digneris, ita parati contra populom tuum inſurrexerunt Antichriſti, vt nil magis cupere videâtur quàm nos omoes vel viuos deglutire: ita eſt accenſa eorũ rabies vt ni tu adſis, ab eis conſumendi & deoorandi ſimus. Quod profectò, ſi peccata noſtra intoeamur non poſſumos inficiari commeritos eſſe. Quæ enim, tanta ingratitudine qua vſi ſumus erga te, ſupplicia aot pœnas exiſtimare poſſumus iniuſtè abs te nobis irrogari? Adeo tranſgreſsi ſumus præcepta tua, vt nulla ſit tam grauis mulcta, quin ea & ſimus & videamur benedigni. Cæterùm etſi noo propter nos, attamen ob gloriam nominis tui velis Eccleſiæ ſanctæ adeſſe, ne rapidiſsimi torrentes inundatione & impetu aquarom illam adobruant ac præfocent. Auertas quæſumus ora & dentes illorum à ſanctis tuis, ne vti præda ab ipſis dilanientur. Nil ſanè aliud ſuis dolis & malis artibos venantur, quàm vt laqueis impietatis ſuæ eos implicent & capiant, qui verbis tuis, cultui repurgato, & religioni ſynceriori ſe dediderunt. Properes itaque ô Deus, in auxilium noſtrom, & nos è retibus liberes tam crudeliom venatorum. Tu eoim qui feciſti cœlum & terram, fac precamur, vt vni tibi aſſeribatur noſtra ſalus, per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum, Amen.

EX EODEM.

NIſi tu, ipſe hoc tempore, Deos Opt. Max. furorem & amentiam Antichriſtorum comprimas & illidas, quo in tuos ea non valeant efficere, quæ iam concepta & meditata apud ſe habent, vioam & integram abſorbebunt Eccleſiam: inſurgunt, fremunt, inondant, intumeſcunt, vt propè iam mergantur fideles tui, ni citò amooeas & retundas impietatis procellam & fluctus diaboli. Auertas cœleſtis pater oramus, iram tuam à nobis, & ne

A vt meremur, vlciſcaris nefaria quę admiſimus in te. non tantòm id agimos, vt noſtrûm rationem habeas, ſed vt too nomini, tuæ doctrinæ, & tuis promiſsionibus ne deſis. Fac vt dicamus aliquando, Verè celebrandus & laudandus eſt noſter Deus, qoi non eſt paſſus ab immani furore impiorum Eccleſiam diſsipari, ſed è laqueis & faucibus conſceleratorum hominum claro & potenti brachio illam eripuit: concidantur retia, diſſoluantur machinationes, hebetentur vires illorum, quos iam omnes, qui

B te amant, ô Deus, vehementer pertimeſcont. A te ſolummodo qui cœlum & terram creaſti expectamus auxilium: qoare te oramus, vt pro tua ſumma bonitate atque clemeotia, noſtris precibus te facilem præbeas, per Ieſum Chriſtum dominum ooſtrom, Amen.

EX EODEM.

C QVI ad tuam hæreditatem pertinent, & verus Iſrael ſunt, nobiſcum fatentur, omnipotens Deus, quòd ni fauore atque potenti auxilio tuo fuiſſemus adiuti, non ſemel ab hoſtibus noſtræ ſalutis & abſorpti & prorſus conſumpti euanuiſſemus. Nam aliunde qoicquid præſidij eſſe potoit ad nos toendos, experti ſumus nullam vim habere. Violentia & impetus eorum à quibos oppugoamur, eſt ceu incitatiſsimæ aquæ dum repentè campos inundant; illorum crudelitas feritatem bellua-

D rum adæquat: & inſidijs tam callidis & latentibus viuntur, vt aucupes & venatores præ illis nihil artis habeant, ſed admodom ſimplicea videri poſsint. Quare pro vt debemus, quòd è tantis periculis gregem tuom & ſimplicem & imbecillem hactenos liberaueris, gratias agimus, rogamusq́ vt poſthac identidem Eccleſiam tuam neq; vi neq; dolo patiaris opprimi, qoò tibi vni iodies magis ac magis fidamus, per Ieſum Chriſtum dominum ooſtrum, Amen.

E

EX PSALMO CXXV.

QVoniam, Deus Opt. Max. humana auxilia infirma ſunt, incerta atq; fallacia, apertè docemur in te vnũ debere transferri omnẽ noſtram fiduciam, cui qui innituntor, neque commouentor neq; notant illorum greſſus. Qui itaque pollicitus es montem Zion, id eſt, ſanctam Eccleſiam conſtabilire tua protectio-

F ne, ita vt æternùm contra omnes impetus adoerſariorum maoeat, eam io præſentia, te obſecramus, reſpicias, neque contra illam patiaris improborum virgam ſæuire. Si enim cogatur ſubeſſe hoſtium tuorum imperio, facilè declinabunt ad impietatem, etiam illi qui iuſti videntur. Peccata quidem noſtra, quæ grauia ſuot, velis, ô Deus, alio punire ſuppliciorum genere: oppreſsionem deprecamor in præſentia, tantummodo Antichriſti. Circumquaque

G inſtar montium munitiſsimorum iueris cœtũ fidelium tuorom, ne pro libidine graſſari valeant in eos impij hoſtes tui nominis. Benignè facias & clementer hoc tempore erga illos, qui aliquo ſtudio probitatis & rectitudinis teneotur.

nentur. Eos autem qui non ſolum ipſi tantú- A
modo voluunt animo impietatem, & nefan-
da moliuntur ſcelera, ſed etiam id omni cona-
tu ſtudent efficere, vt verbum tuum nuſquam
vigeat, vera religio prorſus extinguatur, & o-
mnia extirpetur ſyncera tui nominis inuoca-
tio, ſentire & experiri demum facias, quæ ini-
quitatis operarij mereantur. Tuum verò Iſrae-
lem pax & tranquillitas impetrata, magis ac
magis tibi adiungat, & laudibus tuis perpetuò
adhærere faciat, per Ieſum Chriſtum dominú B
noſtrum, Amen.

EX EODEM.

QVorumcunq; animis, omnipotens De-
us, inſita eſt & inſtaurata fides tuarum
promiſsionum, hi vt montes fundatiſsimi tur-
bulentis temporibus minimè nutant, imò il-
lorum tanta eſt firmitas atque conſtantia, vt
non minus ſe armatos eſſe confidant prote-
ctione ac defenſione tua, quam vrbs Hieroſo- C
lymorum fuerit munita vallo montium, qui
ei per circuitum imminebant. Nunc igitur
quãdo labes & flamma impiorum tota in eo eſt
vt eccleſiam diſsipet & opprimat, adſis tu illi,
optime pater, & eam declara, quam habes in
ipſam egregiam voluntatem. Quòd ſi, vt aper-
tè & ſynceriter cõfitemur, noſtra immania ſcele
ra commeruerunt, vt nudati auxilio tuo tra-
damur ferociæ ac ſæuitiæ Antichriſtorum, tu
ne reſpicias, quæſumus, quid noſtris malefa- D
ctis iure debeatur, ſed nos tibi creditos atque
commiſſos in Chriſto memineris, neque ira-
tus agas contra tuam vetuſtam & antiquam
conſuetudinem, qua nunquam poteſtatem
feciſti tyrannidi impiorum, vt fideles diutur-
no tempore affligerent: ne ſi ceſſarent tua iu-
dicia, forte auderent, qui iuſtitia ſunt imbuti,
ab ea ſe reuocare, & prauitati, vt vulgò fit, con-
cedere. Sis bonus, clemens, propitius, ô De-
us, his qui ſtudium pietatis alunt in cordibus E
ſuis, & iram tuam potius in eos transferas, qui
nihil niſi praua, iniqua, impia & cogitant & ef-
ficiunt: Tuo verò Iſraeli priſtinam pacem pro
tua miſericordia conſerues & augeas, per Ie-
ſum Chriſtum dominum noſtrum, Amen.

EX EODEM.

QVicunqoe tuę veritati, omnipotens De-
us, veluti par eſt fidem adhibent, hi vt
montes firmi, & rupes validiſsimæ immoti F
permanent, quantacunque tentationum pro-
cella aduerſus eos per diabolum aut per mun-
dum excitetur. Vt ciuitates aggeribus, turri-
bus, aut montibus circumquaque diſpoſitis
muniuntur: Ita Deus quibus fauet, & electo-
rum albo aſcriptos habuerit, hos vt clypeus
tuetur, & contegit inſtar fortiſsimi propugna-
culi. Ideo te optime pater, non abſque cauſa
inuocamus, vt non ſinas impios tyrannidem G
ſuam proferre ſuper iuſtorum Eccleſiam, ne ſi
videant, qui inter fideles adhuc infirmiores
ſunt, prauorum fortunas euehi, eorum vitia &
peccata malo ſtudio incipiant imitari. Quam-

A obrem potius ſanctos defende & promoue, il-
lis, quæſumus, benignus adſis, quibus iam tri-
buiſti, vt integro animo & ſyncera fide te ſectẽ-
tur. Eos verò, qui pietati ac gloriæ nominis
tui obſtaculo ſunt, robore ac potentia tua re-
prime, quò tua Eccleſia, quæ ſanctus eſt Iſrael
expectata ſalute nõ fraudetur, per Ieſum Chri-
ſtum dominum noſtrum, Amen.

EX PSALMO CXXVI.

B FVit ſanè, Deus Opt. Max. Eccleſiæ tuæ ha-
ctenus plus quàm ferrea captiuitas, qua
ſub Antichriſti tyrannide opprimebatur: &
illam nihilominus tua bonitate dignatus es re-
dimere, noſtro quidem magno gaudio, & alio-
rum qui ad libertatẽ Chriſtianam aſpirant, ma-
gna ſpe excitata. Precamur in præſentia, quan-
do videtur omnibꝰ artibus diabolus & omnes
aduerſariæ poteſtates, vires intendere, vt opus
cœptum impediat, ne tu obliuiſcaris tuæ capti
C uitatis, quam reſtituere vtcunque cœpiſti: il-
li-quidem admodum erga te ingratè ſe geſsit,
vt quæ pro dignitate, accepta beneficia non æ-
ſtimarit. Sed tu pro conſueta miſericordia,
quod inſtaurandum, ſupereſt ne deſeras, imò
largiri digneris, quaſi meridianis ac torridis a-
gris, celerrimos tuæ gratiæ aluens, & redundã-
tia ſpiritus flumina, vt quæ precum modò
cum lachrymis iaciuntur ſemina, ouantes me-
tere poſsimus fructu non pœnitendo. Vt gen-
D tes, quæ ſuſpenſo animo has contemplantur
vexationes, quibus ab hoſtibus tui nominis
affligimur, demum vulgò prædicent, nobiſcum
te magnificè egiſſe, vnde nos poſt iſtos gemi-
tus, non modò optatam ſed etiam [illegible]utarem
percipiamus lætitiam, per Ieſum Chriſtum do-
minum noſtrum, Amen.

EX EODEM.

E CVM tuus videatur eſſe mos antiquiſsi-
mus, omnipotens Deus, vt mirabili ac ſin
gulari prouidẽtia ſubuenias in te ſperantibus,
quando in extremum diſcrimen iam venerint,
ita dum illis aba te prouenit inopinata ſalus, ea
videantur in ſomnio potius quàm reipſa frui:
nos in Eccleſiæ cauſa propè deplorata minimè
deſperamus, probè intelligentes tibi leue eſſe,
imò facillimum, os noſtrum riſu & linguam no
ſtram iubilatione implere, quô vel hoſtes no-
F ſtri dicere cogantur, velint nolint, Deus iſto-
rum profectò magnificè cum eis egit, cum ex
inſperato traduxerit illos ad tam præclarum
gaudium & ſummam iucunditatem. Quare te
oramus, optime pater, vt bonitate atque miſe-
ricordia tua condones offenſas, quibus ex a
mentia, imbecillitate & innata corruptione te
contumaciter irritauimus: quò in priſtinam
gratiam tecum reuerſi, noſtrarum rerum non
minorem mutationem experiamur, atque illi
G qui auſtrali ſiccitate, & meridianis ardori-
bus exhauſti, recenti ac inexpectata aqua-
rum copia inundantur. Quæ nunc per luctum
ſerimus, da precamur, vt aliquando meta-
mus cum voluptate, vtque ex precibus quas

Digitized by Google

coram te ſupplices quotidie ſpargimus, demũ cõſolationis vberrimos fructus capiamus, per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum, Amen.

EX EODEM.

CVM aliquando contigerit, Deus Optim. Max. vt Eccleſia tuo ſingulari beneficio è captiuitate atq; tyraonide diaboli prorſus eximatur, atq; tua ſuaq; omnia membra, ab erroribus ac tenebris prorſus libera videat, ea perfũdetur lætitia, vt ſe potius tantum boou m ſomoiare quàm verè obtinuiſſe ſit exiſtimatura. Tum verè ſe lætam dicet, & ſolido gaudio perfruetur: neq; ipſa tantùm gratias tibi immortales aget, verùm nemo erit, qui nõ miretur quę & quanta ipſe arga illam egeris. Qnamobrem precamur vt iſta fieri iam taodem concedas, & captiuitatis tam diuturnæ & miſerabilis te miſereat: aſſeras tuos à cæcis tenebris, & fauora ſolito relaxes vincula, quibus abs te redempti filij Adam tanto tempore conſtringuntur: & gratiæ tuæ viuaciſsimis aquis, ſqualidum & ſiticuloſum aoimæ noſtræ ſolum lætifices atq; fœcuodes, vt lachrymarum ſementis, quam pij fecerunt captiuitatis tempore, gaudia expectata quandoq; illis producat, quiq; triſtes & afflicti, precum & ſuſpiriorũ hactenus iecerunt ſemina, læti atq; exultabundi colligant veræ pietatis & caſtæ religionis ſolidos fructua, per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum, Ameo.

EX PSALMO CXXVII.

EXtra controuerſiam eſt & in confeſſo habatur apud omnes pios, neq; familism poſſe inſtitui, neq. Remp. vllam cooſeruari, niſi tu, omnipotens Daus, incœpta prouehas atq; fortunes: idcirco qui non ſumus ignari Eccleſiam prętare cuiuis huius mundi honeſtę domui & ampliſsimæ ciuitati, eam certò ſcimus abſque tuis auſpicijs nullo modo poſſe cooſiſtere, & hoc potiſsimũ tempore, quando tot machinis cùm diaboli, tum Antichriſti appetitur. Qood igitur nullo labore, vigilia aut induſtria hominum perfici poteſt, aſsiduis precibꝰ, optime pater, abs te flagitamus, qui tuis cõſueuiſti veluti per ſomnum largiri, quæ alioquin aſſequi erat difficillimum, ac propemodum impoſsibile. Auferas imprimis iniquitates noſtras, quæ maximè vidantur obſtara, ne præſenti inopiæ atque calamitati auxilium feras: nos enim ipſæ, nec aliud quippiam, dirimunt ac diſtrahunt à tua miſericordia. Quibus cum ignoueris, vti enixè contendimus, augeas Eccleſiam nomeroſa prole: nam ſi tibi procreaueris libaros, & te & ſpiritu tuo dignos, inſtar ſagittarum amitteotur ab inuicto brachio tuo, in aduerſarios pietatis & Euaogelicæ doctrinæ: ſanos cœtus atque collegia repleas fortibus hominibus, qui dum tuentur verbis & re tuam veritatem, non erubeſcant, neque ſoccumbant, per Ieſum Chriſtum D. N. Ameo.

EX EODEM.

ABſq; tua beneuolẽtia, omnipotens Deus, fruſtraoeæ ſuot omnes noſtræ vires atque

A cõatus. Etſi oulla priuata domus extrui poteſt, aut ciuitas aliqua ædificari, oiſi præſeoti auxilio ac fauore tuo, quantò minus poterit Eccleſia inſtaurari, ampliari atq; conſiſtere, niſi tu ſpiritu & gratia tua maximè adfueris? Incaſſum laborabunt homines, exurgẽt ſummo mane, diu ieiuoi ſatagent, ſeq; ærumnis ac moleſtijs inaniter & fruſtra conficieot. Quapropter obnixè te precamur, ò Deus, ne in vllis incœptis deſtituas oos præſentia & ope tua. Certè B quicquid vnquam collectum eſt aut inſtauratum ex ruinis Eccleſiæ, abſque te, non ſucceſſit: imò id cooperatoribus tuis dediſti quaſi per ſomnom, arcanis & mirabilibus tuis rationibus ita rem effeciſti, vt humanæ vires, ſi rectè æſtimentur, omnino videantur tanto operi fuiſſa impares. Nunc autam quòd ingrati fuimus, & baoeficijs tantis ac talibus peſsimè ſumus abuſi, meritò cœpiſti oos exercere tantarum rerum difficultate, à qua hominum labores & in- C duſtriæ minimè valent oos explicare. Tu itaq; pro tua ſolita miſericordia, dum id minus cogitamus, aut multis periculis noa putamus expoſitos, ad te confugientes expedias, vt liberati te vnicum agnoſcamus veræ ſalutis authorem, par Ieſum Chriſtũ dominum noſtrum, Amen.

EX EODEM.

QVia fruſtra laborant & ſeſe conficiunt, quotquot abſque tuo auxilio & gratia D quippiam, Deus Opt. Max. moliuntur, & ſa ab inimicis tueri oon poſſunt, quicunq; te oon habent adiutorem: Ideo cum & Eccleſia ſemper ædificationa indigeat, & ciuitas noſtri cœtus defenſione opus habeat, te vnom iouocamus, qui adſis ædificantibus, & pugnantes ſtrenuè adiuuas. Et quò id facilius cõſequamur, fœtus Eccleſiæ tuæ multiplices, qui vt ſagittæ miti poſsint ad eam varbo vbiq; irrigandam, & ita in tuis ſermonibus tractandis periti ſiot ac ex- E ercitati, vt cum ſuæ vocationi inſeruiunt, nulla ratione pudeſiant, per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum, Amen.

EX PSALMO CXXVIII.

SI nihil boni aut felicitatis obuenire poteſt, niſi illis qui Deum timent & reuerentur, quiq; rectè viuendo per vias mandatorũ Dei fideliter gradiuntur, iam nobis cauſa declaratur, quare exerceamur calamitatibus. Cum e- F nim abs te ſumma miſericordia, omnipotena Deus, donati fuerimus ſalutari doctrioa, nihil minus, atqua te vt decet coleremus præſtitimus: timorem ac reuerentiam tui nomiois cupiditatibus noſtris poſthabuimus, atq; abiecimus deſciplinam mandatorum tuorum. Quare non eſt quòd conqueramur iniuſtè nobis quandoq; irrogari afflictiones. Ignoſcas precamur iniquitatibus & ſceleribus noſtris, G ac pro tua miſericordia in nobis timorem, pietatem & ſanctos mores inſtaures. Afflictæ Eccleſiæ tuæ demum è Zion, id eſt, ex tua ſublimi & inacceſſa luce affulgeas, eamq; eripias io tãtis periculis cooſtitutam. Cumque tibi eam per ſi-

per fidem vxorem copularia, da vt fertilitate
ſaoctorum filiorum augeator: ſit vt vitis latè
germinana, quam, vt adnititur Antichriſtus,
noo valeat ſoccidere. Hoc potiſsimum abs te,
optime pater, impetrare poſcimus, vt bona &
ſalutaria largiri digoeris tuæ Hieruſalem, & ve
ro Iſraeli pacem atq; tranquillitatē concedere,
per Ieſum Chriſtum domioum noſtrū, Amen.

EX EODEM.

DOcent nos tua oracula, Deus Opt.Max.
ſolam pietatē reddere homines fœlices:
timor enim, quo te reuerentur pij, frænum eſt
illis efficax ad rectè pergendum in vijs tuæ iu-
ſtitię. Verū cū iſta pietas Eccleſiæ tuæ ſit vnicū
ornamentum, rogamus te, vt in ea perpetoò
laboretur doctrina & exemplo ad tuos filios
excoleodos, oeque froſtraneæ vel caſſæ ſint o-
peræ. Fiat quotidie inſtar mulieris fœcundiſsi-
mæ, quę fructiferis oleis & vitibus fertiliſsimis
conferri poſsit. Quæ ooo dubitamus feliciſsi-
ma dona facilè nobis tandem eueutura, ſi tu ex
alto maieſtatis toæ habitaculo, tuæ miſericor-
diæ oculo fidelium cœtum aſpexeris: qoando-
qoidem à nuto bonitatis tuæ immenſæ, quic-
quid eſt veræ & ſolidæ fœlicitatis, deriuatur.
Et cum id ad tui nominis honorem facere non
dubitemus, nempe vt perpetua ſobole filiorū
tuorum augeatur Eccleſia, & peccata cùm lau-
dibus tum vitæ puritate ſit conſpicua, hoc vo-
tis quàm ardētiſsimis impetrare optamus, per
Ieſum Chriſtum dominum ooſtrum, Amen.

EX PSALMO CXXIX.

SCis, omnipotens Deus, quantopere hoſtes
tui oominis ioſeſtarint perpetuò Eccleſiā,
ab eius iocooabulis illam ſemper vexariot: ve-
rùm tameo eſt factom fauore tuo, vt nunquam
aduerſus eam præualuerint, idq; eò quò tuæ
promiſsiones adimplerentur. Frequenter in i-
pſius dorſum admodum profuodè viſi ſunt im
mittere vomerem afflictiooum, & obſtinato a-
nimo decreuerāt ſuper ipſo quamlongiſsimos
ſolcos protrahere. Sed tu ô Deua, cum ſis iuſt9,
incidiſti ſemper improborum hominom fu-
nes. Nunc autem rogamus te, ne reſpicias ma-
la noſtra merita, ſed gloriam tui nomiois: nam
quod ad nos attinet, non modò talibos calami
tatibus, ſed longè grauioribus digni ſom9. Ve-
rum pro tua miſericordis non ſuper nos, ve-
rum ſuper impios effundas iram tuā, impij pu-
defiant & retrorſum cadaot, citò vt gramen a-
reſcant, antequam ad finem perducere valeant
ſuos prauos conatos: noo merentur vt illis fœ-
lices precemur ſucceſſus, cùm impia ſint illorū
incepta. Sed iam facias vt Eccleſia tuorum fi-
delium aliqua pacis & tranquillitatis benedi-
ctione perfundatur, per Ie. Chr. Do. N. Ameo.

EX EODEM.

NOn modò frequentes, Deus cœleſtis pa
ter, ſunt oppognationes tuorū fideliū; ſed
aſsiduè tentantur, & impelluntur, vt in exitiū
extremum ruaot: nihil enim optatius diabo-
A lo eſt & adoerſarijs poteſtatibus, quàm vt ima-
ginem tuam à prædeſtinato illi fine auertant.
Ideoq; ad te clamamus, qui vnà com ſummā
iuſtitia miſericordiam infinitam coniunctam
habes, vt pro bonitate atque charitate, qua nos
proſeqoeris, tentationum funes diſrumpas, &
laqueos inſidiantium conteras: qoò noſtræ
ſalutis hoſtes, vti commeriti ſunt, pudefiant,
omneſque intelligant, iuſtitiam tuam nō ſine-
re illorum fraudes atque dolos perpetuò im-
B ponitos: quoûe benedictio tua, quam deſtina-
ſti electis, non impediatur, & ſalus, quam toia
promiſsionibus freti expectamus, nulla vi dia-
bolicæ fraudis atq; machinatioois intercidat,
per Ieſum Chriſtum dominum noſtrū, Amen.

EX PSALMO CXXX.

FIdeles tuos, omnipotens Deus, conſueoiſti
ſæpius grauiter affligere, vt idcirco ad te
C redeant ardenti ac perfecta pœnitentia, quod
io Eccleſia modò experimur bis moleſtiſsimis
temporibos: qui enim hactenus iofinitis mo-
dis tibi iograti fuimus, & mandata ac legem tu-
am paſsim tranſgreſsi ſumus, ita ſæpenumero
diuexamur diaboli & mancipiorum eios fero-
citate, vt ad te clamare cogamur ex abyſſo &
altiſsima profunditate noſtrorum malorum, ne
velis in noſtra peccata adeò ſeueriter animad-
oertere. Si cooſtitueris ô Deus iniquitates no-
D ſtras pro illarum meritis & obſeruare & puni-
re, quis erit ooſtrum adeò mundus & ſanctus,
vt coram tua iuſtitia valeat ſubſiſtere? Sed cū
ſciamus te vigere ſumma clementia, & mane &
veſpere ſuſpicimus ac expectamos tuum auxi-
lium. Quamuis itaq; ſunt complures iniquita-
tes noſtræ, tu pro tua ampliſsima bonitate atq;
miſericordia ab omoibus ipſis, velis nos redi-
mere, vt ex inſtantibus periculis & prementi-
bos calamitatibus liberati, apud te ſolom tam
E credamus, quàm prædicemus veram eſſe re-
demptiooem, per Ieſum Chriſtom dominom
noſtrum, Amen.

EX EODEM.

CVM altiſsimo tentationum pelago Deus
Opt. Max. perpetuò iactemur, neque illis
per nos ipſos valeamus eſſe pares, abs te oon
immerito quærimus noſtris caſibus miſericor-
F diter ſubueniri. Tu enim cum ſis rerum noſtrā
rū & iudex & arbiter, ſi omnia volueris obſer-
uare, quæcōq; peccamus, & in ea ſeriò animad-
oertere, quis obſecro poterit ad tuum tribonal
conſiſtere? Quare cum apud te ſumma ſit, imò
iofinita clementia: vt illi tantum innitimur,
ita precamur, vt ea noſtræ iniquitates redimā-
tur. Hac vnica ſpe io ſingulos dies atq; io ſingu
las horas nutrimur, confidimuſq; te veri Iſrae-
lis, hoc eſt Eccleſiæ tuæ nunqoam obliturum.
G Da igitur vt remiſsiooem peccatorum tanquā
ſolidum ſyncerumque fructom huios fiduciæ
abs te conſequamur, per Ieſum Chriſtum do-
minum noſtrum, Amen.

EX PSALMO CXXXI.

QVandoqoidem tibi omnipotens Dena, admodom ingrati ſumus de ſummis beneficijs abs te in nos collatis, & vitá ſánctitate tua & noſtra vocatione inſtituimus, hactenus parum dignam, oon eſt quod cor noſtrum efferatur aut in mirabilibus ambulet. Largiatur nobis ſpiritus tuns, vt omni ſaſtu & ſupercilio abiecto, id qnod verum eſt, nos peccatores eſſe agnoſcamns, qnò per veram & ſynceram pœnitentiam abs te veniam peccatorum noſtrorum impetremus. Deinde ſic nos erga te compooamus, vt inſtar pneri ſimus ablactati, qni ſemper matrē ſoam reſpicit, à qna & foueatur & nutriatur. Proinde niſi tn nobis adſis, qnid aliud ſentire aut poſſumus, aut debemus de viribus noſtris, quam eas ſore nobis noxias? Vnde cum non habeat Eccleſia niſi te vnicum refugium, & nmnibus humanis prorſus deſtituatur auxilijs, ideo inſtar pueri ad te modò reſpicit, & precatur ne ſe deſeras, ſed illi pro bonitate tua ſic digneris ſuccurrere, vt inuocando & prædicando nomini too æternùm vacet, per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum, Amen.

EX EODEM.

DEus Opt. Max. cni vni ſnblimi ac eximio verè eſſet licet, oramns, ne cordi noſtro alioquin ſatis cootumaci ac rebelli ſioas obrepere ſuperbiam, cum omnis humanus faſtus atque noſtri exiſtimatio non poſsit eſſe niſi vana, vt quæ neque veras, neq; ioſtas cauſas habeat. Petimos itaqne cor modeſtum, demiſſos oculos, & vt ea deuitemus cœpta & ioſtituta, quæ modum fineſque vocationis noſtræ excedant. Faxis obſecramus, vt non ſecus abs te pendeat noſter animus, atqne inſantes à nntricis vberibns. Videmus enim Eccleſiam tuam nunquam fœliciter habituram, niſi & de ſeipſa prorſus deſperet, & in te vno totam ſoam ſpem atqoe fidnciam collocet, per Ieſum Chriſtum domioum noſtrum, Amen.

EX PSALMO CXXXII.

TE qoidem probè ſcimns, Deus Opti. Maxime, haud eſſe immemorē fœderis in Chriſto Ieſu abs te nobiſcum initi: ſed ipſos nos fatemor deſciuiſſe à ſanctiſsimis pactis atq; conuentis. Cum enim deboerimus tibi viuere, & noſtras omnes actiones tno nomini conſecrare, nihil minus egimus: legitimam & veram pietatem frigidè admodum coluimus, oeq; vt decuit, inſtaurationem Eccleſiæ ardenti ſtudio proſequoti ſumus. Sed tu ô Deus, ne velis vlciſci has noſtras iniquitates, neque propter ea quæ contra te commiſimus, has noſtras preces auerſeris. Hoc ſanè votis omnibus poſcimus, vt loca in quibus arca fœderis tui, id eſt, electa Eccleſia, ſpooſa tua ſe continet, quieta & tranquilla pace demum frui valeant, quò regnū ſuum fœlicius propagetor, & gloria tni nominis latius diffundatur. Declares, quæſnmus, vt promiſiſti te verè in Eccleſia tua reſidere, intu-
A endo fideles toos ſanctitate atqoe ſalote, populi tui lncerna, quemadmodum promiſiſti, nō extingnatur: ſed in ea decus regiom & ornamentum maieſtatis tuæ perpetoò floreat, per Ieſum Chriſtum dominnm noſtrum, Amen.

EX EODEM.

CV M decreneris ex tua immenſa bonitate, Deus Opt. Max. in cœtu fidelium, qui
B eſt Eccleſia Chriſti ſanguioe redempta perpetuò habitare, te precamur, vt huius tuæ beneuolæ promiſsionis nunquam oblioiſcaris. Vehementer quippe optamus, & in nobis tua ſit requies, & in cordibus noſtris babeas per fidē ſanctum & præparatum habitaculum. Quemadmodum igitur te non dubitamos velle hoc fœdus inniolatum & firmum, ita rogamus, vt nobis concedas ab eo oon diſcedere, ſed ea perſequi & implere tuę volnntatis teſtimonia, quę
C nos dininis literia dignatus es docere, ita vt ſacrorum miniſtri, plebs fidelis, & omnes electorum ordines, pietate vera & ſynceris virtutib⁹ ad honorē tui nominis refulgeaot, per Ieſnm Chriſtum dominum noſtrum, Amen.

EX PSALMO CXXXIII.

QVando inter ſe quam coniunctiſsimè viuūt & optimis ratiooib⁹ conſpirāt ad te
D colendum, omnipotens Deus, illi qui tuo nomine ſunt inſigniti, clara & potens Eccleſia indies magis asque magis efficitur. Quemamodum cootra vehementer frangitur atque debilitatur, ſi qui io ea inſtar fratrum debuiſſent cohabitare, diſsidijs exnlcerentur, ant contentionibus à ſeipſis dinellantur. Optamus itaqne tuo beneficio ea nobis detur pax, vt inſtar membrorum in eodem corpore tuo, quod eſt Eccleſia, coaleſcamos. Sed cum tantæ fœlicita-
E ti mirum in modum obſtent ooſtra peccata: quî enim fieri poteſt, vt qoi tecum diſſentiunt ioter ſe valeant conſentire? te rogamus enixè, vt offenſis remiſsis, qoibus te ſæpe atq; vehementer irritanimus, nos velis ruſum in gratiam recipere, atq; ita complecti clementia & miſericordia, vt indiuolſe tibi adhæreamus: inde enim noſtra ſolida pax deriuabitur, inde opima & fertilis bonarum actionum reddetur Eccl. iode abſtruſi & reconditi theſauri ſpritus
F tui ſeſe exerent, atq; in ſuaues fruct⁹ erumpēt, inde fragraotiſsimus odor iuſtitię & pietatis per vninerſum orbem exhalabit. Quamobrem da ſopplicibns tuis, optime pater, vt tecum in ſeipſis, & cū omnibus quantum fieri poteſt, pacē habeant, quò iuxta promiſsiones tuas in nomine tuo collecti, te præſentem habeant, benedictionem tuam opnlentiſsimam experiantur, & æternam vitam demum percipiant, per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum, Amen.

EX EODEM.

G QVandoqnidem ſomma clementia, Deus Optime Maxime, nos omnes per fidem Ieſu Chriſti in filios tibi cooptaſti, inter nos dece-

deeeret, vt non extraneam ſed verè fraternam
vitam viueremoa, neq; pijs eſt qoippiam opta-
bilius aot iocondiua, quàm vt vnanimiter in
domo Dei coonſentiant. Quare haud nobia le-
uiter dolet, paſsim ſeindi & violari iſtam con-
iunctionem fraternam, quàm vnicè colere o-
portuit. Sed huius diuexationis atque ealami-
tatia fatemur nos ipſos lueulentam dediſſe cau
ſam: qoi enim tibi non coniungimur toto pe-
ctore, & omnibus rationibus, vt requiris, mao-
datia tuis oon obedimus, qui fieri poteſt, vt be-
nè eompaginemur & eohæreamus proximis
noſtris? Ideireo deprecamur, ô Deus, vt nobis
ignoſcas quæ ante peecauimus, auerſati man-
data & legem tuam, noſq; firmiſsima charitate
iouicem copules in ſanctum Eeclesiæ tuæ cor-
pos, quò noſtri conſenſus, vt mutuæ dilectio-
nis odor ſuauis quàm latiſsimè ſpargatur, & ro
re tuæ benedictionia indies magis magiſq; fe-
racees reddamur piarum actionum, ae tua be-
neficentia non modo tranquillam vitam & pa-
catam à præſentiboa malis, ſed beatam demum
atq; æternam conſequamur, per Ieſum Chri-
ſtum domioum noſtrum, Amen.

EX EODEM.

CVM omnea eredentes, Deus Opt. Max.
tua benignitate in filios adoptsueris, da,
vt qui ſancta generatione ſumus fratres, amo-
re, pace atq; charitate perpetua ſimul iūgamur,
quò & dum hîc viuimus, ex huiuſmodi paee vo
luptatem ſynceram eapiamus, & omnibus alijs
abs te alieoia ſuauiſsimus odor ſimus ad æter-
nam ſalutem. Hoe præeipuo exemplo Eeclesia
tua, pater cœleſtia poteſt eſſe cunctis mortali-
bos admirabilis. Atq; reipſa nos experimur te
eonſueuiſſe largiſsima benedictione perfunde-
re, quotquot eoncordem & amicam vitam in
ſalutari tua doctrina & cultu degoot. Idcireo
nunc illam præ omoibus diuitijs & alijs terre-
nis commodis abs te petimus, per Ieſum Chri-
ſtum dominum noſtrum, Amen.

EX PSALMO CXXXIIII.

ESSET profectò oobis laudabile & iu-
euodum, Omnipotens Deus, laudes tuas
perpetuò eanere, & admiranda opera tua con-
tinuè prædieare, ad quæ faciēda requireret pie-
taa, vt oon ſolom diei tempos nobis deligere-
mus, verum etiam nocturnaa horas. Veruotа-
men peccata noſtra, & aſsidui lapſus, laehry-
mas, gemitus, atq; ſoſpiria potios exprimunt,
quibus perpetuò coram te dicamus. Nos qoi-
dem, ô Deus, grauiſsimè peccauimus, atq; ini-
qoitates noſtræ numero vioeunt arenam ma-
ris, & ſtellas cœli, ſed nunc manus attollimus
ad ſanctuarium noſtrum, id eſt, Chriſtū Ieſom
vnicum filium toum: & quod noſtra dignitate
aut meritis non poſſumus obtinere, aonitimur
vt illiua vnius interuentu & gratia impetremus.
Hoe poſcimus, optime pater, vt populo ad te
confugienti, à Zion, id eſt, ex arcano theſauro
tuæ clementiæ demum benefacias, ex præſen-
tibus difficultatibus eripiendo, quò tibi, qui

A cœlum & terram creaſti, noſq; ad agnitionem
oominis tui vocare dignatus es, plenas gratias
agere, & laudes libero ae exultanti corde dice-
re liceat, per Ieſum Chriſtum Domioum oo-
ſtrum, Amen.

EX EODEM.

CVM inſigni promiſsione ornaoeris, O-
mnipotens Deus, vniuerſos qui te colen-
di cauſa ſimul adonantur, vt non ſulum illis ve
B lis adeſſe, ſed præclara quoque beneficia ſis eis
deereturus, quieunq; fide & pietate pollent, ſa-
cri cœtus redduntur quàm ſtudioſiſsimi, ita vt
nihil habeant optatius aut antiquiua, quàm vt
conſpectui tuo ſe in ſanctia conuentibus fre-
quenter ſiſtsnt. Cæterum quod nos animad-
uertimus grauiſsimia eulpis contaminatos,
quæ ita nos premunt, vt minimè te auſimus ce
lebrare, atq; laudare pro Chriſtiano inſtituto:
ideirco te oramos, vt qua es miſericordia, bo-
C nitate, & clementia, nobis digneris veniam da-
re, quò ab Antichriſti ſatellitibus & miniſtria
eius eripiamur, qui pro viribus anoituntur, vt
fidelibua tuis non amplius locus atq; facultaa
detur conueniendi ad te ritè & purè colendū.
Eoa qoæſomos tibi ſeruos, qui tantopere cu-
piunt votis caſtiſsimis ad te leuare manus &
preces intendere: illis è cœlis benefacias, ſo-
oeas, ae defendas, quod tuæ admirabili & in-
uictæ potentiæ minimè impoſsibile erit, eum
D tua vi orbis, & vniuerſa quæ in eo clauduntur,
non modò condita fuerint, ſed etiam perſiſtāt
& conſeruentur, per Ieſum Chriſtum domi-
num ooſtrum, Amen.

EX EODEM.

TAnta eſt tua bonitas, Deus Optim. Maxi.
vt æteroum celebrari mereatur. Vellemua
itaqoe vbiq; manus puras attollere ad te præ-
dicandum, & gratias agendas, vti par eſt, boni-
E tati tuæ Quod præcipuè cum in ſacria eœtibus
fieri debeat, ibi quæſumus nobis adſis, atq; tuo
Iſraeli copioſiſsimam benedictionem impar-
tiaris, per Ieſum Chriſtū dominum N. Ameo.

EX PSALMO CXXXV.

QVicunque ad tuum nomeo concele-
brandum, omnipoteos Deus, acti ſancto
F ſpiritu in vnum conueniunt, maximum cumu-
lum habēt ſibi propoſitum beneficiorum, quæ
aba te vberrimè cullata ſunt noſtro generi:
etenim in cælo & in terra, quæ admirabili ra-
tione eondidiſti, omnia perpetuò adminiſtras
pro tuæ voluntatis arbitrio: nubes, pluuias,
ventos, & alia naturæ opera ita temperas, vt
mortalium commodis quàm ſtudioſiſsimè
obſequantur. Priocipum verò & regum ani-
mos in tua poteſtate ſitos eum habeas, illos
G perpetuò flectis quò tuorū fidelium ſalus po-
ſtulat, quod in Pharaooe Ægypti rege, Sione
& Ogo potentiſsimia regibus terræ Chanaan,
abundè ſatis ſuperqoe eſt patefactum. Ob id
ſpes, qua inuitimur tuis promiſsionibus adeò

eoofir-

confirmatur, & augetur, vt licet videamus Eccleſiam extremis periculis grauiſsimè premi, attamen confidimus, è reconditis & abſtruſis theſauris miſericordiæ tuæ ſic illi ſubueniendum, vt in primis noſtris innumeris atq; fœdiſsimis lapſibus, quibus noſmet ipſos facinoroſè contaminauimus, ignoſcas, & ita diaboli ac ſtipatorum eius frangas, domes & reprimas audaciam, quò nõ ſimus per eos adigendi, vt rurſus idololatricos cultus recipiamus, eaq; adoremus ſigna, quæ loqui, audire, & ſpirare nequeunt, etſi oculis, auribus, manibus atq; faucibus prædita videantur. Da, quæſumus optimè pater, vt priſca imò perenni pace atq; tranquillitate è Zion, id eſt, vera Eccleſia, omnes perpetuò nomen tuum laudent & prædicent, per Ieſum Chriſtũ dominum noſtrum, Amen.

EX EODEM.

COmmeodaris, Omnipotens Deus, pluribus de cauſis, & multis nominibus es laudandus: imprimis bonus es, iucundum atq; amabile nomen tuũ. Deinde nos in populũ peculiaré id eſt, verũ Iſraelé tibi cooptaſti, esq; tãta potentia prǽditus. vt nõ ſolum nulla creatura, imò nec quiſpiam alter Deus ſit, qui æquari tibi valeat. In cœlo, in terra, in mari & in abyſſis tu vnus es qui efficis admiranda opera: fulgura, ventos, pluuias, vndas & tempeſtates ipſe concitas, & frænas pro tui arbitrio imperij. Ægyptus Amorrhæi & Chenanæi ſenſerunt potentiam tuam quando filios Iſrael fouebas tua clementia, ineffabili pietate & miſericordia gubernabas. Quique itaq; aſſueuiſti tam admirabili via naturæ curſui moderari, iudicare populum tuum, atq; demum conſolari ſuper ſeruis tuis, reſpice, precamur, intuere, & videas calamitatem & pericula Eccleſiæ tuę, neq; nobis facias pro merito iniquitatum noſtrarum. Satis indignè quidem (fatemur toto corde) viximus tuo nomine & noſtra vocatione, ſed modò quando ita affligimur, nõ ad idola: quæ ſunt opera manuum hominum, & quãuis os, oculos, & aures habeât, neq; loquuntur, neq; vident, neq; intelligunt: ſed ad te confugimus verum & vnicum Deum noſtrum, vt quemadmodum amas Eccleſiam, & in ea laudari cupis, ita ipſam ab imminentibus malis eripias, per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

EX EODEM.

DVO ſunt, Deus Optim. Max. quæ nos præcipuè ad tuas laudes incitare debent: Vnum, quod nihil te maius aut inueniri aut cogitari poteſt: Alterũ, quod in ipſis tuis laudibus commemorandis lætitia ſyncera & ſolida voluptas percipitur. Accedit præterea tantum eſſe tuorum beneficiorum numerum, vt vndique nõ ſolum materia laudum tuarum ſuppeditetur, verum paulò attentius cogitantes penè totos adobruat, ita vt nec principium nec finem abſque tuo ſpiritu prædicandi tuum nomen facile inuenire poſsint. Quod nos dum a-

A nimaduertimus, te precibus noſtris ſedulo rogamus, vt præſertim in ſacris cœtibus, te puriſsima fide prǽconijs ornemus, cultu verò proſequamur, & integra vita ſanctisq; moribus prædicemus, per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum, Amen.

EX PSALMO CXXXVI.

SIC vndiq; redundant in nos Deus Optim. Max. tua potentia & ſumma bonitas, vt hu-
B mana cogitatio eas nunquam ſatis complecti valeat. Siue cœlum ſpectemus pulcherrimis & propè innumeris diſtinctum luminibus, ſiue terram cumulatiſsimis refertam atq; ornatam iucundiſsimis fructibus, ſemper occurrẽt illuſtres indices tuæ ſingularis & admirabilis in nos beneficentiæ. His adijciuntur portẽta abs te edita in Ægypto, quibus eum tyrannum omnibus bonis euerteris, ac demum vita expoliaris, patefeciſti quàm tibi cordi eſſet liber-
C tas tuorum Iſraelitarum, quibus non minus tutela fidiſsima extitiſti in vaſto & ſqualenti deſerto, quam robuſtiſsimus propugnator, dũ totam terram Chanaan peruaderent, & ſibi eius regna ſubigerent. Qui ergo bonitate, clementia, miſericordia tàm eximia & nunquam finienda es prǽditus, reſpice, quǽſumus, Eccleſiam tuam iam laborãtem ſummis & extremis periculis, neq; te à natiua pietate dimoueant teterrima facinora, quibus & nos ipſos & tuũ
D ſanctum Euangelium contaminauimus: remittas nobis precamur quicquid in te peccauimus Quique das eſcam omni carni, ne ſinas interuerti fidelibus tuis doctrinam ſanam, pura & integra ſacramenta, quæ verè pabulum ſunt æternæ vitæ. Fac vt hic quiuis intelligat quàm ſis bonus & potens, quò ab omnibus, vt par eſt, metuaris & ameris vbique ardenti voluntate, per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.
E

EX EODEM.

EA eſt bonitas tua, Omnipotens Deus, vt nõ ſolum volueris ea nos fouere, ſed quod non eſt parua noſtræ fœlicitatis pars, vt eam & ſentiamus & agnoſcamus: atque ob id res pulcherrimas tàm in cœlo quàm etiá in terra ſummo & admirando artificio produxiſti. Quæ omnia ſi pio animo intueremur, procul dubio accenſum & inflammatum pectus erga te per-
F petuò haberemus. Deinde vt nos lapideos noſtraq; gelidiſsima corda vehementius permoueres, vnum tibi populum Iſraeliticum delegiſti, in quo declarares, quanto ſtudio, quanta prouidentia & largiſsimis beneficijs eos proſequereris, q tuo cultui & pietati ſemel ſe dedicauerunt. Sed in Chriſto Ieſo tandem Domino noſtro & filio tuo dilectiſsimo, omnes theſauros bonitatis effudiſti, vt nos ab æterna morte liberares. Quare ex tantorum beneficiorum
G ſtupendis miraculis excitati, gratias tibi agimus non quidem meritas, ſed quas poſſumus, & Eccleſiam pro viribus commendamus, per eundẽ Ieſum Chriſtum dominum noſtrum, Amen.

Ex pſal.

EX PSALMO CXXXVII.

QVicunq;, Omnipotens Deus, verè habent rationem pietatis atq; religionis, aceruiſsimum dolorem capiunt, ſi Eccleſiam diſsipari videant, derideri ſanam doctrinã, laudes diuini nominis ludibrio haberi, & quæ ad religioſum cultum pertinent, ad prophanas voluptates transferri. Cum itaq; ne iſta nobis hòc tempore eueniant, parũ abeſſe videamus, ſupplices hæc noſtra poſtulata quotidie tibi exponimus, vt primum, qua es miſericordia & pietate, omnia noſtra peccata velis delere, quæ penè ſunt infinita atque grauiſsima, non ſolum infirmitate & ignoratione admiſſa, verum etiam ſæpenumero & malitioſè atque conſultò. Te itaque miſereatur noſtrûm, & ita amoliri velis à nobis acerrimos Antichriſti dolos & impetus, ne Eccleſia euertatur omni ſancto gaudio & ſpirituali lætitia, ne clandantur ora benè & ſalubriter docentiũ, ne tuus legitimus cultus obliuioni tradatur, neúe laudes & carmina, quibus celebraris, à ridentibus vſurpentur. Quicquid iræ & indignationis, ob admiſſa peccata nobis debetur, te precamur, optime pater, vt propter gloriam nominis tui propulſes ab Eccleſia, & id potius transferas in eos, qui hoſtili impetu & infenſiſsimo animo nil aliud cogitant, niſi vt corrumpant & deuaſtent hæreditatem tuam, per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum, Amen.

EX EODEM.

DEſyderaret ſanè tua Eccleſia omnipotens Deus, nomẽ tuum pſalmis & hymnis hilariter ehehere, ſed tanta eſt adhuc eius oppreſſio atq; captiuitas in tenebris & cæcis erroribꝰ inueſtarum ſuperſtitionum: vnde illi in doloribus magis conuenit, vt inſtrumentis lætitiæ ſepoſitis, fletui, lachrymis, luctui, querulis precibus, & ardentiſsimis inuocationibus, diu noctúq; incumbat, quibus tuum imploret auxiliũ: vt in alienis tabernaculis huius mundi potius omnium delectationum obliuiſcatur, quam ei vera pietas à memoria diffluat. Precamur itaque vt illam citiſsimè eripias è tyrannide hoſtium pietatis, qui nulla magis alia re quàm eius deuaſtatione gaudẽt. Ad eos quæſumus te conuerte, atque illorum amentes impetus coerceas, quò minus poſthac Eccleſiam ſponſam tuam vel erroribus vel prauitate contaminent, per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum, Amen.

EX PSALMO CXXXVIII.

TVM illuſtris & præclara eſt, Omnipotens Deus, tua miſericordia, vt in conuento principum & ſummarũ poteſtatum decenti laudatione celebrari debeat. cum enim optima fide tuis promiſsionibus abundè ſatisfeceris, dando ſalutem vbiq; te implorantibus, nominis tui exiſtimatio mirificè aucta eſt. Cum itaq; tuæ miſericordiæ infinita extent monu-

A menta, oramus te & obſecramus, ne hoc noſtro iniquiſsimo tempore ab ea velis diſcedere, & te à nobis patiaris abalienari: tametſi tuarum legum & voluntatum rationem in actionibus noſtris non duxerimus, vti par erat. Miſerè in te peccauimꝰ, capitaliter offendimꝰ, contumelioſè aba te defecimus: id quidem nos & agnoſcimus & fatemur: ſed quamuis indigni ſimus, vt nobis efficiaris propitius, tamen eſt tuum, eis, qui tibi ex fide ſupplicant, veniã dare. Non

B ergo in hac tam atroci cauſa quid nos, verum quid te deceat, attẽdas. Etenim ſi te inuocantibus nunc adfueris, nullus erit mortalium, qui te non ſit admiratione ſumma proſequuturus, plebei, nobiles, atq; adeò reges ipſi tuas laudes certatim cumulabunt: nam apertiſsimè fidem facies, te, quamuis in cœlo reſideas, etiam humillima & deiectiſsima curare, qui licet ſublimis & quàm longiſsimè à nobis videaris agere, tua nihilominus iuſtitiæ & bonitatis exempla

C facis, vt omnes intelligant. Spe, quæſumus, ita nos confirmes, ô Deus, vt ſi vel per medias anguſtias eundum ſit, dextera tua ſuſtentati non ſuccũbamus: quales quales ſumus, opera manuum tuarum eſſe memineris, per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum, Amen.

EX EODEM.

D NOminis tui amplitudo, & ſermonum tuorum dignitas, omnipotens Deus, nõ modo in plebe atque inter vulgares homines, verum apud claros & inſignes maximis laudibus euehi debet quandoquidem ſummis beneficijs vniuerſos mortales afficis, tuiſq; promiſsionibus & fide & veritate nunquam defuiſti, imò te inuocantes pura fide atque ſyncero animo perpetuò audis. Laudent itaque te quotquot ſunt illuſtres, & dignitate atque potentia valent inter mortales, cum tuorum conſiliorum admi-

E randã prudentiã intellexerint. nam cùm ipſe ſis eminentiſsimus, humilia atque abiecta quæq; non deſpicis, elatos verò è remoto videris intueri, cum minimè approbes. Te itaque rogamus, vt in medijs tribulationibus nos viuifices, hoſtium pietatis vim & odia reprimas, quò dum nos opera manuum tuarum foues & protegis, miſericordia tua æterna gloria illuſtretur, per Ieſum Chriſtum dominum noſtrũ, Amen.

F

EX PSALMO CXXXIX.

TAnta eſt cognitio & prouidẽtia tua, omnipotens Deus, vt ſingula quæque hominũ dicta, facta & cogitata tibi ſint notiſsima: antequam animi ſenſa lingua enuntiemus, tu ea noſti. Quantam verò ſapientiam declararis in fingendis atque plaſmandis noſtris corporibus, neque capere, neque plenè diſſerere quiſ-

G quam poteſt. Si velocitate ſolis curſum æquaremus, vel auroræ vinceremus celeritatem, in cœlum profecti, vel deſcendentes ad inferna vagaremur, nuſquam non occurreres nobis obuius, qui à prima vſque plaſmatione, in-

S

formẽ corporis noſtri fœtum cum omnibus
membris, quæ adhoc nulla extabant, habuiſti
oculis tuis præſentia & perſpectiſsima. Quan-
do itaque tam admirandus vndecunque appa-
res, oramus, vt ſaltem in Eccleſia pro tua digni-
tate colaris & adoraris. Faceſſant impij & qui-
cunque per contemptum nomen tuum vſur-
pant. Tuos verò excutias, quæſumus, & explo-
res quò ſibi ipſis innoteſcant. quòd ſi fortè, vt
fit per humanam infirmitatem, à vera via de-
flexerint, quæ tua eſt bonitas, in viam æternæ
fœlicitatis reducas, per Ieſum Chriſtum do-
minum noſtrum, Amen.

EX PSALMO CXL.

CVM à malis & improbis hominibus, non
poſsimus, Deus Optm. Max. expectare a-
liud, quam malos fructus: vbi enim cor prauũ
fuerit, neq; verba, neq; facta vllam vnquàm vi-
deas rectitudinem conſeruare Ideo ta pro vi-
ribus inuocamus, vt nos ab impiorum violen-
tia & malignis conatibus eripias. Multi ſunt
funes, laquei & pedicæ quas diabolus & eius
membra tendunt Eccleſiæ. Sis itaq; tu ipſe &
robur & ſalus eius, ac illam in die, qua tenta-
tionum bella committuntur, firmo præſidio
corrobores, ita vt malæ artes, quibus furibun-
dè impetitur, ac infeliciter opprimitur in ſuos
authores recidãt. Quod ſi feceris, tuũ retinebis
antiquũ, vt deſtitutos humanis auxilijs diui-
no cœleſtiq; pręſidio fulcias: vnde nomen tuũ
iuſti perpetuo prędicabunt, & fauore illuſtris
conſpectus tui æterna fœlicitate perfruentur,
per Ieſum Chriſtum dominum noſtrũ, Amen.

EX PSALMO CXLI.

TVum imploramus, Omnipotens Deus,
quotidie præſidium, idq; vehementer cu-
pimus, vt preces noſtræ apud te acceptiſsimi
ſacrificij locum obtineant: quod cum intelli-
gam⁹ fieri nõ poſſe, niſi à vitijs animos noſtros
prorſus abſtraxerimus, idcirco te imprimis ro-
gamus, vt à nobis cuncta remoueas peccata,
quibus & nos ipſos & tuum nomen fœdiſsimè
contaminauimus. Non enim occultamus nos
tehac indiguè nos ac perditè vixiſſe, verum id
coram te aperimus & patefacimus cõmuni &
vltronea confeſsione. Des itaq; veniam ſuppli-
cantibus, & corda noſtra poſthac ita dirimas à
contagione ſcelerum, vt ea, cogitatione, ſermo-
nibus aut facto neutiquam attingamus: ea for-
titudine & pietate corrobores piorũ animos,
vt doloſis illacebris aut fraudulentis pollicita-
tionibus impiorum non ſe patiantur ineſcari.
Tu potius ô Deus, nos cædas, caſtiges atq; cor-
ripias, quàm ſinas emolliri vel eneruari leno-
cinijs, voluptatibus & blanditijs aduerſariorũ
pietatis. Fracti quamadmodum vides & occiſi
ſumus, impendet Eccleſiæ tuæ ſupremum exi-
tiũ: ſed oculos ad te contẽtiſsimè ſuſtollimus
atq; obſecramus, vt à laqueis & à tendiculis fa-
cinoroſorũ hoſtium nos eripias: cũ enim iam

A ſint deploratæ ſpei, ſatius eſt vt ipſi ſuis retibus
& malis artibus capiantur, quo tuæ Eccleſiæ
detur, vt eorum nefarias manus euadat, per Ie-
ſum Chriſtum dominum noſtrum, Amen.

EX EODEM.

DVM te inuocamus, Omnipotens Deus,
velis nobis pro tua bonitate properè ad-
eſſe, ne vllo pacto à verbo & religione diuella-
B mur. Aſcendant ad conſpectum tuum preces
quas fundimus, inſtar grati ſuffitus & acce-
ptiſsimi ſacrificij, tametſi id peccata noſtra nõ
merentur. Fatemur enim corde ſæpiſsimè ad
res noxias declinaſſe, & os ac verba non vſque
adeò obſeruauimus, quin & ea parte offenderi-
m⁹, fuimusq; ad improbas actiones plus nimio
procliues atque præcipites. qui factum eſt, vt
modo ſic à te & corripiamur & caſtigemur.
Sed prò tua miſericordia ac bonitate nobis, ô
C Deus, iſtud largiri digneris, vt experiamur has
tuas caſtigationes, mera eſſe ſummæ tuæ pa-
ternę affectionis erga nos beneficia, ita vt eas,
quando à tua prouidentia emanãt, iudicemus
& habeamus vtiliores, atq; ſi mundi & impio-
rũ fauore & delicijs cumulatiſsimè frueremur.
Ita enim tibi fidimus, vt ſit nobis compertiſsi-
mum, tui moris eſſe illis ferre præſidium, modo
inuocent, quorum oſſa & diſſecta & diſperſa
ſunt, vt quaſi iam ad inferos deſcenderint.
D Quare iuxta hanc tuam conſuetudinem, hoc
tempore, quando eſt afflictiſsima, ne deſeras
Eccleſiam, ſed à tendiculis, laqueo, & retibus
impiorum illam eripias: in ſua retia & foueas
impij, qui earum ſunt artifices atque foſſores,
non tui, incidant, per Ieſum Chriſtum Do-
minum noſtrum, Amen.

EX EODEM.

E DVM abs te opem imploramus, Deus
Opt. Max. non remoreris quæſumus tu-
um auxilium: hoc noſtrum eſt quotidianum
ſacrificium quo te ornamus ac veneramur, nec
tibi minus placet, vt docamur tuis oraculis, ac
ſi odorem ſuauiſsimum & ſuffitum aromatum,
vt veterum mos fuit, aris admoueremus. Pre-
camur itaq; vt linguæ & cordi noſtro, fidelem
adhibeas cuſtodiam, vt nec verbis nec animi
cogitatu, nedum operibus aliquid contra le-
F gem tuam deſignemus. Remoueas à nobis im-
piorum commertia, & admonitionum atque
correptionum fraternarũ patientiſsimos red-
das, laudum verô ac adulationum negligen-
tes. Cumq; mille ſint laquei atq; tendiculę, qui-
bus nobis inſidiatur antiquus hoſtis, ex omni-
bus tandẽ fauor tuus nos expediat, per Ieſum
Chriſtum dominum noſtrum, Amen.

EX PSALMO CXLII.

G ANte conſpectum tuum, Deus Opti. Max.
quotidie vociferamur, preces ac ſupplica-
tiones noſtras effundimus, vt noſtri cordis mœ
ſtitiam

Digitized by Google

ſtitiam & anxietatem depromamns, idq; corá A te, quivnus noſti viam & rationem liberandi tuos in extremis eorum afflictionibus. Torquetur in nobis profectò aſsiduè ſpiritus noſter, dum præſentium rerum ſtatum cõtemplamur, quo tametſi vel dextrorſum vel ſiniſtrorſum proſpiciamns, videmus neminé, qui verè Eccleſiæ ſuæ cauſam aut ſuſcipere nut agnoſcere velit. Quæ ſanè mala peccatis noſtris accepta referimns, quibus adeò grauiter contra nos es offenſus, vt excitsris hoſtes adeò fe- B roces & ſubdolos in populum tuum, à quibus nubis in omnibus ferè locis tendantur inſidiæ & violentia paſsim inſeratur. Nunc itaq; te Deus optime pater, noſtrum miſereat, dumq; ſeruis tuis videtur ademptum omne refugium, neq; vllus ſupereſſe, qui ſeruare curet animas noſtras, tu ipſe vociferationem noſtrá audias, ac nobis eſto firmum præſidium, & inter vinos portio noſtra: nos à perſequentibus eripe, qoi iam videntur præualuiſſe. Quandoquidem ſi C ex hac afflictiooe eripueris Eccleſiam, paſsim celebrabitur nomen tuum, omnesq; nobis gratulabuntur, in quos te adeò beneficum conſpexerint, per Ieſum Chriſtum dominum noſtum, Ameu.

EX EODEM.

CVM infinitis periculis perpetno circumuallemur, Omnipotens Deus, vel ipſa ne- D ceſsitas perſuadet, vt nunqnam deſiſtamus à precibus, verum eas & quidem ardentiſsimas in conſpectu tuo ſemper effundam9. Cui enim potius quàm tibi noſtræ anguſtiæ & diſcrimina in quibus quotidie verſamur exponenda ſunt? Ipſe omnia noſti, neq; te latent verſutiæ ac doli aduerſariarũ poteſtatum. Ipſe nobis vnus & effugium & auxilium eſſe potes: hominum verò præſidio, vel quia nolunt, vel quia iu- E uare nonpoſſunt, fideodum non eſt. Ideò ad te qui es noſtrum aſylum, & noſtra ſors in terra viuentium, aſsiduè clamamus quo nos à diabolo antiquo humani generis hoſte, illiusq; ſatellitio eripias: ita enim refecti ac recreati animi noſtri, nomen tuum confitebuntur, & vnà nobiſcum vniuerſi iuſtitiæ amantes, tua beneficia meritis laudibus celebrabunt, per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum, Amen.

EX PSALMO CXLIII.

F

CVpimus vehementer, Dens Optim. Max. vt noſtris communibus votis annoas, vtque preces quas effundimus, pro tua fide & miſericordia exaudias, neq; inficiamur, peccata, quibus te non vulgariter offendimus, id non mereri. At ſi volueris iudicio nobiſcum experiri ac ſeueriter iure agere, cum iſtud nullus mortalium, imò oulla creatura, quantumuis G pura & ſancta ferre poſsit, nos etiam proculdubio cauſa cademus, neque coram te ad tribunal valebimus conſiſtere. Tua itaq; illa clementia & pietate ſolita intuere, vt hoſtis vehementer perſequatur animas noſtras, ſic planè videmnr confecti & deſtitnti, vt à mortuis parum admodum noſtra conditio diſtet: adeò in nobis diuexatus eſt ſpiritus noſter, & cor obſtupuit. Sumus nihilominus probè memores priſcæ & antiquæ miſericordiæ tuæ, qua conſueuiſti tuorum electorum deſperatis rebus mirabiliter ſubuenire. Idcirco ad te modo non ſolum manos expandimus, verum toto pectore anhelamus, vt ab inimicis liberes Eccleſiam tuam: nos tuo bono ſpiritu ita regas, vt poſthac iuxta voluntatem & beneplacitum tuum, quæcunque recta & ſancta ſunt, fideliter exequamur, ex præſenti anguſtia edocti ac viuificati auſpicijs & ope tua, per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum, Amen.

EX EODEM.

TAnta eſt Deus Opt. Max. noſtræ iuſtitiæ infirmitas, vt qui tuo ſpiritu ſunt inſtructi, probè norint eam non poſſe in tuo iudicio ſubſiſtere: ideò cũ merita noſtra expendimus, deficit ſpiritus, & cor prorſus obſtupeſcit. Sed illicò nos ad tuam miſericordiá conuertimus, & noſtram iuſtitiam non ex nobis proficiſci, ſed tuum opus eſſe fatemnr: qua fide ſuffulti & confirmati: fauorem tuum in periculis hoius vitę imploramus. Niſi enim tu ſuccurreris, de ſalute noſtra actum eſſe prorſus videmus. Monſtra viam qua tutò poſsimus ingredi, ac tuę voluotatis perficiendæ rationem doceas, & ſancto ſpiritu, qui à te proficiſcitur, omnes noſtras actiones & cogitata gubernes, per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum, Amen.

EX PSALMO CXLIIII.

AGnoſcimus Deus Opt. Max. à te vno eſſe omne militare robur atque induſtriam, quæ tuo arbitratu, quibus volueris, diſtribuis: cum itaq; nomini tuo potentiam & victoriam aſſcribamus, te omnino conſtituimus arcem, munitionem, rupem & clypeum noſtrum. Et quamuis animaduertamus, hominem natura ſua nihili eſſe, vt abs te agnoſci debeat, noſque adeò grauiter peccaſſe vt prorſus indigni ſim9, quo noſtri ratio abs te babeatur, nihilominus freti miſericordia tua audemus te orare, hoc noſtro difficillimo & calamitoſiſsimo tẽpore, vt è cœlo vim tuam pro nobis declares, diſsipes ac diſpergas inimicos noſtros. Mitte, quæſumus manum tuam, & nos eripias è manib9 impiorũ. Tu es qui conſueuiſti regibus & principibus fidentibus tibi ſalutem dare, & non ſolum Dauidem, verum pleroſq; ex patribus frequenter liberaſti à noxijs caſibus, & extremis periculis. Cum ergo tuos ſemper cumulaueris innumeris & præclariſsimis donis, nec ſolum ſpiritualibus imò temporalibus, ſcilicet numeroſa ſobole, gregibus, diuitijs atq; honoribus, ita vt facilè videre licuerit omnibus gentibus, eam eſſe beatam gentem quæ te verè Deum ſuum baberet. Nunc quoq; ne velis abijcere Ec-

cleſiam tuám: vides quidem illius aſſlictiones,
pericula & auxietates, propera in auxiliū eius,
neq; illam patiaris deſolari ab hoſtibus tui no-
miois: da vt demum erepta his malis cantica
noua tibi canat, & laudes æternùm dicat no-
mini tuo, per Ieſum Chriſtum domioum no-
ſtrum, Ameo.

EX EODEM.

NON eſt citra potentiam tuá, Deos Opt.
Max. vlla alia vis, in qua rupem, munitio-
nem, clypeum & refugium populus tous para-
tum habeat. Cæterum qui nos ſumus viles ho-
muoculi, vt à tua pietate noſtrum ratio habea-
tur? Certè vt vmbra & mera vanitas, cum nos,
tum ooſtra omnia prætereunt. Niſi tu miſeri-
cordia, qua præditus es, adſis & liberes à peri-
culis, quę ſine fine vndique nobis intentantur:
quis euim poſsit alioquin fallacias & ſubdolas
artes euadere, quibus hoſtis humani generis
quotidie oos oppugnat? Quare precamur, vt
ipſe ſuccurras, quo tuas laudes noois carmioi-
bus & laudibus ſubinde celebremus. Neque
ſolum id petimus, vt quæ ad hanc vitá & mun-
danam proſperitatem ſpectant habeamus fœli-
cia. nam hæc etſi vulgo maximi fiant, id tamen
nos beatius docimus, ſi tu ipſe, vt reuera es,
ita te declares eſſe Deum noſtrum, pet Ieſum
Chriſtum filium tuum, qui tecum viuit & re-
gnat in ſecula ſeculorum, Amen.

EX PSALMO CXLV.

TAM exim a & præſtantiſsima dignitate
præditus es, omnipotens Deus, vt noſtra
inueſtigatio quantumuis perſpicax eam mini-
mè aſſequi valeat. Hoc tamen per fidem intel-
ligimus, te miſericordia plenum eſſe, & ita ple-
num, vt ad iram quàm tardiſsimè conciteris.
Eaqoe eſt bonitas tua, vt nihil vel in creaturis
abs te conditis, vel in orbis admioiſtratione de-
prebendi poſsit, in quo ſumma clementia oon
appareat. Cum itaque ſciamus Eccleſiam, quæ
regnum tuum eſt, perpetuò duraturam, roga-
mus, vt perpetuò, dum videtur corruere, illam
ſuſtentes, atq; cum maximè apparet depreſſa,
erigas, paſcas in tempore verbo tuo omnes fi-
deles, & liberali gratia tua ſaties omues qui in
te confidunt. Neq; inuocantes te puro corde,
fruſtrari ſuis votis permittas, per Ieſum Chri-
ſtum dominum noſtrum, Amen.

EX PSALMO CXLVI.

DIgnus es Deos Opt. Max. quem toto cor-
de ac ex animo ſynceriſsimo laudib. per-
petuò extollamus, neq; aliud in vita vel oobili-
us vel vtilius poſſumus exercere. Quandoqui-
dem tibi vni & non hominibus fidendum eſt,
quantumuis illuſtres & potentes fueriot: eorū
ſanè corpus facile diſſoluitor, efflatur anima,
& cogitationes fruſtrantur. Tu verò qui voi-
uerſum orbem coodidiſti, promiſſa tua æterna

A veritate confirmas, dum vindicas oppreſſos,
famelicos ſaturas, & vinctos è carceribus eripis,
cæcos illuminas, contritos erigis, iuſtos fauore
proſequeris, peregrinos, orphanos, & viduas
protegis, & impiorum dolos, technas atq; frau-
des eludis. Hæc omnia com tua ſint admiran-
da opera & à nobis aſsiduè conſpiciaotur, no-
ſtram fidem mirificè confirmant. Quare illa im
pulſi te vehementer oramos, vt Eccleſiam, quæ
tuum regnum eſt, inter huius mundi fluctus &
B regas & conſerues, per Ieſum Chriſtom domi-
num noſtrum, Amen.

EX PSALMO CXLVII.

DEbetur, omnipotens Deus, tuæ magnifi-
cæ gloriæ laus eximia: nam te vide-
mus fractus inſtaurare, euehere manſuetos, &
impios ad abyſſum vſque deprimere. Nulla eſt
vis, quæ tuæ potentiæ valeat adæquari: aſtris
C imperas, & quaſi tuæ oues eſſent aut ſerui, no-
minatim ad tua obſequia euocas. Qui ergo nu-
bes, pluuias & fœnum producis, pecora & cor-
oorum pullos alis, & timentes te abſq; peditū
& equitum præſidio ſeruas, reſpice quęſumus,
Eccleſiam tuam, munias aduerſus hoſtes, & fi-
lijs eius pacem augeas. Penuria verbi toi eam
confici non ſinas: & cum tuo verbo niuem,
glaciem, & pruinam immittas, & quando vi-
ſum fuerit, ſtatim diſſoluas flatu venti, ita quæ
D aduerſa ad tempus, & ad eius exercitationem
procuras, fauore tuæ gratiæ cito facias euane-
ſcere. Quæq; cum alijs mortalibus oon ita fe-
ciſti, vt arcana tuarum ſcripturarum illis reue-
laris, nobis vt ad ſalutem ipſis vtamur, conce-
das, per Ieſum Chriſtū dominū noſtrū, Amen.

EX PSALMO CXLVIII.

CVM tam latè clara ſint & illuſtria, omni-
E potens Deus, io omoibus rebus abs te cō-
ditis monimenta bonitatis atq; potentiæ, ad-
mirabilis & propè ſingularis in eis eſſe videtur
laudum tuarum prædicatio, ita vt ſi quis æthe-
reas mentes, ſolem, lunam, ſtellas & cœlorum
machinā benè peoitus intueator, nil ibi ſit de-
preheoſurus aliud, quàm meram tuæ charita-
tis & ſapientiæ commendationem. Quæ eadē
cum nobis indicent nubes, pluuiæ, fulmina
veoti, montes, plantæ, animantes, ac vniuerſa
F opera cum oaturæ, tum politicę facultatis, qoi-
bus inter homines geruntor Reſpu. mirum eſt
quomodo hic nos tantopere frigeamos, qui ab
omnibus rebus ita ſtimulati, & incitati ſilea-
mus & propè muti ſimus ad tuas laudes. Imò
qood grauius & durius accipiendom eſſet, lo-
co præcooij & celebrationis, quam tibi pro tan
tis debemus beneficijs in nos collatis, contu-
melias, conuitia & maledicta reponimos, quæ
tametſi à nobis diſertis verbis non proferan-
G tur, attamen cum adeò nos contaminauerimus
fœdiſsimis peccatorum maculis, tuam ſanctam
doctrinam dehoneſtauimus, ipſi verba toarum
laudum noo audemus proferre, & alios reuo-

cauimus

cauimus noſtris exemplis peſsimis à tui nomi- A
nis landatione. Quamobrem hand immerito
noſtræ calamitates indies redduntur grauio-
res. Verum tu ô Deus, nolis precamur, ab in-
ſtituto bonitatis & miſericordiæ tuæ refugere
hoc triſtiſsimo tempore. Scimus te facile poſ-
ſe vincere quicquid eſt aduerſi : non enim tibi
ſunt excuſſæ vires, quas ad tempus voluiſti re-
conditas, vt quantum à nobis peccatum ſit pro
bè intelligatur. Fac itaq; nunc iuxta promiſsio-
nes, vt Eccleſia & adipiſcatur, & retineat o- B
mnia bona quæ conducunt ad nomen tuum,
pro vt meretur, illuſtrandum, per Ieſum Chri-
ſtum domioum noſtrum, Amen.

EX EODEM.

IMmenſa tua bonitas, vis & ſapientia mirifi-
cè ſe declarauit, omnipotens Deus, in omni
bus quæ in noſtram gratiá condidiſti. Quam-
obrem non immerito dicuntur omnes creatu- C
ræ te prædicare : non enim ſuapte natura pro-
dierunt in lucē. Abs te, vt eſſent, euocatæ ſunt,
deinde cū extitiſſent, nō aliter quam iuſſu tuo
conſtabiliuntur, leges præſcriptas obſeruant,
neque decretos ſtatosq; fines ſibi tranſgredi-
untur. Quæ omnes dum quotidie ſpectam⁹, ad
tuum nomen celebrandum, par eſt, vt incite-
mur, quandoquidem in his tua vnius ſolius ars
in noſtros oculos & mentem incurrit. Vnde
his permoti, nunc ad te confugimus, quem tot D
ac tantorum bonorum authorem didicimus,
ac oramus, vt populo tuo, id eſt, Eccleſiæ tuæ,
potentiæ cornu digneris erigere, quò aduerſus
omnes inferorum poteſtates perſiſtere valeat,
ac tibi indies magis ac magis reddi coniuncti-
or, pet Ieſum Chriſtū dominū noſtrū, Amen.

EX PSALMO CXLIX.

DIgnus quidem es, omnipotens Deus, cui E
perpetuò canatur nouum carmen in Ec
cleſia, & laudes celebrentur in cœtu fidelium.
qui enim fieri poteſt, vt qui ſunt populus tuus
te fictorem ſuum & regem ſuum non prædicēt,
idque non ſolum corde & voce, ſed etiam o-
mnibus externis inſtrumentis ad hoc factis?
Cum itaq; naturę bonitare, & ſummis erga nos
meritis ita ſis laudandus & prædicandus, ne
adeò commouearis peccatis noſtris, vt caſtiges
nos in furore tuo. ignoſcas quæſumus, pro tua F
clementia, dum ad te redimus, & auxilium con
tinuis precibus imploramus. Si adeò tibi, vt ſę-
pius teſtat⁹ es, benè complacet in populo tuo,
illum in tanta neceſsitate iuues & ornes ope
tua. Hanc nubis præbeas exaltationis tui no-
minis materiam, quæ ſemper futura ſit in gut-
ture tuorum fidelium : nos dubitamus te poſ-
ſe vltionem ſumere de gentibus & populis qui
te blaſphemanr, regesq; & principes tuo cultui
aduerſantes compedibus & catenis conſtrin- G
gere, in eos exercendo ſeueriſsimum iudiciū.
Quare petimus, vt ancipiti gladio verbi tui,
vel eos ad te conuertas. quod ſi minus placet, à
noſtris ceruicibus remoueas, quò omnes intel-
ligant, quanti facias tibi deditos, & tuarū lau-
dum ſtudioſos, per Ieſum Chriſtum dominum
noſtrum, Amen.

EX EODEM.

CVM ſubinde abs te nouis beneficijs, o-
mnipotens Deus, afficiamur, ni velimus
prorſos officio deeſſe, requiritur, vt quotidie in
cœtu fidelium tuorum nouis laudibus atq; car-
minibus tuo nomini ſancto gratias agamus.
Nam qui in omnibus rebus & ſingulis momē-
tis te creatorem atq; regem plenum ſalutis ha-
bere ſentimus, quem finem te celebrandi facie-
mus? Certè quando te adeò fidelibus tuis fa-
uere, & pios ornare vberrimis donis animad-
uertimus, par eſt, cogitatione, voce, moribus,
& omnibus inſtrumentis, modis & rationibus
quib⁹ id fieri poteſt, vt grati animi indicia pro-
damus. Atque hoc quo à nobis purius fiat, da
in manibus cordis noſtri, tui verbi gladium, vn
de carnem, vitia & malas cupiditates quibus
penè conficimur, valeamus vlciſci, & ita com-
peſcere & ligare natiuum nobis peccatum, vt à
ſua tyrannide, quam exercet in filios Adami,
exturbetur, per Ieſum Chriſtum Dominum
noſtrum, Amen.

EX PSALMO CL.

DVM te laudant, omnipotens Deus, vni-
uerſa quæ condidiſti, nō modo quod de-
betur dignitati & amplitudini tuę, præſtanr,
ſed mirificè & cumulatiſsimè ſe ipſa perficiūt:
nullam quippe habemus actionem excellen-
tiorem, quàm vt te omnium rerum extremum
& ſummum bonum celebremus, cuius in nos
experimur ſingulo quoq; die immenſa benefi-
cia. Cæterum neq; illa, neq; tuam infinitam bo
nitatem, dum hic premimur grauiſsima pecca-
torum mole, & ob illam maximo afflictionum,
pondere vrgemur, ſatis perſpectā habere poſ-
ſumus, vt quę quis haud norit, ea etiam ineptè
laudat. Itaq; toto cordis affectu oram⁹ te, ô De-
us, vt vitiorum noſtrorū ſarcina exoneremur,
qua depoſita, nō dubitamus præſertim aduer-
ſitatum tenebras ab Eccleſia depellendas, quæ
oculos ad te fictorem & inſtauratorē ſuum po-
terit attollere, atq; diuitias cum bonitatis, tum
ſapientiæ tuæ admirata, ſummis laudibus, vt
par eſt, celebrabit : nunc vero adeò lugubria &
triſtia nobis paſsim offeruntur, vt præter iram
tuam nil videamus nobis imminere. Quam, vt
nos commeritos eſſe non diffitemur, ita oram⁹
& obſecramus, vt eam tandem à nobis remo-
ueas, quò ad prædicationē condignam tui no-
minis non ſolum verbis, ſed omnibus inſtru-
mentis ad animos ad te ſubuehendū, aptis, inci
temur, per Ieſum Chriſtum D. noſtrum, Amen.

EX EODEM.

QVemadmodū nominis tui ſanctitas atq;
magnificentia, omn. Deus, in ſanctuario

A gloriæ à beatis & ſpiritualibns mentibus per-
petuò celebratur, quod eo poteſt ab illis lucu-
lentius fieri, quo tuæ maieſtatis arcana & pro-
pius & clarius intuentur: Ita etiam mortales
par eſt, vt laudibus tuis ſemper incumbant: vi-
dent enim cùm in cœlis tum in omnibus crea-
turis, bonitatis, potentiæ, & ſapientię tuæ im-
menſum theſaurum quotidie declarari. Verùm
præ cæteris noſtra eſt hæc prouincia, qui fide
& ſpiritu illuſtrati, plus tuorum myſteriorum
B ex ſacris literis percipimus, quàm natura omni
ſuo ornatu prædicare valeat: ideo quæſumus,
noſtra corda incites, vt laudibus & precibus
quàm caſtiſsimis te colamus, per Ieſum Chri-
ſtum dominum noſtrum, Amen.

PRECATIO D. PETRI MARTIRIS CONTRA ἀρτολατρείαν & omnem ſuperſtitionem.

C ADSIS, quæſo aliquando tandem cœleſtis pater, & ſpiritu Ieſu Chriſti filij tui mentes atque animos Chriſtianorũ tuorum illuſtra: vt illi relictis idolis & ſuperſtitionibus, ad te vnum purè, & ſyncerè colendum, adorandum, & inuocandum conuertantur: neúe vlterius patia-
D ris, honorem tibi vni debitum, impiè & ſcele-
ratè tribui pani, vino, picturis, ſtatuis, atque oſ-
ſibus mortuorum. Satis iam diu ſanctum no-
men tuum contumelijs affectum eſt. ſatis iam
diu Euangelij tui puritas contaminata iacet:
ſatis ſuperque Inſtitutione Cœnæ filij tui ho-
mines ad impuriſsimam idololatriá abuſi ſunt.
Siſte aliquando furores iſtos inſanientium ho-
minum, & ſeſe miſerè præcipitantium, ne am-
plius in omni colle, ſub qualibet arbore, in o-
mnibus compitis, plateis, templis, ſacellis, cum
pane ac vino ſub nomine ſacramenti filij tui
tam impudenter & perditè ſcortentur, & ſacrũ
tuum cultum tam impiè & flagitioſè polluant.
Niſi tu, Deus Optim. Maximè iſtam ἀρτολατρείαν
potenti tua manu auferas, atque euertas, de ſa-
lute humana & Eccleſię tuę repurgatione prot-
ſus actum eſt. Subueni, Deus, ſubueni populo,
quem ſanguine filij tui redemiſti. Tuque Ieſu
Chriſte, vere atque æterne Deus; confirma hoc
opus quod cæpiſti, illudque ad finem optabi-
lem perducito: vel ſi deſperata eſt plaga, neque
veritati tuæ in tua Eccleſia amplius futurus
eſt publicus & apertus locus, ad exercendum
iudicium quàm primùm venito: & pro nomi-
nis tui gloria à ſacra Cœna, quam tu incredibi-
li miſericordia, & ſingulari bonitate inſtitui-
ſti, tam inſignem contumeliam auertito:
qui cum Patre, & Spiritu ſancto vi-
uis & regnas in ſecula ſe-
culorum, Amen.

FINIS.

PETRI MARTIRIS VERMILII FLORENTINI VIRI DOCTISSIMI DE SACRAMENTO EVCHARISTIAE, IN tractationem de Euchariſtia Nuncupatoria Epiſtola

AD

REVERENDISSIMVM DOMINVM D. THOMAM CRANMERVM, ARCHIEPISCOPVM CANTVARIENSEM, TOTIVS Angliæ Primatem, Dominum ſuum colendiſsimum.

CONSVEVERVNT, ornatiſſime Antiſtes, more publico & vetuſtiſſimo, qui libros edunt, ſibi deligere principes in Repub. viros, quorum auguſto celebrique nomini eos inſcribant, atque ex ea re commodum varium, multiplicémque fructum capiunt. Primum aduerſus calumniatores & ſycophantas, firmum validúmque defenſorem (vt arbitrantur) ſibi comparant. Deinde cum ab eius ordinis viris beneficia plura in ſe collata recolant, hoc officij genere (cum aliter non poſſint) declarare conantur, quàm gratum & memorem animum erga illos habeant. Solent præterea in epiſtola, quam nuncupatoriam vocant, non ſolum patronum ſui libri cumulatiſſimis laudibus celebrare, verumetiam quod tractandum ſuſceperunt argumentum, pro viribus ornant: eius dignitatem, vtilitatémque luculenter exponunt. Nec non quædam inſerunt, quæ ad id elucidandum atque commendandum plurimum valere iudicauerint, quo à cupidis bonarum doctrinarum auidius legatur, & rudiores, quod eſt dicendum, facilius intelligant. Poſſunt ad hæc (fateor) qui eduntur libri, magnatibus illuſtribúsque viris ob alias complures cauſas dedicari: ſed honeſtiores ego recenſui, & quibus ipſe permoueri debui, vt Reuerendiſſimæ Amplitudini tuæ, meum hunc librum, qualis qualis eſt, offerrem. Quem enim potuiſſem alium abs te, mihi deligere propugnatorem veritatis Euangelicæ, & huius Euchariſtici ſacramenti, qui te ſanctior, doctior, & firmior eſſet? certè neminem. Nam in patrono alicuius cauſſæ, id cumprimis requiritur, vt eam quam defendendam ſuſcepit, & bene perceptam, & ſingulariter exploratam habeat. quomodo alioquin id quiſpiam tueatur, quod minimè intelligit. Deinde ars, induſtria, & ratio agendi exigitur, ſine quibus interdum vel optimis cauſis cadere ſolemus. Tandem res poſtulat, vt patronus & ſummam fidem, & egregiam voluntatem habeat erga ea, pro quorum defenſione ad illum confugitur. Quandoquidem id nunquam fæliciter perficimus, quod vel inuito, vel parum propenſo animo aggredimur. At controuerſiæ huius tantam peritiam habere Tuam Celſitudinem certo ſcio, quantam in vllo alio difficilè quis reperiat. Nullus profectò eſt ex patribus, quem non diligentiſſimè obſeruaris. Neque veterum aut recentiorum libri vlli extant, in quibus ego hiſce oculis non viderim tua ipſius manu adnotatum, quicquid ad vniuerſam hanc diſputationem pertinet. Concilia, canones, pontificum decreta, quæ huc ſpectant, ipſe tãto labore, quo ad hanc tractationem, in præcipua capita digeſſiſti, vt hæc niſi teſtis oculatus deprehendiſſem, nunquam alijs narrantibus facilè fuiſſem crediturus. Neque huius generis operam, ſtudium, laboremq́; ſolum in hoc Euchariſtico negotio impendiſti, verùm idem quoque abs te factum obſeruaui, quò ad omnia ferè alia dogmata, quæ noſtra hac ætate maximè ſunt in controuerſia. Quamobrem non opus fuit, vt meum hunc libellum eo conſilio tibi exhiberem, vt ex eo aliquid noui cognoſceres: cum ego potius maiorem doctrinæ partem ex tuis laboribus hauſerim, ſed tantum ob id ad Tuam Celſitudinem hoc meum ſcriptum deſtinaui, quo tua cenſura (cum iure & meritò ſis Primas totius Angliæ) de illo ſtatueres, notaréſque in eò, quicquid à rectò

& orthodoxo ſenſu viſum fuerit diſſentire. Vtque authoritate tua (quæ veluti eſt, ita ſummo loco haberi debet) ea protegeres, tuereris, atque defenderes, quæ iudicaueris diuinis literis conſona, & cum Regia Maieſtatis edictis pulchre conuenire. Taceo præterea multa, propter quæ in iſta cauſa, non minori, quam tuum ſit, patrocinio mihi opus fuerit. Negotium itaque, vt dixi, probè tenes. Ars etiam, ratio & induſtria tuendi quæ amplecteris, nequaquam Tuam Celſitudinem defecit. Quod inde poſſumus edoceri, quia ſæpius cum aduerſarijs & publicè & priuatim es conflictatus, & mira vi doctrinæ, ingenij acrimonia, & agendi dexteritate, quæ vera eſſe cognoueras, à ſophiſtarum ſpinoſis & intricatis cauillis aſſeruiſti. Quam verò non deſit voluntas, imò præſentiſſimum animum habeas ad tuenda ſana & Chriſtiana dogmata, omnes pij ſatis intelligunt, qui tanto ſtudio religionis inſtaurandæ te flagrare viderunt, vt hac vna de cauſa grauiſſimas inimicitias ſuſceperis, multa commoda huius vitæ neglexeris, & horribilia pericula ſubieris. Equidem dum hæc mecum repeterem, méque viderem opera fortiſſimi alicuius ὑπερασπιστοῦ egere, ad tui nominis authoritatem confugi, ſub qua protegerer ab his, qui nullum videntur finem facturi detrahendi, lacerandi, & nomen meum vbique mendacijs impudentiſſimis traducendi. Nunquam ego exiſtimaſſem fore aliquos, niſi re ipſa deprehendiſſem, qui tam ſubdolis aſtutijs, fraudulentis artibus, & amaris flagellis in hominem ſæuirent atque graſſarentur, nihil mali de ſe vnquam meritum, quique dicto vel facto læſerit eorum neminem. Sed caueat ſibi lingua iſtorum maledica, quoniam aduerſus eam, vt in pſalmo legitur, parata habentur ſagittæ potentis, & quidem acutiſſimæ, vnà cum carbonibus ex incenſo iunipero. Vt enim virulenta lingua innoxios acerbè flagellat, ſic illa diuini iudicij ſpiculis tandem perfodietur & lacerabitur. Vtque omnia doloſis verbis inflammare ac incendere conatur, ita flammis æternis demum comburetur. Habes iam, ampliſſime Præſul, quid me primum permouerit, vt hoc meum tenuè ſcriptum Celſitudini Tuæ inſcribere decreuerim. Quare nunc alteram cauſam huius mei conſilij prodam, qua, vt alij (veluti ab initio dixeram) inducti ſunt, vt ſuos libros eximijs viris dedicarent, ita ego ſum perſuaſus, vt meum hunc laborem tibi offerrem. Ea verò eſt benignitas tua & humanitas, merita & beneficia quibus me affeciſti, pro quibus ſi velim iuſte gratias agere, eáque vt merentur ornare, & mihi nil præterea dicendum erit, & quantumuis iſta prædicauero, magnitudine rei ſemper vincetur oratio. Idcirco de his potius nihil, quàm indignè ac tenuiter dicere ſtatui. Notum eſt iam omnibus, non ſolum me, verùm permultos alios mei ordinis peregrinos, quàm humaniter exceperis, & exceptos quàm benignè tractaueris, ideo hæc vt probè cognita, vlterius proſequi deſino. De tua item pietate, prudentia, fide, ſummiſque virtutibus, optimè intelligo, non expectari ab hoc regno meum teſtimonium, cum ſint omnibus teſtatiſſimæ. Plato de Iſocrate dixit, καὶ φύσιν τῷδ᾽ ἔτ᾽ ἀνδρὸς τῇ διανοίᾳ φιλοσοφία τις πάρεστι. Iudicauit itaque Iſocrati philoſophiam (quæ doctrina & ſtudio acquiri ſolet) ex natura prouenisse. Ego vero Celſitudinem Tuam, & gratia & fauore Chriſti adeo ornatam animaduerti, vt licet omnes natura ſimus filij iræ, ſicut cæteri, tibi nihilominus pietas, theologia, cæteræque virtutes connatæ inſitæque naturaliter videri poſſint, adeò altas in tuo animo radices egerunt. Quare optaui ſæpius, & mihi à Deo pro magno beneficio dari velim, vt quantum teneor, tantum erga Tuam Celſitudinem gratum animum habeam, & ad tuas virtutes (quas vt dona Dei in te admiror) valeam quamproximè accedere. De his non plura, quanquam & voluntas hinc moleſtè auellatur, & rei dignitas maxima vi ſtilum ad ſe reuocet. Sed auribus tuis potius parcendum eſt, quàm his obſequendum, à quibus penè cogor diutius tuas laudes celebrare. Scio enim quàm nil difficilius ferre poſſis, atque de tuis ornamentis virtutibúſque audire. Ideo quia tutius in eo verſabor, de argumento quod ſuſcepi tranctandum, poſtremo loco tecum aliquanto prolixius agam: Ibi enim minus periculi erit, ne te offendam, licet breuitate ſemper vtendum eſſe apud Tuam Celſitudinem exiſtimauerim, vt occupationum multiplicium & variarum, quibus diſtineris, & quò ad Rempublicam, & quò ad Eccleſiam ratio habeatur. Paucis itaque nonnulla decreui explicare, quæ ſi reticuiſſem, imprudens, nouator, audax, temerarius, aut minus pius haberi fortè poſſem, quaſi ſacramento Euchariſtiæ honorem dignitatémque ſuam ademerim, vel ſacram cœnam eccleſiæ ſine Chriſto voluerim obtrudere, vel

Digitized by Google

dere, vel alia huius generis perſuadere, quæ ad impietatem, vel negligentiam religionis conducant. Malim potius aut mori, aut nihil eſſe, aut extrema quæque pati, quàm dogmata eius generis diſſeminare. Equidem in primis tantum huic ſacramento attribuo, vt ſtatuam Chriſti fideles id vſurpando, ſumma beneficia conſequi, quæ à Deo in hac vita ſperari poſſint, modo ipſi aut vitijs, aut infidelitate non obſtent. Tria verò nunc eſſe conſtituo bonorum capita, quæ homines vehementer expetant. Primum, vt vita quam naſcendo acceperunt, ſibi quamdiutiſſimè prorogetur & conſeruetur. Vellent ad hæc habere Deum ſibi placatum atque propitium, nam cum intelligant qui ſapiunt, nunquam ſe vacare culpa, & noxæ cuilibet certam diuinitus pœnam deberi, niſi expiationem in promptu, eámque certam habeant, miſerrimè viuunt. Poſtremò id prudentes optant, vt inter ſeſe iuſtè, commode, iucunde, ac tranquillè agant, ſine his enim & calamitoſe & infelicißimè viuitur. Hæc ſunt in ſumma, quæ vbique ab omnibus, qui non deſipiunt, cumprimis deſiderantur. Caput vero, præcipuúmque horum trium, vt ſcilicet vita quam longißimè protrahatur, quam vtili ſalubrique cibo conſequimur, id nos in ſacra cœna obtinere certißimum eſt, vbi quemadmodum panis & vinum (quæ corpus alunt) communicantibus externè porriguntur, ita verè datur eorum animis, vt corpore & ſanguine Chriſti (quæ in noſtram data ſunt redemptionem) per fidem veſcantur, vnde totus homo noſter, cum interior, tum exterior, ad ſummam fœlicitatem inſtauretur. Et hæc eſt vnica ratio manducandi corpus & bibendi ſanguinem Domini, quam ſcriptura ſancta & probat & nouit, quando nimirum fide conſtanti & firma apprehendimus Ieſum filium Dei ſeruatorem & dominum noſtrum, in crucem dediſſe ſuum corpus, & ſanguinem ſuum pro nobis effudiſſe, ſeque nos ſibi donatos à patre, ita eſſe complexum, ſibique coniunxiſſe atque incorporaſſe, vt caput ſit noſtrum, nos eius membra, & caro de carne eius, os de oſſibus eius, maneátque & viuat in nobis, & nos in ipſo. In hoc tota cibi huius potusq; vis & ratio ſita eſt, ad quam fides noſtra triplici verbo excitatur & accenditur: quandoque interiori, dum videlicet, ſpiritus ſanctus occulta, ſed potenti vi, animos incitat ad hæc nobiſcum repetenda, & viua promptáque fide complectenda: ad hoc idem ope ſermonis Dei (nos extrinſecus percellentis vel ſono vel ſcripto) nonnunquam impellimur: denique, vt non deſint infirmitati noſtræ adminicula, Chriſtus panem & vinum pro ſymbolis adiecit in cœna, quæ per inſtitutum & verba eius efficiuntur ſacramenta, id eſt, organa, quibus in mentibus noſtris fidem ſpiritus ſanctus excitat, vt per illam corpore & ſanguine ipſius ſpiritualiter, ſed tamen verè, alamur & ſuſtentemur. Quid igitur hoc cibi genere magis poteſt fidelibus ad vitam conducere? Nonne iſta manducatione manemus in Chriſto, & Chriſtus in nobis? An expreßius nobis promitti requirimus tantum bonum, quàm cũ ipſemet dixit: Qui manducat me, propter me viuet*: Porrò in Ioan. 6. docuit dominus hanc ſimplicem, nudam, veram tamen, id eſt non confictam ſui corporis manducationem, ſuique ſanguinis potum, quæ poſtea verbi externi adminiculo, nec non ſenſu panis & vini, cum ad ſacram menſam accedimus, voluit idem Dominus vt adiuuaretur. Quamobrem qui vitæ diuinæ (æternæ inquam & fœlicißimæ) non eſt contemptor, quomodò Euchariſtiam non maximi faciet? Quomodo non eam, vt dulce ſuæ ſalutis pignus, exoſculabitur? Quomodo non eam in cœtu ſanctorum tam frequenter quàm data fuerit vſurpabit? Certè nullus, qui hæc ſecum paulò diligentius expenderit. Poſt vitam autem, quam in primis vniuerſi appetunt, vt ea non degatur infœlix, cupiunt plerique omnes, numen diuinum habere placatum, veluti prius commemoraui. Qua de re ſi perſuaſi non ſimus, diuexat animus, perturbant cogitata, flagellat conſcientia, terrefaciunt creaturæ, vt vltrices & ſeuerißimæ Dei vindices, nil in nobis, nil extra nos pacatum tranquillúmue habemus, cœlum & infernum ex æquo timemus, Diabolum & Deum pari odio proſequimur: Nam illũ vt carnificẽ, hunc verò vt iudicem exhorremus. Adſunt itaq; nobis ſacræ literæ, docentq; non alia ratione placatum eſſe noſtro generi cœleſtẽ Patrem quàm vnigeniti filij eius victima, per quam Deus fœdus æternum cum ſuis inijt, peccata ignouit, credẽtes in filios adoptauit, primogenito ſuo donauit ſaluãdos, & incorporauit, atq; hæredes cœleſtis regni inſtituit. In perceptione autem Euchariſtici ſacramenti, mortis Domini noſtri, ac totius myſterij noſtri redemptionis per incarnatum Dei verbum memoria refricatur, teſtamenti Dei mentio repetitur, & per Chriſti ſacrificium in ara*

Digitized by Google

crucis oblatum, beata Chriſti communio, & remiſſio peccatorum offertur. Quare in hoc ſacramento, ſi ritè & cum fide perceptum fuerit, non quidem vt operis, verum Chriſti gratuito beneficio, quod credendo apprehendimus, fatemur peccata agnoſci, teſtamentum ſiue fœdus inter nos & Deum confirmari, ipſumquè filium Dei vitam habentem in ſemetipſo propter patrem, ſic percipi, vt quicunque vera fide communicant eius carni & ſanguini, viuant propter ipſum, & hæreditatem cæleſtem à fidelibus pro ratione huius vitæ adiri. Proinde hic non ſolum vitam, ſed vitam ab ira Dei tutam atque tranquillam nobis vendicamus. Quiquè Deum propitium atque fauentem, & filium Dei manentem in nobis habemus, quo gaudio, quibus delitijs, quo voluptatum honeſto genere deſtituimur? profectò nullo, ſi vera & ſolida, non autem ſpectra & vmbras perſequamur. Et huius commodi fecit mentionem Chriſtus hoc ſacramentum inſtituendo, cum daret corpus & ſanguinem ſuum fide manducandum & bibendum, nimirum ad vitam fide ſuſtinendam & alendam: nam inquit apud Lucam, Hoc facite in mei recordationem: quod Paulus magis explicauit, ſcribendo, Quotieſcunque enim comederitis panem hunc, & biberitis de hoc poculo, mortem Domini annunciabitis, donec veniat. Deinde ab vtroque, Luca videlicet & Paulo, ad calcem dicitur: Hoc poculum nouum teſtamentum eſt per meum ſangninem, qui pro vobis effunditur. Idcirco quo ad reconciliationem cum Deo, remiſſionem peccatorum, & teſtamenti confirmationem, nihil ipſe finxi, nil commentus ſum, nil adinueni, quod ex ſacris literis non deprompſerim. Poſtremò, quoniam homo non eſt ad ſolitudinem factus, verum ſocialis ciuiliſquè vitæ appetens, ideò cum iam ſtatuit ſe per Chriſtum numen diuinum habere propitium, ac per eundem condonata ſibi eſſe peccata, nil vlterius ad eius perfectam abſolutámque vitam requiritur, quandiu hîc viuitur, niſi vt cum alijs hominibus, qui appellantur in diuinis literis proximi, coniunctè, ſummáque cum iuſtitia & charitate, degat. At iſtud ſacramentum efficaciſſimè ac vehementer nos huius admonet. Dum enim efficimur in myſterijs ὁμοτράπεζοι, quid aliud mente agitare debemus, quàm nos eſſe vnum corpus? quàm nos eſſe ſub Chriſto capite inuicem membra? quàm nos eſſe vnum panem? id eſt, ita inter nos coniungi, vt infinita ferè tritici grana, in illum panem, quem ſumimus, coaluerunt. Certè lapidei ſunt & ferrei, qui ad coniunctionem & charitatem inter fratres colendam, his monitis non permouentur: tygridibus quoque, immaniſſimiſque beſtijs efferatiores cenſebuntur, qui cum filium Dei pro inimicis vitam poſuiſſe animaduertant, non adducantur ipſi vt fratribus & proximis ſuis, pro quibus Chriſtus mortuus eſt, pro viribus benefaciant. Conciliat homines inter ſe menſa prophana, quando illam eandem habent, cur id non magis efficiat menſa Chriſti? cum cibo feræ ſætiſſimæ cicurentur, cur homines his diuinis alimentis non manſueſcant? Si fœdera & pacta cibo potúque firmari conſueuerunt, cur gratiam amicitiámque inter ſe communicando, filij Dei non conſtabiliant? Horum proculdubio admonentur hoc diuino ritu, & ſcripturarum ſanctarum verbis, quæ in eo recitantur. Quòd ſi admonitio (vt duri ſumus, & ad iuſta, honeſta & ſancta plus quàm inepti) parum aut non ſatis momenti exiſtimetur habere, modò fides non deſit, per ſacramenta & verba Domini, ſpiritus ſancti vis cordibus noſtris adiungitur, quæ ad concordiam, pacem & charitatem mutuam ſemper extimulat, ita vt non ſolum externa monitio adhibeatur, verum animi quoque, dum vnà communicamus, intus calcaria diuini afflatus experiantur. Quamobrem vides, ampliſſime Præſul, quæ inſignia & eximia bona ego doceam nobis per Euchariſtiam concedi. Eant modo Μαρτυρομάστιγες, & clamitent quantum volunt, me ſacramentum cœnæ Domini violare. In medium ipſi prodeant, & oſtendant ſuis tranſubſtantiationibus, portentis atque τερατολογίαις, quid amplius, quàm ego ſtatuerim, ſolidi fructus & iuſtæ commoditatis ex hoc ſacramento, vel communicantibus, vel Eccleſijs attulerint. Commemorabunt manendi in Chriſto, & vt Chriſtus in nobis maneat beneficium? Ego quoque illud ſtatuo. Commemorabunt vitæ diuinæ, cœleſtis atque beatæ conſequutionem? Ego etiam illam pono. Commemorabunt perceptionem corporis & ſanguinis Chriſti? Ego non minus quàm ipſi eam aſtruo, ſed quæ fide ac animo habeatur. Obijcient ne remiſſionem peccatorum? teſtamentum confirmari? memoriam crucis & mortis Chriſti fieri? Non arbitror, quandoquidem vniuerſa hæc ego

pleno

pleno auditorio crebro docui. Opponent nobis incorporationem (vt ita loquar) quam cum CHRISTO, *& inter nos qui ſumus eius membra, communicando per fidem aſſequimur? Nequaquam. iſtud enim & à me perpetuò inculcatur. Quid igitur proferunt, cum in ſacris literis nil præterea de Euchariſtiæ Sacramento prodatur? Scio iam quid ſint dicturi: Tranſubſtantiationem aufers, præſentiam corporalem, carnalem, realem, atque ſubſtantialem tollis. hoc nos male habet, hoc, amplius quam tu poſueris, nos aſſerimus, hoc abs te diſſentimus. Audio, & de tranſubſtantiatione, tum quia res eſt inepta, tum ideo quod plus ſatis in ea & in Diſputationibus, & in Tractatione quæ illis præfixa eſt, egi, in præſentia nihil reſpondere ſtatui. Verum de corpore Chriſti, quod me negare præſens eſſe tantopere quiritamini, volo nonnulla ſatisfactionis cauſa proloqui. Si vos rogarem, quorſum ponenda ſit huiuſmodi, quam ipſi fingitis, præſentia, non aliud (quantum arbitor) mihi reſpondebitis, quàm vt corpus* CHRISTI *& ſanguis nobis coniungatur. Sed cum iſtius coniunctionis totum opus cœleſte ac ſpirituale, ad hoc vt locum habeat præſentia hæc veſtra, pro qua tantopere pugnatis, minimè requiritur. Quid hic, aut vllo contactu phyſico, aut locorum propinquitate opus eſt? Quæſo vos mihi dicite, cum ſacræ literæ prædicant, non ſolum nos Chriſto copulari, verumetiam cum fratribus eſſe inuicem membra, ita vt ſimul vnum corpus efficiamur: nonne fatebimini eos fideles qui ſunt in Hiſpania, Italia, Germania, & Gallia, nobis coniunctos ita eſſe, vt ſint nobiſcum (quemadmodum Paulus dixit) inuicem membra? Scio non negabitis. Quòd ſi iſtam vnitatem, qua per Chriſtum in vnum connectimur, locorum interſtitium & contactus phyſicus (qui nullus eſſe poteſt) nihil impediunt, cur abſque reali præſentia & corporali, negatis Chriſto nos verè coniungi? quod ſi non negatis, quare iſtam præſentiam tam importunè vrgetis? Vtque planiori ſimili magiſque expreſſo adhuc vtar: Vir & vxor in ſacris literis (vt ſcitis) vna caro & ſunt & dicuntur. Nam inquit Adamus (vel per Adamum) Deus,* Hoc nunc os ex oſſibus meis, & caro de carne mea, propter hoc relinquet homo patrem ſuum & matrem ſuam, & adhærebit vxori ſuæ, & erunt in carnem vnam. *Atque adeò proprium eſt hoc ſimile rei quam tractamus, vt Paulus ad Epheſios, ita corpus Chriſti eccleſiam faciat, vti vxor eſt os & caro viri. Et tamen iſtam carnis vnitatem inter coniuges nihil impedit, ſi (vt fit) vir interdum Londini fuerit ad aliquod tempus, & vxor Cantabrigiæ vel Oxonij manſerit. Loci diſtantia, & naturalis contactus, qui tunc haberi non poteſt, minimè conuincit vxorem & virum inter ſeſe, vnam eandémque carnem non eſſe. Idcirco non eſt, quod vnitatis cauſa cum Chriſto ineunda, adeò conemini corpus & ſanguinem eius, aut pani aut vino alligare, vel (vt dicitis) ſub ſpeciebus panis & vini operire. Sine his portentis verè Chriſto adiungimur, ſine his figmentis Euchariſtia eſt integrum perfectúmque ſacramentum, & ſine his præſtigijs non minus vera ſunt* CHRISTI *verba, quibus dixit:* Hoc eſt corpus meum, *cum panem Apoſtolis porrigeret, vt in libro fuſius declarabitur. Itaque ad hæc omnia ſtabilienda & confirmanda, corporali vel ſubſtantiali corporis Chriſti præſentia Eccleſia minimè indiget. Nolim exiſtimari tamen propter ſimilia quæ induxi, coniunctionem quam habemus & inimus quotidie cum Chriſto, leuem ducere, aut nimis extenuare. nam probè ſcio, ſcripturas vt illam quam arctiſſimam demonſtrarent, non ſolum conſueuiſſe prædicare nos eſſe ſpiritu, merito, & interceſſione Ieſu donatos, eiúſque afflatu & ſpiritu cum agi, tum viuere, ſed etiam illum ipſum eſſe nobiſcum, per fidem in cordibus noſtris habitare, caput noſtrum eſſe, eúmque in nobis, & nos in ipſo manere, in eo nos renaſci, carnémque eius & dari & accipi, vt manducetur atque bibatur. Verum locutiones huius generis intelligo metaphoricas eſſe, nam ſermones de his rebus non tam facilè habentur proprij, ſiquidem voces, vt vel hoc vel illud ſignificent, ad humanum inſtitutum ſunt definita. Quare ad cœleſtia & diuina cum peruenitur, animalis homo, qui tanta arcana non intelligit, ea ne nominare quidem poteſt. Vnde ſpiritus ſanctus, quo noſtræ infirmitati conſuleret, cum lumen & ſenſum, quæ noſtram naturam ſuperent, conceſſerit, ad has quoque methaphoras ſe demiſit: Videlicet habitandi, manendi, commedendi atque bibendi, vt nobis hæc diuina & cœleſtis coniunctio, quam habemus cum Chriſto, quocunque modo innoteſceret. Has autem loquendi formas, cum duo videamus in ſe complecti, ſummam nimirum efficaciam, ſignificationem vero non propriam, ſed translatam, neceſſa-*

Digitized by Google

rium eſt, vt eas non temere, ſed prudenti ſpiritualiq́ cautione interpretemur. Quæ tunc adhibetur, ſi earum ſenſum, potiſsimum quando ad ſacramenta applicantur, nec plus æquo extenuemus, neq; illi nimiũ quam par ſit attribuamus. Hyperbola patrum, & Anabaptiſtarum contemptio. Sacramenta (& hoc potiſsimum de quo agimus) mirum in modum obſuſcarũt, dum iſti teſſeram tantum mutuæ charitatis, & mortis Chriſti frigidum tenuéque ſignum hic eſſe decernunt: illi vero nil pené reliquum faciunt diuinarum rerum, quod iſti ſacramento non attribuant, quo imprudentes ad horrendam idololatriam gradum fecerunt. Neque poterit aliter hæc mediocritas, quam cupimus, retineri, niſi commemoratas phraſes ad analogiam, ſiue conuenientiam ſacrarum literarum interpretemur. Quæ tametſi requirit, vt Chriſti vnitatem (quemadmodum dicunt) hypoſtaticam non diſtrahamus, propter quam naturarum proprietates (diuinitatis inquam & humanitatis) vtrinque communicantur, attamen eadem à nobis efflagitat, vt quod per alternationem ἰδιωμάτων communicauimus, interpretando ſana intelligentia diſtinguamus, quo & diuinitas humanis infirmitatibus non ſubdatur, & humanitas vſque adeo non deificetur, vt relictis naturæ ſuæ terminis deſtruatur. Diſcernendum itaque eſt ſpirituali prudentia, non aliunde quàm ex diuinis literis comparata, quid Chriſto iuxta vnam naturam, quidue iuxta alteram conueniat. Itaque præſentia corporis Chriſti, quam ego ab Euchariſtia remoueo, eſt, qua vel vbique diffundi, vel in multis locis eſſe pro eodem tempore ſtatuitur: ita vt quantitatem & circumſcriptionem, quæ propria & neceſſaria eſt humano corpori exuat. Vnde ſi quis per præſentiam fidei noſtræ perceptionem intelligat, quâ ipſi aſcendimus in cœlum, & Chriſtum in ſua maieſtate gloriáque, & mente & ſpiritu amplectimur, cum illo facile conſentiam. Ab illorum verò ſententia maximè abhorreo, qui corpus clauſum & opertum in pane & vino eſſe contendunt, & ſub harum rerum ſpeciebus aſſerunt, idq́ vt ipſum ibi colant, adorent, & in ſumma, idolum erectum habeant. Hoc eſt caput, & fons totius contentionis, in hoc potiſsimum ſitus eſt totius præſentis controuerſiæ ſtatus, de quo ſi non bene, purè, & clarè decernatur, ſemper habebunt aduerſarij, quo ſuperſtitiones ac idololatrias (quas Eccleſiæ obtrudunt) ſpecie aliquâ pingant, colore ornent, & ſophiſticis captionibus defendant. Vtque paucis totum complectar, duo hæc enixè contendo. Vnum, hoc ſacramentum cœnæ diuinæ præter vſum nihil eſſe. Quod vt verum ſit, cætera ſacramenta fidem faciunt. Alterum eſt, quod etiam dum illo vtimur, corpus CHRISTI & ſanguinem ſola fide tenemus. Quique ſecus docent, & quæ ipſi non intelligunt, neque ab alijs intelliguntur, dicunt, & in huiuſmodi obſcura atque inextricabilia ſeſe, ſcripturis non cogentibus, vltro conijciunt. Et ſententia, quam dixi, hæc eſt baſis, robur & fundamentum, quòd proprium eſt ſuúmque diuinæ naturæ, vt ſit vbique per ſubſtantiam, & omnia impleat: è diuerſo autem, hæc humanæ naturæ ſors eſt atque conditio, vt definito loco & menſuris & ſpacijs contineatur, neque ad multa vel ad omnia loca ſeſe pro eodem tempore diffundat. Hoc ſenſus ita eſſe teſtatur, humana ratio confirmat, & nulla ſcriptura diuina vnquam aliter factã eſſe probat. Hoc patres non ſemel protulerunt, hoc etiam ſi inuertatur, ſecusq́ (vt à multis fit) doceatur, nulla commoditas importabitur, quam eandem non habeamus, dum noſtra, id eſt modo expoſita ſententia inhæremus. Proinde hi qui aduerſum me clamitant, quod cœnam Domini ſine Chriſto, hoc eſt abſque illius corpore & ſanguine habere doceam, hoc ſibi reſponſum habeant: ſi præſentiam corporis Chriſti velint, eius apprehenſionem per fidem, quæ nobis verborum & ſymbolorum ſignificatione offertur, & beneficio Domini exhibetur, eam vt iam dixi, libens & volens admitto. Nam quemadmodum lux, color, ſonus, & id genus, licet loco remota ſunt, noſtris attamen ſenſibus dicuntur præſentia, dum illa percipiunt: ita poterit, iuxta hanc ſignificationem præſentiæ corpus Chriſti dici adeſſe, eo quod ipſum fide cõplectamur. Et recto ſanoq́ iudicio ſi res decernenda ſit pro expoſita ratione, corpus Chriſti dicetur longe magis credentibus adeſſe, ac illæ qualitates, quæ loco diſtant, & nihilominus percepta ſenſibus, præſentia eſſe dicuntur, quandoquidem fidei arctior eſt complexus, & multò firmius rebus creditis hæremus quàm ſenſus aut ratio his quæ naturali ſua facultate comprehendunt. Et de hac præſentia corporis Chriſti videri poſſem tam ſatis apertè, quod ſentiam expreſsiſſe, niſi animaduerterem poſſe Celſitudinem Tuam fortaſsis admirari (vt eſt emuncti iudicij, & amans puræ ſimplicisq́ locutionis, potiſsimum in re theologica) cur ergo in quæſtionibus harum diſputationum, vo-

mum, voces realiter, ſubſtantialiter, corporaliter & carnaliter vſurparim, cum exotica ſint, & à phraſi diuinæ ſcripturæ prorſus aliena? Iſtud idem Reuer. Antiſtes, ego quoque ſenſi, & meo arbitratu, ſi mihi permiſſum fuiſſet vt loquerer, ab his vocibus, vt peregrinis, addas etiam barbaris & ambiguis, omnino abſtinuiſſem: cæterùm ad illas partim receptus in ſcholis vſus, partim aduerſariorum importunitas me impulit, qui me quò (vt arbitrabantur) euidentius medium tenerent, & quaſi euertentem funditus Euchariſtiæ ſacramentum, magis apud plebem rudioréſque ſacrificos traducerent, his craſſioribus verbis præſentiam Chriſti ſub ſpeciebus (vt dicunt) panis & vini, tum ipſi vehementer affirmabant, tum è diuerſo me illam hæreticiſſimè negare, quanta cum efficacia poterant, inuulgabant. Hic interdum, qui meæ ſententiæ atq; doctrinæ fauebant, ſuſcipiebant (cum adeſſent fortè fortuna) eam tuendam, & quia conflictus inter eos & aduerſarios noſtros his eiſdem vocibus frequentiſſimè interceſſerat, iidem me ſæpius rogarunt, vt de corporis Chriſti præſentia, iuxta harum vocum ſignificationes, dicerem ſemel expeditè quamq; apertiſſimè, quomodo ſtatuendum iudicarem. Hinc ſanè contigit, vt in ſcholis nonnunquam his aduerbijs vſus fuerim. Scholaſticos itaq; Theologos, hi floſculi primos habent authores, illis enim verba iſta (licet barbara) idonea viſa ſunt, & quam commodiſſima ad res ἐμφατικώτερον exprimendas. Verum ne hic ambiguitate laboremus, quomodo ego iſta accipiam, operæ pretium fuerit explicare. Quando Chriſti corpus realiter, ſubſtantialiter, corporaliter, & carnaliter adeſſe nego, propterea non eſt inferendum, nos fictè, ſimulatè, aut phantaſticè corpus Chriſti comedere. Nam ſi per has voces rei veritatem intelligant, nō inficiabor corpus Chriſti verè à nobis percipi. quod enim fide comprehendimus, non falſum, non fictum, non ſimulatum, neque phantaſticum haberi debet. alioquin mors & reſurrectio CHRISTI, quæ credimus, cum præterierint, & præſentia non adſint, ficta eſſent & phantaſtica: atq; veteres qui CHRISTVM percipiebant, habueruntq; nobiſcum eundem potum & cibum ſpiritualem, cum eius corpus & ſanguinem, quæ commedebant & bibebant fide, præſentia realiter & corporaliter non poſſent habere (nondum enim filius Dei ea aſſumpſerat) dicerentur fictè, phantaſticè, & ſimulatè hæc habuiſſe, quod abſurdiſſimum eſſet: Quandoquidem fides nil eſt aliud, quàm vis & facultas quædam noſtris animis diuinitus conceſſa, quâ rebus veriſſimis atq; firmiſſimis aſſentimur. Idcirco non poteſt, vel ficta vel ſimulata complecti. At ſi per iſtas particulas contendant (vt re vera contendunt) corpus Chriſti ſimul & eodē tempore in multis diuerſiſq; locis eſſe atq; diffundi, huic ſenſui ego reſiſto, hic ego pugno, hac putent qui legunt, me negare. Addo etiam his verbis corporaliter & carnaliter, ſanè indicantibus, perceptionem ſenſuum referri: Ideo cum Chriſti corpus, nec ſenſu, nec ratione capiatur, ea liberius repudio. Atq; hinc accidit, vt cum inter me & aduerſarios de quæſtionibus tranſigendum eſſet, duo hæc duntaxat, corporaliter & carnaliter obtuli, quibus modis negabam, corpus & ſanguinem Chriſti adeſſe, non quod eis, aut volens, aut libens vterer, ſed quod ea vſurpare, vti expoſui, coactus fuerim. Imò poſtremò cum diſputandum eſſet, iamq; oporteret quæſtiones exprimere, veriti Antagoniſtæ, ne ſuffugium aut ſtropham in aduerbijs his, corporaliter & carnaliter, occultarem, quo res (vt putabant) magis perſpicuè proponeretur, alia duo, realiter & ſubſtantialiter voluerunt adiecta. Quicquid itaq; hac parte peccatum eſt, non mea voluntate, ſed aliorum vitio eſt admiſſum, huiuſq; rei teſtem habeo Reuerend. D. Doctorem Coxum Regiæ Maieſtatis inſtitutorem, & Oxonienſis Vniuerſitatis digniſſimum Præſidem. de cuius prudentia, doctrina, & pietate, nunc non eſt dicendi locus, quæ tamen per ſeipſa in eo ſic perſpicua ſunt, vt longè lateq;, id eſt, & in ſchola, & in Eccleſia, & in aula reſplendeant. Is dum aduerſarij mei de quæſtionibus, ita (vt dixi) cauillarentur, nō ſolum interfuit, verùm ob magiſtratum, quē ibi gerit, negotio præfuit. Cognouerint quoq; id ipſum Reuererd. Domini Viſitatores, viri & clariſſimi, & omni virtutum genere ornatiſſimi, coram quibus egerunt ſemel aduerſarij mecum, & ſatis contentiosè, de propoſitarum quæſtionum, quam ſuſpicabantur, ambiguitate: neq; inter nos alia ratione conuenire potuit, niſi me recepiſſem, corporaliter & carnaliter, pro eodem habiturum, atq; ſi dictum eſſet realiter atq; ſubſtantialiter. Super hac re prolixius ad Reuerend. D. T. ſcribere volui, quòd multos offendendos his vocibus facile ſuſpicer, cum iam aliquot, eoſq; pietate ac eruditione inſignes, non libenter eas audiuiſſe, animaduerterim. Qui fortè mihi nunc erunt æquiores, cum intellexerint, & cur iſta vſurparim, & qua ſignificatione vel

affirmem vel negem, corpus & ſanguinem Domini ſacra cœna adeſſe. Idq; vt rurſus quam pauciſſimis patefaciam, hoc nobis verè dari & offerri aſſero cum verbis tum ſymbolis, dum potenter & efficaciſſimè per iſta ſignificantur. Atque viciſſim communicando, nos eadem verè accipimus, quando quæ verborum & ſymbolorum ſignificatione porriguntur, pleno ſolidoque fidei aſſenſu complectimur. Vnde fit, vt cum Chriſto quàm arctiſſimè iungamur, quemq; in baptiſmo regenerationis beneficio adepti ſumus, eundẽ in nos rurſus magis ac magis per ſacramentum cibi traijcimus, quandoquidem natura comparatum eſt, vt iiſdem alamur, quibus conſiſtimus. Et ſi ſalui eſſe volumus, tamdiu curare debemus, vt CHRISTVS in nobis maneat, & nos in eo, quo ad toti conuertamur in ipſum, & ita conuertamur, vt nihil noſtri, connatæ inquam mortis, corruptionis atq; peccati reliquum fiat. Tandem id ſupereſt, Ampliſſime Præſul, vt duo vitia deprecer, in quæ liberè fateor me ſcribendo incidiſſe. Vnum eſt, quod interdum occurret in meo libro, idem bis terue repetitum, quod porrò acutis & eruditis hominibus permoleſtum eſſe conſueuit, qui vel non moniti, per ſe ipſos multa vident, & omnia ſibi exponi ſuperfluum ducunt, nedum æquo animo patiantur ſubinde eadem inculcari. Attamen cogitandum, quòd hæc, etſi pariant eruditis faſtidium, nihilominus quandoque repetitio atque congeminatio eorundem, vtilitate non caret. Etenim hac tam infelici tempeſtate, hæſit ita profundè hominum mentibus tranſſubſtantiationis, & corporalis præſentia CHRISTI in euchariſtia opinio, eamq; vulgò tantopere exoſculantur, & in delicijs habent, vt mirificè impediantur auocenturq; animi, ne rationibus noſtris & veritati ſecus monentibus attendant. Vtq; altè ſtertentibus vna vel altera inclamatione ſatis non eſt vt expergiſcantur, ita his excitandis à veterno receptæ opinionis, aliquid ſemel dixiſſe non ſufficit. Vnde non parum me arbitrabor conſecutum, ſi apud hoc ſuperſtitioſum hominum genus, eadem ſæpius monendo aliquid profecero. Suadet itaque charitas erga errantes eruditis & ſanis lectoribus, vt hoc faſtidium boni conſulant. Alterum quod mihi poſco ignoſci, eſt ruditas & imperitia ſcribendi. nam cum ab adoleſcentia in bonis artibus parum fœliciter fuerim inſtitutus (vt quandoque iuuenibus, præceptorum vitio vſuuenit) nunc latinè, purè, ac faciliter, vel dicere vel ſcribere minimè poſſum. Quare velim meminerint, cum Tua Celſitudo, tum omnes ad quorum manus iſta peruenerint, non eſſe omnia ab omnibus requirenda. Equidem quod potui præſtiti, nec voluiſſem eruditas aures meis ineptis lucubrationibus obtundere. Verùm vt hæc ederem, non meapte ſponte factum eſt, ſed improbitas maleuolorum id extorſit. Quamobrem Tuam Reuerendiſſ. C. obſecro, per illam benignitatem, qua ſoles & literas & religionem fouere, vt quæ offero, grato animo digneris accipere, & quæ in eis minus recta videbuntur, liberè improbare, ac è diuerſo, quæ orthodoxa & ſana deprehenderis, tua conſtanti authoritate atq; beneuolo fauore tueri. Deus optimus Maximus Tuam Celſitudinem ad multos annos, cum Regno, tum Eccleſiæ, incolumem ſeruet. Amen.

Tractationem De Euchariſtia, cui hæc Epiſtola præpoſita fuerat, inuenies in primo tomo Locorum communium, in Quarta claſſe: ſed hæc præfatio, quam magni momenti eſſe exiſtimamus, ibi adſcriptam non inuenies.

D· PETRI MARTIRIS VERMILII FLORENTINI PROPOSITA DISPVTATA PVBLICE IN SCHOLA Argentinenſi ab anno M. D. XLIII. vſq; ad annum XLIX.

DESVMPTA AVTEM SVNT

EX { *Geneſi.* / *Exodo.* / *Leuitico &* / *Iudicum libro.* }

PROPOSITA NECESSARIA *Sunt* 592

PROBABILIA 63.

Nunquam antehac in lucem edita.



BASILEAE.
EX OFFICINA P. PERNAE.
M. D. LXXXII.

Digitized by Google

Typographus Lectori S.

NEMO ferè eſt, amice lector, Theologi nomine dignus, qui huius viri ſcripta non plurimi faciat, vtiliterq; vtatur, cuiusuis fuerit opinionis. Quamobrem ſtatueram ante annos aliquot, eius lucubrationes omnes, exceptis ijs quos in Sacroſanctos libros, veteris & noui teſtamenti commentarios edidiſſet, vno volumine ſtudioſis theologiæ proponere. Interea cum Locorũ communium ex varijs eiuſdem commentarijs collectorum volumen in Anglia euulgatum eſſet, neq; illud tamen facili negotio, nedum iuſto precio, à noſtris hominibus comparari poſſet: is verò qui maiorem partem Martyris ſcriptorum excuderat, in hoc ipſo ceſſare & deſideria multorum ſuſpendere videretur: hanc veluti deſertam, aut ſaltem neglectam prouinciam iure quodam meo, vt cui author primò omnium non contemnendam partem ſuarum lucubrationum dediſſet, ſuſcepi: & niſi me animus fallit, paullo ornatius digeſſi, illud compendium ſecutus, vt tolerabili precio à ſtudioſis comparari poſſet. Hunc noſtrum conatum cum figulus, vt fit, ægre ferret & bolum hunc ſibi è faucibus ereptum doleret, conditionibus vel æquiſſimis repudiatis totus in eo fuit, vt editionem ſuam maturaret, & appendicibus quibuſdam aſſutis, noſtram vti mancam impediret. Profuit in præſens techna: ſed dies ipſa conſilium conatumq; noſtrum & comprobauit, & promouit. Nam quod ſemel inſtitueramus, & polliciti fueramus, Tomum ſtatim ſecundum in lucem dedimus, nunc etiam tertium, quo ad miraculum vſq; eruditi ingenij reliquias omnes partim editas prius, partim non editas, quales ſunt Theſes illæ agonisticæ in libros Moſis, pro virili noſtra colligeremus & complecteremur. Studium hocce bonis doctisq; omnibus probatum iri confido, eoſdemque Reip. nomine vehementer rogo, vt ſiquid huius pijſſimi doctiſſimiq; viri apud ſe reconditum habeant, Reip. per nos communicare, & ſtudioſis Theologiæ conſulere dignentur. Vale.

Baſilea Kal. Febr. 1582.

D. PETRI MARTYRIS PROPOSITA AD DISPVTANDVM PVBLICè in Schola Argentinenſi ANNO Domini M. D. XLIII.

Ex I. Cap. Geneſios.

NECESSARIA.

I. CVM diuina ſcriptura ſit expreſsio diuinæ ſapientiæ, inde nos principium habemus noſtræ fœlicitatis.

II. Quamuis quæ tradita ſunt in ſacris literis, & ad cognitionem faciant,& ad res agendas; nihil tamen ibi continetur, quod noſtris actionibus non conducat.

III. Præſtantia ſacrarum literarũ & in hoc attenditur, quod reſoluit ad ſummam cauſam diuinæ voluntatis, quæ in eis reuelatur.

IIII. Summa eorum quæ tractantur in ſacris literis eſt lex & Euangelium, quę partes tam in nouo quã in veteri teſtamento promiſcuè cõtinẽtur.

V. Geneſeos liber habet congruum prooemium ad legem & Euangelium, cum qui capax futurus erat vtriuſq; partis.

VI. Qui Dei notitiam ex creatione hîc traditam percipiunt, eam fide aſſequuntur.

VII. Mundum ita à Deo conditum credimus, vt tamen diuinæ voluntatis nulla aſſeratur mutatio.

PROBABILIA.

I. Cœlum & terra quæ primò ſcribuntur condita, referunt omnium producendorum materiam, cum ſuperiorum, tum inferiorũ corporum.

II. Spiritus domini qui ferebatur ſuper aquas, pro ſpiritu ſancto, & pro vento, veriſimiliter ſumi poteſt.

III. Dei ſermo in rerum productione, eſt manifeſtatio ſuæ voluntatis.

IIII. Cum varijs modis potuiſset Deus mundum condere, hunc duntaxat approbauit, idcirco additur frequẽter, & vidit Deus quod eſſet bonũ.

V. Veſpera & mane primis diebus ante Solis productionem ex lucis contractione & effuſione fiebant.

VI. Aquæ ſuper firmamentum, ſunt in media aeris regione.

DISPVTATIO DE ARticulo Creationis.

I. Cum de creatione rerum loquimur, non Ariſtotelico more res ex rebus producimus, ſed affirmamus omnes, tam corporales quam incorporales naturas ex nihilo conditas eſſe per verbum Dei.

II. Nam Deus, vt manifeſtam redderet ſuam & potentiam & miſericordiam, infinitam hominum vim tota rerum natura ex nihilo creauit.

III. Atq; hæc creatio ita intelligi debet: non quòd hîc conditæ res ſint, vt ſine Dei conſilio conſiſtant: ſed Deus gubernat eas & agitat aſsiduè, ſicut in Actis Paulus inquit: In ipſo ſumus, viuimus & mouemur.

IIII. Porrò creationis modus hic fuit. Primò Deus condidit cœlum, & terram, & quæ in his continentur.

V. Deinde vt eſſet mens aliqua, quæ intelligeret infinitam huius creationis potentiam & ſapientiam, hominem formauit, eumq; ſuis creaturis præpoſuit.

VI. Et quia hunc ad ſui imaginem fecerat, iubebat etiam vt ab eo ſuper ſuis operibus cognoſceretur, & celebraretur.

VII. Id autem præſtare difficile homini non erat, cum integram eius in ſua manu habuerit poteſtatem.

VIII. Imago enim Dei, ſecundum quam hominem Deus creauerat erat ipſa mens in homine, in qua lucebat vera notitia Dei, & in voluntate, vera obedientia.

PROPOSITA EX PRIMO Capite Geneſeos.

NECESSARIA.

I. Quamuis nomina induntur plerumq; ab hominibus, tamen id quoq; in Deum referendum eſt, cum euentus & conditiones vnde res nominantur, ſunt à Deo, & illo procurante is qui nominat magis ab vno eorum quàm ab alio mouentur.

II. Repreſsio aquarum ne terram inundent, non ſideribus, ſed verbo Dei à nobis tribuitur, & vis pariter qua è terra plantæ ac herbæ producũtur.

III. Luminaria poſita ſunt in ſigna, vt inde colligamus ſerenitates ac tempeſtates futuras, & reliquas aeris affectiones. ſunt etiam ſigna quibus diuina ira aut miſericordia præſentitur.

IIII. Signis cœleſtibus nõ eſt tribuenda facultas in animi noſtri rationalem partem, neq; libera euentuum poteſtas.

V. Quamuis dicitur producant aquæ vel terra, hoc aut illud, tamen Deo ſoli tribuenda eſt omnium rerum creatio.

VI. Ita

VI. Ita in libris philoſophiæ debemus verſari, & contemplatione rerum naturalium, vt omnes illarum proprietates, organa, actiones, & ſubſtantias, in Deum authorem referamus.

VII. Quæcunq; de imagine dei ac ſimilitudine dicuntur in hominis creatione, Chriſto pleniſsimè conueniunt,& nobis per illum reſtituuntur.

VIII. Et eo quod homo ad imaginem Dei conditus præfleitur creaturis, elicimus regulam noſtrarum electionum, quales eſſe debeant, ſiue miniſtrorum Eccleſiæ, ſiue magiſtratuum.

IX. Non eſt vitæ perfectio æſtimanda, abſtinere ab eſu carnium.

X. Verum ſabbatum eſt, ab operibus ceſſare quæ propriè ſunt vitiatæ naturæ. Non autem ab his ad quæ nos deus impellit ſuo ſpiritu & admonitione.

XI. Omnis viri Chriſtiani vita debet eſſe prædicta ratione ſabbatum.

PROBABILIA.

I. Homo dicitur ad imaginem & ſimilitudinem Dei creatus. Quoniam cum ſit conditus rationali natura, præditus omnibus virtutibus quibus Deum referret, dominatum à Deo habuit in creaturas.

II. Sæpe Deus hominibus ſanctis reſtituit fide illam poteſtatem in creaturas, quæ data fuit ab initio.

III. Corpus noſtrum diuinæ imaginis eſt particeps,quia organum eſt quo per noſtras actiones exprimimus diuinas proprietates.

IIII. Ex hac ratione, quòd imagine & ſimilitudine Dei homo eſt inſignitus, declaratur natura veræ fœlicitatis, virtutum & legum omnium, quosque Eccleſia debeat habere ciues.

V. Deus cum dixit: Fructificate & multiplicate, præcepit matrimonium: quo præcepto omnes adſtringuntur, qui eo officio fungi poſſunt, vel ſingulari Dei afflatu non adiguntur, vt in cœlibatu expeditiores ſeruiant Euangelio.

VI. Ante diluuium non eſt relaxatus eſus carnium, vel quòd homines Tunc eſſent fortiores, vel quòd terra meliores fructus produceret quam nunc: ſiue vt homines humanitati magis aſſueſcerent.

VII. Cum in ſacris literis multa ſumantur argumenta & ſimilitudines, quibus ad bene viuendum ſuademur, à plantis, luminaribus, & animantibus nobis datur forma, qua & in cæteris vti poſsimus quando occurrunt.

PROPOSITA EX II. CAPITE LIbri Geneſeos deſumpta.

NECESSARIA.

I. Anima humana non eſt ex Dei ſubſtantia, neque eandem habet naturam, atq; habent animæ brutorum animalium.

II. Animæ hominum non ſunt omnes ſimul creatæ ab initio, ſed quotidie creantur à Deo corporibus inſerendæ.

III. Quæ traduntur de paradiſo, non ſunt ita allegoricè ſumenda, vt hiſtoriȩ veritas nō retineatur: ſed geſtȩ rei poſſunt adiungi vtiliter allegoriȩ.

IIII. Vtrum ille deliciarum hortus adhuc extet, non poteſt ex ſacris literis definiri.

V. Non meritis actionum quæ præcipiuntur aut interdicuntur diuina lege, illius dignitas æſtimanda eſt: ſed ex eo quòd ibi Dei iudiciū de agendis cōtinetur, quod ſemper noſtris humanis conſilijs eſt præferendum.

VI. Mors vtraq: & animi & corporis Adamo proponitur, ſi Dei mandatum præuaricetur.

VII Primus homo eſt conditus mortalis, & ſi poterat non mori.

VIII. Non eſt bonum hominem eſſe ſolum: quia non iucuudum, non honeſtum, neque vtile.

IX Tria proponuntur exercitia homini creato: vt Deo obediat, conditarum rerum naturas contempletur, & agriculturæ vacet.

X. Somnus Adami in mulieris productione, nobis refert Chriſtum morte ſua acquiſiuiſſe Eccleſiam.

PROBABILIA.

I. Flatus Dei, quo primus homo eſt animatus, ſymbolum eſt nobis indicans, rationalem animam non naturæ viribus, ſed extrinſecus Dei opera hominibus afferri.

II. Hortus delitiarum plantatus eſt in Eden regione, vt nomē indicat, non procul ab Aſſyria, Meſopotamia & Arabia.

III Arbor vitæ, fructus habuit edentibus vitam prorogantes, ἀλληγορικῶς Chriſtum ſignificat.

IIII Arbor ſcientiæ boni & mali, non ſolum ex euentu ita dicitur: ſed quia de illa fuit lex lata, cuius eſt proprium boni & mali indicare diſcrimen.

V. Ex interdictione fructuum ſcientiæ boni & mali, docemur ne audeamus carnis prudentia noſmetipſos regere: aut noſtro humano iudicio ſtatuere quid ſit bonum, quidue malum: quod tamen diuino ſpiritui & verbo par eſt vt decernamus.

VI. Cum

VI. Cum Adamo ſit lata lex muliere nondum creata, oſtenditur de lege & verbo domini mulieres à viris debere inſtrui.

VII. Ex coſta viri ædificatur mulier, vt declaretur Eccleſia fundata in Chriſti robore.

PROPOSITA EX SECVNDO *& tertio capite Geneſeos*

NECESSARIA.

I. Filij vxoris cauſa nō ita debent parentes relinquere, vt illos non alant, aut venerentur: quamuis eis arctius conuiuendum ſit coniugibus ſuis, quam parentibus.

II. Cum vir & vxor dicuntur vna caro, matrimonium declaratur indiſſolubile, quamdiu poſſunt eſſe vna caro, quod tollitur adulterio et impotentia præſtandi ſibi inuicem coniugale officium.

III. Matrimonium ideo myſterium dicitur, quòd nobis referat arctiſsimam Chriſti cum Eccleſia coniunctionem.

IIII. Eccleſia ſtatim à ſuo ortu Adamum rectorem habuit, non ſine Dei verbo: nam diuino afflatus ſpiritu & de matrimonio & de Chriſto eiſdem verbis egit.

V. Tentationes ideo permittuntur à Deo, quia vtiles ſunt Eccleſiæ.

VI. Pollicebatur diabolus mulieri, quæ illa iam habebat, apertionem oculorum, & ſimilitudinem Dei.

PROBABILIA.

I. Cum Deus Euam formatā ad Adamum adduxit, eo nos docemur, non bene matrimonia coaleſcere, niſi Deo coniungente ineantur.

II. Cum anima humana ſit ſpiritualis ſubſtantia, & immortalis, non eſt dandum, vt parentum ſemine traducatur in filios.

III. Serpens aptiſsimum fuit inſtrumentum in tentatione, ad exprimendas diaboli malas artes & verſutiam contra homines.

IIII. Tentatoris improba voluntas, Dei ſapientiſsimam declarat artem, qua peſsimis etiam rebus bene vti nouit.

V. Prima tentatione hoc potiſsimum diabolus molitus eſt, ne Dei verbo fides, vti par erat, adhiberetur.

VI. Principium lapſus Euæ fuit, quòd omiſſa attenta cogitatione diuini verbi, cœpit animo verſare interdicti fructus vtilitatem à diabolo propoſitam, vnà cum eius pulchritudine atq; ſuauitate.

VII. Erubeſcentia & tegumentorū inuentū, nō diabolo ſunt aſſcribenda, ſed bonitati diuinę, vti frena, quib⁹ minus latè ſerperet introductū malum.

PROPOSITA EX TERTIO ET *Quarto capite Geneſeos.*

NECESSARIA.

I. Pudor & euitatio diuini conſpectus, propria ſunt quæ peccatum conſequuntur.

II. Inimicitiæ quæ à Deo inter Diabolum & mulierem conſtituuntur, ad omnes pios pertinent.

III. Quamuis facultas diabolum calcandi Chriſto ſit propria, tamen ſuis fidelibus illam communicat.

IIII. Maledictiones inflictæ à deo primis hominibus, non ſolum pœna fuerunt, ſed ſimul humana explicarunt officia, atq; remedia attulerunt contra tentationes & peccata.

V. Si creaturæ hominis tranſgreſsione collapſæ ſunt in deteriores conditiones, par eſt, vt eius reformatione ipſæ quoq; inſtaurentur.

VI. Cum Deus otium ab homine remoueat, qui prorſus laborem fugiunt, eius voluntati non conſentiunt.

VII. Chriſtus harum maledictionum pœnas priori ſuo aduentu non abſtulit, ſed leniuit, ſecundo verò omnino tollet.

VIII. Cum veſtes propter vtilitatem & honeſtatẽ præſentis vitæ ſint inuentæ, illa meritò reprehendẽtur, quæ aliquid contra hæc duo habuerint.

IX. Sacrificia ſunt ſigna, quibus diuinam confitemur excellentiam.

X. Anteà quiſpiam deo eſt acceptus, quàm eius opera illi grata ſint.

XI. Quæ Deus vel hortando vel iubendo demonſtrat agi oportere, illa vt à nobis fiant non eſt in facultate noſtra niſi illius adiuuet gratia.

PROBABILIA.

I. Apertos fuiſſe oculos primorum hominum poſt peccatum dicit ſcriptura, quòd nouæ pęnæ ſenſus nouus eruperit.

II. Exemplo Dei tam accuratè de peccato interrogãtis, Iudices admonentur, ne damnent inauditos & non excuſſa cauſa.

III. In ſerpentis maledictione illæ commemorantur diaboli pænæ, quibus facilè poſſumus adduci, vt nobis ab eo caueamus.

IIII. Ex impoſitis nominibus vxori primi hominis, eius primogenito & multis alijs in veteri inſtrumento, docemur vt noſtris domeſticis ea nomina imponamus, quibus de beneficijs Dei ſubinde admoneamur.

V. In eiectione Adami è Paradiſo, & abſtentorum & excommunicatorum vmbram videre licet.

Propoſita

PROPOSITA EX QVARTO QVINTO *& Sexto capite Geneſeos.*

NECESSARIA.

I. Qui proximi ſui cuſtodem ſe eſſe recuſat, inſtar Caini, is à charitate ſe eſſe alienum oſtendit.

II. Quamdiu ſceleratos Deus permittit eſſe ſuperſtites, contra illos priuatus gladius non debet inſurgere.

III. Cum Deus valeat defendere quos diligit, & tamen illos interdum ſinat opprimi, conficitur eam oppreſsionem illis ipſis vtilem eſſe.

IIII. Ex eo quod Deum credimus iuſtum eſſe, & nunc ſæpe illius amici male tractantur, infertur illius expectandum eſſe iudicium in poſterum quo iſta recompenſentur.

V. Quamuis munitionum inuentum, ex mala fuit occaſione, tamen eius licitus eſt vſus.

VI. Genealogiarũ deſcriptio, quæ in S. literis habetur, nõ eſt leuis vtilitas.

VII. Vti piorũ mos eſt titulos & nomina reb⁹ inuenire, quę Dei laudes reſonant: contrà impij nõ Dei, ſed ſui ipſius memoriã quęrunt illis ſtabilire.

VIII. Quotquot nunc inter homines naſcuntur, non ſolum Dei imagine, ſed primi quoq; Adami ſunt inſigniti.

PROBABILIA.

I. Veteres qui fuerunt ante diluuiũ, ſerius quam noſtræ ætatis homines perueniſſe ad pubertatem eſt veriſimile.

II. Qui recenſentur in hac genealogia, fieri poteſt, vt non omnes fuerint primogeniti.

III. Hominũ genus cito auctũ fuiſſe numero, argumẽto eſt copioſa manus filiorum Iſrael, in Aegypto breui tempore ex paucis hominib. procreata.

IIII. Vtrum angeli, Dæmones, an homines pij, ſiue principum filij dicantur fuiſſe filij Dei, qui ad filias hominum ingrediebantur, ex ſacris literis nõ poteſt definiri.

V. Centum & viginti anni, qui perhibentur hominibus dati ante diluuium fuerunt ſpacium illis conceſſum ad reſipiſcendum.

PROPOSITA EX SEXTO SEptimo *& Octauo capite Libri Geneſeos.*

NECESSARIA.

I. Non ſolum verbis curauit Deus vt ſui prophetæ de vtilibus admonerẽt homines, ſed externis quibuſdã actionib⁹ id etiã ab illis effici voluit.

II Quamuis Deus nouit aliquos ad ſe non eſſe reuerſuros, haud tamen illos fruſtra multis modis vocat.

III Quandoq; fieri poteſt, vt ſancti pro aliquibus nō orent, haud vitio ſuo adducti, ſed iuſſu Dei.

IIII Quando fœdus init Deus cum hominibus, omnia ibi ex eius miſericordia pendent.

V. Deus nonnunquam multa bona quibuſdam largitur, in illorum maiorum & poſterorum gratiam.

VI. In Eccleſia bene inſtituta, & id inter cætera curandum eſt, ne membris Chriſti corporalis deſit ſuſtentatio.

VII Bona opera non ſunt cauſæ ſalutis: ſed bene concedimus. par eſſe, vt quibus Deus illa dedit, iiſdem quoq; ſalutem largiatur.

VIII. Multa quæ in Moſaica lege de cœremonijs iubentur, etiam ante legem ſeruata fuiſſe reperitur.

IX Deus recordari dicitur, non quòd is vnquam obliuiſcatur, ſed quia effecta habet hominis, qui alicuius rei meminerit.

X. Deum nonnunquam pœnituiſſe legimus, non quod hac perturbatione agitetur, ſed quia id facit, quod pœnitentes agere conſueuerunt.

XI. Cum aſſerimus Deum alicuius rei pœnitere, non in ipſo, ſed in hominibus collocanda eſt mutatio.

XII. Pœnæ id non eſt tribuendum per ſe, quòd vim purgandi peccatum habeat.

XIII. Sacrificia externa Deo ſunt grata, ſi interno ſacrificio ſint coniuncta.

XIIII. Sacrificia externa Deo plurimum diſplicent, ſi animus vacuus ſit interno ſacrificio.

PROBABILIA.

I. Quòd munda & immunda ſint quædam animalia, potius noſtra exiſtimatione factum eſt, quàm illorum natura.

II. Diluuium typus eſt iudicij extremi.

III. Arca typus eccleſiæ erat.

PROPOSITA EX OCTAVO ET Nono capite Geneſeos.

NECESSARIA.

I Cœna dominica ſacrificium dici poteſt, verùm non quòd expiet mortuorum animos, noſque, vt dicunt, ex opere operato iuſtificet.

2. Quicun-

II Quicunq; ex Adamo omnino naſcũtur,peccato originis ſunt obnoxij.

III. Pœnitentia & fide,qua prædìti fuerunt ſancti hoc vitio abſoluti, naturæ corruptio non tollitur.

IIII. Qui ob peccatum originis mulctantur non alieni,ſed ſui peccati pœnas luunt.

V. Nullę morales virtutes,aut humana induſtia, hunc naturæ motbum tollere poſſunt.

VI. In hoc originis vitio & peccatum & reatum complicari affirmamus.

VII. Reatus & peccatum originis inter ſe non ſunt eadem.

VIII. Peccarum originale eſt totius hominis deprauatio ab imagine dei poſt lapſum primi hominis inducta.

IX. Non admittitur hæc illatio: Iſtud non eſt in noſtra poteſtate, ergo non eſt peccatum.

X. Peccatum originis remittitur fide per Chriſtum.

XI. Baptiſmo minimè remittitur.vt dicunt, ex opere operato, ſed vi fidei.

XII. Non addixit huius peccati remiſsionem Deus vſq; adeo ſacramēto baptiſmi, vt ſine eo illam interdum non largiatur.

XIII. In his qui ad Chriſtum non pertinent, peccatum originis gehennæ parit damnationem.

XIIII. Dei promiſsiones ad ſtudium orandi accedunt.

PROBABILIA.

I. Ex maxima animi coniunctione cum carne illa vitiata poſt primi hominis lapſum, & ipſe contaminatur originis peccato.

II. Ceremonia qua præcipiebatur,vt ſibi temperarent à ſanguine, partim Chriſti ſacrificium adumbrat,partim de leuitate nos admonet.

III Anima cum brutorum tum hominum, dum ſanguis dicitur,id tropica locutione eſt intelligendum.

PROPOSITA EX NONO DECIMO Vndecimo & Duodecimo Capite libri Geneſeos.

NECESSARIA.

I. Non licet alicui ſibiipſi manus afferre,niſi ad hoc præcipuo Dei afflatu inciterur.

II. Ab hominis cæde temperare debemus,quia ad imaginē Dei eſt factus:

III Licet Chriſtianis ad tuendam vitam vti armato magiſtratus præſidio.

V

IIII. Ebrietas, vti meritò in ebrioſis damnatur, ita in Noach excuſationem meretur.

V. Quæ vera ſeruitus eſt, ex peccato ſuam originem habuit.

VI. Seruitus humanæ naturæ contraria eſt, prout à Deo fuit inſtituta.

VII. Non licet ſeruis Chriſtianiſmi titulo, iugum ſeruitutis excutere: Imò quo magis Chriſtiani ſunt, dominis ſuis inſeruire debent.

VIII. Quo ad redemptionem, animorum fœlicitatem, & iuſtificationem per Chriſtum inter ſeruos & liberos nihil intereſt.

IX. In externis, & politicis rebus, inter ſeruos & liberos Chriſtianis hominibus multis differentijs vti licet.

PROBABILIA.

I. Fœdus initum à Deo cum Noach, cuius ſymbolum arcus cœleſtis eſt, adumbrauit fœdus liberationis per Chriſtum.

II. Ex Dei promiſsionibus reſpicientibus corporis vitæ conſeruationem, inferre poſsumus illum eundem animorum ſalutem nobis daturũ eſſe.

III. Materia & efficiens cauſa arcus cœleſtis, illius colores & figura ſunt appoſita ſymbola vt deſignēt generale diluuiũ non amplius eſſe timendũ.

IIII. Chriſtiani patres arcum cœleſtem veriſimili argumento Chriſtũ interpretantur.

V. Noach cum ebrius ac denudatus in ſuo tentorio derideretur à filio, Chriſti crucifixi typum geſsit.

VI. Eſt Quædam ſeruitus voluntaria ex charitate, quæ etiamſi peccatum non contigiſſet, locum in noſtra natura habere potuit.

PROPOSITA EX XIII. ET XIIII. capitibus Geneſeos.

NECESSARIA.

I. Diuina vocatio reſpicit ſalutem vocatorum per fidem: interdum id ſpectat, vt ab eis certa aliqua obeatur functio.

II. Eſt & quædam vocatio inefficax, qua vocati eò non perueniunt, quò vocantur.

III. Fides pendet à vocatione.

IIII. Vocatio propter noſtra opera, aut merita, nobis à Deo minime offertur.

V. In emergentibus periculis, quando homini ſuggeritur, quid humana via agere poſsit, niſi id faciat, Deum tentat.

VI. Diuitiarũ vſus atq; poſſeſsio, Chriſt. homini à Deo nõ eſt interdicta.

Chriſtia-

VII. Chriſtianus hoc pacto bona ſua tenetur relinquere,vt inde auocet animum,ne illis nimis implicatus vocationi ſuæ minus inſeruiat.

VIII. Tenetur interdum Chriſtianus,ira ſuas relinquere facultates,vt illas re ipſa propter Chriſtum abijciat.

IX. Licet Chriſtus diuitiarum poſſeſsionem non interdicat, damnat nihilominus earum fiduciam.

X. Chriſtiano conuenit iuſtis rationibus facultates ſibi acquirere.

XI. Carnali ſemini Abrahami Deus pollicitus eſt prouinciam Chanaan: at ſpirituali, orbis hæreditatem.

XII. Fidem non mediocriter excitat aſsidua repetitio promiſſorum dei.

PROBABILIA.

I. Complures res,quæ ab Abrahamo geſtæ leguntur, nō modo eorū vmbræ fuerunt, quæ ad nouum inſtrumentum pertinent: verumetiam illorum,quæ euentura erant eius poſteris ante Chriſtum natum.

II. Tempore legis mors vehementius à patribus timebatur, quam nunc à veris Chriſtianis ſub Euangelio.

III. Quando permittit Deus præcipuos ſanctos nonnunquam labi, vtitur illorum infirmitate ad eorum ſpirituale commodum.

IIII. In Saræ pudicitia tuenda,cum Abrahamus non haberet quid ageret, illam domino piè commiſit ſeruandam.

V. Qui Abrahami factum,quo Saram ſororē ſuam,non vxorem haberi voluit, probant: quique eum tum lapſum eſſe aiunt, probabiles vtrinque habent ſuæ ſententiæ rationes.

PROPOSITA EX XIIII. ET XV. capitibus Geneſeos.

NECESSARIA.

I. Bellum gerere pietati Chriſtianæ minimè repugnat.

II. Bellum quando gerendum eſt,non à priuatis hominibus, verum à publica poteſtate ſuſcipi debet.

III. Magiſtratus vt bellum iuſtè gerat, habeat neceſſe eſt iuſtam cauſam: atq; illa ad id incitari debet non priuatis affectionibus.

IIII. Miniſtrorum Eccleſiæ non eſt vt externis armis bella gerant,niſi priuato Dei afflatu ad hoc inſtigentur.

V. Miniſtris Eccleſiæ licet in bello iuſtè pugnantibus adeſſe, ac interdum ſuadere iuſta bella magiſtratibus.

VI. In bello vti inſidijs non eſt interdictum.

VII. Magiſtratus omnia quæ fieri poſſunt pro pace cum retinenda tum impetranda anteà debet experiri & facere, quàm bellum ſuſcipiat.

VIII. Confœderatos adiungere ſibi ad ea vel tuenda vel obtinenda, quæ nobis Dei bonitate donantur, Chriſtianis non eſt prohibitum.

IX. Chriſti ſacerdotium & diuturnius & præſtantius Leuitico, deprehenditur in typo Melchiſedechi.

X. In promiſsionibus Abrahamo factis, Chriſtum ſeruatorem ſibi offerri illum ſenſiſſe, fateri debemus.

PROBABILIA.

I. Deus patres in veteri inſtrumento & diuitijs & victorijs inſigniuit, quo illis conciliaretur authoritas in Dei cultu legitimo promulgando.

II. Abrahamus quando bellum geſsit aduerſus quatuor reges, non omnino priuatus fuit.

PROPOSITA EX XV. CAPITE Libri Geneſeos.

NECESSARIA.

I. Accepiſſe à Deo legem aut audiuiſſe, non iuſtificat.

II. Ex operibus legis, quæ nonnulli Moralia appellant, non iuſtificamur.

III. Ex fide viua, non mortua, iuſtificamur.

IIII. Ceremoniæ ex vi actionis, ſiue vt dicunt, ex opere operato, non iuſtificant.

V. Iuſtificari, quamuis multipliciter dicitur, in noſtris Propoſitis accipiendum eſt, vt ſignificat Remiſsionem peccatorum, & participationem iuſtitiæ Chriſti habere.

VI. Fides eſt firmus animi aſſenſus diuinis promiſsionibus de Chriſto ex perſuaſione Spiritus ſancti ad ſalutem.

VII. Præter iuſtitiam Chriſti nobis imputatam per fidem, concedimus adhuc dari iuſtificatis hominibus aliam quandam inhærentem iuſtitiam, illamque bonis operibus & ſanctis exercitijs acquiri.

VIII. Inhærentem ac acquiſitam iuſtitiam & Deo gratam & Neceſſariam ad ſalutem fatemur.

IX. Iuſtitia inhærente & acquiſita homines, quantumuis ſancti, in Dei iudicio non poſſunt ſubſiſtere.

10. Opera

X. Opera ad conſequendam iuſtitiam Chriſti, & remiſsionem peccatorum quā fide percipimus, non concurrunt tanq; eorū partialis cauſa.

PROBABILIA.

I. Legis ceremoniæ, quæ continebant Chriſtum fide apprehenſum, poſſunt concedi, iuſtificaſſe.

II. Cum dicimus nos fide iuſtificari, fidem arbitramur accipiendam, pro diſpoſitione & facultate qua efficimur capaces remiſsionis peccatorū & iuſtitiæ Chriſti.

III. Operibus iuſtificari hominem concedimus, Verum id, quo ad iuſtitiam inherentem, vel ad præmia, qua prius bonam ac ſanctam vitam à Deo conſequimur.

PROPOSITA EX DECIMOSEXto & decimoſeptimo capite libri Geneſeos.

NECESSARIA.

I. Fœdus patrum, & quod modò nos habemus, poſt Chriſti aduentum, idem eſt, quo ad eius fundamentum, qui eſt Chriſtus, licet aliqua ſit diuerſitas in ritu ceremoniarum.

II. Circumciſio & baptiſmus quó ad rem Sacramenti idem ſunt, non obſtante ceremoniæ diuerſitate.

III. Chriſtianorum infantes quando naſcuntur, non minus ad Deum pertinent, quàm Iudæorum filij antiquitꝰ pertinuerunt: ideo ita baptiſmo tingendi, vt illi circumcidebantur.

IIII. Sacramentum eſt ſymbolum externum à Deo inſtitutum, ad ſignificandam & exhibendam gratiam illud ritè ſuſcipientibus.

V. Sacramenta in veteri inſtrumento, non modo ſignificabant, ſed exhibebant etiam Dei gratiam.

VI. Sacramēta non ſunt cauſſa gratiæ, ſed organa, quibus Deus vtitur dum ſuos illa ſanctificat.

VII. Sacramenta non ſunt organa diuinæ gratiæ adeò neceſſaria, vt Deus illis omnino ſuam vim alligarit, quaſi ſine eis præſtare ſalutem non valeat.

VIII. Vt Sacramenta non poſſunt ſine grauiſsima culpa negligi, ita cum maxima vtilitate percipiuntur.

IX. Circumciſio eſt Sacramentum à Deo patribus traditum, ad ſignificandam & exhibendam regenerationem, illam ritè ſuſcipientibus.

X. Pueri Iudeorum etiamſi ante octauū diem incircumciſi perijſſent, ſeruabantur: nec minus Chriſtianorū paruuli, ſi obeant ante baptiſmum.

Digitized by Google

PROBABILIA.

I. Iudæi qui hodie Chriſto reſiſtunt ſua infidelitate, ad fœdus Dei cum patribus initum non pertinent.

II. In Iudeis, quod attinet ad illorum genus ſecundum carnem, adhuc non ſunt impletæ diuinæ promiſsiones: ideo non prorſus aliena illorum natio eſt à fœdere Dei.

III. Quando Abrahamus ancillæ ſuæ commixtus eſt, ibi nec ipſe nec illius vxor peccauit.

IIII. Ancillæ, quas vxores ducebant quidam Patriarchæ, non propter illud coniugium eximebantur à ſeruitutis conditione.

PROPOSITA EX DECIMO OCTAVO ET *decimo nono capite libri Geneſeos.*

NECESSARIA.

I. Incuruatio corporis, quam honoris gratia Abrahamus exhibuit angelis, non eſt accuſanda, quod pertineat ad idololatriam.

II. Ex illorum angelorum numero, aut ſermonibus inter illos & Abrahamum, non colligitur neceſſariò in vna diuina natura tres eſſe perſonas.

III. Quamuis certa ſit peccatorum menſura, vltra quam Deus non differt vltionem: illam tamen minimè percipit naturalis noſtra noticia.

IIII. Regionibus & vrbibus interdum parcit Deus in gratiam electorum ſuorum: at non ſemper.

V. Non poteſt diuinæ iuſtitiæ lex præſcribi, vt definiamus, quod requirantur iuſti in aliquo loco, vt Deus illi parcat.

VI. Compenſatio delictorum non eſt approbanda, ita vt leuius peccatum quiſpiam admittat ne alius in grauius incidat, ſiue aliquo pacto male afficiatur.

VII. Mendacia quantumuis officioſa, euitari debent.

VIII. Miniſtris ſuis cõmunicat Deus idiomata quarundam ſuarũ actionum.

IX. Euerſio Sodomorum ſpecimen exhibet nobis extremi iudicij.

X. Infantes qui pericrũt in Sodomorũ euerſione, nõ iniuſtè oppreſsi ſunt.

PROBABILIA.

I. Qui excepti ſunt ab Abrahamo in conuiuio, & profecti ad Sodomam euertendam angeli fuerunt: non tres Hypoſtaſes, quas in ſancta trinitate colimus.

II. Spes eò magis in hominib' pijs augetur, quo pluribus diuina gratia dõnis ornantur.

3. Si cui

III. Si cui loco, vbi plurima vigent ſcelera, diutius à Deo parcatur, illum cogitare debemus ibi ſuos habere electos, quamuis occultos.

PROPOSITA EX DECIMO NONO & vigeſimo capite Geneſeos.

NECESSARIA.

I. Quæ non rectè fiebant à Patribus, non poſſumus hoc titulo excuſare, vt dicamus illa non fuiſſe peccata, quia Typi erant noui teſtamenti.

II. Ignorantia, à peccato non prorſus excuſat filias Lothi, quando ei commixtæ ſunt.

III. Non decet pium virum ex ebrietate conſolationem quærere, quandó aduerſis caſibus premitur.

IIII Ebrioſi debent excommunicari.

V. In vitio ebrietatis, alienatio mentis non eſt peccatum, ſed pœna conſequens immoderatam potationem, quæ reuera peccatum eſt.

VI. Somniorum obſeruatio non eſt à Deo generaliter interdicta, verum ſolummodo vana & ſuperſtitioſa.

VII. Somnia licet obſeruare quo à Deo per illa interdum homines erudiuntur, aut quo naturali connexione aliqua nobis indicant.

VIII. Prophetia quæ in ſacris literis probatur, eſt vis agnoſcendi arcana lumine diuino hominibus per afflatum Spiritus ſancti conceſſa, ſine humana doctrina adhibita.

IX. Non eſt connexio neceſſaria inter Prophetiam & fidem iuſtificantem.

X. Pietatis eſt proprium cuncta referre in diuinam cauſam.

PROBABILIA.

I. Mala quæ ab ebrijs committuntur, illis adſcribenda vel non adſcribenda ſunt, prout volentes aut imprudentes immoderatè biberunt.

II. Quia minus rationem opprimit cupiditas, quàm vinum, ideo magis excuſandi ſunt ebrij, ſi quid perperam agant, quam peccantes cupiditatis impulſu.

III. Primitiua Eccleſia habuit plures Prophetas, quàm modo habeat, quia ſigna exigebantur ad homines cogendos ad Chriſtum, & quia Chriſtiana doctrina nondum à pijs humano ſtudio haberi potuit.

IIII. Nos non habemus, quemadmodum antiqua Synagoga, perpetuos Prophetas, quia omnibus veteribus vnus ſucceſsit Chriſtus & eius Spiritus, qui Eccleſiæ ſuæ adeſt.

Digitized by Google

PROPOSITA EX VIGESIMO PRIMO Capite libri Geneſeos.

NECESSARIA.

I. Iuramentum eſt confirmatio voluntatis Dei, vel diuinarum rerum teſtimonium.

II. Iuramentum ex ſuo genere eſt bonum.

III. Chriſtiano homini licet iurare.

IIII. Iuramentum quamuis oriatur ex mala occaſione, eſt tamen ex bona cauſſa.

V. Iuramentum, quo ea confirmantur, quæ cum verbo Dei pugnant, eſt irritum.

VI. Ad periurium cauendum valet, non vti iuramento, niſi raro, & magnis de cauſis.

VII. Non eſt iurandum per nomina idolorum.

PROBABILIA.

I. Iurare per creaturas, non eſt omnino à Deo prohibitum.

II. Non excuſantur à periurio, qui fraudulentis & doloſis verbis agunt.

III. Licet Chriſtianis ſuſcipere iuramenta ab infidelibus, quamuis iurent per ſuorum idolorum nomina.

PROPOSITA EX VIGESIMO SECVNdo & Vigeſimo tertio capitibus Geneſeos.

NECESSARIA.

I. Tentatio eſt ignota rei exploratio, ad eius notitiam eliciendam.

II. Deum autorem eſſe tentationum, non eſt negandum.

III. Tentationum non ita ponendus eſt Deus autor, vt peccatorum culpa in eum reijciatur.

IIII. Sanctis licet deprecari tentationes.

V. Pij homines non timent tentationes, quibus à vita æterna excludantur.

VI. Plorare in funeribus non interdicitur.

VII Etſi mors nulli contingit, niſi volente Deo, tamen qui morte aliorum dolent, diuinæ voluntati non repugnant.

VIII. Cauendũ ne protractus vel auct⁹ luctus, fidei reſurrectionis aduerſetur.

IX. Vtrum

IX. Vtrum ſepulti an inhumati iaceant defuncti, quo ad eorum ſalutem, nihil refert.

X. Sepulchro ornari vel illo deſtitui, viuentiũ eſt vel ſolatiũ, vel triſtitia.

XI. Cura ſepeliendi, vt religioſum munus eſt retinenda.

XII. Reuelationi, qua præcipiuntur martyrum oſſa effodi ſepulchris, vt adorentur, non eſt credendum.

PROBABILIA.

I. Abſurdum eſt in templis cadauera ſepeliri.

II. Mortui ſancti ignorant ex ſeipſis, quid circa illorum cadauera aut ſepulchra fiat.

III. Locum ſepulchri ſibi deligere, pietati eſt conſentaneum.

PROPOSITA EX XXIIII. ET XXV. capitibus Geneſeos.

NECESSARIA.

I. Seruus Abrahami, qui ſignum ſibi conſtituit ad agnoſcendã vxorem Iſaaco à domino delectam, non tentauit Deum.

II. Qui experimentũ quęrit diuinæ virtutis, vt eius fides aut aliorũ magis confirmetur, aut ipſe magis, aut alij inſtruantur, is non tentat Deum.

III. Illi tentant Deum, qui ſine vera fide, ſed ex contemptu vt ſuæ curioſitati cupiditatiue ſatis fiat, ſigna quærunt.

IIII. Tentare Deum, eſt de eius potentia, bonitate, & fide, ſine cauſa experimentum quęrere.

V. Curioſitas eſt immoderata ſciendi cupiditas, qua vel non inquirendá inquirimus, aut quærenda non recta ratione indagamus.

VI. Mulieres, quæ interdum patriarcharum concubinæ dicuntur in ſacris literis, fuerunt eorum vxores.

VII. Ea quæ nobis ex prædeſtinatione debentur, vt aſſequamur, precari & laborare debemus.

VIII. Cum prædeſtinatio actionem Dei æternam ſignificet, nullam ei poſſumus extra Deum aſsignare cauſam efficientem.

IX. Concedimus Deũ pręddeſtinare illos, quos pręſciuit, bene vſuros donis ſuis: verùm negamus, illum bonum vſum donorum Dei, cauſam eſſe diuinæ prædeſtinationis.

X. Vocatio, bonus vſus donorum Dei, fides, cæteræq; virtutes & ſanctæ actiones piorum, cauſæ & principia prædeſtinationis eſſe poſſunt: verùm à poſteriori & ad cognoſcendum.

XI. Declaratio diuinæ bonitatis & iuſtitiæ finalis cauſa, ſed generalis diuinæ prædeſtinationis aſsignari poteſt.

PROBABILIA.

I. Patres ex ſua cognatione quærebant vxores, vt maior conformitas morum in matrimonio haberetur, firmiusque vigeret apud eos diuinus cultus, & cum infidelibus minus communionis eſſe oſtenderetur.

II. Steriles, quæ non peperiſſe deſcribuntur in veteri inſtrumento, declarant Dei donum eſſe fœcunditatem: & partui Virginis fidem faciunt: poſtremò filiorum Dei regenerationem adumbrant, ad quam ineptæ ſunt humanæ vires.

III. Non redduntur modo nobis oracula vt priſcæ ſynagogæ, quod oraculorum finis Chriſtus iam datus ſit, & copioſior per illum ſpiritus prouenerit: demumque plures & clariores ſcripturæ ſanctæ modo extent, quam Patres habuerint.

PROPOSITA EX XXV. ET XXVI. & XXVII. capitibus Geneſeos.

NECESSARIA.

I. Etſi Deus aliquid euenturũ eſſe hominib⁹ reuelat, nõ ideo eis licet contra diuinas leges, aut contra rectam rationẽ facere, quo illud eueniat.

II. Tametſi qui nobis benefaciũt mali ſint, eis nihilominus debemus grato animo & benefacere & bene cupere.

III. Quando in ſacris literis aliqua Patrum peccata narrantur, inde vitæ exemplum non debemus petere, verùm illic potius admirari Dei fidem.

IIII. Cum orbis fame premitur, ea non eſt dubitandum peccata puniri.

V. Deus poſteris interdum benefacit propter maiorum merita, qui iam obierunt.

VI. Quamuis inuidia ſit grauc peccatum: tamen affici νεμέσει & zelo, contingit quandoq; citra culpam.

VII. Vehementes animi perturbationes vitandæ ſunt, vt apta ſimus ſpiritus ſancti organa.

VIII. Actiones Patrum quas peccati ſpeciem habere videmus, ſi illos demus incitatos fuiſſe ad ea diuino ſpiritu peccatum ibi non habet locum.

IX. Ex proſperis & aduerſis quo ad externa, non poteſt certò iudicari, qui homines Deo ſint chariores.

X. Qamuis miniſter verbi & ſacramentorum eſt Dei inſtrumentum, non tamen ſuo arbitratu facit, vt illa proſint quibus voluerit, cum id ex Dei voluntate pendeat.

PROBABILIA.

I. Cum nobis ſacræ literæ diligenter exponunt quaſdam Patrum actiones, dum pueri eſſent, nobis declarant, conſueuiſſe Deum ſæpe hominibus indicare huiuſmodi præludijs, quę poſtea adultis euenrura ſint.

II. Peccata patrum allegorica ſignificatione ſępe nobis typos exhibent rerum ad ædificationem pertinentium.

III. Patres in veteri inſtrumento leguntur quandoq; liberis ſuis ſolenniter benedixiſſe ſub finem vitæ, vt præclara vaticinia & ſententiæ quas tunc in illis benedictionibus proferebant, attentius & perciperentur & retinerentur.

PROPOSITA EX XXVII. ET XXVIII. *Capit. libri Geneſeos.*

NECESSARIA.

I. Cum fœlicitas æterna obtinenda per Chriſtum minimè percipiatur humano ſenſu aut ratione: terrenorum bonorū nominibus commodè nobis deſcribitur in S. literis.

II. Chriſti fidelibus, quamuis ſub cruce, & in perſecutionibus modo viuunt, tribuitur à ſancta Scriptura ſumma copia bonorum temporalium, quo illis exprimitur vera fœlicitas, quam in præſentia, etſi non abſolutam, inchoatam tamen poſsident.

III. Fletus & dolor poſt admiſſum peccatum eſt inutilis, ſi à vera pœnitentia non proficiſcatur.

IIII. Deus in fines à ſe prædeſtinatos dirigit hominum opera illis quandoque imprudentibus: interdum verò conſilio rationeque ſua eis demonſtrata.

V. Qui curat pro ſua vocatione, vt indignus non promoueatur aut præficiatur alijs: is non odio ſed amore erga illum exiſtimandus eſt affici: ſiquidem inter alia ſtudet, ne ita promotus, dum male ſe gerit, grauiorem damnationem ſubeat.

VI. Imprudentibus & minus bonis, magis expedit ſeruire quam imperare: ideò eis, quo ad ſe tales exhibent, illam debemus optare conditionem.

VII. Mulieribus & ſi in Eccleſia loqui eſt interdictum, quia tamen nonnunquam ſunt prudentes, & gratia Dei illuſtratæ, priuatim ſunt audienda eorum conſilia: neque ita, quod à fœmina ſint, ſtatim contemni debent.

VIII. Declinare perſecutiones & fugere, ſi in loco & tempore fiat, laudabile eſt.

IX. Quamuis ad ferendam ſententiam de alicuius probitate & iuſtitia, non habemus certius indicium, quàm ex eius operibus: tamen argumentum neceſſarium non inde colligitur ad eam inferendam.

X. Chriſto tribuitur primò, vt ſit domus Dei: per illā verò Eccleſiæ, & cuique fideli.

XI. Figere aliquos titulos publicè in memoriam beneficiorum Dei, nec eſt ſuperſtitioſum, nec legi diuinæ aduerſatur.

XII. Illæ preces ſunt efficacißimæ, quibus ea petimus quæ ſcimus nobis à Deo eſſe promiſſa.

PROBABILIA.

I. Vtrumq; fieri potuit, & quod Iſaacus voluntarem Dei ſciuerit circa filios, antequam illis benediceret, atque eam ignorauerit.

II. Cum non ſit niſi vnus Chriſtus, non potuit dari Eſao eadem benedictio, quæ Iacobo.

III. Quod Rebecca minorem filium maiori prætulerit, excuſari poteſt, cum propter oraculum quod de eis audiuerat: tum quia curauit, vt populo Dei præficeretur melior, & minus idoneus remoueretur.

IIII. Conſuetudo vt tempore Apoſtolorum ordinandis miniſtris Eccleſiæ adhiberentur precationes & prophetiæ, videtur à veteribus patribus deſumpta: qui filijs benedicendis & illis bona precabantur, ac euentura prædicebant.

PROPOSITA EX VIGESIMO OCTAVO & Vigeſimo nono capite Geneſeos.

NECESSARIA.

I. Diuina prouidentia, quam ſacræ literæ Dei ſapientiam appellant, non modo futura præuidet, verùm creatis rebus proprios fines conſtituit, & eas in ipſos dirigit.

II. Nihil eſt adeo abiectum in rebus creatis, quod prouidentiam diuinam ſubterfugiat.

III. Si quid in orbe caſu aut fortuna fieri dicitur, hoc non ad diuinum, ſed ad noſtrum intellectum eſt referendum.

IIII. Votum in earum rerum genere ponitur, quæ ad cultum Dei pertinent.

V. Hominibus natura inſitum eſt, vt Deo vota nuncupent, ſi quando adnitantur ſerio quippiam impetrare.

VI. Votum eſt ſancta promiſsio, qua nos obligamus ad aliquid offerendum Deo.

VII. Ad bene vouendum neceſſaria eſt notitia earum rerum, quæ Deo offerri, vel ab ipſo peti debenr, vt vouendo non offeramus, niſi quæ Deo ſcimus eſſe grata, nec illa petamus, quæ diuinæ voluntati aduerſantur.

8. Quæ

VIII. Quæ ſint illa quæ Deo placeant, ad amuſsim diuinarum ſcripturarum debemus expendere, ſed ante legem latam Patribus licuit regula naturalis luminis ea examinare.

IX. Monaſtica vota, & quibus obſtringunt ſe homines ad peregrinandum, vt fit in Papiſmo, impia ſunt habenda.

X. Quando Iacob decimas voult; vtq; diuino cultui certum locum deputaret, ea obtulit Deo quæ illi grata eſſe per ſe notum erat.

XI. Quamuis vel ſine voto ea omnia facere tenemur, quæ Deo ſcimus eſſe grata, tamen aliquid vouere, non eſt ſuperuacaneum.

XII. Voti obligatio non aduerſatur veræ libertati.

XIII. Vbi incerti ſumus de aliqua re, vtrum Deo placeat, aut inde videmus periculum nobis imminere, temperandum eſt à voto, quo nos obſtringamus ad offerendum illam Deo.

XIIII. Qui aliquid vouere ſtatuunt, ante omnia id curare debent, vt ipſi Deo placeant.

XV. Deus quo ad matrimonium, vt multos propinquitatis gradus interdixit, ita iniri voluit inter illos, qui non admodum eſſent diſpares genere, quo charitas eſſet amplior, & conformitas maior.

XVI. Cùm in matrimonio conſenſus requirantur coniugum, ſicui vna pro alia ſupponatur, etſi carnalis coniunctio ſequitur, ibi ratum non eſt matrimonium.

PROPOSITA EX XXIX. XXX. XXXI. Capitibus Geneſeos.

NECESSARIA.

I. Iacob non eſt accuſandus quòd plures habuerit vxores, tùm ratione temporis, tùm quia ipſe vnam tantùm petijt, cæteras verò duxit aliorum impulſu.

II. Quamuis liberi, diuitiæ ac honores ſint benedictiones Dei, non tamen qui iſtis carent ſunt pronunciandi ſimpliciter maledicti.

III. Vt ſollicitudo eſt euitanda comparandarum diuitiarū liberis noſtris, ita amplectendus eſt labor & ſtudium parandi illis neceſſaria, quo non cogantur mendicare.

IIII. Induſtria & obſeruatio, qua à naturalibus rebus noſtra commoda elicimus, non faciunt, quo minus illa diuinæ bonitati aſſcribi debeant.

V. Induſtria Iacobi, qua oues & capras propoſitis virgis in canalibus concipere curauit, miraculum adiunctum habuit.

VI. Cum ſanitas ęgrotis reddenda, ſit in manu Dei, & pharmaca ſint inſtrumenta, quibus ipſe vtitur ad eam reparandam, ideo non ſunt negligenda, neq; illis eſt nimium tribuendum.

VII. Non debemus ab aliquo furtim ſubtrahere, quod ab eo nobis debetur, ne magiſtratus publicam poteſtatem violemus.

VIII. Vera fides non patitur, vt ſyncero Dei cultui alienum & ſuperſtitioſum admiſceamus.

IX. Vt religio repurgetur ab idolis & ſuperſtitionibus non eſt priuatorum hominum vi agere, verùm ad hoc legitima ſunt inſtrumenta, ſacræ conciones, & pia colloquia adhibenda.

X. Magiſtratus eſt curare, vt in ſua ditione habeatur doctrina ſana: deinde armis & vi prohibere debet, ne quid in ea fiat, quod legitimo Dei cultui repugnet.

XI. Præceptum Domini de fuga in perſequutione, non eſt reuocatum, neque fuit, vt nonnulli aſſerunt temporarium.

XII. Non eſt fugiendum in perſecutione, vt infirmitati & timori indulgeamus, verùm quo diuinæ gloriæ magis inſeruiatur.

XIII. Paſtores Eccleſiæ, quando ſine illis ouium Chriſti ſpiritualis vita nec parari, nec retiueri. *

PROBABILIA.

I. Polygamia eſt euitanda, quia & multa affert incommoda & leges ciuiles, quæ receptæ ſunt, & honeſtas, illam prohibent.

II. Qui donum à Deo non habet continendi, matrimonium detrectare non debet paupertatis prætextu.

III. Ex vi imaginariæ facultatis, quæ corpus immutat, & fœtum corpori adiunctum, concludere poſſumus, magnam fidei vim, quæ totum immutet hominem, dum Chriſtum efficaciter apprehenderit.

PROPOSITA EX XXXI. XXXII. XXXIII. XXXIIII. Capitibus Geneſeos.

NECESSARIA.

I. Habuit Eccleſia ante Chriſti aduentum δυνάμεις, id eſt, ſpiritus facultatem puniendi impios.

II. Cauendum eſt ab irritandis ſanctis hominibus, nam ſæpe numero audiuntur, quum aliquibus malè precantur.

III. Conuenit his qui præſunt populo Dei, vt de obiectis criminibus ſe purgent, ſuam innocentiam teſtatam velint.

IIII. Tametſi Scriptura commemorat plura angelorum nomina, tamen illorum naturam, proprietates & differentias parum nos docuit.

V. Ex eo, quod Chriſtus omnes angelos gloria excedit, noſq; ſecum ad dexteram Dei ſedere fecit, non infertur neceſſariò, ſanctos futuros eſſe Angelis præſtantiores.

6. Timor

VI. Timor pijs hominibus ideo prodeſt, quòd illis ſtimulus eſt ad Deum inuocandum, & cautè agendum.

VII. Quando hominibus Deus vel Angeli ſe offerunt ſub aliqua ſpecie corporaliũ rerum, non mentiuntur, cùm illis vtantur ad eos inſtituendos.

VIII. Lucta Iacobi cum Angelo eum admonuit de viribus à Deo ſibi collatis: ita vt vinci non poſſit, neq; repelli à conſequendis promiſsis.

IX. Nominum varietas, qua Deus & Angeli in Scripturis nominantur, deriuata eſt ex actionum diuerſitate, quæ illis tribuitur.

X. Peccati pœna eſt, quod hominis aſpectus Dei præſentiam ferre non valet.

XI. Qui matrimonia init cũ infidelibus, neglectæ religionis habetur reus.

XII. Nullus populus verè eſt vnus, qui in ſeipſo de religione diſſentit.

PROBABILIA.

I. Vtrum per ſomnium aut vigilando luctatus ſit Iacobus cum Angelo, nil poſſumus ex Scriptura conuincere.

II. Deum videre à facie ad faciem, non ſemper ſignificat in S. literis, Dei naturam & eſſentiam perſpicuè intueri.

III. Neruus ab Angelo percuſſus in lucta Iacobi, portendebat eum non ſine carnis moleſtia ſuperaturum eſſe aduerſa, quæ illi imminebant.

IIII. Nos etiam luctamur cum Deo & vincimus, quando tentationes illatas ſuperamus.

PROPOSITA EX XXXIIII. XXXV. ATque XXXVI. capite Geneſeos.

NECESSARIA.

I. Non licet priuatis hominibus aduerſus Tyrannos excitare ſeditiones, aut priuata authoritate illos occidere.

II. Quando Tyrannus poteſtati ſublimiori ſubiacet, apud illam priuatis licet iure agere contra eum: verum ſi habeat ſummum imperium, Deo committenda eſt vltio.

III. Iudices qui ſurgebant in Iſrael, & populum Dei à Tyrannis vindicabant, id non priuata authoritate: verum diuino inſtinctu fecerunt.

IIII. Cum Tyrannide aliqui premuntur, illam cogitare debent eſſe manum Dei, quemadmodum famem, peſtilentiam, grandinem, fulmina, & alia id generis.

V. Ad ſacrum cœtũ conuenientes maiori diligentia animi noſtri ſunt repurgandi, quàm ſi in alio quopiam loco eſſemus Deum precaturi.

Digitized by Google

VI. Neceſsitas moriendi non facit, vt mortem dolere non debeamus.

VII. Morte non debemus conſolari hoc nomine, quòd ſimpliciter ſit bona, cum potius econtrà, in malis ſit habenda.

VIII. Neq; rurſus hoc argumento quòd corpus malum ſit, aut eius coniunctio cum animo: quandoquidem iſta ſimpliciter ſunt bona.

IX. Conſolationem mortis veram adfert ſpes reſurrectionis: nam per eam corpus animo reſtituitur ſublata omni eius corruptione, & vitijs quibus animum afficit.

X. Conſolamur & hac de cauſa, quòd mors à Chriſto ſit victa, nec in præſentia habeat amplius rationem mortis: datur enim ab ea reditus ad vitam.

XI. Mortis habetur conſolatio, quòd pijs liceat ea bene vti.

XII. Mortem minus dolemus, quando cogitamus eam eſſe pijs abſolutam carnis mortificationem, & peccandi finem, demumq; per eam tranſitum nobis patere ad vitam æternam.

XIII. Quamuis ex multis argumentis fideles conſolationem mortis deducere poſſunt: non tamen eam quærere debent, vt nullo pacto doleant, cùm Deus eam voluerit eſſe pœnam.

XIIII. Genealogiæ quæ traduntur in ſacris literis, faciunt ad hiſtoriæ noticiam, atq; ut deprehendamus veras fuiſſe promiſsiones Dei.

XV. De genealogijs multùm contendere, aut eas curioſius tractare, non facit ad ædificationem.

PROPOSITA EX XXXVII. ET XXXVIII. capite Geneſeos.

NECESSARIA.

I. Non eſt filiorum Dei, vt hanc vitam ſine moleſtijs agere ſibi proponant.

II. Cuiusnam criminis Ioſephus accuſauerit fratres, cum ſancta ſcriptura non exprimat, nos temere non debemus affirmare.

III. In Republ. bene inſtituta debent inhiberi prauorum hominum accuſationes.

IIII. Cum fraterna correctio & accuſatio mundo carniq; ſit odioſa, idcirco eſt maiori ſtudio in Eccleſia retinenda.

V. Præditi ſpiritu prophetico ſuo arbitrio arcana non intelligunt, ſed pro vt Deo placuerit illis reuelare, & inde in ſuis negotijs plura interdum ignoraſſe deprehenduntur.

VI. Quando ſacra ſcriptura inferiorum meminit, ſtatum mortuorum quo ad vtranq; hominis partem, ſignificat.

7. Qui

VII. Qui de Lymbo, & alijs manſionibus inferorum loquuntur, dum plures deſcribunt, incerta afferunt.

VIII. Dum aliqui fœdi lapſus patrum in ſacris literis commemorantur, id pijs non officit, ſed multis modis prodeſt.

1. Primò, Dei fidem hinc admiramur, qui propter illa peccata ſuam promiſsionem ab illis non abſtulit.

Lapſus patrum.

2. Deinde videmus quantumuis ſanctos peccato fuiſſe obnoxios.

3. Admonemur prætereà, vt quod in alijs damnamus, ipſi caueamus.

4. Et ſcripturæ diuinæ conciliatur authoritas, quæ tam fideliter crimina prodat eorum, quos laudandos aſſumit.

5. Poſtremò, Deum admiramur, qui ex illis malis, bona elicuerit.

IX. Ante legem quædam ceremoniæ fuerunt in vſu, quæ poſtea fuerunt per legem confirmatæ.

X. Iudas malè Thamaræ præcepit, vt expectaret Selæ adultam ætatem, cùm nemini iniungi debeat matrimonij dilatio.

XI. Lapſus patrum qui nobis in Scripturis proponuntur, etſi allegoricôs myſteria quædam continent, non tamen ideo ſunt vel laudandi, vel imitandi.

XII. Mulier honeſta non debet ita mutare habitū, vt meretrix videri poſsit.

XIII. Quamuis fortè exiſtimarit Thamara (vt quidam Hæbræorum interpretum aſſerunt) ſe poſſe virum habere ſocerum ſuum, non propterea excuſanda eſt eius ſimulatio, qua ſe meretricem fecit.

XIIII. Chriſtiano magiſtratui non licet in ſua ditione ferre lupanaria.

PROBABILIA.

I. Studium hominibus natura inſitum, vt crimina occultent quæ admiſerint, debet eis eſſe frenum, vt ſibi ab illis temperent.

II. Lege qua tenebatur quis mortui ſemen excitare, neq; pater tenebatur, neq; illi qui Leuitici decimo octauo cap. perhibentur inter ſe coniugia inire præter fratres.

III. Chriſtus in ſua ſtirpe quoſdam maiores habere voluit grauium criminum reos, quo demonſtraret, ſe peccatores, faſtidio non habiturum, modò ad illum fide accedant.

PROPOSITA EX XXXIX. ET XL. capitibus Geneſeos.

NECESSARIA.

I. Pulchritudo corporis cum ſit donum Dei, ſtimulos adfert ad pietatem & virtutes, ſed hominum vitio eſt res periculoſa.

II. Cum morum honeſtas periclitetur propter formam bonam, ideo cauendum ne nimio cultu corporis conquiratur.

III. Inſomnia diuinitꝰ immiſſa conceduntur quibusq; infidelibus, quo pij inde illuſtrentur.

IIII. Prophetiæ & interpretationis ſomniorum quæ diuinitus immittuntur, Deus tantummodo faciendus eſt author.

V. Chriſtianæ ſpei aduerſatur, plus æquo tribuere naturalibus cauſis.

VI. Sperantibus in Deum licet vti temporalibus auxilijs, modò illa habeāt vt diuinæ virtutis organa.

VII. Quū premuntur homines aduerſis, id propter peccata fieri credendum eſt: non tamen ideo licet inde inferre temerè, illa eis accidere priuatim ob hoc vel illud peccatum.

VIII. Diē celebrare natalē conuiuiū agitando, quo Deo agantur gratię de beneficio creationis, non eſt à pietate alienū, modò id fiat cum modeſtia.

IX. Vſus honeſtarū voluptatum eſt, vt ſemper habeant pietatē adiunctam.

X. Quibus annis datur vbertas, magiſtratus eſt ex pręſenti copia ſubuenire ſterilitati, quæ ſuccedenti tempori euenire poſſet.

XI. In magiſtratibus creandis, & pietas & induſtria ciuilis ſpectanda eſt.

XII. Vltio etſi prohibetur priuatis hominibꝰ, magiſtratui tamen pręcipitur.

XIII. Vim vi cuique repellere licet.

XIIII. Vt magiſtratui præcipitur vltio de criminibus ſumenda, ita reis iubetur, vt pœnas inflictas ſibi propter admiſſa ſcelera patienter ferant.

XV. Quum principes aut eximias creaturas debita veneratione adoramus, obſeruandum eſt, ne quid ab eis petamus, de quo non ſimus certi ex verbo Dei, quod à creatura peti liceat.

XVI. Confeſsiones peccatorum probamus, non tantum Deo factas, verum etiam hominibus.

XVII. Enumeratio ſingulorum peccatorum, impiū eſt vt prædicetur neceſſaria ad ſalutem.

PROPOSITA EX XLII. XLIII. XLIIII. XLV. & XLVI. Capitibus Geneſeos.

NECESSARIA.

I. Contritio ſine pœnitentia, non eſt cum fructu remiſsionis peccatorū, niſi fide innitatur.

II. Si ex dignitate & merito contritionis conſequeremur peccatorum remiſsionem, de ea ſemper eſſemus dubij.

III. De reliquis ſanctis operibus idē ſentimus, quod promiſsiones aſſequuntur, prout illis ſcriptura ſancta attribuit, non ex ſua dignitate aut merito, ſed prout à fide excitatur.

IIII. Furtum ſi morte puniatur, reus non poteſt iuſtè conqueri, quòd patiatur vltra meritum.

5. Fur-

V. Furtũ, quorũdã patrũ iudicio ante legẽ latã, iudicatũ eſt morte dignũ.

VI. Si pius rhetor, ꝓ innocẽtiũ defenſione orãdo, affect⁹ moueat, nõ peccat.

VII. Affectuum bonus eſt vſus, qui eos ut incitamenta ad virtutes dirigit.

VIII. Eccleſia non eſt affixa certis ſedibus aut ſucceſsionib⁹ epiſcoporum, vt papiſtæ aſſerunt.

IX. In his quę ad ſubſtantiã fidei nõ pertinent. Apoſtoli in nouo teſtamento interdũ ſequuntur Septuaginta interpretationem, & ſi à veritate Hebraica diſcrepet.

X. Magiſtratus in ſua Rep. proſpicere debent, ne ocioſi tolerentur.

XI. Ad laborem & opus manuum, quamuis de eo pręceptũ habemus in S. literis expreſſum, miniſtri verbi cũ multũ habeant quod agant in ſuo munere non ſunt aſtringendi, quod idem dicim⁹ & de his qui ad ſactũ miniſterium ſe parant.

XII. Miniſtri verbi ſi tam copioſum habeant Spiritum Dei, vt non ſolum valeãt ſuo miniſterio eſſe pares, ſed & illis vacet, vt ſuo labore vel ſe alant, vel alios adiuuent, laborare tenentur.

XIII. Quando miniſtri labores manuum ſuſcipiunt, vitent turpe lucrum & artificia caueant, quæ à miniſterio ſacro abſtrahere poſsint.

XIIII. Qui laborant id cauere debent, ne lucrum primò & per ſe ſpectent, ſed obedientiam diuini præcepti.

XV. In labore manuum non ita collocanda eſt fiducia, vt putemus Deum (ſi ab illo impediamur) nos eſſe deſerturum.

XVI. Qui laborando victum ſibi acquirunt, & hoc donum Dei eſſe intelligant, vt ſuis laboribus frui poſsint.

PROPOSITA EX PRIMO CAPITE libri Exodi. Anno XLV.

NECESSARIA.

I. Quamuis Deus per homines multa nobis præſtat beneficia, tamen illi, non hominibus, debemus fidere.

II. Ex eo quòd ingratos videmus homines in ſuos benefactores, non debemus deſiſtere à beneficijs impendendis.

III. Qui aduerſus hominẽ benefactorem ingratè ſe gerit, eadem actione in Deum eſt ingratus.

IIII. Licet peccarint Aegyptij premendo Iſraelitas grauiſsima ſeruitute, tamen Iſraelitarum peccata id merebantur.

V. Dura ſeruitus, qua Aegyptij filios Iſrael vexabant, fuit Dei inſtrumentũ, quo illos reuocaret ad pœnitentiam.

VI. Eſt per ſe notum ex lege naturæ, Deo parendum potius, quàm iniuſtis edictis principum.

VII. Timor Dei in ſacris literis ea eſt religio,vt quæ pũtantur voluntati Dei aduerſare, à nobis quoq; refugiantur.

VIII. Lex naturę & quęuis alia,modo iuſta ſit,eſt explicatio diuinę volũtatis,

IX. Non licet prætextu ſalutis Reipub. innocentes occidere.

PROBABILIA.

I. Obſtetrices, de quibus modò agitur, & Aegyptiæ & Hebræę eſſe potuerunt.

II. Obſtetrices non ſolum lege naturæ prohibitæ ſunt à facinore illis per legem iniunɗo, ſed etiam à lege lata per Deum ad Noah & filios eius contra homicidium.

III. Mendacium obſtetricum, quamuis defenditur à multis, quòd fuit officioſum, tamen quia ibi ſuppreſſa eſt confeſsio timoris domini, non poteſt omnino excuſari.

IIII. Quòd ædificarit Deus domos obſtetricibus,ſic videtur intelligendum, quòd poſteritatem & familiam dederit eis firmam & amplam.

PROPOSITA EX SECVNDO Capite Exodi

NECESSARIA.

I. Pulchritudo quam in Moſe viderunt parentes eius, non fuit perfeɗa cauſſa, vt illum ſeruarint: occaſio nihilominus extitit, qua admoniti ſunt de fide promiſsis Dei adhibenda.

II. Si Chriſtiano homini facultas detur diſcendarum bonarum artium, non debet eas aſpernari prætextu religionis.

III. Eleɗis Dei & hoſtes inſeruiunt ad ſalutem, quamuis aliud agentes, vnde illis non debent iraſci more Ethnicorum.

IIII. Magis expetendum eſt populo Dei ſe adiungere,licet affliɗo, quàm apud Reges in precio eſſe,qui obſtinato animo Chriſtum perſequuntur.

V. Non eſt de populo Dei ſtatuendum ex affluentia externorum bonorum, ſed tantum ex promiſsionibus & verbo Dei.

VI. Aulam deſerere, & in ea viuere, natura ſua pro rebus indifferentibus habentur: atq; in ſanɗa ſcriptura ex vtraq; parte habẽtur exempla ſanɗorum virorum.

VII. Quicunq; à Deo agitur ſingulari præcepto ad aliquid agendum contra communẽ regulam,oportet vt bene confirmatus ſit, Deũ ita velle.

VIII. Non fuit populus Dei abſq; prophetis in Aegyptiaca ſeruitute.

IX. Veræ inuocationi Dei coniunɗa eſt pœnitentia.

X. In quocunq; eſt ſpiritus Chriſti,is ad preces eum potiſsimum excitat.

XI. Quando patres inuocabant Deum per pactum initum cum Abrahamo,Iſaaco,& Iacobo, per Ieſum Chriſtum illum inuocabant, & vieiſſim cum Deus dicit ſe exaudire illos propter huiuſmodi pactum, propter Chriſtum ſe air illos audire.

PROBABILIA.

I. Fides qua moti ſunt parentes Moſis ad eum ſeruandum, potuit eſſe cum circa promiſsionem factam antiquitus patribus, rum etiam priuatim illis ipſis.

II. Moſes interficiendo Aegyptium hominem nō peccauit,ſed paruit ſuggeſtioni Spiritus ſancti.

III. Socer Moſis,quamuis vulgo habeatur ſacerdos, tamen fieri potuit, vt princeps extiterit in Madian.

IIII. Populus Dei liberandus à calamitate Aegyptiaca ad Deum clamauit, non ſolum naturali dolore commotus, ſed pœnitentia excitatus.

PROPOSITA EX III. CApite Libri Exodi.

NECESSARIA.

I. Seceſſus ad tempus,quo ſe quis parat ad ſuam vocationem obeundam, non eſt improbandus,itemq; ſi fiat ad perſequutionem declinandam.

II. Is damnatur ſeceſſus, qui proficiſcitur ex odio hominum,aut commodi cupiditate,quiq; habetur pro cultu Dei adiecto.

III. Deus non ſolum requirit, vt reuerentiam ſibi exhibeamus, verū vt etiam illam declaremus externis ſymbolis.

IIII. Deus cum natura ſua non percipiatur ſenſu:tamē humano captui condeſcendit, & hominibus cognoſcendum ſe exhibet ſenſibili verbo,corporalibus formis, atq; ſacramentis.

V. Quamuis cuilibet certum eſſe debet Deum ſpiritum eſſe, tamen de eo cogitare ſub figuris,& formis traditis in ſacris literis,non eſt inutile.

VI. Cum Deus in ſancta ſcriptura eſſe dicatur Abrahami, Iſaaci, Iacobi qui obierunt,inde mortuorum reſurrectio infertur.

VII. Quòd Iudæi nolūt proferre nomē Dei Tetragrammatō,eſt ſuperſtitio.

VIII. Vis diuini nominis non ex eius prolatione aut recitatione eſt ſolummodo æſtimanda.

IX. Deus iubendo Iſraelitas,vt aurum,argentum, veſtes, & vaſa peterent ab Aegyptijs, non eis præcepit furtum, licet Deus videatur interdum aliquid præcipere contra ſecundam tabulam, tamen reuera contra eam non præcipit.

X. Auri,argenti,gemmarum & ſerici atque huiuſmodi poteſt eſſe bonus vſus.

PROBABILIA.

I. Quando (vt ſæpe fit) in veteri teſtamento nomen angeli coniungitur nomini Dei,ſecunda perſona Trinitatis id eſt Filius innuitur.

II. Nomen Dei, Ero qui ero, indicat Deum à nobis eſſe cogitandum, quo ſuas promiſsiones non patietur irritas.

III. In nomine Dei Ero qui ero, æternitas naturæ eius deſignatur.

IIII. Nomen Dei Ero qui ero, demonſtrat Deum pro ſuis diuerſis actionibus variè nominandum.

V. Nomen Dei Ero qui ero, idem eſt cum nomine Tetragrammato.

VI. Hæbrei non mutuò, ſed liberè, & dono petierunt ab Aegyptijs aurum argentum, veſtes &c.

PROPOSITA EX IIII. CApite Libri Exodi.

NECESSARIA.

I. Miracula teſtimonia ſunt doctrinæ, & promiſsionum Dei: non tamen ea ſunt, vt ſine delectu fidem adhibere oporteat.

II. Deus non dat ſingulis quibuſq; miniſtris ſuis,omnia ſpiritus dona,quo Eccleſiæ membra magis inter ſe coniungantur.

III. Officia domeſtica, & ciuilia Deo probantur, neq; intermitti debent prætextu diuinæ vocationis, modò eum ea non pugnent.

IIII. Non eſt neceſſarium ſubeunti ſacram functionem,vt vxorem dimittat.

V. Vocatio Dei eſt declaratio diuinæ voluntatis, quo ad genus vitæ, aut peculiarem functionem, ad quam deſtinati ſumus.

VI. Fit vocatio, quandoq; ab ipſomet Deo,abſq; vllo medio,interdum verò per illos qui præditi ſunt ordinaria poteſtate.

VII. Vocantur nonnulli quandoq; per extraordinariam poteſtatem.

VIII. Natura aliquãdo eſt medium, ſiue inſtrumentum diuinæ vocationis.

IX. In qualibet vocatione id requiritur, vt Dei vocantis notitia vocatus bene inſtruatur.

X. Ad bene exequendam vocationem Dei, oportet vt qui vocatur de ea ſit certus.

XI. Vocationes diuinæ, adiunctas habent promiſsiones, & dona.

XII. Cum Dei vocatione pugnat, tam ſe arroganter obtrudere, quàm pertinaciter reſiſtere.

13. Mul-

XIII. Multa videntur per ſe parum decere, quæ tamen facienda ſunt, ſi reſpiciatur vocatio.

XIIII. Qui ſuſcipere negligunt Sacramenta, grauiſsimis periculis, etiam corporalibus, ſe exponunt.

XV. Quando in ſactis literis Deus placari ſcribitur ſacrificijs, id non intelligendum eſt merito operis, ſed vi adiunctæ fidei.

PROPOSITA EX V. VI. VII. VIII. Capite Exodi.

NECESSARIA.

I. Duplex eſt genus notitiæ diuinæ, quædam communis eſt, & naturalis appellatur quæ etiam impijs tribuitur, alia eſt plena & efficax ad quam ſequitur obedientia diuinæ legis, demumq; vita æterna eſtq; duntaxat electorum.

II. In rebus aduerſis cogitandum eſt homines & diabolum poſſe eſſe illarum miniſtros & inſtrumenta, verum à Deo, vti potiſsima cauſa, immitti, vnde precibus ad illum eſt confugiendum.

III. Commoueri contra Deum ob impiorum fœlicitatem & ſanctorum oppreſsionem eſſet quidem peccatum, verum eiuſmodi affectum coram Deo exprimere vt ſancti fecerunt in ſcripturis, & vtile & iuſtum eſt.

IIII. Quamuis pij & impij dicta de cauſa commoueantur in iudicia Dei, inter eos attamen eſt diſcrimen, tùm quale inter incontinentem & intemperatum, tum quòd iſti reſipiſcunt, illi verò obſtinatè perſeuerant in vitio.

V. Fœdus eſt conuentio aliquorum inter ſe, qua eorum quilibet recipit ſe aliquid daturum, & vicisſim ab alijs ipſe quippiam requirit.

VI. Miracula per ſe non faciunt firmum argumentum doctrinæ niſi ipſa verbo Dei conſentiant.

VII. Miracula Deus quandoq; vult fieri ab aduerſarijs religionis, vt pij eo genere tentationis probentur, impij verò magis, ob id excæcati dent pœnas ſuæ impietatis.

VIII. Miracula quæ ediderunt Magi Pharaonis non fuerunt plena & perfecta cauſa incredulitatis eius.

IX. Pœnitentia eſt triplex, prima perfecta & integra quæ Deo placet, altera temporaria cui Deus aliquid tribuit, tertia hypocritica quam Deus execratur.

1. Nomen

PROBABILIA.

I. Nomen שדי ſi refert omnipotentem,maximè ſpectari debet in promiſſionibus Dei.requiritur enim vt illum puremus poſſe præſtare quæ promittit, at nomen יהוה cum Deus promiſſa exhibet (ab eſſentia enim deriuatur) & Deus tum actu & re ipſa facit vt ſint quę pollicitus eſt.

II. Si nomen שדי ſignificet per ſe ſufficiens, antiquis patribus maximè vſui fuit cum opes & diuitias à Deo ſint adepti. Nomen vero יהוה cum primum Deus miracula cœpit ædere exeritur. Nam eo demonſtratur in Deo ſitam eſſe & naturam & eſſentiam rerum quam pro arbitrio poſsit inuertere.

III. Magi Pharaonis quando dixerunt digitus Dei eſt, minimè veram confeſsionem Deo dederunt.

IIII. Quare Magi Pharaonis potius defecerũt in tertio ſigno quam in alijs, non habemus quam poſsimus aſsignare firmam & certam rationem.

PROPOSITA EX VIII. IX. X. XI. Capite Exodi.

NECESSARIA.

I. Qui creaturis diuinum cultum exhibent, non ideo excuſantur, quòd Deum, aut Dei proprietates dicant ſe in illis colere.

II. Quamuis idololatræ fingunt ſe verum Deum in creaturis colere, non ei, verùm dæmonibus cultum exhibent.

III. Inter præcepta Dei eſt bene diſtinguendum,vt videamus quę nam ſint generalia, quæuè temporaria, aut certis quibuſdã perſonis mandata.

IIII. Scriptura cum aſſerit Deum induraſſe cor Pharaonis, ipſumq; Pharaonem ſibi ipſi cor induraſſe, non dicit pugnantia.

V. Deum corda quorundam indurare, & nihilominus ad illos ſuum verbum mittere, non pugnant inter ſe.

VI. Grandines,tempeſtates, morbi, & aliæ calamitates huius generis, etſi cauſis naturalibus quandoq; fiunt,ſunt nihilominus vltiones peccatorum, inſtituunturque ad homines admonendos & prouocandos ad pœnitentiam.

VII. Non poteſt dictarum calamitatum adſignari extremus finis,corruptio & deuaſtatio bonarum rerum, cum finis habeat rationem boni.

VIII. Fides quantumuis infirma non debet contemni, cum Deus illi multum tribuat.

IX. Fide non ſolum ipſi ſeruamur,verùm & res ad nos pertinentes, quæ viciſsim noſtra infidelitate pereunt.

X. Hyperbolæ & tropi quibus vtitur ſancta ſcriptura, non faciunt in ea orationes mendaces.

XI. Quamuis in veteribus cæremonijs multa ſæpe commendentur facientia ad illa tempora, & illam politiam, tamen ibi primùm proponebatur Chriſtus & redemptio per illum exhibenda.

XII. Ad hoc vt ſacramenta auguſtè tractentur, requiritur non vnius aut alterius, verùm compluriumi fratrum conuentus.

XIII. Hiſtoriæ ſacræ & prophanæ quamuis habeant multos conſimiles caſus, attamen hoc differunt, quòd in ſacris verbo Dei res geruntur, cuius in prophanis non habetur expreſſa mentio, & nihilominus quæ ibi narrantur, agnoſcimus eſſe ingentia opera Dei.

PROPOSITA EX XIIII. ET XV. Capite Exodi.

NECESSARIA.

I. Laudes Dei celebrare cantibus, non ſolum eſt licitum, ſed in eccleſia debet retineri.

II. Muſica vim habet excitandi fidelium hominum affectus ad pietatem. *Muſica.*

III. Non ſolum humana voce debemus gratias Deo agere, & eius laudes canere: ſed etiam muſica inſtrumenta licet adhibere.

II. Caueri debet, vt verba cantionum eccleſiaſticarum ſint ſacræ literæ, aut ex eis decerpta, vtq; à plebe intelligantur.

V. Curandum præterea, ne modi huiuſmodi cantionum ſint laſciui.

VI. Stipendia quæ dantur cantoribus In eccleſia, non debet ſubduci à miniſtris verbi, & à diaconis. *Cãtores.*

VII. In cantoribus eccleſiaſticis dum apta vox quæritur, videndum eſt, ne vitæ eorum cenſura negligatur.

VIII. Talis habenda eſt in eccleſia Muſica, quæ preces & animi attentionem non impediat, ſed promoueat, quantum fieri poteſt.

IX. Saltatio, vt choreas ducere, per ſe non eſt res illicita. *Saltatio.*

X. Saltationibus vti, vt modo ſit, vbi viri mulieres ducunt, & non ſuas, alienum eſt à Chriſtiana pietate.

XI. Saltationes quæ in ſacris literis commemorantur, fuerunt mulierum ſeorſim, & virorum ſeorſim.

XII. Actiones iudicantur iuſtæ vel iniuſtæ, non ſolum ex natura ſua, verũ & ex accidentibus, quæ illas plærunq; conſequuntur.

PROBABILIA.

I. Filij Iſrael cum Mare rubrum tranſmiſerunt, non peruenerunt vſq; ad alterum eius littus, quod erat è regione eius latitudinis.

II. Figuram ſemicirculi iter per mare tenuerunt.

III. Littus deſerti Elim vnde receſſerunt,idem fuit cum eo, ad quod appulerunt,quamuis locus littoris non fuerit idem.

PROPOSITA EX XVI. CAPIte libri Exodi.

NECESSARIA.

I. Deus non deſerit illos,qui parent ſuę vocationi, imo alit pro eorũ neceſsitate.

II. Bona ſemper alia à Deo petenda ſunt, non quidem vt merces principalis,ſed vt neceſſaria auxilia,pro noſtra vocatione exequenda.

III. Cum in oratione dominica, panis quotidianus poſtulatur, bona temporalia petuntur.

IIII. Quamuis pręceperit Deus Mann dietim colligi,non tamẽ ob id prohibentur in horreis,aut penu, conſeruare annuos prouentus ad neceſſarios vitæ vſus,modo caueatur, ſollicitudo auara, iactura proximorum, & infidelitas.

V. Illi incidunt in ſollicitudinem de craſtino prohibitam, qui ſuam relinquunt vocationem, aut minus diligenter ipſam obeunt, vt cenſum ſibi ipſis acquirant,vel vt adipiſcantur lautiorem fortunam.

VI. Quod Mann ſeruatum in craſtinum computruerit, & ſcatuerit vermibus,factum eſt miraculo.

VII. Infirmum argumentum eſt quorundam papiſtarum,id circo Euchariſtiam ſeruandã eſſe in templis,eo quod populo Iſrael præceptum fuerit,vt Mann conſeruaret ad perpetuum monimentum.

VIII. Miraculum exhibiti Mann, propterea quod multa alia miracula complectebatur, fuit etiam diuturnius cæteris omnibus.

IX. Impium dogma eſt aſſerere, quod ex merito & vi recitationis aliquotũ verborum,etiamſi deſumpta fuerint ex ſacris literis,homines aſſequantur à Deo certa quæpiam beneficia.

X. Idem fuit ſacramentum,quo ad ſubſtantiam Mann apud veteres,quod in nouo teſtamento eſt Euchariſtia.

XI. Cum Chriſtus dicit in Ioanne, Manducantes carnem ſuam non morituros,imò habituros vitam,intelligit de vera & ſpirituali manducatione,quæ nunquam fructu ſuo caret.

XII. Et cum vicisſim ait,mortuos eſſe patres, qui Mann in deſerto manducarunt,hoc refert ad illos,qui indignè ſumebant eiuſmodi cibum.

XIII. Inter patres qui in deſerto mann comederunt nõnulli,qui ſpiritualiter ac digne manducarunt,neq; mortui ſunt æternùm.

XIIII. Mann quod fuit externus cibus, non potuit vitam æternam dare, ſed quod Chriſtum coniunctum habuit.

XV. Cauendũ eſt,ne tribuamus elementis,aut ſymbolis, à Chriſto ſeorſim conſideratis, ea quę ipſi Chriſto conueniũt,verũ cum accipiũtur,ſimul iuncta, & Chriſtus & ſymbolũ, ibi communicantur idiomata.

PROBA.

PROBABILIA.

I. Quando iubetur populus, per Moſen & Aaron, accedere ad dominum, ego non intelligo, ad nubem, verum ad cœtum ſacrum.

II. Coturnices, ideo dantur ad veſperam, quoniam interdiu, mare tranſmittũt, & hora veſpertina, conſueuerunt littus attingere, & mandatur hotis matutinis, quando deſcendebant cum rore.

III. Cum haberent filij Iſrael armenta & greges, carnes cupiuerunt, vel quia animalia eorum tantæ multitudini non ſuiſſent ſatis, vel quoniam delicatas & non vulgares carnes deſiderarunt.

IIII. Man ſanctę ſcripturæ accedit ad mãn Arabum medicorum, non autem ad illud quod Galenus, & græci medici Mann appellant.

V. Cum deus ſingulo cuiq; certam menſuram colligẽdi Mann deſcripſit, oſtendit in politijs non debere eſſe magnam victus inæqualitatem.

PROPOSITA EX XVII. ET XVIII. Capite Exodi.

NECESSARIA.

I. Bella gerere non eſt interdictum Chriſtianis, modo iuſta de cauſa ſuſcipiantur & ab his, qui ius gladij habent.

II. Magiſtratus eſt publica poteſtas à Deo inſtituta, vt Bonis adiumento ſit, & malos vlciſcatur, pœnas ac præmia diſtribuendo, prout leges conſtituunt.

III. Bella non ſunt ob id gerenda, vt parta victoria ciues ocientur, aut delitijs incumbant, verum ad augendam, inſtaurandamq; religionem, ac ciuilem diſciplinam.

IIII. In bellis gerendis quamuis Deo maximè fidendũ eſt, non ſunt attamen contemnenda media & rationes facultati militari conſentaneæ.

V. Qui in caſtris pro ſalute populi militant, etſi ab vniuerſa plebe iuuãdi ſint precibus, attamẽ id eis pręſtari ſingulariter decet à miniſtris Eccleſię, quorũ vocationis partes ſunt, non armis pugnare, ſed precibus.

VI. Licet ſeceſſus accommodatus habeatur precibus, non tamẽ eius prætextu ſacer cœtus Eccleſiæ eſt omittendus ſunt enim efficaciſsima vota, quæ à pluribus coniunctis proficiſcuntur.

VII. Cũ Deus pręcipit, vt parta victoria ſcribatur, eadẽ opera mandat vt legatur, quemadmodum vbi pręcipit Euangelium prædicari, iubet vt audiatur.

VIII. Signa reuerentiæ, vt eſt aperire caput, corpus incuruare, & huiuſmodi licet non ſolum exhibere Deo, ſed iis etiam hominibus, qui publica authoritate, ſanctimonia, doctrina, aut præclaris Dei donis pollent, ſeruata nihilominus diuerſitate rationis, inter diuinos & humanos honores.

IX. Non eſt firma connexio,Iſta ſigna reuerentiæ licet exhibere præclaris hominibus, ergo & ſtatuis & defunctis Diuis.

X. Qui contendunt in iudicio,ita animo ſe comparare debent,vt voluntatem Dei inquirant à iudicibus, deprompram à legibus, eiq; auditæ velint acquieſcere.

XI. Iudices viciſsim,cum ſint miniſtri legum, ita ſe gerant,quaſi de voluntate Dei ſint reſponſuri, non autem iuxta proprios affectus.

XII. Non ſemper maiores in Eccleſia & Repub. meliora vident,quo fit,vt in cauſis difficilioribus & minores conſuli deberent.

XIII. Quę vtilia & ſalutaria traduntur ab Ethnicis authoribus Chriſtiani homines minimè debent negligere, cum ſint à Spiritu ſancto.

XIIII. Non eſt vtile Reipublicę aut Eccleſiæ, vt vnus per ſe ipſum omnia velit obire munera.

PROBABILIA.

I. Amalec primus occurrit hoſtis Iſrael, quia fuit ex poſteritate Eſau,& timuit ne benedictionem primogenituræ ſibi vendicarent Iſraelitæ.

II. In monte voluit orare Moſes eleuatis manibus cum virga,vt eſſet conſpicuus certanti populo, eſſetq; loco vexilli,quo conſpecto repeterent memoria, quot & quanta beneficia per ipſum hactenus,& miniſterio eius virgæ obtinuiſſent, atq; ita firmior illorum fides redderetur.

III. Manus eleuatæ ſymbolum erant contentarum precum.

IIII. Conuenit precibus eleuatio manuum, quaſi corpus eò rapiatur,ideſt, in cœlum,quò contendit animus.Indicaturq; externo ſigno,nos è cœlo petere auxilium à patre noſtro.

PROPOSITA EX XVIII. ET XIX. Capite Exodi.

NECESSARIA.

I. Non eſt vtile in Republica,vt vnus omnino præſit, ſed expedit, vt plures eam adminiſtrent.

II. Regna & magiſtratus vt à Deo ſunt conſtituti, ita ab illo ſic ſeruantur, vt ab impijs qui eos inuadunt & gerunt, non adeo confundi & vitiari poſsint,quo nil boni ſuperſit in eis.

III. Hæc eſt firma connexio, Deus dedit leges, igitur vult eſſe magiſtratus.

IIII. Debemus à litibus abſtinere quantum licet, nihilominus haud interdictum nobis eſt quin iure quandoq, experiamur.

V. Nullus plus debet, quod ad ſe attinet, iudicium Eccleſiaſticum refugere, ſi illud conſequi poteſt.

6. Eſt o-

VI. Eſt oportuna incitatio ad legem ſuſcipiendam,& illi parendum,ſtatuere, Deum ita prouidentia ſua res humanas regere, vt beneficiat ſibi obſequentibus, & inobedientes malè tractet.

VII. Promiſsiones quæ habentur in ſacris literis, primò in Chriſto locum habent, deinde per illum in ſanctos deriuantur.

VIII. Deus cum ſit infinitus, omnia occupat, & nihilominus venire aut deſcendere aliquò dicitur,cum noua quadam ratione ibi ſe declarat.

IX. Sanctitas primò Deo conuenit,deinde omnibus ad eius cultũ depuratis.

X. In eo ſita eſt ſanctitas creaturarum, vt à prophano vſu remoueantur & ſacro deputentur.

XI. Baptiſmata fuerunt ante legem, in lege, & ſub Euangelio,& omnia quo ad eorum ſubſtantiam eandem vim habuerunt.

XII. Non eſt verum ceremonias antiquorum fuiſſe tantum externa exercitia, in quibus non eſſet remiſsio peccatorum.

XIII. Curioſitas idcirco plurimum fidei obſtat,quia fides eſt rerum non apparentium.

XIIII. Cum Deus requirit vt Iſraelitæ ſibi temperent ab vxoribus vſq; in diem tertium,non propterea damnat matrimonij congreſſum, ita vt in eo ſit peccatum ſi quis legitimè vtatur.

PROBABILIA.

I. Præſtaret in Repub. vt quilibet ciues haberent ſuos decanos, centuriones & alios huiuſmodi præpoſitos,quibus peculiariter curæ eſſent.

II. Credere Deo & in Deum, perinde ſignificant.

III. Ablutio veſtium, fuit ſymbolum adeptæ iuſtitiæ & vitæ innouatæ.

PROPOSITA EX XIX. Capite Exodi.

NECESSARIA.

I. Deus à populo Hebræorum dicitur conſpectus in monte Sina,per idiomatum communicationem, cum illi nil ſenſerint præter externa ſymbola, quibus fuit inuolutus.

II. Bona opera in ſacris literis propriè & verè interdum nobis, quandoq; Deo adtribuuntur.

III. Liberum arbitrium quod αὐτεξούσιον græcè dicitur eſt voluntatis facultas, qua expetimus aut repudiamus aliquid pro rationis iudicio.

IIII. Quæ manifeſtè & euidenter ſunt bona, voluntati oblata neceſſariò eliguntur.

Digitized by Google

V. Bona quæ ſunt vtcunq; incerta & euidentia fugiuntur & expetuntur, prout rem illam cognouit.

VI. Libertati arbitrij neceſsitas ꝓprie nõ opponitur,ſed violẽtia & coactio.

VII. Homo non regeneratus vera & ſolida bona, quæ Deo placeant non poteſt eligere.

VIII. Quo ad morales & ciuiles actiones cõplura bona poſſunt eligere nõ renati: quãuis illa nunquã ferme abſq; errore vel eligunt vel exequũtur.

IX. Qui renati ſunt in Chriſto habent reſtitutum liberum arbitrium: quo ad vtrumq; bonorum genus.

X. In regeneratis executio deliberatarum actionum non eſt expedita & plene inſtaurata.

XI. Non renati quo ad vera bona etſi illa non poſſunt expetere, haud tamen dicendi ſunt circa ea non libere agere.

XII. Libertas arbitrij non impeditur: etſi dicantur filij Dei Spiritu eius agi: aut ex eo quod in filijs inobedientiæ Diabolus efficaciter operatur.

PROBABILIA.

I. Cum lex promulganda eſſet, admodum terrifica ſigna præceſſerunt: vt eius increpatiõe monſtrarentur hominum animi conſternandi: & Dei promulgatoris Maieſtas indicaretur.

II. Fulgura tonitrua, terræmotus & tubæ ſonus in monte Sina angelorum opera edebantur.

III. Signa quæ præceſſerunt Euangelium lenia & mitia fuerunt: vt conſolatio notaretur: quæ per illud mortalibus erat prouentura.

IIII. Quæ in promulgatione legis geſta ſunt: conferri debent cum ſolenni Spiritus ſancti miſsione ſuper Apoſtolos: nam vtroq; loco Deus rex populi ſui eſt publicè inauguratus.

V. Deus legem tulit extra terram promiſsionis in deſerto: vt ingreſsi regna Chanaan Iſraelitæ abhorrerent à gentium legibus: iam diuinis aliquandiu aſuefacti.

PROPOSITA EX XX. CAPIte libri Exodi.

NECESSARIA.

I. Deus non poteſt definiri,ſed loco eius definitionis vtimur notionibus, tam ex ſacris literis quam ex creaturis elicitis.

II. Cum Deus proponat ſe nobis cognoſcendum ſub aliquibus certis notionibus, nulla eſt ea præſtantior, qua illum apprehendimus Patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti,per quem nos redemerit & ſeruarit.

III. Subſtãtia primi præcepti eſt, vt verũ Deũ pro domino habeam⁹ ex qua ſtatim cõſequitur,illi deberi fidẽ ſpẽ,dilectionẽ,timorẽ & obedientiã.

4 In pri-

IIII. In primo præcepto non ſolum contemplari debemus ipſum mandatũ, ſed adiunctam Euangelij promiſsionem.

V. Quamuis non interdicatur pijs, omnis vſus imaginum, mendaces tamen & ſcandaloſę quę adhibentur ad repręſentandum Deum non ſunt ferendæ, neq; item obſcenæ.

VI. Iſta non pugnant inter ſe, Filium nõ portare iniquitatẽ patris, & Deum uiſitare peccata in tertiam & quartam generationem.

VII. Ob ſanctitatem maiorum Deus benefacit poſteris.

VIII. Quicquid inſtituitur pro cultu Dei contra illius verbum, pertinet ad idololatriam quam non male pronunciauit Tertullianus eſſe omnem cultum aut ſeruitutem exhibitum cuiuis idolo.

IX. Ad idololatriam non requiruntur ſemper externa ſimulachra.

X. Omnes Hęretici merito accenſentur Idololatris.

XI. In qualibet Idololatria Diabolus colitur.

XII. Artifices qui ſigna elaborant, quę deſtinanda ſciunt in vſum idololatrię grauiſsime peccant.

XIII. In tertio pręcepto non modo periurium & uana iuramenta prohibentur, ſed omne genus contemptus diuini nominis.

XIIII. In Rep. bene conſtituta, crimẽ blaſphemię in deũ capitale eſſe oportuit.

XV. In tertio præcepto non ſolum mandatur ne polluatur nomen Dei, ſed econtra requiritur vt ſanctificetur.

XVI. Quemadmodum licet fidelibus iuramentis vti, loco & tempore: ita illis non ſemper interdictæ ſunt execrationes.

XVII. A magiſtratu curari debet, vt inuiolata ſint iuramenta, cum ob honorem nominis Dei, tum propterea quod vincula ſint humanę ſocietatis.

PROBABILIA.

I. Imagines in templis non eſſent collocandæ.

II. Quod ex imitatione homines voluptatem capiant, inde eſt, quod facti ſunt ad imaginem Dei.

III. Prophanorũ authorũ profeſſores in primitiua eccleſia antequã Euangelium eſſet publice receptum, docebant cum magno periculo auditorum: hodie non item.

PROPOSITA EX XIX. Capite Exodi.

NECESSARIA.

I. Quicquid iuſticiæ in humanis legibus reperitur, aut Ethnicis ſcriptoribus, aut Decalogo continetur.

II. Omnes iuſtæ & iniuſtæ actiones ad decalogũ reduci poſſunt: quemadmodũ omnia quę ſunt, ad prima decẽ genera quę κατηγορίαι appellãtur.

III. In Decalogo traduntur paucis ea quæ ſunt craſsiſsima: nam principia & breuia eſſe debent, & euidentia.

IIII. Omnia quæ in Decalogo mandantur, naturæ lumini probè cõſentiunt.

V. Intelligitur Decalogus ab omnibus ratione præditis, quo ad illa quæ prima fronte in eo proponuntur: ſed quæ habet in receſſu, non ſunt percepta, niſi his qui Spiritu Dei illuſtrantur.

Cor *Lingua* *Opus.*

VI. In vtraq; tabula tria genera actionum tractantur, cordis nimirum, linguæ & operis.

VII. Quædam præcepta Decalogi non fuerunt tum primum à Deo iuſſa, quando in monte Syna tulit legem, ſed longè anteà: in lege autem repetuntur & inculcantur ad maiorem expreſsionem.

VIII. Mandati Sabbathi duæ traduntur cauſæ, quarum vna eſt totius præcepti, altera verò partis.

IX. Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, &c. ac proximum tuum ſicut teipſum, quamuis expreſsè non habeantur in vllo decem præceptorum, ſunt tamen forma & modus omnium.

X. Etſi qui proximum diligit legem impleuit, non tamen tot mandata Decalogi ſuperfluunt.

PROBABILIA.

I. In prima tabula quatuor præcepta collocamus. Primũ vt qui eſt verus Deus, is vnus pro Deo habeatur. Secundũ, vt nulli alij Dij, aut vllę imagines ſimul cum eo colantur. Tertium nomen ipſius habeatur ſanctum. Quartum cuſtodiatur Sabbathum. In altera verò tabula ſex traduntur præcepta, parentes venerèris. nè occidas. ne mecheris. ne furetis. ne teſteris falſa. nè concupiſcas.

II. Poſtremum præceptum in quo de concupiſcentia agitur, in vnum eſt comprehendendum non deducendum in duo.

III. Duo genera cupiditatis in eo tantummodo recenſentur, quòd illa craſſiora ſunt ac magis occurrant.

IIII. Primum mandatum & poſtremũ pulchra ratione ſib correſpondent, vtrumq; enim de ſpiritualibus animi motibus præcipit: nam primum bonos requirit, in poſtremo autem praui interdicuntur.

V. Qui in vno offendit, reus efficitur omnium: quia non minus coniuncta ſunt Dei mandata, quàm virtutes philoſophorum.

PROPOSITA EX XX. CAPIte libri Exodi.

NECESSARIA.

I. Legi Dei pugnantia videntur tribui in ſacris literis prout, vel per ſe vel per accidens accipitur, aut quo vel integra conſideratur & tota, ſiue mutila

mutila ſiue manca, quando per ſe & tota ſumitur, id eſt, non abſq; Chriſto & fide, tum dicitur ſpiritualis, viuifica & ſalutaris: contrà verò ſi per accidens & non integra accipiatur, id eſt abſq; fide & Chriſto, damnationem, mortem, iram Dei & huiuſmodi mala dicitur adferre.

II. Opera legis non debent negari prorſus cauſas eſſe noſtræ iuſtitiæ & ſalutis: at illud eſt negandum, quòd iſtorum bonorum præcipuæ ſint & integræ cauſæ: miſericordia autem Dei, ſumma ac veriſsima cauſa eſt noſtræ iuſtificationis.

III. Opera legis, imò & fides ipſa, quando accipitur per ſe, id eſt ſeorſim à Chriſto & miſericordia Dei, prout à nobis proficiſcuntur, ſemper habent coniunctum peccatum, imò ſunt peccata.

IIII. Si legem abſq; Chriſto accipiamus, ibi videbimus præcipi nobis impoſſibilia & irritamenta malarum affectionum.

V. Cum Deus legi coniunxerit Euangelium, oportet vt illam ſuſcipiamus, quomodo eſt nobis lata ab ipſo, ita vt alterū ab altero non diuellamus.

VI. Quamuis lex à nullo mortalium in hac vita plenè ſeruari poſsit, haud tamen legales promiſsiones vanæ ſunt habendæ.

VII. Opera legis iuſtitiam declarant à poſteriori, id eſt argumentatione per effectum cauſam inferente: & ex frequenti illorum vſu iuſtitiam adipiſcimur, qua natura inſtauratur & perficitur, non tamen ea per ſe iuſtificamur coram Deo.

VIII. Etſi opera legis dicantur iuſtificare per aliud, id eſt, per fidē annexam: non tamē per accidens, quia connexio fidei cū bonis operib⁹ eſt per ſe.

IX. Leges ciuiles & morales veteris populi ſunt abrogatæ non quo ad ſubſtantiam, ſed quo ad modum obſeruationis ſiue circumſtantias: moralis autem pars in ſuo robore ſimpliciter manet, ſecundum quid attamen poteſt dici abrogata, quia non damnat fideles, deinde quia non eſt illis moleſta cum ad ipſam voluntarij ſint & vltronei.

X. Quilibet fidelis hui⁹ liberatiōis à lege particeps eſt ꝓ fidei ſuę portione.

XI. Apud fideles is eſt vſus legis, vt eam infidelibus prædicent, deinde vt illæ ſe ipſos etiam ad pœnitentiam excitent, ad bona opera inſtaurent & ad meliorem vitam.

XII. Lex Dei tres requirit in noſtris actionib⁹ perfectiones. Primū vt quod externè agimus honeſtum ſit: alterum vt id volentes & vltrò faciamus: Poſtremum vt bono & ſpirituali motu totum id referamus in Deum.

XIII. Arbitrio legis Dei, non iudicio noſtro conſtituendum eſt de honeſto & turpi, ſiue rectitudine & prauitate noſtrarum actionum.

PROBABILIA.

I. Factores legis apud Deum habentur, qui Chriſto credentes in obedientia eius mandatorum ſe ſtudioſè exercent.

II. In illa ſententia Danielis, Eleemoſynis redimes peccata tua, intelligit per peccata ſupplicium & pœnam quæ peccatis debetur.

III. Qui ſuo iudicio, non autem ex verbo & lege Dei volunt ſtatuere de rectitudine & prauitate humanarum actionum, illi comedunt fructū arboris ſcientiæ boni & mali, primis parentibus interdictum.

PROPOSITA EX XX. CApite Exodi.

NECESSARIA.

Sabbathū ſanctifices.

I. Sabbathi præceptum eſt partim morale, partim cæremoniale, vnde in eo aliquid continetur æternum, & aliquid temporarium.

II. Non errauit Chriſtiana Eccleſia cum loco ſabbathi ſtatuit obſeruandū diem Dominicum, cuius in ſacris literis mentio habetur, quamuis de eius obſeruatione ibi præceptum non extet.

III. Magiſtratus debet adigere peregrinos, tametſi diuerſæ religionis ſint, ne quid externè contra ciuitatis religionem faciant.

IIII. Ea opera die ſabbathi non interdicebantur, quæ citra ſalutis iacturam nec differri, nec anticipari poterant.

V. Opera Charitatis quæ neceſſario tenemur impendere proximo, ſunt præferenda ſacris cęremonijs.

VI. Præcepta Dei ordinem inter ſe habent, ideo cum duo concurrerint in eodem opere, quę ſimul compleri non poſsint, priori eſt incumbēdum, poſteriori quidem non neglecto ſed in aliud tempus dilato.

VII. Ea opera feſtis diebus facienda ſunt, quæ ex verbo Dei conſtat ad diuinum cultum pertinere.

VIII. Cæremonijs à verbo Dei nobis traditis, licet eccleſiæ tempus, modum locum, & aliquam excircumſtantijs addere cum ad ornamentum, tum ad fidelium ædificationem: cui tamen minime permittitur earum mutare ſubſtantiam, vt Papiſtæ fecerunt in ſua miſſa, quæ iam ſalua conſcientia fieri non poteſt.

Honora parentes.

IX. Monachi qui filios ſubducunt parentibus, ac monachos faciunt, grauius peccant atq; ſcribæ & Phariſæi, quos Chriſtus arguebat, quod præceptum de honorandis parentibus transgrederentur.

X. In promiſsionibus temporalium rerum implicat Deus ſpirituales promiſsiones.

XI. Res temporales, etſi videntur interdum viles, attamen in promiſsionibus diuinis continentur, quo doceamur Dei prouidentiā ad omnia ſe extendere, vtq; ſciamus bona quātumuis minima à Deo petēda eſſe.

PROBABILIA.

I. In voce parentum comprehenduntur præceptores, magiſtratus & miniſtri Eccleſiæ, quia antiquitus dum pauci eſſent homines, patres familiàs hæc omnia obibant munera.

2. In de-

II. In decalogo non præcipitur expreſsè parentibus de officio erga filios, quia habent ad illud natura vehementiores στοργὰς, quàm liberi erga parentes.

III. Præceptum de parentibus obſeruandis, primum eſt in promiſsione, vt inquit Paulus,(nimirum particulari)nam quę in ſecundo præcepto habetur, eſt generalis.

PROPOSITA EX XX. CApite libri Exodi.

NECESSARIA.

Nõ occidas. I. Quando pręcipit Deus non eſſe occidendũ,Chriſti teſtimonio & iram prohibet,quod non de qualibet eſt intelligendum, verum de ea tantum,quæ pugnat cum charitate.

II. Vltio non pertinet ad priuatos cum ſit opus magiſtratus.

III. Qui præceptum non vlciſcendi dicunt eſſe conſilium,& ad ſalutẽ non neceſſarium,grauiter errant.

IIII. Cuiq; licet aduerſus priuatos vim vi repellere, modo non fiat ex odio aut appetitu vindictæ, & ſolum quãdo extrema vrget neceſsitas,In qua non poſsimus vti opera legitimorum defenſorum.

V. Dolendæ ſunt vices eorum qui extremo ſupplicio afficiuntur: ſed noſtris defenſionibus vel aliorum intercesſionibus non debet impediri exequutio iuſtę ſententię contra eos.

VI. Non licet homini ſibi ipſi manus adferre. Vnde Petilianus iure damnatur,quòd Martyres prędicauerit eos,qui cũ in grauia ſcelera eſſent prolapſi,pœnitentię prætextu ſe ipſos occidebant.

VII. Neq; illi ſunt audiendi,qui id concedunt,cum periclitatur caſtitas.

VIII. Samſonis mors nõ excuſat eos,qui ſibi ipſis ſua volũtate manꝰ adſerũt.

Non Mœcheris. IX. In præcepto quo adulterium prohibetur, econtra matrimonium commendatur, quod eſt legitima coniunctio maris & fœminæ in eandem carnem,ex inſtituto Dei,ad procreationem liberorum & ſanctam educationem,atq; vt deuitetur fornicatio.

X. Vſus legitimus matrimonij non eſt, vt multi ſentiunt,peccatũ veniale.

XI. Qui matrimonium dicunt non eſſe bonum, niſi ex collatione ad ſcortationem & adulteria,non bene ſentiunt.

XII. Violatur matrimonium quando coniugibus in eandem carnem legitimè coniunctis admiſcetur aliena caro, non modo craſſo & externo opere, ſed corde,verbis, nutibus & alijs impuris actionibus.

XIII. Violatur etiam matrimonium diuortio,abſq; legitimis cauſis admiſſo.

XIIII. Non eſt in facultate coniugum,vt alter alteri permittat ſui corporis facere copiam alijs,extra matrimonium.

XV. In Repub. bene conſtituta crimen adulterij deberet eſſe capitale.

XVI. Chriſtus ſeueritatẽ iſtam diuinæ legis non remiſit ex eo, quo non condemnauit mulierem illam adulteram.

PROPOSITA EX XX. CAPITE libri Exodi.

NECESSARIA.

Ne fureris. I. Ex præcepto, Ne fureris, nõ potuerunt Iſraelitæ furti coargui, quod Aegyptum expoliarint: cum ad rationem furti pertineat, aliena vſurpare inuito Domino, at ipſi non aliena ſed ſua exportarunt, nimirum ſibi à Deo collata.

II. Ex iſto præcepto conſtabiliuntur priuatæ poſſeſsiones rerum, ita vt nõ ſit inducenda communitas omniũ facultatum quo ad poſſeſsionem, ſed tantùm quo ad communicationem vſus & fructuum.

III. Mercatoria commercia ſi iuſtè inſtituantur, non ſunt damnanda, imò haberi debent vt vincula humanæ ſocietatis.

IIII. Qui vectigalia defraudant, rei ſunt furti: ſed principes nõ minus, quando illa exigunt grauiora, quàm par ſit: vt quando ſubditis illa non pręſtant, quorum gratia dantur.

V. Qui facultatibus, Deo, id eſt, eccleſiæ conſecratis defraudant miniſtros, ſtudioſos iuuenes, & pauperes, tenentur furti, & iſti viciſsim quando illis vtuntur, & re non præſtant ea ad quæ ſunt inſtituti.

VI. Non omnis vſura huic mandato aduerſatur, ſed illa quę tantum cum oppreſsione & iactura proximi contra leges & æquitatem lucrum adfert.

VII. Hoc præcepto mandantur Eleemoſynæ, quæ ita ſunt moderandæ vt in populo Dei quædam ſit rerum æqualitas, non quidem Geometrica, ſed Arithmetica.

Ne falſũ teſtimonium dicas. VIII. Falſum teſtimonium quod prohibetur, non ſolum aſtrigendum eſt ad forenſes actiones, verum interdicitur etiã omnis ſignificatio qua proximus noſter læditur, ita vt cohibeantur animus, lingua & actiones ad id facientes.

IX. Ex præcepto hoc infertur, vt quoad fieri poteſt, proximum noſtrum & commendemus, & ornemus ad gloriam Dei.

X. In mendacio quod officioſum vocant, & ſi loquimur aliter atq; ſentiamus rem habere, non tamẽ ſecus quam charitas & recta ratio loquendum eſſe iudicet.

Ne concupiſcas. XI. Poſtremo præcepto quo dicitur, Ne concupiſcas, declaratur vt præſtet diuina lex ciuilibus legibus, & morali philoſophiæ.

XII. Ex primo & vltimo pręceptis oſtenditur lex eſſe ſpiritualis. nam ibi de omnibus animi motibus præcipitur, ac inde plenus elicitur ſenſus omnium aliorum mandatorum.

13. Primi

XV. Primum & poſtremum mandatum, cum obſeruentur à nemine, illis valent homines facilè ſe deprehendere peccatores.

PROPOSITA DE SACRARIO EX CApite XXVI. & ſequentibus libri Exodi.

NECESSARIA.

I. Quanquam vbique habendi eſſent populo ſacri cœtus, vtile tamen fuit vnicum habere ſacrarium, vbi ſolenniter ſacra fierent, & oracula reciperentur.

II. Vt conueniat & nunc certis quibuſdam cæremonijs diſcrimen facere inter loca ſacra: impiè tamen illud diſcrimen inter templa noſtra fit, quòd homines ſe opem Dei in alijs citius quàm in alijs impetraturos arbitrantur.

III. Nec illud piè fit, cuiquam populo, loci cauſa præcipuas negare cęremonias: aut etiam vllum templum habere ſanctius, ob ſecundarias cæremonias: vt quædam Epiſcopis olim propter authoritatem maiorem illis conciliandam peculiariter committebantur.

IIII. Ornamenta & imagines in ſacrario tametſi non viderentur, populo tamen ſeruiebant ad inſtaurandam pietatem.

V. Nouo populo, quæ in ſacris locis audiat & percipiat, non quæ ſpectet tantum, ordinata ſunt.

VI. Salubriter olim arcebantur interiore ſacrario, & eo quod ibi fiebat, ſacerdotes: exteriore & ijs quæ in eo gerebantur, populus.

VII. Nunc nemo ex populo Dei, niſi impiè, vllo loco, vbi ſacræ cęremoniæ habentur, aut vllis ſacris actionibus, quæ in Eccleſia Dei geruntur, excludi poteſt.

VIII. Sacrariora ſymbola diuinæ beneuolentiæ, vt area fœderis, propiciatorium, ſacri panes, lucerna, ſacrique ſuffitus à conſpectu populi veteris, vtiliter abſcondebantur. Nouo conuenit exhiberi, monſtrarique omnia ſacra ſymbola clariſsimè.

PROBABILIA.

I. Per ſanctum ſacrarium, maieſtas ſacerdotij Chriſti: per ſancta, dignitas ſacri miniſterij repræſentata eſt.

II. Quia veteri populo precioſè atque variè ornatum Sacrarium conſtitutum eſt, putare, conſentaneum eſſe, vt & nobis templa magnificè ædificentur atque ornentur, irreligioſa coniectatio eſt.

III. Imagines veræ decentesque rerum, quarum recordatio ſalutaris ſit, Sanctis ſancto vſui eſſe poſſunt, ſed non in templis: ſiquidem illa à nobis habeantur, vt decet Chriſtianos.

IIII. Vt D. Ambroſius piè imperatorem cancellis presbyterorum excedere iuſſit: ita pietati citius incommodat quàm commodet, clericis locum in Eccleſia ita conſecrare, vt non ſit fas alijs eodem loco conſiſtere.

PROPOSITA EX PRIMO CApite Leuitici.

NECESSARIA.

I. Sacrificium eſt cæremonia, qua Deo aliquid offertur ex eius præſcripto, ad remiſſionem peccatorum obtinendam, non modo ciuilem, ſed veram per fidem Ieſu Chriſti, ibi repræſentati & exhibiti.

II. Fides diuerſis promiſſionibus Dei accommodatur, ſed quæ iuſtificat, Chriſtum ipſum reſpicit.

III. Cum in epiſtola ad Hebræos vel alibi in ſacris literis dicitur, veteres cæremonias non contuliſſe remiſſionem peccatorum, idem intelligendum, vi operis, aut ſemota fide Chriſti.

IIII. Moſes de morte Chriſti nullibi eſt apertius locutus, quàm in legibus ſacrificiorum.

V. Mortificatio carnis eſt ſacrificium, vbi quiſpiam ſe ipſum offert Deo.

VI. Sacramentorum ſymbola Deus voluit res eſſe paratu faciles.

VII. Quia Chriſti participatio habebatur edendo, quæ in ſacrificijs oblata fuerant, idcirco fuerunt apta humano eſui, quemadmodum cœnæ Dominicæ ſymbola.

VIII. In oblatione victimæ, offerens peccatum ſuum fatebatur, & agnoſcebat ſe reum mortis, quo mactabatur hoſtia.

IX. Peccata remittebantur in ſacrificijs, non quo ad forenſe iudicium, ſed quo ad Deum.

X. In ſacrifi-

X. In ſacrificijs præterea quo Chriſtus repræſentabatur, & exhibebatur, inſtituebatur quoq; populus de præcipuis virtutibus.

XI. Sacrificium quidem pauperum leuius erat ſacrificio diuitum, quo ad impenſas, non tamen quo ad dignitatem.

XII. Quamuis Chriſtus vna oblatione conſummauit noſtram ſalutem, adhuc tamen ſuperſunt nobis multiplicia & varia ſacrificia in nouo Teſtamento.

PROBABILIA.

I. Impoſitio manuum, quę miniſtris Eccleſiæ in nouo Teſtamento exhibetur, poſſet videri emanaſſe ab impoſitione manuum ſuper victimas niſi inueniremus eius mentionem in veteri Teſtamento ante latas leges de ſacrificijs.

II. Odor quietis cuius eſt frequens mentio in ſacrificijs ſignificat ibi ac quieuiſſe Dei voluntatem, vt in re ad eius arbitrium geſta, quodq; ira qua fuerat irritatus in offerentes, ibi ſedaretur.

III. Sacrificiorum idcirco multa fuerunt genera, quòd Chriſtus non bene potuerit vno exprimi.

IIII. Veteres cum ſcirent per ſacrificia ſe Deo reconciliari, & tamen intelligerent pecora quę mactabantur non præſtare natura illis, pro quibus offerebantur, concludebant neceſſariò, ſacrificiorum dignitatem aliunde pendere vnde confugientes ad promiſsiones de Meſsia, ibi illum agnoſcebant, ſibi proponi.

V. In hircis & hœdis qui immolabantur, Chriſtus exprimi poterat propter formam perfecti, quam aſſumpſit.

PROPOSITA EX II. III. ET IIII. Capitibus Leuitici.

NECESSARIA.

I. Sacrificia offerentibus excitabant memoriam promiſsionum Dei.

II. Cum Deus repudiat fermentum, ne ſibi incendatur: damnat prauam doctrinam & corruptos mores.

III. Mel & fermentum non repelluntur à Deo, ne ſibi incendantur, quòd ſint malæ res natura ſua: imò ſanctificari poſſunt verbo Dei & precibus: vt reliquæ creaturæ & ideo inter decimas & primitias offerri poterant.

IIII. Symbola Thuris, olei & ſalis tranſtuliſſe ad ceremonias noui Teſtamenti (vt papiſtæ fecerunt) fuit ſuperſtitioſum.

V. In ſacrificio pacificorum exercebatur ſancta communio inter fideles: nam Chriſtus ibi non ſolum proponebatur credendus, ſed percipiebatur.

VI. Quamuis Cœna dominica per ſe non ſit ſacrificium, attamen non habetur abſque ſacrificio.

VII. Sacrificiorum dignitas non attendebatur ex præſtantia rerum oblatarum, ſed ex acceptatione Dei & fide offerentium.

VIII. Adipis & ſanguinis vſus non prohibebatur quaſi natura ſua animum pollueret; ſed ob certas quaſdam ſignificationes.

IX. In ceremonijs, quarum ignoratur ratio, id ſæpe à Deo ſpectabatur: vt Hebræi diſcederent à ritibus Idololatrarum.

X. Peccatum eſt defectus non ſolum in actionibus ſed in natura humana: quo legi Dei Homines aduerſantur, atque incurrunt eius iram: & æternam damnationem, niſi fide Chriſti iuuentur.

XI. Quòd peccatorum quædam commiſsionis dicantur: & quædam ōmiſſionis: inde oritur: quòd præcepta quædam tulit Deus affirmantia, & quædam negantia.

XII. Ignoratio quæ peccatum verè excuſat non eſt affectata, & verſatur potiſsimum in circumſtantijs actionum.

XIII. In oblationibus ſacrificiorum etſi remittebantur peccata per fidem Chriſti, non tamen propterea tollebantur ciuiles pœnæ, aut forenſes actiones.

PROBABILIA.

I. Quod in ſacrificio Minha nulla pars thuris ceſsit offerenti, vel ſacerdoti: ſed totum coram Domino incendebatur, oſtendit inuocationem deberi ſolum Deo, non hominibus.

II. Mel à Deo repudiabatur ne ſibi incenderetur: quòd carnis voluptates ad cultum Dei non faciant.

III. Sal perpetuò requiritur in ſacrificijs: quòd abſque fide nil Deo placeat.

4. Apoſtoli

IIII. Apoſtoli renouarunt in primitiua eccleſia mandatum, vt ſanguis non ederetur, & de adipe tacuerunt: quoniam illud præceptum ſanguinis tempore Noah fuit promulgatum & gentibus potuit innoteſcere: non item de adipe.

PROPOSITA EX IIII. ET V. Capite libri Leuitici.

NECESSARIA.

I. Peccatum ſacerdotum grauius eſt peccatis vulgarium: quia doctrinæ imminuitur authoritas. exemplum ad peccandum eſt efficacius, & miniſterium habetur ludibrio.

II. In ſacrificijs confeſſio erat triplex. Prima conſtabat victimæ ſymbolo, quæ offerebatur. Secunda generalis adhibebatur peccatorum expoſitio. Deinde nonnunquam particulariter peccata indicabant.

III. Confeſſio, quam appellant auricularem, non debet ex eccleſia tolli, ſed potius emendari.

IIII. Illis rebus, quæ ſymbola fuerunt ſacramentorum, aliquis debetur honor poſt ſacramentalem vſum, verum citra ſuperſtitionem & ſcandalum infirmorum.

V. Nullus eſt in populo Dei gradus tam eximius, quin fraternæ correctioni ſubijci debeat.

VI. Poteſtatis Eccleſiaſticæ plenitudo eſt in Chriſto, qui hanc communicauit vniuerſitati fidelium, & ipſa executionem illis tribuit miniſtris à ſe electis.

VII. Eccleſia poteſt errare, & reipſa quandoque errauit, etiam in his quæ ad fidem pertinent.

VIII. Quando à Magiſtratu inſtituitur inquiſitio de aliquo crimine, quicunque examinantur debenr fateri id quod de eo ſciunt.

IX. Fideles Chriſti ſi in iudicio inquirantur de ſua fide, tenentur eam confiteri.

X. Cum iudex fortè quæſiuerit, vt fratres prodantur, eos non debemus indicare.

XI. Qui ab accuſationibus legitimis deſiſtunt in Repub. non poſſunt prætexere iuſtam miſericordiam.

XII. Qui iurauit ſe quippiam mali facturum, id non præſtando minimè peccat, ſed peccauit iurando temere.

XIII. Sacrificiorum oblationes complures habuerunt vtilitates. Primò confirmabatur fides offerenrium Secundo fuit ibi gratiarum actio. Tertio ſuſtentabantur miniſtri: ac demũ confitebantur ſacrificantes, propter ſua peccata illam ſibi debere mortem, qua victimæ afficiebantur.

XIIII. Qui verè credit Deo, non eſt dubius de remiſsione peccatorum aut de ſalute ſua, alioquin ex fide fieret opinio.

XV. Certitudo quam habemus noſtræ ſalutis, non eſt ſenſus neq; experientiæ, aut ſcientiæ, ſed fidei.

PROPOSITA EX V. VI. & VII. capitibus Leuitici.

NECESSARIA.

I. Vera fides, quæ iuſtificat, non eſt abſque ſalutari pœnitentia.

II. Qui non reſtituit ablata, ſi ei facultas reſtituendi fuerit, eum non verè pœnitet ſuorum peccatorum.

III. Reſtitutio ablatorum tempore anteponitur ſacrificio.

IIII. Lampades ardentes, aut cereos accenſos habere ante Martyrum reliquias, aut quemadmodum fit in miſſa papiſtica, ſuperſtitioſum eſt.

V. Non eſt firma connexio: Nunc licet ſanctorum preces, dum viuunt implorare: ergo & quando ex hac vita diſceſſerunt, idem conceditur.

VI. Qui ſacramenta, quo ad eorum ſubſtantiam aliter percipit quàm à Deo ſunt inſtituta, id ei eſt exitioſum, & Deo res abominabilis.

VII. Vt Deus appellat ſacrificia, quando fiebant abſque fide abominationes: ita nos verè ſtatuere poſſumus de alijs bonis operibus ex genere, ſi fiant abſque fide.

PROBABILIA.

I. Ortus luminarium in Eccleſia inde fuit, quòd templa erant antiquitus obſcura, & ibi noctu Chriſtiani vigilias agebant.

II. Eleuatio & motio panis in miſſa, quæ fit per ſacrificos, eſt deſumpta ex Leuitica ratione leuandi & mouendi, quæ Deo erant oblata.

PROPOSITA EX LIBRO IVdicum capite Vndecimo.

Et eiecerunt fratres Iphtham, & dixerunt, non eris hæres in domo patris noſtri, quoniam filius es mulieris extraneæ.

I. Quo

I. Quo ad pœnas æternę damnationis; quiſque onus ſuum portabit, non alienum.

II. Pœnas remporarias cum aliqui pro alijs ferre dicuntur, conqueri non poſſunr, quin eas mereantur.

III. Nulla committitur à Deo iniuſtiria, ſi quandoque à filijs pro ſalute parenrum aliquas remporarias pœnas exigat.

IIII. Non rantum iuſtitiæ, ſed miſericordiæ quoque Dei tribuendum eſt, quòd peccara parenrum in rerriam & quartam generationem puniat.

V. Dum boni pœnis temporarijs malorum inuoluunrur, Deus in rerris diſciplinam ſtatuit.

VI. Id proprinm eſt Dei, neque ab hominibus vſurpari debet, vt filios propter peccata parentum puniant, quando facinoribus parenrum non conſenſerunt.

FINIS.

ELENCHVS

Digitized by Google

Digitized by Google

ELENCHVS LOCORVM S. SCRIPTVRAE IN HISCE LIBRIS SANCTISSIME ET DOCTISSIME A D. PETRO Martyre explicatorum.

GENESIS.

Gene. 45. v. 7. Deus me præmiſit in Aegyptum. 43. c.

EXODVS.

Exodi 22. v. 17. Quòd ſi pater corruptori eam dare noluerit, is perſoluat dotem virgini. 127. d.

Exodi 32. 32. vere quidem populus grauiſſimè peccauit, qui Deum aureum ſibi fecerit, rogo tamen ignoſcas illis, & condonet ſcelus hoc, aut me deleas de libro quem ſcripſiſti. 185. b. c.

DEVTERONOM.

Deut. 29. v. 4. Non dedit vobis oculos ad videndum, nec aures ad audiendum, neq; cor vt perciperetis, nimirum quæ Deus geſſit per deſertum vobiscum 13.

SAMVELIS II. lib.

2. Samuelis 12. v. 11. Tollam vxores tuas et dabo proximo tuo, qui dormiet cum eis. Tu feciſti in abſcōdito, ego verò coram vniuerſa populo Iſraelitico, & coram ſole ipſo 46. *f*.

PARALIP. II. lib.

2. Paralipome. 30 12. Et quidem in Iuda facta eſt manus Dei vt daret illis cor nouū, vt facerent præceptū regis & principum, in verbo Domini. 15. c.

ESTHER.

Eſther 14. 13. Da ſermonem concinnum in os meum, & verba mea clarifica in conſpectu leonis. 15 d

IOB.

Iobi 1. v. 21. Dominus dedit Dominus abſtulit, ſicut Domino placuit ita factum eſt. Si bona recepimus de manu Domini, cur non etiam mala ſuſtineamus. 222 c 43 *b*.

PSALMI.

Pſalm. 7. v. 4. Si iſtuc commiſi, eſt peruerſitas in manibus meis. Si el qui fœdere pacis mecū vinctus eſt, malum rependi, imo ſi deſtitui infeſtantem me &c. 129 *b*

Pſalm. 15. v. 10. Non relinques animam meam in inferno, neq; dabis ſanctum videre corruptionē.

Pſal. 22. v. 6. Clamauerunt patres & liberati ſunt, clamauerunt & non ſunt confuſi: ego autē ſum vermis & non homo, & longe à ſalute mea verba deiictorū meorum &c. 99 *f*

Pſal. 21. v. 7. Vermis non homo. 96 *a*

Pſal. 22. v. 4. Etiamſi ambulauero per vallē vmbræ mortis, non timebo malum. 75 *f*

Pſal. 26. v. 1. Dominus lux mea & ſalus mea, quem timebo: Dominus fortitudo vitæ meæ, à quo trepidabo 75 *f*

Pſal. 50. v. 12. Cor mundum crea in me Deus. 14 *d*

Pſal. 54 v. 23. Iacta cogitatum tuum in Deum, & nutriet te. 43 *b*

Pſal. 55. v. 5. Dominus fortitudo mea non timebo quid faciat mihi homo. 108 *c*

Pſal. 117. v. 23. A Domino factum eſt iſtud, & eſt mirabile in oculis noſtris: lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli. 141 *c*

Pſal. 118. v. 36. Inclina cor meum in teſtimonia tua. 14 *d*

Pſal. 138. v. 8. Si aſcendero in cælū, tu illic es: ſi deſcendero ad infernum, ades. Si ſumpſero pennas auroræ &c. 43 *e*

Pſal. 142. v. 2. Ne intres in iudiciū cum ſeruo tuo, quia non iuſtificabitur &c. 155 *a*

PROVERBIA.

Prouerb. 21. v. 1. Cor regis in manu Dei quocunq; voluerit illud inclinat. 8 *g*. 38 *e*

SAPIENTIÆ lib.

Sap. 12. v. 13. Illi eſt cura de nobis. 43 *b*

ESAIAS.

Eſa. 1. v. 19. Si volueritis & audieritis me. 9 *g*

Eſaiæ 2. v. 3. Exibit lex de Zion, & verbum Domini de Hieruſalem. 63 *e*

Eſa. 6. v. 10. Excæca eos & aggraua & impingua cor eorum, ne conuertantur & ſanem eos. 32 *f*

Eſaiæ 45. 23 Viuit Dominus mihi curuabitur omne genu. 102 *a*

Eſaiæ 53. v. 1. Domine quis credidit auditui noſtro. 21 *a*

Eſaiæ 53. v. 11. Notitia ſua iuſtificabit multos. 155 *a*

Eſaiæ 55 v. 11. Omnia quæ volo faciо &c. 43 *g*

IEREMIAS.

Ierem. 1. v. 9. 10. Ecce dedi verba mea in os tuum, ecce conſtitui te hodie ſuper gentes & regna, vt euellas & deſtruas, diſſipes & plantes. 152 *c*

Ierem. 21. v. 8. Ecce ego coram vobis do viam vitæ & mortis. 10 *a*

Ierem. 31. v. 18. Conuerte me Domine & ego conuertar, quia tu Dominus Deus meus, poſtquam enim conuertiſti me egi pœnitentiam, 25 *c*

EZECHIEL.

Ezech. 11. v. 19. Dabo eis cor aliud & ſpiritum nouum dabo eis, & euellam cor eorum lapideum de carne eorum. 15 *c*

Ezechiel 36. v. 26. Auferam ab eis cor lapideum & dabo eis cor carneum. 15 *a*

DANIEL.

Daniel 3. 17. Ecce eſt Deus noſter, quem nos colimus, potens vt ſeruet nos de fornace ignis ardentis, atq; de manu tua ô Rex, eruet. 75 *f*

ZACHARIAS.

Zachariæ 1. v 3. Et dices, ad eos Conuertimini ad me. 25 *c* 27 *d*

Zach. 2. v 8. Qui tangit vos, tangit pupillam oculi mei. 43 *b*

MALACHIAS.

Malach. 2. v. 4. Et ſcietis quod miſerim ad vos mandatum illud, vt ſit

vt ſit fœdus meum cum Leui, dixit Dominus exercituum. 48 f
Malac 3.v.b. Ego ſum Dominus & non mutor. 43 d. 44 c

MATTHÆVS.

Matth. 5.4.b Si tantùm dilexeritis eos qui vas diligunt publicani & meretrices hoc faciunt 5 b
Matth. 7.v.10. Si vos cum mali ſitis, noſtis bona dona dare filijs veſtris. 5 b
Matth. 10. v. 5. In viam gentium ne abieritis, & in vrbem Samaritanorū ne ingrediamini. 164 g 165 a
Matth. 10. v. 23. Si vos perſequuti fuerint in vna ciuitate fugite in aliam. 164 g
Matth. 10. v. 28. Nolite timere eos, qui occidunt corpus. 165 b
Matth 10. v29. Non cadunt in terram duo paſſeres abſq; voluntate patris. 43 a
Matth. 10. v. 30. Numerati ſunt capilli capitis veſtri. 43 a
Matth. 11. v. 15 Qui habet aures ad audiendum audiat. 13 &c.
Matth. 11. v. 27. Nemo nouit filium niſi pater. neq; patrem niſi filius. & quibus ſi ius voluerit reuelare. 29 g. 34 f
Matth. 11. v. 29. Diſcite à me quia mitis ſum, & humilis corde 93 e
Matth. 15. v. 13. Omnis planta quam nan plantauit pater cæleſtis eradicabitur. 29 c
Matth. 16. v. 16. Tu es Chriſtus, Filius Dei viui. 109 f
Matth. 16 v. 24 Qui meus voluerit eſſe diſcipulus tollat crucem ſuam & ſequatur me. 186 e
Matth 20. v. 25. An oculus tuus eſt nequā quòd ego bonus ſim? non ne poſſum de meo facere quod volo? 40 g
Matth. 20. 16. Multi vocati, pauci electi. 18 e
Matth. 20. v. 22. Poteſtis vos bibere calicem meum. 186 e
Matth. 22. 29. Erratis neſcientes Scripturas. 65 f
Matth. 23. v. 37. Quoties volui congregare filias tuos, ſicut gallina ſuos pullos. 28 d
Matth. 27. v. 46. Deus meus quid me dereliquiſti? 98 e

MARCVS.

Marc. 8. v. 31. Oportuit Chriſtum pati. 43 e
Marcus 14. v. 13. Occurret vobis homo portans hydriam aquæ. 43 e
Marc. 14. 58. Soluite templum hoc triduo erigam illud. 105 a
Marc. 16. v. 25. Ite & prædicate omni creaturæ: nam qui crediderit &c. 109 b
Marc. 16. v. 16. Qui crediderit & baptizatus fuerit, ſaluus erit. 99 b

LVCAS.

Luc. 9. v. 23. Qui non tollit crucem ſuam & ſequitur me, non poteſt meus eſſe diſcipulus. 93 e
Luc. 9. v. 24. Qui perdiderit animam ſuam mea cauſa, ſeruabit eam: & qui ſeruare voluerit, perdet. 163 e
Luc. 14. v. 23. Compelle eos intrare. 28 c
Luc. 14. v. 28. Qui turrim ædificare voluerit, primum quidē apud ſe ſupputat, quos ſumptus facere aporteat, ne ſi opus aggrediatur, perficere autem nequeat, riſui ſit omnibus. 187 b
Luc. 22. v. 15. Deſiderio deſideraui hac paſcha comedere vobiſcum. 161 e
Luc. 22. v. 32. Oraui pro te Petre, ne deficiat fides tua, & tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos. 110 a
Luc. 24. v. 44. Moſes prophetæ & Pſalmi teſtati ſunt, Chriſtum oportuiſſe pati, & ſic intrare in gloriam ſuam. 105 b

IOANNES.

Ioan. 1. v. 12. Dedit illis poteſtatem filios Dei fieri. 27 c
Ioan. 1. v. 48. Priuſquam Philippus te vocaret cum eſſes ſub arbore vidi te: Rabbi tu es filius Dei, tu es Rex Iſrael. 19 c
Ioan. 2. v. 4. Nondum venit hora mea. 44 c
Ioan. 5. v. 3. Sicut pater viuificat mortuos: ita & filius quos vult viuificat. 34 f
Ioan. 6. v. 65. Nemo poteſt venire ad me, niſi datum ei fuerit à patre meo. 34 f. 40 b
Ioan. 6. v. 44. Nemo venit ad me niſi pater eum traxerit. 15 f. 24 b. 34 e
Ioan. 6. v. 68. Ad quem ibimus? Tu verba vitæ æternæ habes: Scimus enim quod tu es Filius Dei viui. 109 f
Ioannes 8. verſ. 34. Omnis qui facit peccatum ſeruus eſt peccati 10 d
Ioan. 8. v. 36. Si filius vos liberauerit, tunc verè liberi eritis. 8 a
Ioan. 12. v. 32. Cum exaltatus fuero à terra, omnes traham ad me ipſum. 33 b
Ioan. 15. v. 5. Sine me nihil poteſtis facere. 34 e
Ioan. 17. v. 3. Hæc eſt vita æterna vt cognoſcant te ſolum Deum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum. 99 b
Ioan. 20. v. 19. Chriſtus die vno Sabbatarum ad veſperam apparuit congregatis diſcipulis foribus clauſis, oſtendit eis manus & latus, dixitq;, pax vobis. Illi viſo Domino ſunt exhilarati &c. 16 c
Ioan. 20. v. 21. Sicut me miſit pater ita mitto vos. 109 a
Ioan. 21. v. 17. Paſce oues meas. 110 b.

ACTA APOST.

Acta. 1. v. 16. Oportuit impleri ſcripturas. 43 e
Actor. 3. v. 21. Quem oportet cælum capere vſq; in tempora inſtaurationis omnium. 229 c
Actor. 4. v. 27. Herodes & Pilatus conuenerunt, vt facerent quæ manus, & conſilium tuum facere decreuerat. 43 b
Actor. 9 v. 5. Durum eſt tibi contra ſtimulum calcitrare. 28 c
Actor. 13. v 48. Crediderunt quot quot erant ordinati. 44 c
Actor 14. v. 15. Viri fratres quid hæc facitis & nos mortales ſumus Similes vobis hominib. annunciantes vobis, vt ob his vanis conuertamini ad Deum verum, qui fecit cælum & terram, mare & omnia quæ in eis ſunt. 31 d
Actor. 16. v. 6. Tranſeuntes autem Phrygiam & Galatiæ regionem, vetiti ſunt à Spiritu ſancto loqui verbum in Aſia &c. 30 e
Actor. 18. ver. 9. Noli timere ſed loquere, & ne taceas, propterea quòd ego ſum tecum &c. 30 f

ROMANOS.

Rom. 1. v. 16. Euangelium eſt potentia Dei ad Salutem omni credenti. 11 g
Rom. 1. v. 18. Palam enim eſt ira Dei de cælo aduerſus omnem impietatem & iniuſtitiam hominum vt

num vt

num, vt qui veritatē iniuſtè detineaut. Quoniam id qnod de Deo cognoſci poteſt manifeſtum eſt in ipſis. 31 d. &c. & 32 a

Ram. 4. v. 25. Traditus eſt propter delicta noſtra, & reſurrexit propter iuſtificatianē uoſtrā. 105 g

Ram. 5. v. 3. Tribulatia patientiam operatur, patientia probationem, probatio verò ſpem, ſpes autem non confundit. 223 b

Rom. 6. v. 11. Ita & vos reputate vos quidem peccato mortuos, viuentes autem Deo per Chriſtum Ieſum. 105 e

Rom. 6. v. 20. Cum ſerui eſſetis peccati, liberi eſtis iuſtitiæ. 8 a.

Rom. 7. v. 24. Infelix ego homo, quis me liberabit de &c. 36 e. 163 g.

Rom. 8. v. 3. Quod impoſſibile erat legi quatenus infirmabatur per carnem. 7. c.

Rom. 8. v. 15. Deus miſit filium ſuum in ſimilitudinem carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum in carne. 153 g

Roman. 8. ver. 7. Prudentia vel ſenſus carnis inimicitia eſt aduerſus Deum, & legi Dei non ſubijcitur, nec enim poteſt. 7 c. 14 d. 38 e

Romanas 8 verſus 11. Si Spiritus eius qui ſuſcitauit Chriſtum ex mortuis, habitat in vobis, viuificabit & mortalia corpora veſtra, propter Spiritum habitantem in vobis. 105 d. e

Roman. 8. verſus 14. Qui Spiritu Dei aguntur, hi ſunt filij Dei. 19 f.

Rom. 8. v. 30. Quos prædeſtinauit hos vocauit: quas vocauit hos iuſtificauit. 45 e. 21 d. 40 e

Rom. 8. v. 32. Cum donauit filium ſuum, quomodo non donauit omnia cum illo? 105 e

Rom. 8. v. 35. Quis nos ſeparabit à dilectione Dei? num afflictio? num anguſtia? num perſecutio? num fames? num nuditas? nū periculum? num gladius? &c. 75 f. g. 44 e

Ram. 9. v. 21. Antequam aliquid boni egiſſent aut mali: Iacob dilexi, Eſau autem odio habui. 44 b. 45 a

Rom. 9. v. 12. Non ex operibus ſed ex vacaute dictum eſt ei, Maior ſeruiet minori. 22 d

Rom. 9. V. 14. Numquid eſt iniquitas apud Deum? 22 f

Roman. 9. verſ. 16. Non eſt volentis neq; currentis ſed miſerentis Dei. 17 e

Rom. 9. verſ. 22. Quia volens oſtendere iram, & valens demonſtrare potentiam ſnam, tulit in multa patientia vaſa iræ, quæ perfecta ſunt in perditionem, & vt natas faciat diuitias gloriæ ſuæ &c. 24 d

Ram. 10. v. 14. Quomodo credent ei quem non audierunt? 21 a

Ram. 11. verſ. 7. Quod quærebat Iſrael, hoc non eſt conſequutus 24 c.

Rom. 21. v. 8. Dedit illis Spiritum compunctionis, oculos vt non videaut, & aures vt non audiant vſq; in hodiernū diem. 24 e

Rom. 11. v. 14 Gentēs naturaliter ea quæ legis ſunt faciunt. 3 d. 5 a

Rom. 11. v. 29. Sine pœnitentia ſunt dona & vocatio Dei 22 e

Rom. 12. v. 33. O altituda diuitiarum. 22 f. 45 d

Rom. 12. v. 3. Deus vnicuiq; partitus eſt menſuram fidei. 20 b

I. CORINTH.

1. Corinth 2. v. 9. Quæ aculus nō vidit & auris non audiuit, & in cor hominis nō aſcenderunt, quæ præparauit Deus diligentibus ſe. 2 d 13 f

1. Corinth. 2. v. 14. Animalis homo nou percipit ea quæ ſunt Spiritus Dei. 2 d. 13 f

1. Corinth. 3 v. 8. Sed qui plautat & qui rigat nihil eſt, ipſe eſt qui dat incrementum. 17 a

1. Corinth. 3. v. 13 Vniuscuiuſq; opus quale ſit ignis probabit. Si cuius opus manſerit, quad ſuperſtruxit mercedem accipiet: Si cuius opus exuſtum fuerit: damnum patietur, ipſe verò ſeruabitur, ſed ſic tanquam per ignem. 10.

1. Carinth. 4 v. 7 Quis enim te diſcernit? Et quid habes quod non accepiſti? Et ſi accepiſti quid gloriaris, quaſi non acceperis? 16 d.

1. Cor. 6. v. 11. Atq; hæc eratis quidem, ſed nunc abluti eſtis, ſanctificati eſtis. 64 b

1. Cor. 7. v. 25. Miſericordiam conſequutus ſum vt ſim fidelis 45 b

1. Cor. 10. v. 4. Bibebant de Spirituali conſequente eos petra: petra autem erat Chriſtus. 115 b

1. Corinth. 15. ver. 14. Si Chriſtus non reſurrexit, vana eſt prædicatio noſtra, vana eſt fides veſtra, inuenimur falſi teſtes: qui mortui ſunt in Chriſto, perierūt. 105 b

AD GALATAS.

Galat. 1. v 8. Qui ſecus Euangelizauerit atq; nos Anathema eſto. 138 d.

Galat. 1. v. 15 Quando autem viſum eſt ei, qui me ſegregauit de vtero matris meæ. 20 b

Galat 4. v. 6. Quoniā autem eſtis filij, Deus miſit Spiritum filij ſui in corda veſtra, clamantem, Abba pater. 19 e. f

Galat. 5. v. 17. Spiritus pugnat aduerſus carnem, caro aduerſus Spiritum, vt non quæ vultis, ea faciatis. 38 a

AD EPHESIOS.

Epheſ. 1. v. 5. Qui prædeſtinauit nos in adoptionem filiorum. 25 b

Epheſ. 1. v. 11. Omnia operatur ſecundum conſilium voluntatis ſuæ 43 b

Epheſ. 1. v. 19. Credimus ſecundum operationem virtutis fortitudinis eius, qua operatus eſt in Chriſto ſuſcitans eum à mortuis &c. 40 a

Ephe 1. v. 19. Quæ ſit excellens magnitudo potentiæ eius in nos qui credimus ſecundum efficaciam roboris fortitudinis eius, quam exercuit in Chriſto, cum ſuſcitaret eum ex mortuis &c. 105 d

Ephe. 2. v. 5. Cum mortui eſſetis in delictis veſtris, vnà conuiuificauit cum illo, neq; ſolum conuiuificauit, ſed etiam conſedere fecit, ad dexteram in cœleſtibus. 105 e

Eph. 2 v. 8. Gratia ſalui facti eſtis per fidem, & hoc non ex vobis ſed Dei donum eſt. Et non ex operibus ne quis glorietur. 35. f

Eph. 2. v. 15. Vt nos cōderet in ſemetipſum in vnum nouū hominem, faciens pacem: & vt reconciliaret ambos in vno corpore Deo per crucem &c. 116 a

Epheſ. 2. ver. 19. Iam igitur non eſtis hoſpites & advenæ ſed eſtis ciues ſanctorum & domeſtici Dei, ſuperſtructi ſuper fundamentum Apoſtolorum & Prophetarum &c. 22 f

Eph. 3. v. 6. Εἶναι τὰ ἔθνη συγκληρονόμα καὶ σύσσωμα καὶ συμμέτοχα. 215 e

Eph. 3 v. 16 Corroboramini per Spiritum ſanctum in interiorem hominem vt Chriſtus habitet per fidem in cordibus veſtris. 224 e

Eph. 4. v. 10. Vt impleamini in omnem plenitudinem Dei. 211 e

Eph. 4. v. 15. Sed veritatem ſectantes in charitate adoleſcamus in illum per omnia qui eſt caput, nempe Chriſtus. 212 d

PHILIPPENSES.

Philip. 1. 21. Mori mihi lucrum eſt 161 e.

Philip. 1. v. 23. Cupio diſſolui & eſſe cum Chriſto. 161 e

Philip. 2 v. 8. Factus obediens vſque ad mortem, & mortem crucis. 97 d

Philip. 2. v. 5. 6. 7. Hoc enim ſentite in vobis quod & in Chriſto Ieſu, qui cum in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe æqualem Deo, ſed ſemetipſum exinaniuit formam ſerui accipiens, in ſimilitudine Hominum factus, & habitu inventus vt homo. 93 94

Philip. 2. v. 12. In timore & tremore veſtram ſalutem operemini 18 b. 35 d

Philip. 3. v. 12. Sector ſi etiam apprehendam, quatenus apprehenſus ſum à Chriſto Ieſu. Fratres ego meipſum non dum arbitror aſſequutum eſſe. 213 b

COLOSSENSES.

Coloſ. 2. v. 19. Nec obtinens caput, ex quo totum corpus per commiſſuras & cōpagines ſubminiſtratum & compactum augeſcit augmento Dei. 213 d. e.

1. ad TIMOTHEVM.

1. Timoth. 2. 5. Mediator Dei & hominum homo Chriſtus. 154 b

1. Timoth. 2. v. 8. Volo quenq; in omni loco puras ad Deum manus tollere. 178 b

1. Timoth. 5. v. 8. Quicunq; curam non habet ſuorum, præcipuè domeſticarum, fidem abnegauit, & eſt infideli deterior. 175 g. 176 a.

1. Timoth. 5. v. 16. Si quis, aut ſi qua fidelis viduas habet, ſubueniat eis, ne Eccleſia grauetur, vt ijs quæ verè viduæ ſunt, ſubuenire poßit. 176 b

1. Timoth. 6. v. 9. Qui volunt diteſcere, incidunt in tentationem, laqueum & cupiditates multas, quæ demergunt homines in exitium & perditionem. 168 a b.

2. ad TIMOTHEVM.

2. Timoth. 1. v. 6. Excita donum quod in te eſt per impoſitionem manuum &c. 170 b

2. Timoth. 1. v. 7. Non enim dedit Deus nobis Spiritum timiditatis, ſed potentiæ dilectionis & ſobrietatis. 20 c. 169 e

2. Timoth. 1. v. 9. Qui vocauit nos vocatione ſua Sancta, non ſecundum opera noſtra, ſed ſecundum propoſitum ſuum, & gratiam, quæ data eſt nobis per Chriſtum Ieſum ante tempora æterna. 40 f.

2. Timoth. 2. v. 2. Quæ audiuiſti à me per multos teſtes, hæc commenda fidelibus hominibus, qui erunt idonei vt alios quoq; doceant. 65 e

2. Timoth. 2. v. 8. Memor eſto Ieſum Chriſtum reſurrexiſſe ex mortuis ex ſemine Dauidis ſecundum Euangelium meum. 138 e

2. Timoth. 2. v. 19. Firmum ſtat Dei fundamentum, Nouit Dominus qui ſint ſui. 44 e

2. Timoth. 3. v. 12. Quicunque volunt piè viuere in Chriſto Ieſu perſequutiones patientur. 186 f

2. Timoth. vlt. v. 16. In prima defenſione ab omnibus fui derelictus. 172 b

AD TITVM.

Tit. 1. v. 10. Nam eramus quondã & nos ſtulti, inobedientes, errantes, ſeruientes deſiderijs ac voluptatibus varijs in malitia et inuidia degentes &c. 64 b

AD HEBRÆOS.

Hebr. 1. v 3. Omnia portat verbo virtutis ſuæ. 43 b. 43 g

IACOBI I.

Iacob. 1. ver. 17. Apud Deum non eſt mutatio, aut viciſſitudinis obumbratia. 43 d

Iacob. 1. v. 17. Omne donum perfectum deſurſum eſt, deſcendens à Patre luminum. 35 c

Iacob. 2. v. 10. Qui peccauerit in vno factus eſt omnium reus. 130 f.

PETRI I.

1. Pet. 2. v. 2. Quaſi modò geniti infantes lac non corporis, ſed animi concupiſcite quod ſolum creſcit. 213 e

PETRI II.

2. Pet. 2. v. 19. vnuſquiſq; ſeruus eius fit à quo ſuperatur. 8 a

IOANNIS I.

1. Ioan. 1. ver. 8 Si dixerimus quòd peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt. 36 d. 42 d.

CATALOGVS SENTENTIARVM,

QVAS PETRVS MARTYR EX PATRIBVS ORthodoxis in ijs libris verè aureis vel citat, vel ſumma induſtria ſanctißimè explicat.

AVGVSTINVS.

Auguſtinus ad Honoratū: In nouo Sancti non recipiunt redemptionem, vt meliorem habeant reſurrectionem: ideo in morte relinquuntur, vt vitã æternam habeant: ſed in veteri Teſtamento periclitabantur de facultatibus &c. 99 d e.

Auguſt. ad ſimpl. lib. 1. ad finem. Reſtat ergo, vt voluntate eligantur: Sed volūtas ipſa, niſi aliquid occurrerit, quod delectet, atque invitet animum &c. 21 f

Aug. ad ſimpl. lib. 1. Quæ. 2, Illa enim verba ſi diligenter

genter attendas: igitur nõ eſt volentis, neque currẽtis, ſed miſerẽtis Dei: nõ hoc Apoſtolus propterea dixiſſe videbitur &c. 18 b. In eodem. ſed ſi vocatio iſta ita eſt effectrix bonæ voluntatis, vt omnis eã vocatus ſequatur &c. ibidem

Auguſtin. cõtra duas Epiſt. Pelagia. cap. 19. Non enim omnes vocati, ſecundum propoſitũ ſunt vocati, quoniam multi vocati pauci electi &c. 21 e

Auguſt. contra duas Epiſt. Pelagia. cap 19. Quis trahitur ſi iam volebat? Et tamẽ nemo venit niſi volens. Trahitur ergo miris modis vt velit, ab illo qui nouit intus in ipſis hominum cordibus operari. 17 b

Auguſt. contra duas Epiſt. Pelagia. ad Bonif. lib 1. cap. 19. Vt quid enim nobis præcipit Dominus, vt oremus pro eis qui nos perſequuntur. 15 b

Auguſt. contra duas Epiſt. Pelag ad Bonifa. lib. 1. ca. 20. Hoc verum eſſe non cõlectura ſuſpicamur humana, ſed euidentiſsima ſcripturarum autoritate. 15 b,

Auguſt. contra duas Epiſt. Pelagia. ad Bonifacium lib. 3. cap 9. Quid eſt ergo quod in conſequentibus, vbi ea quę ipſi ſentiunt, cõmemorant, dicunt ſe confiteri gratiam quoque adiuuare vnius cuiuſque &c 13 b

Auguſt. contra Iuli. Pelag. lib 5. cap. 3. Vnde & alibi dicit, ſecundum virtutem Dei ſaluos nos facientis, & vocãtis vocatione ſua Sancta, non ſecũdum opera noſtra, ſed ſecundum ſuum propoſitum &c 22 b c.

Auguſt. de Gratia Chriſti cõtra Pelagium & Cœleſtinum cap. 7. Sed nobis hac exſpectatione ſuſpenſis quid addiderit intuemini. Adiuuat enim nos Deus per doctrinam & reuelationem ſuam & 12. d. Ibidem cap. 8. Hinc itaque dilucidè apparet hanc eum gratiam confiteri, qua demonſtrat & reuelat Deus &c. 12 e. Sic etiã 10 cap. Operatur in nobis velle quod Sanctũ eſt, dum nos terrenis cupiditatibus deditos mutorum more animalium &c. ibidem f

Auguſt. de Gratia Chriſti contra Pelag. & Cœleſt. cap. 24. Legant ergo & intelligant; intueantur atque fateantur, non lege ac doctrina inſonante forinſecus, ſed interna atq; occulta &c. 27 b c.

Auguſt. de libero arbitrio cap. 14. Nam ſi fides liberi eſt tantum modo arbitrij, nec datur à Deo, propter quid, pro eis qui nolunt credere oramus vt credant, quod prorſus faceremus inaniter, niſi rectiſsimè crederemus etiam peruerſas &c. 14 f g. & 15 a

Auguſt de Gratia & lib. arbit. cap. 16. Certum enim eſt nos mandata ſeruare, ſi volumus. Sed quia pręparatur voluntas à Domino, ab illo petendũ eſt vt tantũ velimus &c. 13 a

Auguſt. de Gratia & lib. Arbit. cap. 17. Vt ergo velimus ſine nobis operatur, cum autẽ volumus, & ſic volumus, vt faciamus, nobiſcum cooperatur, tamen ſine illo vel operatur &c. 33 e

Auguſt. de Natura & Gratia capite 66. Malus eſt nec poteſt eſſe bonus, vel quod non videat, quid ſit agendum, vel ſi viderit, nõ poſsit facere quod nouit ſe debere facere, vt ſit bonus. 7 a

Auguſt. de præd. Sanct. cap. 6. Multi audiunt verbũ veritatis, ſed alij credũt, alij contradicunt. Volũt ergo iſti credere: nolunt autem illi. quis hoc ignoret? quis hoc neget? &c. 24 c

Auguſt. de prædeſt. Sanct. cap. 8. Cum igitur Euangelium prædicatur quidam credunt, quidam nõ credunt, ſed qui credunt, prędicatore forinſecus ſonãte, intus à Patre audiunt &c. 24 b

Auguſt. de præd. Sanct cap. 8. Cur autem non omnes doceat aperuit Apoſtolus, quantũ aperiendum iudicauit. Quia volens oſtendere iram, & volens demonſtrare potentiam ſuam &c. 24 d

Anguſt cap. 9. de prædeſt. Sanct. Cur autem non omnibus detur, fidelẽ mouere nõ debet, qui credit ex vno omnes iſſe in condemnationẽ ſine dubitatione iuſtiſsimam &c. 21 f g.

Auguſt. de præd. Sanctorũ cap. 8. Quare inquiunt non omnes docet? Si dixerimus quia nolunt diſcere, quos non docet, reſpondebitur nobis &c. 22 a b

Auguſtin. de prædeſtina: Sancto cap. 16. Vocat enim Deus prædeſtinatos multos filios ſuos vt eos faciat membra prædeſtinati vnici filij ſui &c. 22 c d e.

Auguſt. de Spi & lite. cap. 3. Nos autem dicimus humanam voluntatem Sic diuinitus adiuuari ad faciendam iuſtitiam, vt pręter quod creatus ac eſt &c. 33 g. 34 a.

Auguſt. de Spiritu & litera cap. 34. Iam ſi ad illam profunditatem ſcrutandam quiſquam nos coarctet, cur illi ita ſuadeatur, vt perſuadeatur, illi autẽ non ita &c. 22 e f.

Auguſtinus in Epiſt 23. ad Bonifacium. Nonne ſemel immolatus eſt Chriſtus in ſe ipſo, & tamen in Sacramento nō ſolum per omnes paſchæ ſolennitates, ſed omni die populis immolatur &c. 121 b.

Auguſt in Ioan Tract. 26. Ne timeas quaſi ſis trahendus inuitus. animus trahitur & amore trahitur. Nec dixeris: Quomodo credo volēs ſi trahor? Non tantum volūtate traheris, ſed etiam voluptate &c. 16 f

Aug. lib. 1 Retract. cap. 23. Sed ea poteſtas nulla eſt niſi à Deo detur: de quo dictum eſt, Dedit eis poteſtatē, filios Dei fieri. Cum enim hoc ſit in poteſtate, quod cū volumus facimus &c. 28 e

Auguſtinus: poſt prædicationem miſſa fit Catechumenis, & cæteri fideles manent. ſic eſt appellata communio fidelium &c. 125 d.

CHRYSOSTOMVS.

Chryſoſtomus Ἕλκει μὲν θεὸς, βουλόμενον δὲ ἕλκει &c. 26 a

Chryſoſt. ſuper geneſin Homil. 3. Magna eſt enim huius theſauri abundantia & larga fontis huius vbertas, nec mireris dilecte, ſi nobis hęc accidant, etiam qui ante nos fuere, pro viribus ſuis aquas inde hauſerunt &c. 58 d

NAZIANZENVS.

Nazianzenus πᾶν τὸ κατορθούμενον ἀπὸ θεοῦ ἐστι, δίδοται δὲ καλουμένοις, καὶ οὕτω νεύουσι. 25 g

PROSPER.

Proſper ad capita Gallorū, cap. 4. Etiamſi conſtaret quod iam in vniuerſis nationibus & omnibus finibus terræ totus mundus Euangelium recepiſſet, quod vtique futurum veriſſimè pronuntiatum eſt, &c. 30 b c d.

Proſper ad 4. cap. Gallorū Item qui dicit quòd non omnes vocentur ad gratiam, ſi de his loquitur, quibus Chriſtus annunciatus non eſt &c 31 a

Proſper ad cap. Gallorum cap 10. Item qui dicit quòd quibuſdam Euangelij prædicatio à Domino ſubtrahatur, ne percepta Euangelij prędicatione ſaluētur, poteſt obiectionis inuidiam declinare. 29 d

Proſper ad excerpta Genuenſiū, dubio 8 De Tyriis verò et Sydonijs quid aliud poſſumus dicere, quàm nō eſſe eis datum, vt crederent, &c. 29 e

Proſper in Epiſt ad Ruffinum de lib arb. Neque enim remotum eſt ab inſpectione cōmuni, quot ſeculis quam innumera hominum millia erroribus ſuis, impietatibuſque dimiſſa &c. 31 d. e f.

Proſper in Epiſt ad Ruff. de libero Arbitrio. Quod ad omnes homines volunt pertinere, laborantes in incerto iſtius vitæ, oneratosqúe peccatis, vt qui voluerint manſuetudinem & humanitatem ſaluatoris imitari &c. 34 d

Proſper in Epiſtola ad Ruffinum: Et rurſum eo ipſo tempore quo ad omnes homines prædicatio mittebatur, quædam loca Apoſtolis adire prohibebatur &c. 30 d

Proſper in Epiſt. ad Ruffinum: Non enim omnium eſt fides, nec omnes credunt Euangelio: ſed qui credunt, Dei aguntur Spiritu: qui non credūt, libero auertuntur arbitrio. 35 e f

Proſper in Reſponſ ad excerpta Genuenſium ad Dub. ſextum: Et ſicut non poſſumus conqueri de eo, quod in præteritis ſeculis dimiſit omnes gentes ingredi vias ſuas &c. 31 b

RERVM ET VERBORVM TVM SIMPLICIVM TVM CONIVNCTORVM QVAE IN HISCE libris variè & luculenter explicantur, Elenchus locupletiſſimus.

A

Abbas Spoletanꝰ creatꝰ P. Mar. 9

Abbatum omnium verum exemplum P. Martyr fuit. 9

Abdias quare prophetas multos in ſpeluncas abdiderit. 170 f

Accipere in ſacramentis, dare in Sacrificijs ſolemus. 120 f

Actiones Dei ſæpè ex illius bonitate hominibus cōmunicātur. 109 e

Iuſtæ & iniuſtæ omnes ad catalogum referuntur. 469

non renatorū debita fine carent. 6 d.

omnes extra gratiam & fidem ſunt peccata. 6 c

Adami nō ſēttit libera volūtate. 6 f

Adam potuit nō mori, nō peccare. 7 a

Adami eiectio è paradiſo quid adumbret. 436

Adami & Chriſti diſſimilis comparatio. 95 d. e

Adami fuga quid adumbret. 14 c. d

Adami lapſus. 61 d

Ἀδιάφορα per ſe ipſum piūant impium faciunt neminem. 100 b

Adoratio toti Chriſto defertur. 102 b.

Aduerſitatum omnium ſumma conſolatio. 41. 42.

Adulterij crimen capitale eſſe debet. 474.

Ægyptiorum ſeruitutē quo fine immiſerit Deus in filios Iſrael 457

Æmilij et Caſſij martyrium conſtantiſſimum. 191 f

æſtima-

Digitized by Google

Æſtimationis iacturam facere calamitas eſt. 99 d
Affectus alij ſpecioſiores alij turpiores ſunt. 7 e
Affectus mouere orando nō eſt prohibitum ſcriptura. 457
Affectuum eſt alternatio in voluntatum humanarum varietate. 7 d.
Affectuum vſus bonus. 457
afflictiones Chriſti iniuſtæ & iniquæ. 79 b. c
Aharonis ceremoniæ quare ſint abrogatæ. 202 c
Aharonis Sacerdotium veſtium diſcrimina admittebat. 202 d. e
Aſſueri cor Deus vertit à feritate ad beneuolentiam erga Eſther. 40 d.
Alcinoi horti 71 a
Alcyones in media hyeme ſunt trāquillæ. 96 g
Alexipharmacum παγχρηστον. 78 a b.
Altare Damaſci tranſlatum in templum Dei. 101 a
Amuletum verum. 78 a
Anabaptiſtæ quomodo in verum Mediatorem non credant. 133 b
Andreæ Cygnea vox cum ad ſupplicium crucis ductus eſſet. 161 e. f
Angeli albis veſtibus induti apparuerunt. 205 a
Angeli nomen cum vocabulo Dei adiungitur, ſecūda perſona Trinitatis notatur. 460
Angeli non habent genua. 102 d
Quare nos conſalentur. 104 c
Quo reſpectu dicantur habere liberū arbitrium, & qui nam 8 c.
Sunt noſtri cuſtodes. 104 d
Angelorum aſpectus quare nos perterrefaciat. 104 d
Angelorum naturas proprietates & differentias ſcriptura nō expreſſit. 452
Nominum diuerſitas vnde. 453.
Anima brutorum & hominum tropica ratione ſanguis dicitur. 439.
Anima humana Spiritualis ſubſtantia. 435
Animæ facultates quomodo ſint debilitatæ. 5 f
Animam non eſſe ex traduce. 435
Animæ humanæ non omnes ſimul creatæ, ſed quatidie creantur. 434.
Animus non niſi Dei verbo paſcitur. 110 c
Antichriſti vſibus conſecrata ad noſtros vſus poſſe piè cōuerti. 203 f. 204 a.
Apollinem quare Græci Λοξίαν appellarint. 67
Appollonius Thyaneus auicularū cantus intelligebat. 63 f
Apoſtoli poſt acceptum Spiritū ſanctum fugiebant. 167 e
Απὸ τῶ Μιχαὴλ 217 g
Apparitio Chriſti quando facta fuerit. 107 d
Aqua Neptuno conſecrata fuit. 204 b.
Aqua quomodo probanda ſit. 93 c.
Aquæ cur Dei ſermo conferatur. 73 c.
Aquæ ſuper firmamentū vbi nam. 431.
Aquarum ſaporem guſtu experimur. 93 b
Arbitrari quid. 1 e
Arbitrij liberi compoſitio qualis. 1 c.
Arbitrij liberi obiecta quotuplicia. 2 b.
Arbitrium liberum in quibus nobis concedatur. 24 f
Arbitrium liberum ſi non renatis concedatur quid in illis efficiat. 24 f. g
Arbitrium noſtrum ante Renouationem nihil poteſt. 21 b
Arbitrium noſtrum liberum quatenus ex præceptis conſequatur. 4 b.
Arbitrium ſeruum potius quam liberum Lutherus cur nominet. 8 c.
Arboris vitæ fructus quid ſignificent. 434
Arboris ſcientiæ boni & mali fructus qui comedant. 472
Arca Domini non vehenda ſed portanda humeris Sacerdotum. 143 b.
Arca typus Eccleſiæ fuit. 438
Arcum cœleſtem qui nam & quo argumento Chriſtum interpretentur. 440
Argentinenſes quidam Theologi male iudicant de Martyre 18. eum perſtringunt. 19
Arrius Chriſtum blaſphemo ore dixit eſſe creaturam. 94 e
Ariſtoteleam philoſophiam Martyr magni fecit. 7
Ariſtoteles limatiſſimum genus orationis adhibuit. 8
Ariſtotelis in diſputando mos 137 g.
Ariſtotelis philoſophia minus errorum habet, quam cæteræ ſectæ. 8.
Artes bonæ prætextu religionis non ſunt ſpernendæ. 458
Artes & ſcientiæ manarunt ab Orientalibus. 73 f
Artemiſia regina virili anima fortiſſimas pugnas edidit. 145 b
Artifices qui ſigna elaborant in vſum idololatriæ grauiter peccāt. 469.
Aſianus vetuit Spiritus Ieſu prædicare Euangelium Chriſti. 30 b
Aſſyrios & Chaldæos Plato barbaros vocat. 73 f
Athenienſes vnde nam ſuos commendauerint colonos. 73 d e
Auguſtiniani Monachi ſi concionati ſint publicè quos nam honores conſequuti fuerint. 8
Auguſtiniani Monachi ſuos aſſuefaciebant vt plurima ex ſacra ſcriptura memoriæ mandarent. 7
Auguſtinus monachus. 7
Auguſtinus quorum Patrū autoritate maximè vtatur. 56 f
Auguſtini locus de natura & gratia 6 f contra Fortunatum Manichæum. ibidem f.
Auguſtinum quinam ſint interpretati. 56 g. 57 a.
Aulica vita qualis. 458
Αὐτεξούσιον vnde cōponatur & quid ſignificet. 1 b
Αὐτεξούσιον nominat Damaſcenus. 9 c. ad quod prædicamentum referatur. ibidem
Αὐτεξου vox in ſacris literis non reperitur. 10 a. & f

B

Babylonicæ ciuitati Septuaginta anni præſcripti erant. 44 c
Baptiſmus circumciſioni ſucceſſit. 156 e.
Baptiſmus fidei abſignatio. 156 d
Baptiſmi aquam tantum percipit homo adultus qui fide caret. 113 b.
Baptiſmi aquæ Sanctificatæ corpore Chriſti cum ad Iordanen deſcenderet. 96 d
Baptiſmi immerſio & emerſio quid ſignificet. 105 f
Baptiſmum à Lutheranis an liceat hominibus Euangelicis accipere. 156 b.
Baptiſmum percipiens homo adultus ſine fide, nil niſi aquam percipit. 18
Baptizari quinam voluerint non niſi à rectè ſentientibus. 157 b. c. d
Baptizatis olim veſtis alba tradita. 204 e.
Baſilius monachus. 7
Baſilium Magnum quid abſtero

ruerit ab Epiſcopatu Eccleſiæ 81 f.
Peccata non ſunt cauſa reprobationis. 44 f
Benedictionis patrum in veteri Teſtamento quis fuerit finis. 449.
Benedictus Cuſanus ſtudiorum ſocius fuit Petro Martyri. 8
Bernardinus Ochinus vir optimus & doctiſſimus. 12
Beza ad colloquium Poſſiacum vocatur. 21
Beza cardinalis Lotharingi orationem confutat in colloquio Paſſiaceno. 22
Beda interpretatus Auguſtinum. 57 a.
Bibliander doctiſſimus & exercitatiſſimus Theologus. 87 b
Bithynios Apoſtolos accedere vetuit Spiritus Ieſu. 30 b
Bona Chriſtianis hominibus non niſi cum afflictionibus promittuntur. 186 b
Bona omnia noſtra diuinæ adminiſtrationi tribuenda. 41 42
Bona opera non ſunt cauſſa prædeſtinationis. 45 a
Bona opera ſalutis cauſſa non ſunt. 438
Bonarum rerum ſtudium Deus reluctantibus etiam immittit. 13 c
Branda P. Martyrem honoris ergo Florentinum appellauit. 7
Brentianum Cælum nuſquam eſt 26.
Brentianũ cælũ nullam conſolationem præbet. 26
Brentio ignoſcit ex animo Martyr iam moriens. 26
Brutus ſe ipſum interfecit. 108 b
Bucerus aliter docet quam concordia inter eum & Lutherum inita declarat. 18
Bucerus hortatur P. Martyrem vt in controuerſia Cœnæ Dominicæ abſcuris & ambiguis dicendi formulis vtatur. 14
Methodi obſeruantiſſimus. 13
Quare obſcuris in Cœnæ Dominicæ controuerſia verbis ſit vſus. 14.
Vbi & quando mortuus ſit. 119 b.
Buceri domus quaſi publicum diuerſorium fuit omnium exulum 195 b.
Buceri ſumma doctrina Theologica 13
Buceri vita exemplum ſingulare tum quo ad doctrinam tum quo ad pietatem. 195 a
Bucero fuit peculiaris orationis obſcuritas. 13
Bucero non fuit inferior P. Martyr. 13
Bullingerus morienti Martyri oculos compreſſit, eumque ſepulchrali veſte induit. 26
Bullingeri & Martyris indiuiduus amor, & ſingularis coniunctio vnde orta. 19
Bullingeri humanitas erga Martyrem. 12
Βύλησις καὶ Προαίρεσις quomodo differant. 9 d
Βύλησιν eſſe eorum quæ ſunt de fine. 9 d.

C

Cadauera in templis ſepeliri eſſe abſurdum. 457.
Cæſaris commendatio. 5 d
Caietanus & Capreolus expoſitores Thomæ. 57 b
Caiphæ prophetia quonam ſpectarit. 33 e
Caluinus non ſolum Geneuenſis ſed totius Eccleſiæ ornamentum. 20.
canonici Regulares D. Auguſtini cæteris Monachis ſeueriore diſciplina vtuntur. 6
cantus Apollini conſecratus. 204 b
cantorum ſtipendia non ſumenda. 463
Cardinalis Lotharingi orationis quam in colloquio poſſiaceno habuit ſumma capita. 22
carmina poetarum Eccleſiaſtici ſcriptores adhiberi poſſunt. 204 a
caro ſunt homines non renati. 6 c. d.
carnis & ſanguinis coniunctionem cum ſymbolis non aliam quam ſignificationis nouit Martyr. 217 a.
carnis facta quæ nam ſint. 107 a
carni & Sanguini Chriſti ante Eucharistiæ perceptionem nos communicare neceſſum eſt, alioquin omni fide caremus. 124 f.
carnem Chriſti quomodo et edamus & bibamus. 238 a
carnium eſus quare ante diluuium non relaxatus. 433.
carnium eſum euitare non eſt vitæ perfectio. 433
Carolus Quintus Imperator quo anno natus. 6
Caroli Magni ſtudium pium & ſanctum. 143 f
Caſſius ſe ipſum interfecit. 108 b.
Caſſii & Æmilij conſtant Martyrium. 191 f
caſtitatis prætextu nemo ſe interficere debet. 473
caſu an quis occidatur. 42 a
Cato ſe ipſum interfecit. 108 b
Catonis laus 5 d
ceremoniæ veterum non fuerunt tantum externa ſigna. 467
Chananæi quare nõ potuerint ſtare à facie Ioſue. 3 c
charitas fuga non violatur. 108 b. c.
charitas precioſior quàm vocula. 10 b.
charitas quomodo conſeruetur & augeatur. 58 f. g
charitatis opera præferenda ſunt ceremonijs. 472
charitatis radices quæ nam ſint. 93 c
charitatem in nobis quid accendere debeat. 97. b. c.
charitatem quæ nam duæ peſtes oppugnent. 93 c
charitate coniungimur proximo noſtro. 215 b
choreæ noſtrorum hominum à pietate alienæ. 463
Chriſtiani cuiusuis eſt de ſpe quæ in ipſo eſt rationem poſſe dare. 70 d.
Chriſtiani cum militibus, mercatoribus & nauigantibus conferuntur. 182 d. e.
Chriſtiani omnes quomodo affecti eſſe debeant. 50 a
ſuos defunctos luctu proſequi poſſunt. 220 d
veteres veſtem quare mutarint. 204 d
Chriſtianorum pericula quæ nam ſint. 69 c. d
Chriſtianorum vera gloriatio. 46
Chriſtus an peccarit reluctando morti. 97 e. f
Chriſtus crucifixus Iudæis ſcandalum eſt. 22 e
Chriſtus crucifixus iuxta deſtinatum Dei conſilium. 44 e
Chriſtus cum eſſet in forma Dei formam ſerui accepit. 94 b
Deus & homo. 93 f
Filius Dei declaratus reſurrectione 107 b
imago Dei ad quam facti ſumus. 93 d
Chriſtus inter latrones quomodo adhuc hodie crucifigatur. 101 a
Chriſtus in vna hypoſtaſi atque perſona duas naturas coniunctas habet, vtriuſque proprietatibus ſaluis. 113 f
Chriſtus licet corporaliter diſceſſerit

Digitized by Google

teſſerit à nob.., nihilominus tamen Eccleſiæ ſuæ ſemper eſt præſens Spiritu ſuo. 118 a

Chriſtus primus & præcipuus effectus prædeſtinationis 45

Chriſtus qua homo à nobis præſens non amplius habetur. 114 c

Chriſtus quare granum frumenti dicatur. 102 f

Chriſtus quo ad natură diuinam paſſus non eſt. 153 e

Chriſtus quo ad naturam humanam eſt creatura. 114 b

Chriſtus quoque mortem timuit 160 e.

reſurrexit à mortuis ſecundum humanitem. 34 d

ſui obedientia non eſt minor factus quo ad naturam diuinam. 98 e.

ſuis, in maximis periculis adeſt. 107 e.

Chriſti beneficium à Miſſa ſupprimitur. 98 f

innocentia omnibus nota 98 c

mors pro toto mundo ſufficeret. 45 b. c

natura diuina quomodo ſe exuerit cum in ſtatu humilitatis verſaretur. 95 c. d

Sacrificium pleniſſimum fuiſſe ex nono & decimo ad Hebræos manifeſtè colligitur. 121 d

Chriſti ſenſum quare nos omnes habere deceat. 93 d. e

Chriſto etiamſi nos ſimilia faciamus quædam, tamen nos peccamus. 98 a

Chriſto tribuitur quòd ſit donus Dei. 450

Chriſtum carnem de cælo attuliſſe quidam Anabaptiſtæ credunt. 131 b.

Chriſtum eundem veteres nobiſcum perceperunt, neque tamen illis corporaliter, realiter, ſubſtantialiter præſens erat. 116 b.

Chriſtum quare prophetæ ſolem nominent. 102 f

in Chriſto augmentum noſtrum quibus ſcripturæ locis confirmetur. 211 d

χρυσέων χαλκείων quam Homerus fingat. 78 e

Chryſoſtomus Monachus. 7

cibis dulcibus quomodo ſine peccato quis ſe oblectare poſſit. 98 a.

Cicero optimus linguæ latinæ autor. 1 b

Ciceronis victus. 5 d

circumſiſio quare Dei fædus. 115 c.

circumciſio quidnam. 443

clauis duplex. 108 e

clauis vtendi verbo non tantum ſacrificis ſed toti Eccleſiæ data eſt. 111 b

claues non ſoli Petro datæ 109 e.

Claues ſunt res generales 110 e.

clauium author eſt Spiritus ſanctus. 111 a

clauium Metaphora explicata. 109 a.

Clementiæ diuinæ iniuſtæ laudes. 140 b.

Cælum Brentij nuſquam eſt. 26.

Celi mentio cum fit intelliguntur cæleſtes orbes in quos receptus eſt Chriſtus cum à nobis aſcendit. 117 e

Cœna Dominica qua ratione Sacrificium dici poſſit & non. 438.

Cœna Domini eſt res cæleſtis. 119 a.

Cœnæ Dominicæ controuerſia non eſt tanta vt vinculum charitatis diſſoluere debeat. 18

Cœnam Domini qui contemnunt quo prætextu vtantur. 111 e. f

Cœnam Domini myſticam negligere quam graue ſit peccatum. 112 a.

cogitationes hominum quare ſint à prima ætate. 6 d

cogitationes primæ in noſtra poteſtate non ſunt. 3 b

collectæ preces quare ſic dicantur. 125 f.

communicare mane vel à prandio indifferens eſt. 204 f

communio generalis & debilis qua cum Chriſto omnes communicamus, quæ nam ſit. 236 a.

communiones cum Chriſto duæ. 236 b.

conatus triti prouerbia. 77 a. b

Conſilium Arauſicanum quid damnet. 34 e

Conſiliŭ Mileuetanum quos damnauerit. 7 b

conciones acerbæ non ſunt utiles. 202 b.

concordia inita inter Bucerum & Lutherum manducationem impiorum contra ſcripturam admittit. 18

concordiæ initæ inter Bucerum & Lutherum Petrus Martyr non poſſe ſe bona conſcientia ſubſcribere teſtatur Argentinæ. 18

confeſſio poſt abnegationem quibus modis fiat. 191 c. d

confeſſionem Auguſtanam Martyr amplectitur ſi rectè intelligatur. 112 b

confeſſiones peccatorum ſunt victimæ Deo placentes. 59 a

confæderatos adhibere Deus quo fine non prohibuerit. 442

congrui & condigni diſtinctio. 8 a.

coniugium quare dicatur myſterium. 435

conſilia humana ſunt infirma. 107 e.

conſolatio vera in morte quæ nam ſit. 454

conſolationum argumenta in ſummis afflictionibus. 43 b

Conſtantij ſanctitas. 141 f

Conſtantinum Chriſtus adiuuat contra Diocletianum & Maximilianum. 21

Conſtantinus Imperator leuitatem imprudentium Epiſcoporum repreſſit in Synodo Nicena. 227 c

Conſtantinus inimicum habuit Licinium Eccleſiæ inimicum. 21.

contactus Phyſicus non requiritur ad iſtam vnionem, quam cum corpore & ſanguine Chriſti habemus. 118 b

Cantarenus cum Martyre confert in religionis negotio. 11

contentio charitatem oppugnat. 93 c.

contingentes cuius nam reſpectu vrs dici poſſint. 43 e

contingentiam Dei prouidentia nō tollit. 43 d

conuerſatio Chriſtianorū vbi nam. 107 b.

conuerſio noſtra ad Deum ex Deo eſt. 35 e

conuerſio ſiue diſpoſitio antecedens non eſt in noſtris viribus 14 b.

conuerſionem neceſſe ante omnia præceſſiſſe aliaquin à Deo refugiemus. 14 d

cooperatio noſtra actiua quibus remoueatur. 15 f. & 16 a.

cooperatio noſtra in rebus ſpiritualibus quibus negetur ſcriptura teſtimonijs. 40 a

cor noſtrum non eſt in poteſtate noſtra. 3 b

cordis noſtri inconſtantia. 59 g

corda indurare & verbum ſuum mittere non pugnant. 462

corona oleaſtri Appij folijs intertexta. 69 a

Digitized by Google

Corpus animum aggrauat vt non poſſit defungi ſuo officio. 6 a
Corpus Chriſti cum pane dari quomodo vbiquitarij interpretentur. 115 f
Corpus Chriſti & ſanguis eius quomodo verè præſens dicantur. 232 c. d
Corpus Chriſti nobis non poſſe communicari vt multi inepte exiſtimant, niſi realiter & corporaliter illud præſens ſit. 116 a
Corpus Chriſti non eſt vbiq. 104 f
Corpus Chriſti placentas & cruſtula reipſa eſſe, audaciſſimè multi vociferantur, non tamen probare poſſunt. 85 a b
Corpus Chriſti reale atq; ſubſtantiale tantum in Cœna. 118 f
Corpus noſtrum quomodo capax ſiat beatæ reſurrectionis. 114 e
Corporis & Sanguinis communicationem pij habent ante manducationem Sacramenti, fidei autem exercitio in comedendo myſterio creſcit. 114 f
Corpori ab anima omnis ſua forma & pulchritudo. 60 e
Craeſo Thales non potuit Dei definitionem inueſtigare. 67 f
Crambe recocta faſtidium. 73 b
Crammeri doctrina & amor in complectendo Petro Martyre. 17
Creatio rerum qualis ſit. 432
Creationem qualem nam intelligant Theologi. 432
Creatura nulla ſimul eodemque tempore in pluribus locis eſſe poteſt. 114 b
Creaturæ quibus hominibus & quomodo ſubiectæ. 433
Creaturarum naturalem curſum Deus inhibere poteſt. 76 b c
Credendi clauis & prædicandi coniunctæ. 109. d
Credendo magis, Chriſto etiam magis vnimur. 216 e
Credentes Dei Spiritu agũtur. 35 e
Credentes omnes claues habent. 111 b.
Credere Deo & in Deũ idem. 467
Credimus quia ordinati ſumus non contrà. 45 b
Cruci affixus fuit Chriſtus pro nomine Chriſti. 191 e
Crucifixi ſignum habere in ſacra menſa dum Cœna Domini adminiſtratur inter ἀδιάφορα non eſt referendum. 211 a
Curioſitas quare fidei obſit. 467.
Cyprianus Martyr capite plectendus Birrum dat carnificibus. 204 c.

INDEX

D

Dagon nomen habet à Piſce. 147 e,
Dagonis forma quæ ſit. 147 e
Darij pietas. 143 f
Dauid à Gado propheta admonitus iam erat regeneratus. 2 f
Dauid puer interfecit Leones & Vrſos. 106 b
Dauidis ſumma diligentia in lectione ſacrarum literarum. 56 d
Dauidem incitauit Deus vt populum numeraret. 46 f
Debora noſtrorum temporum eſt regina Angliæ. 144 f
Decalogi præcepta quædam longe antè fuerunt quam à Deo promulgarentur. 470
Decalogi præceptum poſtremum in manu eſſe continendum. 470
Decalogi vtraq; tabula tria actionũ genera continet, cordis, linguæ, & operis. 470
Decimæ inſtitutæ ad alendos miniſtros. 103
Deciorum exemplum militibus proponendum. 93 d
Defectione ab agnita veritate pij omnes luxerunt ſemper. 183 d e
Deſiderium eſt voluntatis. 1 d
Deus conſpectus dicitur per idiomatum communicationem. 467
Deus cum FICTOR nominatur & nos lutum non tantum creatio ſed regeneratio quoq; intelligenda. 17 d
Deus homines prius intuetur quam eorum munera. 6 c
In ſuis promiſſionibus firmiſſimus. 53 d
Deus loquens inter homines eſt verus Theologus. 79 f
Deus non tantum docet ſed vt diſcamus efficit. 33 d
Offert munera & efficit vt accipiamus. 33 a
Quando ſine nobis operetur, & quando nobis cooperetur. 33 f
Quomodo nos per doctrinã & reuelationem ſuam adiuuet. 11 d
Quo ſenſu dicatur natus, paſſus, cruci affixus. 153 e
Quos nam amet vel odio proſequatur ex rebus proſperis & aduerſis cerni non poteſt. 448
Sic miſeretur vt nullius fruſtra miſereatur. 19 b
Dei diceretur. 111 a
Dei Filius à reſurrectione fuit declaratus. 95 d
Dei inuiſibilia quæ ſunt. 5 a
Dei nominum diuerſitas vnde deriuata. 453
Dei potentia non noſtra ſeruamur. 11 a.
Dei tituli non ſunt mendaces. 17 f.
Deo quomodo tribui poſſit liberum arbitrium. 1 b c
Deum conſuluerunt Iſraelitæ per Vrim & Thumim. 64 c
Deum fideles nõ ſolum cognoſcunt, ſed etiam Sãctis moribus poſſunt exprimere. 68 a
Deum indurare quidnam ſit. 13 e
Deum videre ad faciem quid. 453
Diabolum calcandi facultatem Deus etiam Sanctis tribuit. 436
Diabolus poſt multa ſecula poſſe veniam conſequi quinam docuerint. 140 b
Diluuium typus iudicij extremi. 428
Dionyſius tyrannus nulli fidebat. 102 e.
Diſciplina quare ex quibuſdam Eccleſijs remoueatur. 150 d
Diſciplinæ neruus ſi Eccleſiæ defuerit certa eſt pernities Eccleſiæ. 150 e.
Diſcretio fit per partem intelligentem. 2 a
Diſputationes doctæ & eruditæ qualis eſſe debeant. 13
Diſputationes publicæ in quibus de cõtrouerſis articulis fidei diſputatur quomodo ſint inſtituendæ. 15
Diſputationum publicarum vſus 59 e.
Diſputando P. Martyr fuit feliciſſimus. 13
Diuinæ prouidentiæ munera. 450
Diuitiarum acquiſitio laborem, poſſeſſio timorem, relictio dolorem coniunctum habet. 185 e
Diuitiarum ſtudium ad defectionẽ ſollicitat. 185 f
Diuortio quonam violetur matrimonium. 473
Dodoneum æs. 63 e
Dæmonium Socratis. 63 b
Dogma non eſt fundandum in ambiguis vocibus. 123 e
Dominicani quare prædicatores dicti. 8
Dominicani ſingulis Dominicis concionantur. 8
Dominicus dies rectè loco Sabbathi obſeruatur. 472
Dominici diei mentio fit in ſacris literis. 472
Dominico die Chriſtus nobis apparuit. 107 d
Dona cœleſtia omnia nobis per Chriſtum communicantur. 117 d
Dona gratuita Deus diſtribuit vt vult. 20 b

Digitized by Google

donorum cæleſtium non omnes ca-pacesfiunt. 11 e
Δυνάμεις habuit Eccleſia ante Chriſti aduentum. 453

E

Ebrietas in Noacho excuſari non poteſt. 440
Ebrietate non ſicuti debemus, vt ex ea rebus aduerſis ſolatium quæramus. 445
Ebrij magis excuſandi quàm peccantes cupiditatis impulſu. 445
Ebrioſi excommunicandi. 445
Eccleſia Chriſti non ſolum intelligi poteſt vt Platonis Reſpub. ſed etiam in terris locum habet. 83 f
Eccleſia Italica apud Geneuenſes commendatur. 20
Eccleſia Latina non ſtatim recepit Chriſtianiſmum ab Hebraica lingua, ſed per Græcam. 125 b.
Eccleſiæ auctoritas non plus valere debet quam ſcripturæ veritas. 202 d.
Eccleſiæ miniſterium quare omnes ferè repudient. 47 g. 48 d
Eccleſiæ noſtræ multa ſumſerunt ex Moſaicis decretis. 203 c
Eccleſiæ vitijs omnibus ex priore ad Corinthios facile mederi poſſumus. 15
Eccleſiaſticis bonis qui abutuntur ſunt rei furti. 474
Eccleſiaſticas leges conſcribunt in Anglia viri primum triginta duo mox ſedecim. 17
edendi & bibendi modus qui nam ſit. 231 a
Edoardus Angliæ Rex Euangelij Chriſti propugnator acerrimus. 72 a
Edoardo Rege Angliæ nullus doctior & Sanctior pro ea qua fuit illa ætate. 84 e
Electio Dei & hominum diuerſo modo ſe habent. 45 e
electio ſit propter aliud non per ſeſe. 2 a.
electio noſtra non tollitur à Dei prouidentia. 43 d
electio primas tenet, ſequitur adoptio, tum ſanctimonia vitæ. 22 g
electio tantum circa poſſibilia verſatur. 9 d
electorum gratia Deus aliquando parcit etiam regionibus integris 444.
eleemoſynæ Philippenſiū odor bonæ fragrantiæ corā Domino. 36 a
Eleemoſynæ quomodo ſint moderandæ. 474
Eleemoſynis quomodo dicamur redimere peccata. 471
Emanuel Tremellius Lucæ Hebraicam linguam docet. 11
emerſio in Baptiſmo quid. 105 f
Enthuſiaſtæ quare ſint reprehendendi. 11 d.
Enthuſiaſtarū afflatus erronei. 11 d
Epiphanius monachus. 7
Epiſcopi in Anglia in carceres propter puram religionem abripiuntur. 17
ERO qui ERO quid, 460
Eſau eadem benedictio quare non potuerit tribui. 450
Ethnici an habuerint gratiam Dei ad Chriſtum. 32 b
Ethnici habuerunt adyta ſubterranea. 63 e
Ethnici multi Deo gratias egerunt quòd non bruta animantia, ſed homines creati fuerint. 50 e
Ethnici viuente Chriſto non ſunt ad ſuum congreſſum admiſſi. 33 c. d
Ethnicorum κατορθώματα aliquo motu & impulſu Dei facta ſunt. 5 e.
Ethnicos Deus tradidit in reprobū ſenſum. 46 f
Euangelium & in veteri & in nouo Teſtamento continetur. 431
Euangelium et lex non ſunt euellenda. 471
Euangelium idem audientes ſunt diuerſi. 23 a
Euangelium lætum nuncium. 107 d
Euangelium Matthæi an ſit Hebraicè ſcriptum. 125 e
Euangelij contemptores ſua malitia id ſpernunt quom Deus nō infūdit. 24 a
Euangelij prædicatio à quibuſdam ſubtrahitur 29 d. e. f. 30 *totum.*
Euangelij prædicationē ad ſalutem eſſe neceſſariam. 31 a
Euangelij ſermo πολύφωνος καὶ πολύτροπος, 64 c
Euangelio non credunt omnes. 35 e
Euangelizare ſecus eſt ἑτεροδιδασκαλεῖν. 138 f
Euchariſtia nec in ſymbolis, nec in ipſis communicantibus realem, corporalemue Chriſti corporis præſentiam habet. 114 e
Euchariſtia quare ſit inſtituta. 93 a. b
Euchariſtiæ vſus quis & qualis. 114 e.
Euchariſtica controuerſia de præcipuis religionis capitibus in ſectro tamen habet. f
Euchariſticum ſacrificiū quænam comprehendat. 126 e
Euerſio Sodomorum cuius rei ſit ſpecimen. 444
Eunuchus reginæ Cādacis Spiritus Sancti ſubſidium accepit. 68 b
Excommunicatio quatenus dicatur clauis 110 e
execrationis formæ. 129 b
exequutio ſententiæ contra ſceleratos noſtra interceſſione non eſt impedienda. 473
Exilium propter nomen Chriſti non eſt leuis crux. 166 c. d
Exilij pro gloria Chriſti incommoda. 166 c. d
exinaniuit ſe Chriſtus quo ad vtranque naturam. 95 b
Ezechiæ additi ſunt quindecim anni. 44 c
Ezechiæ zelus. 143 e

F

Facere non eſt idem atq; ſacrificare. 123 c.
Facultatum communitas quatenus inducenda. 474
Fœminæ Chriſtianæ ſumma ornamenta. 14
Fœminæ doctæ & bonis artibus informatæ. 6
Falſi teſtimonij latiſſima ſignificatio. 474
Feris Deus crudelitatē adimit aliquando. 76 b
feſulanum collegium inſtructiſſima Bibliotheca ornatiſſimum 7.
Fideles qui eruditione & fortitudine ornati ſunt quomodo tempore perſecutionum affecti eſſe debeant. 181 a. b
Fideles quo nam fideles ſint. 12 b
Fideliū eſt quotidie impleri & perfici. 211
Fides conſtans in rebus politicis omnia ſuperat. 69. 70
Fides eſt illud inſtrumentum quo Chriſtus, corpus, & ſanguis eius à nobis percipitur. 113 b
Fides in Chriſtum alio atq; alio modo ſit in diuerſis. 19 b
Fides non eſt omnium. 16 a
Fides noſtra non dirigitur in rem fictam ſed in corpus humanum verum. 120 a. b
pendet à vocatione 440.
quæ nam ſit per quam in nobis augeatur Chriſtus magis ac magis. 213 f g. 214 a.
Fides quamuis minima dum modo vera apprehendit Chriſtum 215 a

Digitized by Google

Fides qua ſcimus nos eſſe prædeſtinatos, magnum ſolatium in omni genere calamitatum. 42 b
Fides veræ pœnitentiæ origo. 191 b
Fides voluntaria licet ſit, tamen Deus ad illam quibuſdã medijs impellit. 28 d
Fidei connexio cum bonis operibus per ſe eſt. 471
Fidei exercitia inſtituenda ut ab ea excidamus. 215 c
Vt robuſtior fiat ibidem d.
Fidei infirmitas non impedit quo minus habeamus ipſam fidem organum apprehendens promiſſiones Dei. 215 a
Fidei magnæ exemplum. 100 c
Fidei noſtræ incrementum quando finem habeat 214 e. f
Fidei πληροφορία quæ à nobis requiritur, nunquam haberi poteſt. 214 f.
Fidei prudentia. 104 b
Subiectum eſt verbum. 21 b
Vim omnes vbiquitarij & tranſubſtãtiatores non ſatis perceptã habent. 116 a
Fidei vis ex vi imaginariæ facultatis. 452
Fide apprehendimus oſtenſam iuſtitiam. 99 b
Fide aucta creſcit in nobis Chriſti manſio. 214 b
Fide carentes dum Sacramenta percipiunt, non poſſunt percipere corpus Chriſti. 112 d. 114 f. 115 a. b
Fide nos iuſtificari quo ſenſu dicatur. 443
Figuli allegoria ex Paulo explicatur. 17 d
Figuræ ſecundæ affirmatiuæ argumentationes falſæ ſunt. 20 f
Filij Dei qui actu iam tales nõ ſunt, ſed prædeſtinatione, quomodo aliquando nominentur in ſacra ſcriptura. 33 b
Filij Dei qui ad filias hominum dicuntur ingreſſi qui nam. 437
Filij Dei tàm ex gentibus quàm ex Iudæis fuerunt. 33 c
Filios Dei fieri qui nam habeant poteſtatem. 41 a
Finis ſummus omnium. 49 a
Finem naturalem quem philoſophi in vita habuerunt propoſitum pauci ſunt conſecuti. 6 b
Flatus Dei cuius rei ſymbolum ſit 434.
Flatus non fuit Spiritus ſanctus ſed Symbolum. 109 a
Flatu Chriſtus Spiritum ſanctum dedit. 109 a
Florentia vrbs florentiſſima. 6
Fœdus initum cum Noacho quid adumbrauit. 440
Fœdus quid ſit. 461
Fœlicitas æterna quare terrenis bonis deſcribatur. 449
Fœlicitas noſtra in duobus conſiſtit maximè. 49 b
Fœlicitatis noſtræ principium vnde petendum. 431
Fœtus quomodo generetur. 236 d
Folijs nomina mandata. 64 e
Fores ſi penetrauit Chriſtus fuit miraculum. 107 f
Forma alicuius rei non patitur varietatem eſſentiæ, ab eo cuius eſt Forma. 94 e. f.
Forma Dei quid. 94 b. c.
Forma omnium præceptorum. 470
Formæ proprium non eſt corrumpere ſed ſeruare. 94 d
Formæ vocabulo quare Paulus vtatur tàm quo ad ſeruum, quàm quo ad Deum. 94 d
Formam Dei non ſignificare apparatum tantum, ſed naturam & eſſentiam. 94 d
Fortitudo in P. Martyre admiranda. 15
Fortitudinis Spiritus qui nam ſit. 170 d.
Fortuitũ quare nihil ſit Deo. 24 f
Fortuita in mundo noſtri reſpectu dicuntur. 450
Fortuita quæ nobis videntur à prouidentia gubernantur. 43 b
Furtum Iſraelitæ nõ commiſerunt. 474
Fructuum ſcientiæ boni & mali interdictio quid ſignificet. 434
Fruges vbi nam primũ repertæ. 73 e
Frumenti granum quare Chriſtus ſe nominet. 102 f
Fuga tempore perſecutionum eſt quoq; teſtimoniũ veritatis, quam quis fatetur. 166 e. f
Fugæ præceptum à Chriſto mandatũ, an ſit poſtea abrogatũ. 164 g
Fugam Chriſtianis non eſſe licitam nullus patrum docuit, vno Tertulliano excepto 167 e. f
Fugere qui debeant, & qui non debeant perſecutionis tempore. 167 g. 168 a
Fugientes pro veritatis confeſſione quomodo Deũ inuocare debeat. 167 a. b.
Fugientes propter corporalẽ vitam. 175 b.
Fundum Plato aliena aqua nõ vult eſſe irrigandum. 63 a
Funerum ploratus non prohibetur. 456.
Furtum non præcepit Deus, cum Iſraelitis præciperet, vt aurum argentum, vaſa, & veſtes peterent à populo. 459

G

Gabriel Biel Occamo adiũctus. 57 b
Gaudium Sanctorũ in media morte vnde oriatur. 162 a
Gemmas quærentiũ ſtudiũ. 57 e. f
Genealogiarum in S. ſcriptura magnus vſus. 437
Gentes cur Paulus propter illam notitiam naturalem inexcuſabiles dicat. 32 a
Gentes etiam barbaræ tanguntur aliquo ſenſu recti. 3 d
Gentibus Chriſtus crucifixus eſt ſtultitia. 22 c
Gentiles qui multa bona quũ fecerint, ſanxerint, dixerint pro Patriæ commodis. 5 d
Genuflexio eſt ſignificatio externa interioris adorationis. 102 a. b
Gloria vana repugnat charitati. 93 c.
Græca Eccleſia eſt latina vetuſtior. 125 c.
Græcam liguam vt addiſceret Martyr plurimas noctes integras inſomnes duxit. 8
Gratia Chriſti externis rebus non eſt alliganda. 158 a
Gratia diuina voluntatem humanam non exſpectat. 34 c
Gratia ex operibus data iam non eſt amplius gratia. 8 d
Gratiæ hoſtes ſub laudibus naturæ latent. 21 d
Gratiæ vocatio nulla eſt vbi Matris Eccleſiæ regeneratio non eſt. 31 a
Gratiam Deus aufert ſuam aliquando hominibus. 47 a
Gratiam in definitione liberi Arbitrij quare adhibuerit Magiſter ſententiarum. 2 a
Gratiam præuenientem ſtatuerunt ſcholaſtici. 21 c
Gratiam quare requiſiuerint Pelagiani. 21 b
Gratiarũ actiones hoſtia ſunt. 69 c
Gratulatorij ſacrificij finis 119 f.
Gregorius Theologus quare Epiſcopatum recuſarit. 81 f
Gualteri humanitas erga Martyrem. 12

H

Habere & poſſe habere dona ſpiritualia diſtinguuntur. 27 a. b
Hæreticis qui ſcripturas videtur deprauare quomodo occurrendum. 58 b.

Digitized by Google

Hebræi pij qui Manna ederunt & Aquam de petra biberunt Spiritualis cibi & potus nobiſcum fuerunt participes. 115 a. b
Hebraicã linguam quando P. Martyr didicerit. 8
Heſtera Chriſtianorum. 144 f
Hieremias quare miniſterium recuſauit. 82 f
Hieronymus monachus. 7.
Hieronymus Sauanarola multos Eccleſiæ abuſus reprehendit. 7
Hieronymus Zanchus in exſilium abit pro Chriſti religione. 11
Hieroſolymorum vrbs quando capta ſit. 6
Hiſtoriarum antiquiſſimæ ſunt ſacræ hiſtoriæ. 74 c
Homo à Deo rectus factus & ſuo libero arbitrio excidit. 2 c
Homo dum trahitur quomodo nolens ſit & volens. 26. b
Homo ſicut per verbũ conditus ita per verbum ſeruandus. 61 d
Hominis creati exercitia. 434
Hominis extrema miſeria quæ nam ſit. 66 a
Hominis finis præcipuus. 432
Homines ad humiliandos ſe quid nã commouere deberet. 94 b
Homines aliquos ad interitum eſſe creatos, videtur abſurdũ eſſe prima fronte. 46 a
Homines etiamſi à Deo moueantur tamen non erunt trunci & lapides. 20 d
Homines in hac vita non poſſunt nõ peccare, vel mori. 7 a
Homines non res mutat pax Christi. 108 c
Homines poſt lapſum Adæ quales ſua natura ſint. 10 d
Homines ſinguli in ſalute danda nõ ſunt ſpectandi, ſed varia eorum genera. 33 d
Hominum genera omnia quando Chriſtus ad ſe admiſerit. 33 d
Hominũ officiũ erga Deũ. 44 d. e
ὁμοούσιος vox in diuinis literis non reperitur, quamuis res ibi doceatur. 9 f
honeſtum & turpe quomodo ſit diſcernendum. 471
honoris nimium ſtudium ab agnita veritate multos reuocat. 185 f
hortus deliciarũ vbi plantatus. 434
hoſtiæ Deo placentes beneficentia & Hoſpitalitas. 36 a
humana Chriſti natura ſemper in aliquo loco fuit, ſic vt in alio non eſſet eodem tempore. 229 a
humana conditio ab aduentu Chriſti nõ eſt facta peior quam antea fuerit. 31 a
humanitas Chriſti ex ipſius natura & veritate, nec vbiq; nec abſq; certo loco unquam eſſe poteſt. 114 a.
humilitatis veræ exemplũ. 93. 94
Hymni in ſacris cœtibus canebantur in veteri Teſtamento. 203 c
Hypocritæ gloria ducti ſæpè coercẽt malos affectus. 3 a
Affectuum tanta eſt vehementia vt ratio illos ſæpè coercere non poſſit. 3 b.

I

Iacobus cum Angelo an vigilans an verè per ſomniũ luctatus ſit. 453
Iacobi Sturmij dies mortis. 234 c
Iael noſtri temporis. 144 f
Iano ſuffolcia Anglia eloquentiæ ſtudioſiſſima. 6
Ianuis clauſis quomodo Chriſtus ſit ingreſſus. 107 f
Ieſu nomine audito an caput ſit aperiendum. 102 a
ignibus Deus vim. comburendi cur aliquando ſubtrahat. 76 b
Illuminatio aſſiduè à Deo eſt petenda. 14 d. e
Imago Dei in homine quæ nam fuerit. 432
Imaginum cultus inter ἀδιάφορα referri non poteſt. 211 b
immerſio in Baptiſmo quid notet 105 f
impij habent aliquando Spiritũ prophetandi & alia chariſmata. 5 f
impij homines quomodo liberam voluntatem habeant & non habeant. 37 b
impij præter Dei prouidentiam nihil poſſunt facere. 43 b
impij quatenus dicantur percipere corpus Chriſti. 114 f. 115 a. b
impiorum et Renatorum diſcrimen in peccando. 36 d. e
impijs præter gratiam iuſtificantem diuinitus dari potuerunt Spiritus aliqui fortitudinis, caſtitatis. &c. 5 f
impios ad diem malum factos teſtatur ſcriptura. 46 b
Indiæ nouæ multa loca quæ de Chriſto nihil adhuc audiuerunt. 41 c
indurare nos Deum quid. 13 c
inertia & voluptas vitiorum omnium nutriculæ. 79 f
infantes Hebræorum qui per annos quadraginta mortui ſunt præputiati non ob id exciderunt ex gratia. 158 à. b
infantes piorum ſi abſq; Baptiſmo diſcedant non periclitantur. 158 a.
infantibus quoq; inſunt ſua peccata & vitia. 4 e. f
influentia Dei cuncta ſeruantur & reguntur. 48 b
Ingenij præclari indicia quænam ſint. 6
Inimicos Martyr ſemper complexus eſt. 218 e
iniqui iudicati propter afflictiones. 100 a. b
innocentia Chriſti perſpicua. 98 c
inſidijs in bello vti licet. 441
inſomnia confirmarunt fidem. 62 d
inſomnijs Deus aliquando monarchas de rebus grauiſſimis inſtruit. 62 c
intellectus noſter quã ſit infirmus. 5 f.
intelligentia locũ conſulentis quando & quomodo habeat. 1 d
interfecti à ſe ipſis. 108 b
inuectiua Argentinæ in Sacramentarios recitata. 85 c
Ioannes Apoſtolus Epheſi geſtauit petalum. 204 c
Ioannes Chryſoſtomus quare Epiſcopatum ſuſcipere renuerit. 81 f
Ioſephi eſſent optandi in principum aulis. 117 f
Ioſephi exilium & captiuitas non fortuita. 43 b
Ioſiæ pietas. 143 f
Ira quæ nõ prohibeatur à Deo. 473
Iſabella Manricha Chriſti nomine in exilium abijt. 10
Iſraelitarum iter per mare quale. 463.
Iſraeliticus populus ante omnia cœpta, Deum conſuluit. 63 c
Iudæi non omnino alieni à fœdere Dei. 444
Iudæi qua fœlicitate Chriſtianos ſuam linguam doceant. 8. 9
Iudæorum quod nam fuerit extremum ſupplicium. 55 a
Iudæorum ſcandalum quomodo fuerit Chriſtus. 96 f. c
Iudæis Chriſtus crucifixus eſt ſcandalum. 22 c
Iudex eſt lex loquens. 70 c
Iudicium pertinet ad partem intelligentem. 1 d
Iuliani Apoſtatæ ſumma crudelitas. 190 e. f
Iuramentum quid: an bonum & licitum Chriſtiano ſit. 456
Iurandi formæ tres in ſcripturis vſitatæ. 129 b
Iurare per creaturas conceſſum quatenus. 456
Iurare quomodo poſſimus per res creatas. 130 b
Iuriſconſulti qui nam dicantur. 51 a.

Digitized by Google

Iuſtificans fides & Prophetia non cohærent neceſſariò. 445
Iuſtificatio Chriſtianorum vbi. 98 f
Iuſtificatio noſtra ab Electione Dei pendet. 45 c
Iuſtificatio vnde ſequatur. 39 a
Iuſtificationis articulum Martyr di lucido genere ſermonis explica- uit. 14
Iuſtificationis gratia non datur, vt poſſimus per liberum arbitrium ea præſtare quæ lex à nobis requi rit. 7 b.
Iuſti non habent legem quæ ſe accu- ſet, niſi quatenus perfectè adhuc nõ ſunt regenerati. 3 g. 4 a
Iuſtitia eſſentialis quam Oſiander finxit peregrina eſt, & à ſcriptu- ris aliena. 154 f
Iuſtitia hominis ex bonis illius ope- ribus nõ ſemper colligitur. 44 a
Iuſtitia inhærẽs quæ, quibus detur, an neceſſaria. 442
Iuſtitia quomodo nobis applicetur. 98 f.
Iuſtitia verbo Dei nobis proponitur. 99 b
Iuſticiam et ſeueritatem ſuam Deus etiam vult patefacere. 24 e
Iuuenes rationem inſtituendæ vitæ vnde diſcere debeant. 78 b

K

Κατορθώμενον quid ſit Nazianzeno. 26 a.
Κατορθώματα Ethnicorũ aliquo Dei impulſu facta ſunt. 5 e. in quem finem etiam. ibid.
Κειμήλιον P. Martyris. 12

L

Laminam geſtauit Epheſi Ioh. Apo ſtolus. 204 c
Lapſus noſtri quotidiani quomodo tollantur. 121 e
Laurea muralis, naualis, ciuica. 69 a
Λειτουργία non deducitur à λειτὸ ſed à λειτῶ. 126 c
Λειτουργία, Sacrificium, miſſa. 125 b
Λειτουργός quinam dicatur. 126 b
Lex arbitrij noſtri liberi vices non ſtatuit. 4 c
Lex ciuilis & œconomica nõ eſt ſol- licita de voluntate. 3 f
Lex cum terrificis ſignis quare pro- mulgata. 468
Lex Dei quatenus dicatur adferre vel mortẽ vel vitam. 470. 471
Lex Dei quid à nobis requirat. 3 e
Lex Dei ſi propriè ſumatur, quatenꝰ non poſſint facere homines, quæ cum illa congruant. 3 d. e
lex diuina vt abrogetur nõ facilè au thor eſſe debet miniſter Dei. 128 e
Lex membrorum manifeſtè nomi- natur peccatum à Paulo. 163 e f
Lex naturæ, explicatio diuinæ volũ- tatis. 458
Lex hominis ex bonis illius operibꝰ non ſemper colligitur. 44 a
Lex qualis Dei voluntas ſit & non ſit. 28 a. b
Lex quatenus ſit impoſſibilis. 471
Lex quatenus & apud quos inferat liberum arbitrium. 4 b
Lex quare iuſtis non ſit poſita. 3 f
Legis factores veri qui ſint. 471
Legis fines varij. 4 a
Legis opera non omnino ſunt negã- da cauſſa noſtræ ſalutis. 471 quatenus ſint peccata. ibid.
Legis vſus quis ſit. 471
Legi ciuili qua voluntate opera no- ſtra congruere poſſint. 3 e. f
Lege quomodo peccatum fuerit au- ctum. 48 a
Leges ciuiles & Cæſareæ non omnia vitia puniunt. 151 a
Leges ciuiles & morales veteris po- puli quomodo ſint abrogatæ. 471
Legum ciuilium obedientia quomo- do differat à Spiritualium legum obſeruantia. 37 d
Liberatio noſtra à morte æterna, quare nõ vno verbo peracta fue- rit, vt mundi creatio. 100 f
Libera voluntate primus homo non ſtetit. 6 f
Liberæ voluntatis noſtræ varietas in gradibus vnde ſumẽda ſit. 5 d e
Liberos qui negligunt aut crudeli- ter tractant vituperandi. 5 c
Libertas à neceſſitate cogente quæ. 36 e.
Libertas etiam externis actionibus plurimas infirmitates habet. 5 f
Libertas triplex. 36 e
Libertatem à peccato qui habeant et qui ea deſtituantur. 36 e. f
Libertate à miſeria qui nam fruan- tur. 36 e. f
Libertate volũtatis quænam ſcien tiæ ciuiles & morales, item Ma- giſtratus authoritas ſalua mane- at. 37 d
Libertini reſurrectionem iam factã contendunt. 106 a
Liberum arbitrium Auguſtinus ſi plus æquo extollat, qua regula ſit dirigendum. 27 e. f
Liberũ arbitrium homines non rege nerati quatenus habeant. 3 a
Liberum arbitriũ in voluntate, ſed radices agit in intelligentia. 1 d
Liberum arbitrium quatenus conce datur & tollatur. 29 b
Liberum arbitrium quatenus Deo tribui poſſit. 1 c
Liberum arbitrium quatenus poſſit concedi. 10 e
Liberum arbitrium quatenus ſit voluntatis. 1 f
Liberum arbitrium quibus argumẽ tis ſtabiliatur. 27. 28. 29. illaq; ſoluuntur. ibid. & 30.
Liberum arbitrium quid ſit. 1 d. e. 2 a. 37 a.
Liberum arbitrium quod ad ſanita- tem animi actiuè concurrat ex nobis non ſurgit. 34 c
Liberum arbitrium ſi lateat verita- tis via non niſi ad peccandum va let. 34 b
Liberi arbitrij diſputationes quare ſuſcipiendæ. 35. 36 g
Liberi arbitrij doctrina ſemper fuit controuerſa. 1 a
Liberi arbitrij extenuatio quæ ſecũ ferat commoda. 8 e
Liberi arbitrij loco quid Philoſophi tradiderint. 1 b
Liberi arbitrij obiecta. 2 b
Liberi arbitrij ſtatus qui. 2 e
Liberi arbitrij vox in ſcriptura non reperitur. 1 a
Liberonè arbitrio Paulus in ſua conuerſione fuerit tractus an non. 26 e
Liberum illud quod à natura habe- mus nõ eſt tale vt conuertamur. 25 e.
Liberum quod eſt ſui iuris. 1 c
Libidines vagas Magiſtratus ſem- per punire debet. 119 a
Libidines vagas quomodo leges Ro- manæ coerceant. 129 a
Libri ſacri pædagogi Electorum. 62 e
Ligare vel ſoluere quatenus Mini- ſtri verbi Dei dicantur. 109 e
Lingua Chriſti quomodo adhuc ho- die tanquã teſta areſcat. 100 e
Litterati hominis ſumma ornamen ta. 6
Litteræ Mercurio cõſecratæ. 204 b
Lothi filiæ an excuſentur. 445
Lucenſes in Florentinos odio quodã inueterato feruntur. 11
Lucta piorum cũ Deo qualis. 453
Luminaria quare in ſigna ſint poſi- ta. 432
Lutheranæ præſentiæ modũ in Cœ- na nemo percipit. 217 b. c
Lutherani Dei gratiam Baptiſmo alligant. 157 a
Lutherani non volunt nos pro fra- tribus agnoſcere, ſed proſcri- bunt, & ex Eccleſia eijciunt nos, Deo tamen nos ſemper pro- tegente. 158 e
Lutheranorum & noſtrum eſt di- uerſa fides. 156 c

Lutherae

Lutheranorum miniſtri ſunt crudeles erga orthodoxæ ſententiæ miniſtros in cœna Domini. 156 b
Lutheranos credere paruulos fide eſſe præditos. 157 f
Lycurgus ſibi ipſi manus adferre voluit, quòd Lacedæmonij leges mutaſſent contra ſuam exiſtimationem. 66 c. d
Lydiæ purpurariæ Deus cor aperuit. 15 e

N

Magiam turpiſsimam qui nam ex ſacra ſcriptura efficiant. 67 b
Magiſtratus in puniendo quid reſpiciat vel non reſpiciat. 4 e
Magiſtratus pij eſt etiam religionis ſacroſanctæ curã ſuſcipere. 144 d
Magiſtratuum electio quomodo inſtituenda. 456
Magorum Pharaonis falſa Confeſſio. 462
mala poſſet Deus impedire ſi vellet. 47 a.
malogranata eſſe fructus pulcherrimos. 52 f
malogrãnata tintinnabulis adiũcta quid ſignificarint. 52 f
mandatum generale de credendo omnibus ijs quæ in verbo Dei comprehenduntur. Comprehẽdit ſub ſe ſpecialia. 138 b
mandatum vnum negligens quare omnium reus fiat. 470
mandati primi et vltimi harmonia. 470
manducare & bibere nil aliud eſt niſi credere. 18
Man idem Sacramentum apud veteres, quod in nouo Teſtamento Eucharistia. 464 *quomodo vitam æternam dederit. ibid. accedit ad Man Arabum Medicorũ, nõ autem ad illud quod Galenus nominat. ibid.*
Mannæ conſeruatio, non ſtatuit panis Eucharistici conſeruationem. 474
Manuum elenotio in precibus quare religioſè obſeruetur. 466
Marcellini martyrium. 191 e
Marcionitæ contendunt Chriſtum non reuera hominem fuiſſe, ſed apparuiſſe tantum quaſi eſſet homo. 95 f
Marcionitarum ſtramineus Acchilles. 95 f
Maria Fumãtia mater Petri Martyris. 6
Mariana perſecutio in Anglia. 17
Marpachius panì corpus Chriſti nõ includit, ſed præſentiam quoad communicantes reipſa & veriſſimè contendit aſſerendã. 234 f
Martinus Buccerus Martyrẽ cum Laciſio Argentinam vocat. 12
Martyr Abbas Spoletanus confirmatur. 9
ab ineunte ætate didicit & docuit ſacras literas. 83 c
accuratiſsimè verſatus in lingua Græca. 8
ad iram non potuit prouocari ab aduerſarijs. 13
à periculo ab ruſticis ſeditioſis in Anglia illi parato liberatur. 16
Ariſtotelis librum de moribus interpretatur Argentinæ. 18
Baſileam venit. 12
Clariſsimum Theologum Caluinum in articulo prædeſtinationis defendit. 234 a
decimo ſexto ætatis anno ingreſſus collegium Feſulanum. 6
Eccleſiam Tigurinam Baſilienſem, Bernatem, Geneuenſem & Anglicanam non vult condemnare. 113 d
Eccleſias Helueticas Geneuẽſem noluit damnare, quemadmodum nonnulli Theologi hodie faciunt. 18
exiguo ſtipendio contentus. 14
Exilium propter Chriſti Euangelium ſibi gratulatur. 84 b
euocatur ad colloquium Poſſiaceum. 21
Geneuam vocatur deſiderio ardentiſſimo totius Eccleſiæ. 20
honorificè excipitur Argẽtinæ à magno illo et clariſſimo Sturmio cæteriſq; viris ſummis, 18
hortatur reginã præſens ad purã religionem propagandam. 21
in ciuitatem Tigurinorum recipitur. 20
infirma valetudine 25
in quibus celeberrimis ciuitatibus docuerit. 8. *Homerum interpretatus Vercellis.* 8
inuitus Argentina diſceſſit. 71 d
maluit Argentinenſem ſcholam relinquere, quam piam & Orthodoxam ſententiam de præſentia corporis Chriſti perfide diſsimulare, vel etiam quicquam ſimulare. 118 e
Methodicũs & purè ſcripturam S. docuit. 13
mortem ſuam præſagiebat. 26
multa perpeſſus propter ſinceram doctrinam de Eucharistia. 84 d
nõ facit Deũ authorẽ peccati. 45 f
non fuit doctor vulgaris. 5
Martyr non parum in lectione patrum verſatus. 58 e
Martyr non tantum dogmatica ſuis lectionibus propoſuit, ſed ad pietatem quoq; eſt hortatus, & dehortatus à vitijs. 13
Martyr patre inuito monachus factus. 6
placidiſsimè in Domino conquieſcens moritur. 26
poſthumum partum non niſi Tiguri vult educari. 20
quæ nam & qualia ſcripſerit. 23
quando ægrotare cœperit. 25
quando & à quo linguam Hebraicam didicerit. 8
quare & quando in Angliam profectus. 15
quare Monaſticæ vitæ ſeſe dederit. 6
quare noluerit vti obſcura genere dicendi in controuerſia cœnæ Dominicæ. 14
quare non potuerit à vera & orthodoxa ſententia de Cœna Domini vlla ratione Argentinæ dimoueri. 19
quare Patauium miſſus fuerit 7 *ibi vixit in cœnobio S. Iohannis de Verdara annis octo. ibid. ſtudijs Philoſophicis quanta cura ſe dediderit. ibid.*
quid profecerit Buceri Zuinglij & Eraſmi libris 9
quo anno Argẽtina diſceſſerit. 19
quomodo iuuenes curarit informari. 11. *Epiſt. Pauli pueris interpretatur. ibid. Euangelia Dominicalia cõcionatur Lucæ. ibid. ſic ſuos in religione Lucenſes informauit, vt in exilium plurimi pro Chriſti veritate iuerint. ibid. Cum Contareno confert in religionis negotio. ibid. in exſilium cum quibuſdã abit. ibid. annulũ Lucam remittit. ibidem Tigurum venit ibid.*
quos Biblior. libros explicarit. 12
quos Theologos & vbi audiuerit 8. *concionatur anno vigeſimo ſexto ætatis. ibid.*
Romam ad Pontificẽ prouocat. 10 *periculoſo morbo decũbit.* 10. *ſeuerus erga eos qui in omnibus ſe volutabant vitijs.* 11. *Lucenſibus gratiſsimus. ibidem.*
ſemper orthodoxã doctrinã de cœna eſt profeſſus candidè. 85 c
Tigurum vocatur. 10
unus ex Triũ viris qui leges Eccleſiaſticas cõſcripſerũt in Anglia. 17
Martyris admiranda fortitudo & conſtantia. 15
animi ægritudo. 47 e
caſtitas & frugalitas. 9
Martyris coniugis corpus Polus Cardinalis in ſterquilinium abijci iuſſit. 14. *ab Elizabetha honorificè*

à ſimo erutũ rurſus ſepelitur. ibi.
Martyris coniugium. 14
conſilium in conſtituenda pace regni Gallici. 21
deſiderium erga Argentinenſem ſcholam. 71 b. c. d. e
dicendi ſtudia. 7
Martyris dies natalis. 6. parẽtes. ibi.
felicitas in ſcriptura ſacra explicanda. 13
Iudicium de Auguſtana confeſſione. 22
κομψιλία. 12
mater, linguæ latinæ perita, filio Terentij comœdias eſt interpretata. 6
mors. 25
Martyris nulla fuit ambitio & Auaritia. 20
obitus quare meritò lugendus. 5
Martyris parentis liberalitas erga pauperes. 7
Martyris patientia in diſcenda lingua Hebraica ab infelici præceptore. 9
parentes nullos ſumptus detrectarunt vt filius fideliter informaretur. 6 eius patria. 6
Martyris Sanctiſſima cõfeſſio paululum ante mortem quæ nã fuerit. 26
Sanctiſſimum votum. 70 e
Sententia de præſentia corporis Chriſti in Euchariſtia propoſita in colloquio ab ipſo Poſſiaci habito. 117 e
Martyris ſoror Monialis facta. 6
ſtudium in lingua Græca diſcenda. 8
ſumma frugalitas. 14
Martyris ſumma ingenij ornamenta. 6. pudor. ibid.
Martyris ſumma promptitudo in diſputationibus publicis. 13
Martyri filius natus ſecundo Martij qui tamen decimo eiuſdẽ menſis obijt. 212 b
Martyri inſidiæ poſitæ fuerũt, quas prudenter euitauit. 12
inſidiæ ſtruuntur in Flandria et Brabantia. 18
quare nomen Martyris ſit impoſitum. 6
Martyri vocatio Tigurum gratiſſima fuit propter cœnæ Dominicæ controuerſiam. 19
Martyrẽ etiã hoſtes magni fecerũt.
Martyrem ſenatus Tigurinus non vult Geneuam dimittere. 20
Martyres non ſunt qui cum in grauia ſcelera ſunt prolapſi, pœnitentiæ prætextu ſe interficiũt. 473
Martyres pij mortẽ fugerũt. 165 e. f.
Martyres vinctos olim conceſſum fuit fratribus conuenire. 173 b
Martyriũ omnes præſenti et fortiſſimo animo ſubire nõ poſſũt. 166 d
Martyrij ſpecies etiã fuga eſt. 192 d
Materia prima ſuſcipit nouas formas. 26 f
Materiæ primæ collatio & noſtræ mentis. 26 f. g
Materiam primam habere habilitates ad formas. 26 f
Matrimonium non eſt detrectandũ paupertatis prætextu. 452
Matrimonium quam variè violari poſſit. 473
quibus rebus tollatur. 435
quibus verbis in veteri Teſtamẽto præceptum. 437
quod nam ſit. 473
Matrimonij dilatio nemini mandãda. 455
Matrimonij vſus non eſt peccatum veniale. 453
Matrimonia, an cũ infidelibus ſint contrahenda. 453
Matrimonia fœlicia vel infœlicia quæ. 435
Mediator eſt Chriſtus qua conſtat vtraq; natura diuina & humana. 154 a. b
Medium inter extremas vitioſitates an poſſit demonſtrari. 77 b. c
Melanchthon à Lutheranis noſtras Eccleſias vormaciæ noluit damnari. 228 b
memoria theſaurus incomparabilis rerum præteritarum, & earum cuſtos fideliſſima. 90 e. f
memoriæ non quælibet ſunt commendanda. 90 e. f. 91 f
Mendacia etiam officioſa euitari debent. 444
Mens corrupta non poteſt ad ſuper naturalia aſcendere. 11 b
Mens humana ſubiectum paſſiuum Sanationis Spiritualis. 26 f. g
Mentis humanæ conuerſio Spiritualis, confertur cum materia prima. 26 f. g
in mente Philoſophi ponunt intelligentiam, voluntatem & memoriam. 1 b
Mercotoria cõmercia qualia. 474
meritum de congruo voluntati noſtræ qua conditione ſit appoſitum. 8 d
Methodus et pura oratio duo ad docendum neceſſaria. 13
militares animos quomodo in pueris excitandus. 97 d
militiæ Spiritualis arma ex quo nã armamentario ſint ſumẽda. 55 f
Miniſterium Eccleſiæ ſumma in ſe habere commoda. 48 e
miniſter externus tantùm ſtrepitũ ingerit in aures, niſi ſit intus qui reuelat. 17 a
miniſtrum verbi Dei non ſibi ipſi ſolum, ſed alijs notitiam diuinarum rerum parare. 50 f
miniſtri an laborare manu debeãt. 457
miniſtri Eccleſiæ ſunt Angeli Dei. 205 n.
miniſtri improbi verbi Dei quibus ſignificentur in ſacra ſcriptura. 53 b
miniſtri qui & quando fugere poſſint. 107. f
miniſtri qui nam ſint eligẽdi. 170 d
quo affectu Euangelium prædicare debeant. 70 c. d
miniſtri verbi Dei non deſpiciuntur propter miniſterium. 48 e
miniſtri verbi diuini quomodo affecti eſſe debeant. 50 a e
miniſtrorum Dei ſanctiſſimorũ quænam vota eſſe debent. 70 e
miniſtrorum Eccleſiæ officium. 78 d
inauguratio vera quæ nam ſit. 109 c.
miniſtrorum noui Teſtamenti vitia. 57 b
eorũdẽ ſingularia ornamẽta 170 c
miniſtris Dei quare non omnibus omnia dona conferat. 460
miniſtris Eccleſiæ licet intereſſe bello, & iuſta bella ſuadere. 442
miniſtris verbi Dei obiecta crimina purgare licet. 452
miracula dicuntur, quia mortales in ſui admirationem rapiunt. 75 a
miracula ſacrarum literarum. 75 b
miracula quando doctrinam confirmẽt. 461. quare ab impijs aliquã do fiant: imperfecta quæ. ibid.
miſeriæ humanæ cum Chriſti afflictionibus collatæ nihil ſunt 96 f
miſſæ cuius mentio fit in Deuterono nia quid ſignificet. 126 a
inuentum humanum. 98 f
miſſa priuata verè ſic dicitur. 123 f
miſſa ſuperſtitioſum & deteſtandũ ſacrificium. 50 e
miſſa vndenam fuerit dicta. 125 e
miſſæ duplex munus. 119 e
miſſam eſſe vocem Hebræam quidã ineptè contendunt. 125 b
miſſam ſupprimere Chriſti beneficium. 98 f
miſſæ priuatæ ad vſq; tempora Gregorij non fuerunt 126 d
MODVS præſentiæ corporis Chriſti & ſanguinis eſt viuæ fidei apprehenſio. 217 b
monachorum familiæ quænam in Aduentu tantùm & Quadrageſima concionentur. 8

monas

Monachorum grauiſſimum peccatum qui filios parentibus ſubtrahunt. 472
Manarchæ terrarum in manu Dei vt ſerra & baculus. 38 e
Monaſticæ vitæ quare ſe Martyr addicere voluerit. 6
Morales leges quatenus dicuntur abrogatæ. 471
Mors Chriſti non omnibus profutura. 99 g
Mors Chriſto non amplius dominatur. 107 c
Mors crucis nouum ſacrificij genus. 99 b.
Mortis Chriſti ſumma iniquitas. 97 a. b c
Mortem mulieres primum inuexerunt. 103 f
Mortis metus quando vitioſus non ſit. 171 b. & è contra: vitioſus quando ſit. 161 b. c
Morti quomodo Chriſtus reluctatus ſit.. 97 f. g
Mortē Chriſti annuntiare quid ſit. 124 e.
Mortem cuncta animantia naturæ inſtinctu horrent. 180 b
Mortem dolere nulla lex probibet. 98 a. b.
quatenus fugere liceat. 162 e. f
Sancti qui fugerint. 165 e
Mortem timuerunt etiā viri Sancti. 160 e. d
Mortem vehementius patres timuerunt, quam Chriſtiani ſub Euangelio. 441
Morte ſua Chriſtus nos in æternum Sanctificauit. 121 d
Mortui dicuntur à Paulo dormire. 222 b.
Moſes diadema Pharaonis ad terrā deiecit & conculcauit. 106 a.
in monte quare voluerit orare. 466
interficiendo Ægyptium quare non peccarit. 458
Quadraginta annis populum Dei rexit. 70 d
vocāti Deo quare ſit refragatus. 82 f.
Moſis & ſacræ ſcripturæ collatio. 55 d.
Moſis ſumma humanitas & manſuetudo. 50 b. c
Moſis votum. 70 e
Moſen quare populus voluerit interficere. 55 a
motiones potius mouentur vt bruta quam moueant. 3 d
motus interiores recti proueniunt à fide et afflatu Spiritus ſancti. 4. c
motus interiores rectos lex Dei à nobis requirit. 3 e
motus primi non ſunt in poteſtate hominum. 37 d
motus primos nō eſſe peccatū donec illis aſſentiamur falsū eſt. 163 e. f
Mulieres aliquando priuatim ſunt audiendæ. 449
Mulieres mortem primum inuexerunt. 103 f
Mulierū officia quæ nā ſint. 78 e
Mundi ingeniū erga Sāctos. 104 a
munera Sanctarum Deo ſunt grata & accepta. 121 g. 122 a
munitionum licitus vſus. 437
Murmuratores in deſerta licet manna ederint, & aquā de Petra biberint, tamen cum exſpectato Chriſto nullam communionem habuerunt. 115 b
Muſica in Eccleſia qualis habenda. 463.
Muſicæ effecta. 463

N

Naſci hominem ex matre non ſolū eſt per eius vterū tranſire. 132 a
Natalem diem celebrare licet. 456
Natiuitatis memoria veſtigium legis Moſaicæ. 203 c
Natura Deum auctorem habet & vindicem, quare non eſt conuellenda vbi Dei verbo eius decreta non repugnant. 230 b
Natura diuina Chriſti nullis terminis circumſcribi poteſt. 113 f
Natura humana in Chriſto quomodo ſe habuerit ad excitationem e mortuis. 34 d
Natura in Chriſto diuina non corrupit humanam. 96 a
Naturæ princeps eſt Deus. 75 e
Naturam diuinam quomodo exinaniuerit Chriſtus. 95 b
Naturam vtramque Chriſtus exinaniuit. 95 b
Naturalium rerum contemplatio nonſeruat. 31 c. d e.
Nebuchadnæſarem duxit Deus contra Hieruſalymitanos. 9 a
Nazanzenus monachus fuit. 7
Nazanzeni querela de paſtorum paucitate. 87 a
Neceſſitas ex hypotheſi quatenus ſit. 43 e
Neceſſitas non omnes cum voluntate pugnat. 6 g
Neceſſitas prædictionum Dei. 7 c
Neceſſitas quædā peccandi qua non poſſumus nō peccare. 48 b c
Nehemiæ noſtro tēpore eſſent à Deo in principū aulis petendi. 177 f
Neptuni forma qualis deſcribatur. 147 e.
Neruus percuſſus in lucta Iacobi quid ſignificarit. 453
Noach Ebrius à filio irriſus typum Chriſti crucifixi geſſit. 440
Nomina quænā domeſticis noſtris imponere debeamus. 436
Notitiarum diſtinctio. 7 e
Numen quinum apud Ethnicos ſua morte placarint. 93 d

O

Obediēdo Chriſtus nō eſt minor factus quoad naturā diuinā. 98 e
Obedientialis potentia quænam ſit 27 a.
Obedientia inchoata renatorū. 6 e
Obedientia longè victimis anteferenda. 91 a
Obediētia melior eſt victimis. 123 a
Obediētiæ alacritas in Chriſto. 98 c
Obiecta circa quæ verſatur noſtra voluntas duum generum. 2 c. d
Obſtetricum mendacium an poſſit excuſari an non. 458
Occamus Theologus. 57 a
Occaſiones quædam & vitijs & virtutibus occaſionē præbent. 48 a
Oecolampadius profeſſor Euangelij. 45 f.
Oecolampadius vir doctiſſimus & Eccleſiæ Tigurinæ bene coniunctus. 9 f. 17 e.
Oecolampadij locus in Iſaiā prophetam citatur. 9 g. 10 a.
Oecolampadij locus ex primo cap. Zach. 25 c
Olea Mineruæ fuit conſecrata. 204 b.
Olympia Morata doctiſſima fæmina. 6
Omnipotentia diuina quomodo ſtatuenda. 230 e
operari Deum in nobis velle & perficere quid nam ſit. 39 d
opus operatum miſſa eſt. 98 a
opera ad conſequendam iuſtitiā non ſunt partialis cauſa. 443
opera ante regenerationem facta ſunt peccata. 98 f
opera bona ſua Iudaiſmi Paulus dāna et ſtercora vocat. 6 c. d
opera bona ſunt inchoationes vitæ æternæ. 106 c
opera Spiritualia quæ nā ſint. 38 f
operibus legis natura noſtra perficitur nō autē ijs iuſtificamur. 478
Orationis obſcuritas plurimarum contentionum cauſa. 14
Orbis cor Paulus dicitur. 70 g
ordinis ſumma vtilitas. 57 e
Origenes putauit ſupplicia impiorū aliquādo eſſe terminanda. 140 b
Orpheus dicitur cicuraſſe feras beſtias. 64 a
Os noſtrū tantum vinū & panem percipit in ſacra cœna. 18

Oues ipſius Chriſti nos prius fieri neceſſum eſt antequã audiamus 32 g. 33 a.

P

Pacifica ſacrificia quæ & qualia fuerint. 120 e
Παδάματος verbũ dei verè dici. 464
palæſtinorum Deus Dagon. 147 e
Panis & vini ſubſtantia in Eucharistia non recedit. 107 e
Panis quomodo corpus Domini ſignificet. 115 e
Panem & vinum Sancti in terris percipientes. fide tamẽ & opè Spiritus ſancti in cælum euecti præſenti corpore & ſanguine fruuntur. 119 a
Pane quotidiano quid petamus. 464.
Papiſtæ ſuis traditionibus vinctam veritatem atq; captiuam abducunt. 55 e
Papiſtarum falſæ querelæ de noſtris Eccleſijs Sanctis. 15
Paradiſus ad Orientem plantata. 73 f. g
paradiſi hortus vtrum extet an nõ. 434.
parentum voce quæ nam comprehendantur. 472
parentib9 de officio erga filios in Decalogo quare nihil præcipiatur. 473.
paſcere oues quid. 110 b
paſchă quare victima Hebræorum nominetur. 115 d
paſchatis feſtum quare ſingulo quoq; anno fuerit inſtauratum. 93
Patres non omnia dixerunt. 58 d
poſterioris ætatis ſunt interpretati Patres prioris ætatis. 56 f
quare ex ſuo cognatione quaſi verint vxores. 448
Patres vetuſtiores qui nã ſint. 56 f
Patrũ labyrinthi et Meandri. 56 e
Patrum veteris Teſtamenti lapſus quare exprimatur. 455
patientiæ ſingularis & manſuetudinis extremæ exemplum: 55 d
Paulus an in ſua conuerſione libero arbitrio fuerit tract9 an nõ. 26 e
ante conuerſionem gratia et Spiritu carebat. 26 e
cũ adhuc Dei inimicus eſſet profecit externo iuſtitia ſuper plurimos æquales. 5 d
in ſua conuerſione, qua parte fuerit conuerſus. 26 e
iuxta legis iuſtitiam vixit ἄμεμπτος, 5 d
Paulus Luciſinus, comes exſilij Petro Martyri. 2
Paulus orbis cor. 70 g
Paul9 3. Põtifex ſuſpicioſ9 ſenex. 11
Paulus quomodo, quando & quare coniugem ſuam reliquerit. 176 f
Paulus quare, quamuis legem quotidie verſaret nihilominus Eccleſiam Dei vaſtarit. 14 d
ſuas traditiones voluit probari. 59 b.
vbi miniſtrum verbi Dei informet. 52 e
Pauli diligentia etiam in vinculis 69 c.
Pauli glorioſa gloriatio. 96 e. f
Pauli iudicium de ſuis operibus bonis in Iudaiſmo. 6 c
ſemicinctia miraculoſa. 69 b
pauperum & afflictorum verum ſolatium. 79 e
pax alia mundana alia Dei eſt. 107 e. f
Pax aliquando cumulum omnium bonorum ſignificat. 49 b
Pax Dei quare dicatur. 108 e
Pax mundana vnde nomen habeat 108 a.
Pax tranquillitas eſt ordinis. 107 e
Pax vero vnde nam fluat. 52 b
Pax vobis Chriſti ſalutatio, quid nã ſignificet. 49 e
vitæ vocabulum quidnam ſignificet. 49 c. d
pacis amãs et ſtudioſus Petrus Martyr ſemper fuit. 218 d
pacis Chriſti effecta. 108 e
peccandi neceſſitas quædam eſt ex vitijs naturæ, non autem naturæ conditione. 6 e
peccatum Originale vnde. 45 f
peccatum originis punit Deus. 4 e
peccatum originis quid: à reatu an differat. 439
peccatum quæ conſequantur. 435
peccatum quomodo dicatur à Deo eſſe vel non à Deo. 48 b
peccatum quomodo in Chriſto locũ habuerit. 97 f
peccati defectus non niſi humanis actionibus ineſt. 48 b
peccati humani cauſa quænam fuerit. 45 f
peccati originis remiſſio aliquando ſine baptiſmo contingit. 439
peccati ſeruus is qui peccat. 38 e
peccata aliorum peccatorum pœna. 47 a. b
peccata quando retineantur. 109 d
quatenus pœnæ ſunt ad iuſtitiã pertinent & boni rationem habent. 47 b
quæ Eleemoſynis redimantur quæ nam ſint. 471
quæ nã ſint citra cõtrouerſiã. 6 e
quomodo in nos ſe habeant dupliciter. 97 e
quomodo regat Deus. 47 b
quo ſenſu à patribus reprobationis cauſa ſtatuantur. 44 f. g
peccata ſunt quoq; quæ aliter non poſſunt fieri. 4 f
peccatorum quorundã etiam primi motus ſunt vitioſi. 164 a. b
peccatorum ſingulorum enumeratio qualis. 456
peccatorũ varij fines. 47 b. e
peccatis nõ niſi per fidẽ Chriſti liberamur. 109. b. ijſdem quando obligemur. 109 b
Pelagiani donum et efficaciam Spiritus immutantis animos non agnoſcebant. 12 e
Pelagiani gratiã dicebãt requiri tãtũ vt facilius crederemus. 21 b
Pelagiani putabant ante regenerationẽ ſe poſſe viribus ſuis mereri gratiam 8 f
Petiliani error merito dãnat9. 473
Pellicanus vir doctiſſimus iuxtaq; Sanctiſſimus. 15 e
Pellicani locus ex epiſt ad Ephesios 23 f
Pellicani ſumma humanitas erga Martyrem. 12
pentecoſtes memoria veſtigium legis Moſaicæ. 203 e
perceptio corporis Chriſti, quæ fide fit in Euchariſtia etiam ad corpus redundat. 114 d
peregrini nihil contra ciuitatem religionem moliri debent. 472
perfectiones quas in noſtris operibus lex requirat. 471
periurium quomodo euitetur. 456
periurij ſpecies fraudulentis verbis vti. 496
periculis in extremis conſeruatorũ exempla. 194 d
periculis nemo homo ſe exponere debet, niſi Deũ tentare velit. 166 a
periodi longæ incommoda. 13
perſecutionis tempore quatenus fugere liceat. 165 c. d
perſequutiones patitur Chriſtus adhuc in ſuis membris. 100 c. d
perſeuerantia in ſanctis operibus vnde ſit petenda. 78 b
perſonas in lege ac verbo Dei accipere quid nam ſit. 54 b e
Petrarcha multos abuſus in Eccleſia reprehendit. 7
Petra eſt Chriſtus. 115 d. e
Petrus Lombardus obſcura omnia perſpicua reddidit ſcilicet. 57 a
Petrus Martyr Mediolanenſis ab Arrianis interfectus. 6
Petrus nunquam hoc ſibi tribuit vt ſit ſuper alios. 109 f
Petrus Perna cõmentarium in Epiſtolam ad Romanos Martyris impreſſit. 258 g

Digitized by Google

Petrus pro Chriſto crucis ſuppliciū paſſus eſt. 191 e
Petri⁹ victori⁹ Martyris cōmilito. 6
Petri victorij ſingularis doctrina. 6
Petro quando claues datæ fuerint. 110 b.
Petrum Iudaiſantem quare Paulus noluerit ferre. 168 d
Petrum quare ter Chriſtus interrogauerit. 110 b
Pharaonis diadema Moſes ad terram deiecit. 106 a
Phariſæi ſacram veritatem ſua hypocriſi obfuſcant. 55 e
Philoſophia conſuetum naturæ progreſſum intuetur. 75 e
Philoſophia in ſchola Theologica admitti poteſt vbi non repugnat Theologiæ. 230 a
Philoſophi ſua dogmata ænigmatis, ideis, numeris & atomis obſcura & perplexa reddiderunt. 67 d
Philoſophi veram pacem non potuerunt conſequi. 108 b
pius ab impio quod naturam & ingeniū attinet nihil differt. 12 b
pij poſt timorem ab angelis conſolationem percipiunt. 104 e
piorum oppreſſio in veteri teſtamento mortē Chriſti adūbrat. 104 g
pios quare Deus opprimi ſinat aliquando ab impijs. 437
Plato Deus Philoſophorum. 73 e
Platonis conſilium de militari animo pueris excitando. 97 d
Pænitentia triplex. 461
Pænitentiæ origo. 191 b
Pænitentiæ effecta. 191 c
Pænitentium exempla. 191 f. 191 a
Poetæ fabularū inuolucris ſimplicē veritatis faciē nebulis obduxerūt 67 d
Poetarum cantus, fontes. 63 d
poetas Ethnicos quos Paulus citarit 204 a
polygamia quare euitanda ſit. 452
Pompeiani triumphi. 56 e
Pompilius cum Ægeria nympha loquebatur: 63 f
pōtifices omnes ab Aharone neq; ad templi fabricam quorum tredecim tantum fuerunt ſtirpis Aharonicæ. 53 d
pontifices quot nā fuerint ab Aharone, vſq; ad templi fabricam. 53 d
populus Dei vnde agnoſcatur. 458
populus Iſraeliticꝰ in ſeruitute Aegyptiaca habuit ſuos ꝓphetas. 458
poſſiacenus conuentꝰ quando indictus. 21
poſthumum partū Martyr nuſquā alibi quā Tiguri educari vult. 20
potentia verbi Dei illuxit per creationem & prouidentiam. 94 c. d
præcepta Dei diligenter diſtinguenda. 462
præcepta duo prima facie contraria quia particularia ſunt nō pugnāt 168 c.
præceptorum omnium anima quod nam ſit præceptum. 3 e. f
prædeſtinantur homines vt bene viuant. 45 a
prædeſtinatio immutabilis. 44 e.
prædeſtinatio nullam infert violentiam. 46 d. e
prædeſtinatio pars eſt prouidentiæ diuinæ. 44. a. quid ſit eadē ibid. d
prædeſtinationis cauſæ nec fides, nec bona opera, ſed rius effecta. 45 a
prædeſtinationis doctrina non aperit feneſtram ſocordiæ, ſed potius ſollicitudini. 45 d
prædeſtinationis doctrinā P. Martyr genere ſermonis dilucidiſſimo pertractauit. 14
prædeſtinationis effecta rebꝰ externis non ſunt alliganda. 158 a
prædeſtinationis, effectus primus et præcipuus 45 d
errores. 44 d. eius finis quis ibi. e
prædeſtinationis doctrina vtiliſſima quare ſit. 41. 42
prædeſtinatione quæ nobis debētur vt ea aſſequamur laborare, & precari debemus. 457
prædeſtinatione rerum naturæ non mutantur. 44 a
prædeſtinati ſiunt membra filij vnici prædeſtinati. 21 b c
prædeſtinatorum & Reproborum diuerſa effēcta. 188 e
prædictiones non agunt in creaturas. 43 e. f
prædictionum non tanta vis atq; prouidentiæ. 43 e
præſcientia Dei omnia ſunt præſentia. 44 b
præſumptores vocat Auguſtinꝰ eos, qui rationem diſcriminis ex libero arbitrio ſumunt. 22 f
preces adhibere in ordinatione miniſtrorum fluxiſſe videtur ex veteri teſtamento. 450
preces efficaciſſimæ quæ. 450
in numero ſacrificiorum habentur. 59 d
Sanctorū de illuminatione quid doceant. 14 f
Præsbyteri in Italia nō concionantur. 8
prædicandi clauis et credendi. 109 c
principes & magiſtratus vtriuſque tabulæ cuſtodes. 21
principes ſunt Dei miniſtri. 177 c
principum primarij viri tēpore perſequutionum quomodo affecti eſſe debeant. 177 d
principium malum nullum eſt à quo peccata fluant. 29 a
principia omniū rerum quæ nā ſtatuat theologia, & quæ philoſophia. 74 e
primogenitum eſſe Chriſtum quid ſit. 23 e
Προαίρεσις aut προαιρετικὸς vocabula in diuinis literis reperiūtur. 9 b
Προαίρεσις eſt Actio. 9. c. quid ea ſit. 9 e
Προαίρεσις requirit conſultationē, et ignorantiam præceſſiſſe ſignificat. 9 d
Προαίρεσιν eſſe eorum quæ ſint ad finem. 9 d
Προαίρεσιν philoſophi loco liberi arbitrij tradunt. 1. b
promiſſionis particularis primū eſt præceptum, præceptio de parentibus honorandis. 473
promiſſiones Dei vt amplectamur quomodo in nobis Spiritus Sanctus ſine violentia efficiat. 39 e. d
ꝓmiſſiones legales nō sūt vanæ. 471
Prophetæ plures quare in primitiua Eccleſia fuerint. 445
prophetandi mos à Synagogis in noſtras Eccleſias tranſfuſus. 23 b
prophetandi Spiritus aliquando hominibus impijs datur. 5 f
prophetia quid nam ſit 445
propitiatorium Sacrificiū & Gratulatorium quomodo differant. 119 e. f
propitiatorij Sacrificij vis & energia. 119 f
propoſitum Dei quod. 22 a
prouerbium, Rationem ſine hoſpite ſubducere. 186 d
prouidentia diuina nec Electionem noſtram, nec Dei prouidentiam tollit. 43 d
prouidentia diuina quid. 41 g
ꝓuidētiæ decreta immutabilia. 43 d
ꝓuidētiæ diuinæ organa quæ nā ſint per quæ finē ſuū aſſequatur. 44 a
prouidentiæ doctrina vtiliſſima eſt. 41 42
prouidentiæ effectum. 42 g
prouidentiam Dei res ſecundum ſuā naturam gubernare. 43 d. e
prouidentiam nō eſſe ſimplicē intelligētiam ſed voluntatem habere adiectam. 43 a
prouidentiam non tollere admonitiones & correctiones. 43 g
prudentia fidei mulieres quæ Chriſtum vngere volebant erant deſtitutæ. 104 b
Pſalmodiæ in Eccleſia retinendæ. 463. qualis eſſe debeat. 463
Pſalmus 3. à Dauide ſcriptus cū fugeret Abſolomum filium. 171 f

Pſalmos in ſacris cœtibus cani ſolitos ex literis Noui Teſtamenti nemo oſtenderit. 203 b
Pudoris ſigna. 6
Puerorũ libertas in voluntate quæ. 3 d.
Pugnantia quædam Scripturæ loca conciliantur. 168 e
Pulchritudo hominum vitio, res periculoſa eſt. 455
Purpura quomodo Chriſtus adhuc hodie circumponatur. 100 f
Puſillanimes in bello quare lex Dei domum remittat. 173 d
Pythagoras cum bubuo & aquilis miſcuit ſermones. 603 f

R

Ramus oleæ. 69 a
Ratio coercẽs primos impetus nõ eſt ſæpe in noſtra poteſtate. 3 b
Rationis pugna cum Appetitu, 5 f
Rationalis partis & craſſiarum animi virium perpetuũ duellũ. 37 f
Rebecca quare minorẽ maiori prætulerit. 450
Realiter & ſubſtantialiter ſcriptura in cœna nuſquã exprimit, ſed tantum corporis & ſanguinis vocat. 16
Reatus & peccatum originis differunt. 439
Reconciliatio quatenus dicatur clauis. 110 c
Recordatio quomodo Deo tribuatur. 438
Rectũ eſt ſui et obliqui Iudex. 138 c
Regeneratio vnde ſequatur. 2 b
Regenerationis gradus qui nã ſint. 146.
Regenerationis gratia à credentibus in baptiſmo percipitur. 113 c
Regenerationẽ noſtrã quod attinet perabſurdum eſt dicere nos ad illã aliquid actiuè conferre. 25 b
Regenerati qui nondum ſunt quatenus liberũ arbitriũ habeant. 3 a
Regnum Chriſti æternum vbi ſignificatur in veteri Teſtamẽto eius ibi innuitur Reſurrectio. 104 f
Regna diſtribuit Deus pro ſuo arbitrio. 43 a
Regum piorum exempla. 143 f
Religioni puræ adiungenda vita Sancta. 146 e
Religionem ſine patribus tueri poſſumus. 58 b. c
Renati inchoata obedientia quædã præſtare poſſunt. 6 e. f
in hac vita non poſſunt carere peccatis. 36 d
in Spiritualibus quouſq; progredi poſſint. 35 e
poſſunt in ſeipſis excitare dona et gratiam Dei. 35 f
quia Chriſto inſiti participes ſunt veræ libertatis. 35 d
qui non ſunt alieni à Chriſto. 37 b.
Renati qui non ſunt ineptiſſimi ſunt ad ſpiritualia opera ſine Spiritu Sancto. 38 f
Renati qui non ſunt, in quo ſtatu verſentur. 7 a
liberi non ſunt. 8 b
ne ſcintillam liberi arbitrij habent. 24 f
poſſunt quidem optare felicitatem generaliter, at ſi eis proponatur repudiant. 25 f
ſi externa illa quæ præſtare poſſunt non præſtiterint, longe grauius punientur. 8 e
vnde dei inuiſibilia cognoſcãt. 5 a
Renati ſæpiſſimè labũtur. 28 b
Renati ſe accõmodant Spiritui Sancto vt præſtantioribus & vtilioribus chariſmatis vtantur. 36 f
Renatorũ cum ſit magna infirmitas multò maior erit nõ renatorũ. 6 a
Renatorum hominum ſumma dignitas. 42 a. b
Renatorũ ſtatus in hac vita. 36 e
Reprobatio quid. 44 e. f
Reprobationis cauſſæ peccata non ſunt ſed damnationis. 44 f
Reprobationis finis. 44 f
Reproborum reiectio quid nos doceat. 41. 42
Res ab æterno definitæ quo ad prouidentiam Dei. 43 f
Res eaſdem & definitas eſſe poſſe et non definitas. 43 f
Res ſignatæ à ſymbolis efficaciter ſignificantur. 119 b
Reſipiſcentia non exigit longũ temporum ſpatia. 111 d
Reſipiſcentia quænam nõ ex natura ſed ex Gratia fiat. *Reſpublica Iſraelitarum cur fælix.* 64 e
Reſurgentium primitiæ. 105 e. f
Reſurrectio Chriſti vbi in veteri Teſtamento ſignificetur. 104 f
Reſurrectio noſtra in quo nam conſtet. 106 b. c
Reſurrectionis Dominicæ memoria veſtigium legis antiquæ. 203 c
Reſurrectionis pincipium Spiritus Sanctus. 105 d.
Reſurrectionem iam eſſe factam libertini contendunt. 106 a
Res temporales in promiſſionibus diuinis continentur. 472
Ritus optimi qui nam ſint in Eccleſia. 250 a

S

Sabbathum verũ quod nã ſit. 433
Sabbathi præceptum quale ſit. 472
Sacerdos nullus Chriſtum afferre poteſt patri. 122 f. g
Sacerdotis cuiuſdam qui poſt defectionem mira conſtantia Martyriũ pertulit pro veritate, exemplum. 191 g. 192
Sacerdotes veteris Teſta. quare in humeris nomina duodecim tribuum inſculpta geſſerint. 52 f
Sacerdotum antiquiſſimorum ornamenta. 52 a. b
Sacerdotum veſtes quid adumbrarint. 52 e
Sacramentum pro alio ſumi poſſe & inutile & vanũ eſt figmentum. 123 d.
Sacramentum prorſus eſt diuerſum à natura ſacrificij. 120 e
Sacramentum quid. 120 f. 443
Sacramenta donis Dei adiuncta reddunt ea certiora. 216 e
Sacramenta duo habent in ſe. 120 f
Sacramenta non ſunt ſacramenta niſi eorum rerum ſimilitudinem habeant quarũ ſunt ſacramenta. 121 b
Sacramenta omnem ſuam dignitatem habent à Deo & Chriſto Ieſu Domino noſtro. 122 b. c
quare rerum ſignificatarum nomina accipiant. 121 b
Sunt ſacrarum rerum ſigna. 115 d
Sacramenta verba Dei viſibilia. 99 a. b
Sacramenta veterum etiam exhibebant gratiam. 443
Sacramentorũ vſu magis ac magis vnimur. 216 c. d
Sacrificare quid nã ſit apud patres. 127 a
Sacrificium aliud propitiatorium, aliud [illegible] 119 d
Sacrificiũ eſt opus quò Deo aliquid offerimus ex eius voluntate, vt eum honore afficiamus. 119 e
Sacrificium quod nam intelligant patres dum perpetuò inculcant immolationem. 126 d
Sacrificij radix eſt obediẽtia. 113 b
Sacrificia à Deo mandata quare fuerint intermiſſa aliquando. 168 f
Sacrificia externa quando Deo placeant, vel diſplicéant. 438
Sacrificia omnia Dei præcepto inniti debent. 123 a
Sacrificia pro peccato antiqui habuerunt. 120 c
Sacrificijs quare Deus dicatur placari. 461
Saducæi veritatem Euangelicam opinionibus Epicuri quantũ paſſunt demoliuntur. 55 e
Salomon petere à Domino cor au-

audiens

Digitized by Google

nudicus quid nam ſignificauerit. 39 e.
Salomonis Sancta petitio. 13 d
Saltatio per ſe nō eſt res illicita. 463
Saltationes quæ in ſacris literis cum memorantur qualis fuerint. 463
Salus noſtra citra Ieſum Chriſtũ fide perceptum non poteſt conſtare. 32 a.
Salus noſtra nã ſecundum opera ſed ſecundum ſuum propoſitũ. 31 b
Salutis noſtræ certitudo vnde nam ſis petenda. 46 d
Salutis noſtræ fons in quo articulo contineatur. 41. 42
ſumma certitudo. 44 e
Salutem noſtrã quod attinet an Deus ſatisfaciat quoad omnes 29 c
Samſonis mors non excuſat ſe voluntaria morte necantes. 473
Sancti aliquando pro aliquibus non orant iuſſu Dei. 438
an præſtantiores ſint futuri Angelis. 452
ſuauem mortem ſemper deflere voluerunt. 221 a
Sanguinis eſus cur interdictus. 439
Sanguinem Chriſti quomodo bibamus verè. 231 a
Sanitas animi quæ dicatur. 14 b
Sapientiæ diuinæ expreſſio eſt ſacra ſcriptura. 431
Satyrus Ambroſij frater noluit ab Arrianis baptizari. 157 e. f
Sanctis ſumma miſeria quæ nã fuerit. 61 a
Saxonicas eccleſias Martyr ſemp eſt cõplexus eo amare quo noſtras. 18
Σαξονιζειν. 233 f
Scala Iacobi vera eſt verbum Dei. 78 e. f
Scandalum Iudæorum. 22 e
Sceleratis Deus propter electos parcit. 445
Scholaſtici Theologi qui ſint. 57 a b
Schuenk feldius fidem ponit ante verbum Dei. 20 g. 21 a
Scientiæ humanæ in effectis Dei conſiderandis verſantur. 74 e
Scientiæ omnes à Theologia multa ſumſerunt, ipſa autem nihil ab eis. 74 c
Scipionis laus. 5 d
Scotus Theologus. 57 a
Scribere concordiæ inita inter Lutherum & Bucerum. 112 d
Scriptura omnis ordinis homines informat. 78 c
Scriptura quomodo cum fructu legenda ſit. 60 c. d
Scriptura ſacra copia & rerum varietate omnes ſcientias & artes ſuperat. 56 b c
credentibus iter aperit ad extremam felicitatem. 55 e
quare nobis ſit inviſa. 54 f
Scriptura ſacra lydius lapis omnium ſcriptorum. 59 a
ſcripturæ et Moſis comparatio. 55 d
ſcripturæ loca pugnantia inter ſe cõciliantur. 168 e
ſcripturæ ſacræ diſtributio elegans. 55 f.
ſcripturæ ſenſum diuidunt in hiſtoricum, allegaricum, tropalagicum & anagagicum. 102 a
ſcripturæ ſenſus quomodo nobis aperiatur. 109 c
ſcripturæ vnica vox aliquando miram habet doctrinam. 56 a
ſcripturæ ſacræ ſubiectum. 54 b. c
ſcripturam qui clamant obſcurã eſſe illi reuocãt ab ea tyranei magno cum detrimenta. 67. a
ſcripturæ nobis videntur pugnare. 58 a
ſcripturæ ſic legendæ, vt in illis non requiramus verborũ leporem ſed vim crucis admiremur. 62 d. e
ſcripturarum ſacrarum excellentia ab autore. 53 54.
ſcripturarũ ſacrarum ornamenta, et artificium ſuperãt omnium Rhetorum colores & lenocinia. 56 b
ſcripturarum ſententiæ quomodo ſint exponendæ. 93 c
ſeceſſius qui nam damnetur vel etiam laudetur. 459
Semei Dauidi iuſſit Deus maledicere. 46 f
ſenum conſolatio quæ nam ſit. 78 b
ſenſus vniuerſalia non poteſt apprehendere. 11 a
Sermonis diuini variæ & multiplices formæ. 64. d
Seruetus Hiſpanus genuinus Diaboli filius. 156 a
ſerui religionis aut perſequutionis cauſa à Dominis fugere non debent. 177 a. b
ſeruorũ et liberorum nullum diſcrimen quatenus eſſe dicatur. 440
Seruiens ex peccato originis ſuam originem habuit. 440
ſeruitutem Chriſtianiſmi titulo excutere non licet. 440
ſigna cœleſtia non habent facultatem in animi noſtri rationalem partem. 412
ſignarum & rerum ſignatarũ tanta eſt connexia, vt illarum nomina ſacræ literæ permutent. 14 f. g
ſimile Auguſtini de ramo viridi oſtenſa auiculæ. 35 d. e
ſimile Phyſicum. 26 f
ſimile reſurrectionis Domini. 34 e
ſimilitudo illa hominis quæ viatori viam monſtrat cum Deo vitioſa. 25 e. f
Smithæus Martyrem ad diſputandum prouocat. 15
Socrates naturæ admirator. 57 b. e
Socratis vox quã in omnibus rebus agendis in ore habuit. 63 b
Sol quare nominetur Chriſtus in prophetis. 102 f
ſomnus Adami in mulieris productione quid referat. 434
ſomniorum obſeruatio quæ nã damnetur. 445
ϛοργὴ parentum erga liberos recta eſt. 5 c
ſors hodierna adhuc die mittitur ſuper veſtem Chriſti. 102 a
ϛοργαι (?) ſub Euangelio nobis datæ quæ nam ſint. 202 f
Spinis quomodo Chriſti caput adhuc hodie pungatur. 100 e. f
Spirituales ſoli pacem Dei norunt. 108 d.
Spiritus Domini qui ferebatur ſupra aquas quid ſignificet 431
Spiritus immiſſus a Deo in homines facit eos clamare, credere et rectè viuere. 19 f
Spiritus Sanctus ad rectè agendum neceſſarius eſt hominibus præter voluntatem noſtram & doctrinam. 34 a
Spiritus Sanctus flatu ditus. 109 a
Spiritus Sanctus quomodo nos illuminare poſſit. 39 a
Spiritus Chriſti effectum. 458
Spiritus Sancti inſtrumenta ad homines immutandos. 21 a
Spiritus Sancti primitiæ in quibus & quid efficiant. 42 d. e
Spiritu Sancto cum non ſumus reformati non poſſumus luctari, ſed potius reluctamur. 26 e
ϛρατηγήματα duo in Decijs conſideranda. 93 d
ſtatuæ marmoreæ, æreæ, argenteæ. 69 a.
ſtatus hominum quinquẽ. 2 e. f
Stephanus Vermilius pater Petri Martyris. 6
ſtudium iuuandi proximum charitatis radix. 93 c
ſtupra diuerſimodè punita pro circumſtantia perſonarum ab ipſis politicis. 129 a
ſubditos in religionis negotio principes deſerere non debẽt. 177 b. c
Submiſſio charitatis radix. 93 c
ſubſtantiæ mentio ſit, quia fides noſtra in fictum corpus & inane non fertur. 216 g
ſymbolis externis res ſignificatæ non niſi Sacramentaliter coniunguntur. 119 b

Digitized by Google

T

Tentare Deum qui nam dicantur. 457.
Tentatione prima quid Satan quæſiuerit. 435
Teutationes quare permittantur. 435.
Tentationum omuium tela quomodo à uobis auertere poſſimus. 64 d.
Terentius optimus linguæ latinæ auctor. 6
Terræ motus quare factus ſit in Chriſti reſurrectione. 104 c
Tortullianus de fuga, tempore perſecutionis nimis aſpere ſcripſit. 167 f.
Tertullianus præceptũ de fuga abrogatum eſſe contendit. 165 a
Tertullianus quare libellum de pallio ſcripſerit. 204 d
Teſtamentum Chriſti qui nam irrideant. 113 a
Teſtamenti veteris & noui diſcrimen. 99 e
Tetragrãmaton quod Iudæi efferre nolunt eſt ſuperſtitio. 459
Thaletis cæcitas in Dei natura inueſtiganda. 67 f
Θεοδιδάκτους *nos eſſe debere quid.* 13 d.
Theodoſius antequam ſacro Baptiſmo initiaretur, cuius religionis Epiſcop⁹ eſſet pri⁹ quæſiuit. 157 b
Theodoſij religioſus animus. 143 f
Theologia omnium antiquiſſima. 74 b. c.
Thealogia quid ſit. 90 f
Theologiæ ſimplicitas infucata. 74 c.
Theologiæ veræ ſchola eſt cælum. 79 f. g
Theologiæ vtilitas. 74 d
Theologica ſtudia P. Martyris. 8
Thealogicæ virtutes quid ſint & quæ. 33 e
Theologici ſtudij eloginm quæ nam efficiat. 72 f
Theologi Louanienſes Pariſini, Bononienſes, Patauini quales ſint. 86 f
Theologi non patrologi qui nam eſſe debeant. 59 d
Theologorum informator. 80 a
Theologorum iuſti triumphi, qui ſint. 59 f
Θεοπρεπῶν *lebetem Ethnici habuerunt.* 63 e
Thomas Crãmerus Eccleſias iuxta Dei verbũ reformare ſtudet. 15
Thomas Crãmerus propter veritatis confeſſionẽ igni crematus. 24
Thomæ expoſitores. 57 b
Thumim quid ſignificarit in Teſtamento veteri. 52 e
Tigurini patroni veræ doctrinæ de Euchariſtia conſtantiſſimi 84 d
Timor an per ſe malus ſit an non 161 b.
Timor quid nam ſit. 159 d
Timoris modus in morte timenda. 162 d.
Timoris vehementia. 3 e
Timorem vitioſum quem nam ſcriptura ſacra damnet. 159 d e
Timotheum quare Paulus circũciderit, renuerit autẽ Titum circũcidere. 168 d
Timotheũ cur Paulus laudet. 64 d
Tintinnabula in veſtibus ſacerdotũ quid adumbrarint. 52 f
Tituli figi poſſunt in memoriã beneficiorum Dei. 450
Titus Veſpaſianus quando cœperit Hieroſolymam. 6
Titum quare Paulus noluerit circumcidere. 168 e
Tractus Dei vniuerſalis quomodo aſſeratur. 33 b
tractus internus. 16. & 17. *non eſt omniũ* 17. b. e. *quare in hoc ſit et illo non reperiatur non eſt facile diiudicare ſine errore. ibidem.*
traditiones ſerpenti per quem Adamus lapſus conferuntur. 61 d
trahendi verba quare Chriſtus ſit vſus, non autem ducendi. 26 b
trahi nos, id in ſcriptura paſsionem aliquam notat. 11 c
tranquillitas ſanctorũ mundo ſtultitia. 108 e
tranſubſtantiatorum error. d 95. f
tribulationibus in medijs gaudere mundus inſaniam putat. 108 f
tribuũ duodecim nomina quare in humeris inſculpta geſſerint Sacerdotes. 52 f
Tridentinũ Conciliũ nihil ſine Papa ſtatuere poteſt. 102 e
tripoda ἄπυρον *Ethnici habuerunt.* 63 e.
triſtes quare nonnunquã pij. 107 d
triſtitiæ fontes. 107 d
Triumphalis curr⁹ Chriſti quo ad Capitoliũ vectus eſt, crux. 102 e
tropica phraſis eſt hæc: Hoc eſt corpus meum. 115 e. d
tropi non faciunt orationes mendaces. 462
tumultus in Anglia excitati ob veritatis doctrinam propoſitam à Martyre 15
Tyrannus eſt pœna peccati, vt cæteræ pœnæ. 453

V

Valentinianus cur in Galliis Baptizari noluerit. 157 b
Valentinianum baptizauit Ambroſius. 157 c
vbique qui dicunt eſſe corpus Chriſti, ij corp⁹ Chriſti nõ corpus, creatum, non creatum dicunt. 114 b
vbiquitarij in ſuggeſtu orthodoxos acerbiſsime dãnant non tamẽ publicè in Scholis ſuæ cauſæ diffidẽtes diſputare audent. 85 d. e
vbiquitarij potentiam Dei annihilant ſuo dogmate. 118 c
Vectigalium defraudatores rei ſunt furti. 474
Verbum Dei non frequenter feliciter cadit. 61 a
Verbum Dei quæ nam et qualia hominibus proponat. 68 e. d
Verbum Dei quantumuis truces hoſtes repellit. 64 d
Verbum Dei vera eſt clauis. 109 d
Verbum Dei verò nos conſolatur. 104 e.
Verbum externum & internũ Spiritus Sancti inſtrumentum ad nos immutandos. 21 a
Verbum externum non eſt tantum fidei exercitium. 21 b
Verbum natura prius fide. 21 b
Verbum ſuum mutari Deus ferre non poteſt. 66 e
Verbum vel externum vel internũ nobis annunciari ſatis non eſt niſi vires noſtræ faueantur. 39 a
Verbi diuini integritatem quomodo miniſter Dei tueri debeat. 50 e
Verbo conditus homo verbo etiam ſeruandus. 61 d
Verba Dei & eius promiſsiones etiamſi proponantur interius vel exterius, tamen ſatis non eſt ſine conuerſione. 21 c
Veritati qui contradicunt captiui detinentur à ſatana ad eius volũtatem. 8 b
Veritatẽ agnitam qui abiurarint, ſed tamen mira conſtantia ad fidem reuerſi. 191 f. g 192. a
Veritatem Dei in iniuſtitia detinere. 145 e
Veſtes quare inuentæ. 436
Veſtium diſcrimina locum [illegible] *in veteri teſtamento.* 202 d e
Veſtium vſus malus qui ſit. 436
viduæ veræ quæ nam ſint. 176 b
vim repellere licet. 465
Vim vi quando liceat repellere. 471.
Vires humanæ fermentatæ peccato originis. 98 b
Viribus humanis quantum tribuitur in negotio Salutis, tantum decedit miſericordiæ Chriſti. 37 38. a

Vinum

Digitized by Google